







MUSEO D'ISTRUZIONE
E D'EDUCAZIONE
ROMA

PLATONIS
OPERA OMNIA.

RECENSUIT ET PERPETUA ANNOTATIONE

ILLUSTRAVIT

GODOFREDUS STALLBAUM.

VOL. X. SECT. I.

CONTINENS

LEGUM LIBROS PRIORES.

GOTHAE ET ERFORDIAE, MDCCCLIX.

SUMPTIBUS HENNINGS.

LONDINI APUD DAVID NUTT. 270 STRAND.

PLATONIS

LEGES ET EPINOMIS.

RECENSUIT

PROLEGOMENIS ET COMMENTARIIS

ILLUSTRAVIT

GODOFREDUS STALLBAUM.



VOLUMEN PRIMUM.

GOTHÆ ET ERFORDIÆ MDCCCLIX.
SUMPTIBUS HENNINGS.
LONDINI APUD DAVID NUTT. 270 STRAND.

PRAEFATIO

de nova hac Legum editione eiusque consiliis et rationibus.

Quod in aliis Platonis operibus facere adhuc licuit, ut priusquam ad singulas eorum partes perpetua annotatione illustrandas accederemus, universe quaedam de illorum argumento et proposito praemitteremus; id in hac Legum editione ex parte tantum sic institutum est, quandoquidem ipsa operis amplissimi indoles atque ratio ita postulavit. Nam quum disputatio de Legum consiliis, fide et auctoritate paullo longior atque copiosior extiterit; prope necessitate quadam coacti sumus eam partim in alium locum reiicere, quo possent in principio operis ea explicari, quae ad declarandam instituti nostri rationem pertinerent, quaeque novisse legentium vel maxime interesse videretur. Quamobrem iam, iis rebus, quas alibi in prolegomenis tractare consuevimus, magnam partem in aliud tempus collatis, hoc loco ante omnia de hac nostra scripti Platonici editione copiosius exponere animum induximus.

Duplex vero munus est, quod in hoc opere denuo edendo nobis obeundum esse duximus, alterum, ut emendationi verborum quantum fieri posset prospiceretur, alterum, ut res ac sententiae iustae interpretationis luce perfunderentur. Qua in re etsi omnino tenuimus eandem rationem, quam in edendis universis Platonis operibus iam ab initio nobis se-

quendam putavimus, tamen item pro consilio nostro et instituti ratione nonnihil inde defleximus. Nec vero id nunc demum ita fecimus, sed iam inde ab eo tempore faciendum iudicavimus, quo primum universi Platonis commentariis perpetuis illustrandi consilium subnatum est. Nam quum in prioribus voluminibus, quae arctiore quadam cum Bibliotheca Graeca necessitudine continerentur, ita versati essemus, ut non modo hominum doctrinae liberalioris studiis deditorum, sed etiam provectiorum adolescentium, qui aliquam cum philosopho nostro familiaritatem contrahere vellent, desideriis consuleretur, ideoque statuissemus, rei criticae minus duci rationem oportere, interpretationi autem praecipuum locum esse tribuendum, ut ne ea quidem omittenda essent, quae iuvenilibus studiis prodesse posse viderentur; tum postea mutato consilio amplius quiddam spectare coepimus, quandoquidem et criticae annotationi maius spatium concessimus et in interpretando non iam iuventutis praecipuam gessimus curam, sed unos maxime ob oculos habuimus homines doctrina et humanitate excultos eosque non quidem doctos philologos, at liberalioris certe doctrinae, qualis legendis veterum scriptis comparatur, amantes atque cupidos. Quamquam fateri licebit, voluisse nos semper etiam doctis philologis nonnihil prodesse, quandoquidem maxime interpretationem eam semper esse voluimus, quae idoneis caussis, certis argumentis et rationibus, denique etiam, sicubi opus esset, luculentorum exemplorum ac testimoniorum confirmatione niteretur; quali interpretatione nobis plane persuasimus nihil esse potentius atque efficacius ad sensum veri atque pulcri formandum, in quo uno denique omnis philologiae laus maxime consistit. Sed revertamur illuc, unde paullulum deflexit oratio. Coepimus igitur paullatim et criticam rationem et interpretationem in hac editione nostra aliter regere et moderari atque ab initio factum erat, eamque universorum operum Platonis edendorum consilio gravissimorum virorum auctoritate capto accommodandam esse iudicavimus. Atque idem etiam in his Legum libris, sicuti consentaneum fuit, usque sequuti sumus. Quamquam horum librorum editio etiam aliter paullo instituenda esse visa est. Nam quum alia Platonis scripta satis integra

atque emendata ad posteritatem pervenerint, habeantque orationem facilem, politam, levem, elegantem, quae virtute sua rerum etiam a communi intelligentia longius abductarum explicationem multum adiuvat; tum Legum libri non modo subinde laborant dictione aspera, hiulca ac difficili, sed etiam multis modis foede corrupti ac depravati sunt, ut emendationis auxilio maxime indigeant. Itaque primum quidem in hac eorum editione necessaria fuit uberior annotatio critica, quae varietatem lectionum proponeret quam plenissimam, omissis levioribus tantum scribarum erroribus vel etiam iis, quae non saepius quam semel aliqua admonitione indigerent, utpote semper et ubique in iisdem codicibus constanter repetita. Nimirum adiecto demum critico hoc apparatu effici illud potuit, quod sane nobis spectandum fuit, ut et intelligeretur, quo fundamento niteretur orationis conformatio, qualis est exhibita, et vero etiam certius perspiceretur, unde, si qua opus esset verborum emendatione, praesidia eius atque auxilia repetenda essent. Praeterea vero etiam Legum argumentum, ars et compositio multum differt ab aliorum librorum Platonicorum rationibus. Continent enim illae immensam quandam copiam et varietatem earum rerum, quae ex historia et antiquitatibus illustrandae sunt. Habent item singularem quandam compositionis formam atque speciem, qualem alibi adumbravimus. Referunt denique etiam cursum sermonum amfractuosiorem et perplexiorem, ut difficile sit omnem eorum progressum animadvertere atque perspicere. Ex quibus omnibus sponte intelligitur, etiam interpretatione opus fuisse uberiore atque copiosiore, quam in aliis libris Platonicis visa est necessaria, praesertim quum explicationem rerum ac verborum etiam criticae quasi opitulari ac suppetias ferre oporteret. Itaque primum quidem commentarios scripsimus paullo ampliores, quibus verba tam singula quam iuncta diligenter explicarentur, res obscuriores illustrarentur, sententiae reconditiores dilucidarentur earumque nexus atque ordo declararetur, denique difficultates criticae cuiuscunque generis, si quae obviam venirent, expedirentur. Praeterea vero etiam faciendum putavimus, ut singulis libris praemitteremus summaria, eaque paullo ampliora atque copiosiora, quando-

quidem in difficili isto atque amfractuoso sermonum tanquam itinere, quale in his libris reperitur, opus videbatur quasi filo aliquo Ariadneo, cuius ope et auxilio certius atque tutius omnes amplissimi operis meatus et flexus lustrari et cognosci possent. Denique etiam elaboravimus commentationes uberiores, quibus scribendis non hoc tantum spectavimus, ut fides, integritas et auctoritas universi operis ab importunis criticorum dubitationibus vindicaretur, verum etiam illud studuimus efficere, ut eiusdem indoles, ars et compositio in illustriore luce posita cerneretur; quas quidem commentationes locis opportunis in hac editione publicabimus. Plane enim nobis persuasimus, singulorum locorum interpretationem prospere procedere nullo pacto posse, nisi si quis universi scripti veluti speciem animo menteque sua deformatam intueatur. Iam vero his breviter expositis, priusquam de critica operis tractatione agamus, dicendum nobis ante omnia de praesidiis et adiumentis est, quibus in adornanda hac editione uti licuit.

Et de interpretatione quidem operis si qui sciscitentur, verbo respondere licet, eam paucissimorum tantum opera adiutam atque sustentatam esse. Nam Leges Platonis, licet argumenti gravitate atque rerum gravissimarum et cognitione dignissimarum copia et ubertate adeo excellant, ut vix aliud antiquitatis monumentum eo nomine ad illas comparandum sit, tamen diutissime neglectae et contemtae iacuerunt, ut nostra demum memoria interpretem nactae sint, qui singularem in eas explanandas conferret operam iustaque et perpetua commentatione difficillimam earum lectionem expeditiorem redderet. Fuit is Fridericus Astius, vir de Platonis scriptis tam praeclare meritus, ut paucissimi eo nomine cum ipso comparandi videantur. Hic enim primus separatim Leges edidit perpetua annotatione illustratas, hoc praefixo titulo: Platonis Leges et Epinomis. Ad optimorum librorum fidem emendavit et perpetua annotatione illustravit D. Frid. Astius. Lipsiae, in Libr. Weidmann. Tom. I. qui habet Graeca, Tom. II. qui complectitur animadversiones in Platonis Leges et Epinomida, 1814. octon. form. Huius igitur unius opera per omnes amplissimi operis partes uti nobis concessum fuit. Cui quantum debeamus malu-

mus grato animo profiteri, quam quantum ipsi non debeamus copiosius exponere. Quippe suscepit Astius sanequam munus difficillimum, qui primus Leges perpetuo ordine dilucidare animum induxerit. Quod quid quantumque sit, quum omnes ii, qui tale quid umquam tentaverint, bene intelligent, tum nosmet ipsi illustrandis compluribus Platonis libris nondum antea dilucidatis, Politico, Philebo, aliis, ita experti sumus, ut rei magnitudinem plane sentire et aestimare didicerimus. Accessit huc, quod Astio nondum patuit accessus ad opes criticas, quorum usus postea demum reclusus est, necdum suppetiverunt eorum opera, qui multos antiquitatis locos, quorum mentio in Legibus fit, nova doctrinae luce consperserunt, ut et verborum et rerum interpretatio ei multo fuerit impeditior, quam hodie esse facile intelligitur. Itaque plurimis sane locis a celeberrimi viri sententia discedendum nobis fuit, idque tanto etiam saepius ita accidit, quod ne de grammaticis quidem ipsi per omnia assentiri licuit. Sed utut est, neque enim illi detrahere ausimus haerentem capiti multa cum laude coronam, illud quidem certe non sine multa gratiarum actione fatendum est, illi uni potissimum acceptum referri, quod tandem aliquando universum opus Legum docta annotatione illustratum accepimus, quae etiamsi non usquequaque legentium desideriis et expectationibus satisfaciat, tamen omnino viam ad meliorem operis intelligentiam egregie munivit. Unus igitur Astius fuit, ut diximus, quem in collustrando universo opere per omnia ducem sequi concessum fuit. Nec tamen spernendas symbolas ad iuvandam Legum interpretationem etiam alii suppeditarunt, quandoquidem imprimis recentiore aetate etiam extiterunt, qui singulas quasdam earum partes grammatice maxime atque critice tractarent. Ex quorum numero praeter Ian. Cornarium et Henr. Stephanum, quorum ille in Eclogis translationi suae Latinae adiectis, hic in annotatione critica editioni operum Platonn. inserta nonnulla, quae ad explanandos locos difficiliores valeant, expromsit, et praeter Schulthessium, vernaculum interpretem, itemque Grouium et Cousinum interpretes Gallicos, imprimis memorandi sunt Viri celeberrimi, Phil. Guil. van Heus-

dius, Aug. Boeckhius, C. Ditheyus, E. Zellerus, Rob. Schrammius et C. Fr. Hermannus. Nam Heusdius quidem in Specim. Crit. in Platon. Lugdun. Bat. 1803. 8. edito p. 144 — 167. non paucos locos Legum erudite dilucidavit. Quod idem etiam Schrammius facere conatus est quinque programmatis scholasticis Quaestiones de locis nonnullis Legum Platonicarum continentibus et Glatzii emissis 1844 — 1858. 4., in quibus locos quosdam grammatice atque critice tractavit. Praeterea Boeckhius in libro, qui inscriptus est: In Platonis, qui vulgo fertur, Minoem eiusdemque libros priores de Legibus. Halis Saxon. 1806. 8. p. 64—198. quum universe quaedam de Legibus disputavit, tum locos difficiliores trium priorum librorum doctissime emendavit atque illustravit. Porro Diltheyus adversus Astium, qui Legum auctoritatem in libro De Vita et Scriptis Plat. p. 379. sqq. in dubitationem vocasset, commentationem scripsit bonae frugis plenam: Platonis librorum de legibus examen, quo, quonam iure Platoni vindicari possint, appareat. Gotting. 1820. 4. Quamquam hac disputatione sua non id consequutus est, ut Eduardum Zellerum deterreret, ne is Legum fidem et auctoritatem denuo impetu etiam vehementiore impugnaret, id quod fecit in libro: Platonische Studien. Tubing. 1839. 8. emisso, qui liber et ipse multa continet diligenti observatione haud sane indigna; quamobrem ad eum in Commentariis nostris identidem respectavimus. Denique imprimis memorandus hic est vir egregius, C. Fr. Hermannus, qui locos Legum ad ius Atticum et antiqua Graecorum instituta spectantes dilucidavit duabus disputationibus doctissime scriptis: De vestigiis institutorum veterum, imprimis Atticorum, per Platonis de legibus libros indagandis; et Iuris domestici et familiaris apud Platonem in legibus cum veteris Graeciae inque primis Athenarum institutis comparatio. Marburg. 1836. 4. Hi igitur sunt fere qui nostram interpretandi operam studiis suis maxime adiuverunt atque ornarunt. Quamquam, sicuti consentaneum est, nobis semper et ubique nostro impri-

mis utendum fuit iudicio, ut nusquam illorum auctoritatem coeca credulitate amplexi simus.

Sed his expositis dicendum nunc etiam de opibus criticis est, quarum usu orationem Platonis emendatius constituere studuimus, deque ratione, qua in illa refingenda versati sumus. Et criticae quidem opes, quibus uti licuit, duplicis sunt generis, quandoquidem positae sunt vel in edd. veterum lectionibus vel in codicum nuper demum exploratorum scripturae varietate.

Editiones vero totius Platonis, quae appellantur, veteres sunt: Aldina, Basileensis 1. Basileensis 2. et Stephaniana. Ad quas accedit Legum editio seorsum Lovanii facta, cuius haec est inscriptio: *Πλάτωνος Μίνως ἢ περὶ νόμου* etc. Platonis Minos sive de Lege. De Legibus seu de legum latione, libri 12. Venumdantur Lovanii a Bartholomaeo Gravio sub Sole aureo M. D. XXXI. 4. Praemissa verbis Graecis est epistola, sic inscripta: Ornatissimo viro D. Francisco Craneveldio Caes. Consiliario Rutgerus Rescius L. D. Ad calcem autem adiecta sunt verba haec: Lovanii ex officina Rutgeri Rescii pridie Cal. April. An. M. D. XXXI. Sumptibus eiusdem Rescii et Bartholomaei Gravii. Sed accuratissime librum descripsit Panzer Annal. Typograph. Vol. IX. p. 505. n. 95. Hae igitur sunt editt. vett. ad usum criticum vel ab Astio vel a nobis adhibitae. Nam Wechelianum quidem sive Francofurtanum Platonis exemplar hoc in genere nullius est pretii. Aliis autem vett. editt., quae fortasse aliquem usum criticum habeant, potiri non licuit. Quorsum pertinent praeter alios hi libri: Platonis de legibus seu legum latione liber primus. Graece. Paris. 1547. 4. apud Jacob. Bogard. — *Πλατωνος νομων προοιμιον και λογος Δ και E νομων*. Graece. cum praefatione Joannis Caselii. Helmst. 1594. 4. — Illas igitur editiones non quidem semper et ubique, at difficilioribus tamen locis passim inspeximus et consuluimus, imprimis etiam eo consilio, ut quo fundamento niteretur recensio Henrici Stephani, qui Legum libros magna tractavit cum diligentia, clarius perspiceretur. Etenim Stephanianam le-

ctionem, si quando ab ea discessum est, ubique memorandam duximus, quippe ad quam comparata primum est omnis codicum nuper excussorum scriptura, ut huius iudicium sine illius notitia prope nullum esse possit. Quam quidem quod fere vulgatae nomine insignivimus, fieri id profecto eo maiore iure potuit, quod plerumque Ald. Bas. 1. et 2. lectiones seorsum sunt annotatae, quodque Stephani recensio revera omnium maxime celebrata fuit, usque dum tandem Im. Bekkerus novam instituit eamque illa multo praestabiliorem.

Ceterum etiam potiorem recentiorum editt. lectionis discrepantiam iis locis notandam iudicavimus, ubi in iis gravior aliqua a nostra scriptura discessio facta esset. Fieri enim quum omnino tum imprimis etiam in re critica ita solet, ut sententiarum et iudiciorum variorum comparatio saepe ad verum perducat, sicubi illud nondum inventum sit atque exploratum habeatur.

Verum satis haec de usu exemplorum Platonis, quae typis excusa sunt. Pergimus ad codices manu scriptos, qui ad hos libros adhuc collati sunt. Quos quidem dum enumeraturi sumus, satisfaciendum ante omnia sentimus esse sanctissimo gratae pietatis officio, ad quod nos singulari liberalitate sua obstrinxit Vir Illustrissimus et doctrina pariter atque humanitate Clarissimus, Christianus Felix Baehrius, Professor Universit. Heidelbergensis celeberrimus. Is enim quum nos quondam accepisset in eo occupatos esse, ut Legum libros Platonicos annotatione critica et exegetica instrueremus novamque eorum editionem adornaremus, intercedente collega meo suavissimo, Aenotheo Kochio, Viro Clarissimo, ultro ad nos transmisit collationes complurium codicum ab ipsius avunculo, Frid. Jac. Bastio, praeclaro viro, olim quum Parisiis et Vindobonae versaretur rara diligentia factas. Quod quidem munus viri egregii tanto pluris aestimandum est, quod in numero codicum a Bastio exploratorum habentur etiam Parisinus optimus et Vaticanus liber praestantissimus. Nam quamquam illi etiam ab Im. Bekkero excussi sunt, Bastius tamen non pauca inde enotavit ab illo transmissa silentio, imprimis orthographica, ut nunc demum certius de praestantissimorum codicum

scriptura constare et vero etiam quanta fide et religione Im. Bekkerus in chartis antiquis excutiendis versatus sit clarius intelligi posse videatur. Et percepimus sane exinde hoc utilitatis, ut non paucis locis primi potuerimus decernere, quid de verborum scriptura et emendatione statuendum esset, id quod suis locis in commentariis nostris grati professi sumus. Quamobrem facere non possumus quin Baehrio, Viro Illustrissimo atque Humanissimo, cui dudum tacito pectore maximam habuimus gratiam, nunc etiam palam pro insigni ipsius erga nos favore ac benevolentia debitas gratias agamus. Quas quidem gratias etiam ab omnibus iis, qui bonarum litterarum amantes sunt, ei ultro oblatum iri, id vero tanto certius speramus atque confidimus, quo religiosius nos munere ab ipso litteris tributo usi fuisse reperiemur.

Sunt autem codices, quorum copiis uti nobis concessum fuit, hi:

1) Parisinus A. numero 1807 insignitus. Contulit eum Im. Bekkerus; diligentissime item excussit Bastius, cuius schedis usi sumus.
2) Parisinus B. a Bastio ad quinque libros priores et sexti initium collatus. Is liber quo numero in catalogo bibliothecae notatus fuerit, ignoramus, quandoquidem id non indicavit Bastius.
3) Venetus Ξ. numero 184 signatus. Hunc quoque excusserunt Bekkerus et Bastius, cuius utriusque collatione usi sumus. Nec tamen Bastius exploravit totum, cuius opera inde a septimo libro cessavit.
4) Vaticanus Ω. in catalogo n. 796 notatus. Eum totum atque integrum contulerunt Bekkerus et Bastius, additis etiam lectionibus margini adscriptis iisque saepe perquam praestabilibus. Itaque de eius virtute et excellentia satis utrinque constat.
5) Angelicus, a nobis et Bekkero littera ν insignitus. C. 1. 7. form. maxim. Eum excussit Bekkerus.
6) Palatin. Vaticanus f (Bekkero 𝔣) n. 177. ornatus, quem item contulit Bekkerus.

7) Ricardianus h. (Bekkero ɧ) n. 67. Is Legum libros habet priores decem et undecimi partem; desinit enim Libr. XI. p. 919. A. in voce δεχόμενος, insignis singularibus nonnullis atque propriis lectionibus. Excussit Bekkerus.

8) Vaticanus r. (Bekkero r) n. 1029. in bibliothecae catalogo notatus. Contulit Bekkerus.

9) Florentinus a. Bibliothecae Laur. Cod. I. plut. 59.

10) Florentinus c. Bibl. Laurent. Cod. IX. plut. 85.

11) Florentinus o. Bibl. Laurent. n. 2552.

12) Florentinus δ. Bibl. Laurent. Cod. XVII. plut. 80. Quattuor hi libri Florentini ab Illustri Del Furia sedulo explorati sunt, a nobis adhibiti in editione Platonis Weigeliana.

13) Vossianus x. unde Ruhnkenius quondam varias lectiones excerpsit, publicatas illas ab Heusdio Specim. Crit. p. 142. sqq.

14) Vindobonensis z. n. 56. ab initio mutilus; ad librum primum a Bastio collatus.

15) Monacensis olim Augustanus, n. 490. notatus, ad librum quintum collatus a Friderico Jacobsio, cuius excerptae lectiones post ipsius obitum emtionis venditionis lege ad nos pervenerunt.

Itaque varias lectiones in Commentariis criticis hoc fere ordine proposuimus:

A. B. Ξ. Ω. v. f. h. r. a. c. o. δ. x. z. Mon.

Ex his codicibus principes sunt et bonitate sua ante ceteros excellentes: Par. A.; Vatican. Ω. cum annot. marg.; Par. B. et Vossian. x. Horum igitur scripturam tanquam instar fundamenti esse voluimus, cui recensio nostra inniteretur, ita ut ea tantum lege ab ea recesserimus, si qua aut lectio ipsorum manifesto falsa esset, aut grammaticorum praeposterae sapientiae deberi videretur, siquidem

alii codices longe verisimilius quid suppeditarent. Nam illud certe nemo recte iverit infitias, vel praestantissimos illos codices passim et vitiose scriptos et a grammaticis temere correctos esse, ideoque magna opus esse cautione, ne ipsa illa bonitate, qua alias excellunt, in fraudem et errorem inducamur. Id quod nuper demum editoribus quibusdam ita accidit, in quorum opera si quid est quod reprehendendum existimemus, illud ipsum videtur esse, quod Parisini A. et Vaticani Ω. itemque codicis Bodleiani s. Clarkiani a Gaisfordio collati vestigia nimium presserunt eoque Platonis orationi saepe damna importarunt, qualia philosopho hodie quidem importata esse nollemus. Quod quo iure ita statuamus, vel ex iis poterit intelligi, quae nuper in tertia Symposii editione annotavimus; clarius etiam patescet, ubi commentarios ad alteram Phaedri editionem et ad Leges scriptos paullisper lustraveris. Sed haec quidem de Legum codicibus praestantioribus. Sequitur ut etiam de ceteris libris manuscriptis paucis monendum sit. Sunt vero nec hi ullo modo contemnendi; imo et ipsi suis sese bonis non mediocriter commendant. Nam plurimis locis, ubi meliores libri manus criticorum correctrices experti sunt, hi tuti et immunes ab importunis correctionibus permanserunt; multis locis item virorum doctorum coniecturas stabiliunt; non raro denique valent etiam ad iudicandas lectiones rariores ac difficiliores ideoque criticis suspectas. Praeterea etiam fontem saepe aperiunt, unde vulgatae lectiones manaverint. Quo in genere praeter ceteros memorabilis est Venetus Ξ, qui quum omnino plurimum cum editt. Aldina, Basileensibus et Stephaniana consentiat, tum saepe unus est, qui vulgatam lectionem tuetur, ut eam indidem appareat neutiquam ex mera editorum coniectura ductam esse, sed niti veterum codicum auctoritate. Nec vero negligenda convenientia est inter Vaticanum f. (n. 173.) et Florentinum o. quos facile suspiceris ex communi aliquo fonte ductos esse, quum interim alii varie inter hos atque alios fluctuent, ut certam scribendi emendandique legem atque normam minime suppeditare videantur. Sed hoc utut est, hanc certe legem in refingenda Platonis oratione nobis statuimus, ut optimos quidem codices illos, quantum fieri posset, per om-

nia, imprimis etiam in orthographicis, veluti in admittendis hiatibus et elisionibus, sequeremur, nec tamen iis tantum tribueremus, ut vel errores ac menda eorum temere defenderemus aut deteriores eorum lectiones aliorum codicum scripturis natura sua probabilioribus anteferremus. Debet enim in re critica profecto etiam probabilitati atque iudicandi libertati suus locus concessus esse, quamdiu codices vel praestantissimi nec archetyporum instar habendi nec a grammaticorum commentis ac correctionibus liberi mansisse existimandi erunt; alioquin certe futurum est, ut critica nulla sit amplius, siquidem ad meram codicum nonnullorum descriptionem uno manuum ministerio a quovis perficiendam redierit.

Atque haec quidem de Platonis codicibus. Sed praeter hos etiam alia subsidia critica nobis praesto fuerunt. Laudant enim atque recitant integros Legum locos non paucos Stobaeus, Theodoretus, Iamblichus, Eusebius, alii. Bonum factum igitur, quod nuper Thomas Gaisfordius quum Stobaeum et Theodoretum Cur. Affect. Graec. critice emendatos edidit, tum etiam Eusebii Praeparationem Evangelicam Oxonii a. 1843. quatuor voluminibus octonis egregie adornatam et uberrimis commentariis criticis instructam evulgavit. Contulit enim editor celeberrimus ad Eusebium quinque libros Parisinos, quos ipse signavit litteris A. B. C. D. E., duos libros Florentinos, quos notavit siglis F. G. duos Venetos quos dixit H. I.; ac praeterea adhibuit collationem libri Vossiani, littera V. insigniti et syllogen varr. lectionum codicis Harleiani siglo O. notati: ex quibus libris facile princeps est Paris. A., scriptus ille anno 914. post Chr. n. Itaque his quoque copiis criticis religiose nec vero sine fructu usi sumus; redundavit enim inde in operam nostram id utilitatis, ut aliquot locos in codicibus Platonis omnibus vitiose scriptos ex Eusebio tuto emendare licuerit; id quod rursus certissimo est argumento, ne optimos quidem Platonis libros ubique veram aut probabilem exhibere scripturam. Quamquam omnem illorum scriptorum varietatis discrepantiam afferre supersedimus, sicubi in iis nihil novi repertum esset. Quod contra Platonicorum librorum, imprimisque quatuor optimorum, copias omnes exponere necessarium duximus, praeter-

missis tantum manifestis scribarum erroribus et rebus levioribus, de quibus hic et illic aliquid monere satis visum est.

De una autem re hoc loco universe exposuisse iuvabit, quae pertinet ad vocabulorum orthographiam per omnes hosce sermones aequaliter fere regnantem. Usum dicimus *τοῦ ν̄* quod vulgo vocant *ἐφελκυστικόν* in Paris. A. prope constanter observatum. Est enim hic liber in numero eorum codicum in quibus littera illa finalis etiam ante consonas usurpatur. De quo quidem usu exposuerunt praeter alios Fischerus ad Weller. I. p. 188. Sturzius De dialecto Alexandrina p. 128. Rink. Lucubratt. p. 32. Porsonus et Elmsleius ad Eurip. Med. v. 76. Iacobs Praefat. ad Aelian. anim. I. p. 23. Poppo ad Thucyd. I. p. 445. Bachmannus ad Lycophron. p. 156 sq. Hermann. De emend. gramm. Gr. I. p. 23. Benseler. ad Isocrat. Areopag. p. 185. sqq. Weber. ad Demosth. Aristocr. p. 146. Bremi ad Aeschin. in Ctesiph. 3. Schneider ad Remp. I. p. 46 sq. Buttmann. Gr. Gr. I. §. 25. p. 93. Matthiae Gramm. Ampl. T. I. p. 125. sqq. §. 41. ed. 3. Etiam in vett. inscriptionibus ac titulis eundem reperiri constat, ut apud Gruter. Inscript. p. 71. 1. *ἀνέβλεψεν, καὶ ἐλήλυθεν, καὶ εὐχαρίστησεν δημοσίᾳ τῷ θεῷ*, ap. Boeckh. Vol. II. p. 1085. N. 2465. b. *μνημόσυνον Θήρας πόλεως παριοῦσιν ἔτευξεν βάθρα τάδ', ἔστησεν τε μέλαν λίθον Ἀρτεμίδωρος*. Ibid. p. 1114. N. 2811. b. *ἔστιν δέ καὶ πολίτης*, itemque in Inscriptione Rosettiana. Neque eum ignorant alia vetustatis litterarum monumenta, ut codex duarum Hyperidis orationum nuper ab Ios. Arden. in Aegypto inventus, ut volumina Herculanensia, volumina papyracea Taurinensia, alia. Itaque extiterunt iam inter veteres criticos qui Atticos contenderet ν̄ istud promiscue tam ante consonas quam ante vocales litteras usurpavisse, quorum iudicia refert Grammaticus in Anecdot. Bekkeri Vol. III. p. 1400. sq. Quamquam usus iste neutiquam solis Atticis proprius fuit, qui certe etiam apud Homerum et in codicibus N. T. maximeque in Alexandrino illo libro dominatur. At enim vero quum multi passim rem attigerint certissimaque eius extent in vetustis libris et litterarum monumentis documenta, tamen quam late ille patu-

erit aut quibus se continuerit finibus, definire difficillimum est, praesertim nondum satis explorata veterum codicum scripturae diversitate, qualem hoc in genere apud omnes fere scriptores reperiri non obscure testatur Bekkerus Anecdot. Graec. III. p. 1401. Videmur tamen primum quidem iure quodam nostro contendere et affirmare falsum esse, quod Planudes apud Bekkerum l. c. scripsit, usum istius ν̄ apud Atticos fuisse constantem ac perpetuum. Id enim secus esse, clarissime intelligas ex poëtis Atticis, qui ita tantum illo ante litteras consonas usi esse reperiuntur, si metrum flagitaret, sed eodem abstinuerunt, sicubi numeri adversarentur. Ex quo colligimus, Atticum quidem esse hunc usum, quatenus Atticis fuit permissus, ceteroquin autem arbitrarium. Nimirum grammaticos veteres novimus saepe Atticum vocasse, quod Atticis dicere licitum fuisset, etiamsi id apud ipsos non esset constans ac legitimum. Atque haec si tenemus, certe aliquatenus etiam perspicere licebit, quid de pedestris orationis consuetudine iudicari oporteat. Fuit enim ne in hoc quidem orationis genere usus ille *τοῦ νῦ* ante consonas perpetuus aut legitimus, sed mere arbitrarius. Quippe quum usus *τοῦ νῦ* ex antiquitate susceptus fere ante litteras vocales evitandi hiatus gratia necessarius haberetur, tum ante consonas videtur admissus ac celebratus esse, sicubi vel genus dicendi vel orationis gravitas atque dignitas vel etiam certarum formularum solemnitas sonantiores atque pleniores vocabulorum, praesertim natura sua breviorum et exiliorum, formas sive requirere sive ferre existimaretur. De quo similiter sensit etiam Apollonius Alexandrinus *Περὶ συνδεσμῶν* in Bekkeri Anecdot. III. p. 520. extr. *καὶ ἐκκείσθω τὸ ὑπόδειγμα τὸ ἐπὶ τοῦ ν̄, ὃ μάλιστα πάμπολλόν ἐστιν ἐν τῷ πλεονασμῷ, ἕνεκα εὐφωνίας παραλαμβανόμενον ἐπὶ παντὸς βραχυκαταλήκτου ῥήματος, ἔλεγεν, ἔλαβεν, καὶ ἐπὶ δοτικῶν τῶν εἰς ῑ ληγουσῶν, παισίν, χρή[μα]σιν· οὐ μὴν ἐν τῷ λέγει καὶ λέγοι* (sic l. pro *λέγειν*). Qui quod dicit *ἐπὶ παντὸς βραχυκαταλήκτου ῥήματος*, id non sic intelligendum putamus, ac si id semper et ubique per usum loquendi ita factum sit: imo hic quoque significari videtur, eum usum in vocabulis in brevem syllabam exeuntibus euphoniae caussa locum

habere potuisse, ut omnino quidem fuerit arbitrarius. Quippe adscitus ille videtur, ut diximus, commendante ipsum antiquitatis usu, sicubi orationi aut insignioris cuiusdam gravitatis ac dignitatis species aut solemnitatis cuiusquam forma impertienda videretur. Consentaneum igitur est usurpatam fuisse hanc rationem primum in titulis et inscriptionibus, quorum natura ita fert, ut subinde sonantiora vocabula requirant. Porro eadem locum tenuit suum item in solemnibus legum formulis; unde toties in iis oratorum locis reperitur, qui aut leges ipsas aut earum sententiam referunt. Denique etiam in grandiore sermone atque in iis operibus, quae talem granditatem referrent, videtur usitata fuisse. Qualia quidem opera quoniam sunt Leges Platonis, Politia atque Timaeus, mirandum certe non est, si qui extiterunt critici et grammatici, qui illud $\bar{\nu}$ etiam ante consonas in iis adiici oportere sibi persuaderent. Nam Parisinum quidem codicem (1807. A.), de quo loquimur, etiam in Timaeo et Republica eam rationem tenere, liquidum erit ex Appendice nostr. ad Tim. p. 444. ed. Gothan. et Praef. Schneideri ad Reipubl. Plat. ed. Parisinam forma quaterna institutam (ap. Firm. Didot., a. 1846.) p. IV. sqq. Atque eadem caussa est, cur etiam libri N. T. isto modo in codicibus quibusdam exarati sunt. Quamquam nos si quid iudicare possumus, licentius sane videtur hoc in genere grassata esse librariorum atque criticorum industria. Qui certe sese neutiquam videntur intra eos fines continuisse, intra quos debebant. Imo illi si quando vellent elegantius et magnificentius scriptum esse opus aliquod, illud protenus ita exararunt, ut in titulis et inscriptionibus fieri solebat, ita etiam scriptori singularem aliquem honorem haberi rati. Inde igitur nostra sententia provenerunt splendida quaedam et magnifica veterum operum exemplaria, in quibus non tam spectatum est, quid ab ipsis eorum auctoribus esset profectum, quam quid ad ipsorum codicum elegantiam et pretium augendum valeret. Nimirum mos Atticus quum omnino usum istum litterae $\bar{\nu}$ permitteret, illi continuo eum latius extenderunt et universis scriptorum operibus, more fortasse perquam antiquo, impertiri non dubitaverunt. Quod quidem verisimile est maxime

ita factum esse in codicibus litteris quadratis descriptis eoque titulis et inscriptionibus externa specie sua utique simillimis. Atque hic ipse fons fuit, opinor, haec origo, illorum codicum, qui, quamvis minoribus picti litteris, tamen istud $\overline{\nu}$ perpetuo fere etiam ante litteras consonas tuentur. Descripti nimirum illi sunt ex codicibus, qui habuerunt litteras quadratas et ad inscriptionum ac titulorum similitudinem elegantiae caussa comparati fuerunt. Quae coniectura nostra si vera est, quid inde consequatur sponte intelligitur. Tantum abest enim, ut talium codicum scriptura ipsis operum auctoribus deberi existimanda sit, ut magnam partem mera lubidine adoptata esse censeri debeat, ita ut errasse putandi sint, qui $\overline{\nu}$ *ἐφελκυστικόν*, ubicunque codices illud tuerentur, et in N. T. et in veterum Graecorum libris aliquando restitui voluerunt. Exhibent enim illi libri non germanam auctorum scripturam, sed mero arbitratu positam, neque ex illis ullo modo colligi licet, quousque ipsi veteres hac in caussa progressi sint. Quamobrem ita tantum eorum hoc in genere aliqua est auctoritas, si alii quoque codices boni, ab illa orthographiae constantia alieniores, cum iis conspirare reperiuntur. Et inter eos quidem codices, qui minutis litteris scripti ex vetere aliquo codice repetiti sunt, qui ob eas, quas diximus, caussas $\overline{\nu}$ *ἐφελκυστικόν* etiam ante consonas litteras constanter inferciret, sine dubio etiam liber Parisinus A., de quo nunc ipsum agitur, numerandus est. Cuius tamen hoc in genere auctoritatem non ita magni faciendum esse ex eo colligimus, quod Vaticanus Ω, qui illi bonitate nihil concedit, ac pari diligentia a Bastio exploratus est, eam scribendi rationem non modo rarius sequitur, sed etiam sicubi eam sequitur in *τῷ νῦ* punctum superimpositum habet, quo litteram delendam esse significatur. De quo usu puncti v. Bast. Epist. Crit. p. 16. ad Gregor. Corinth. p. 68. et 855. sq. Quod quidem quo clarius intelligatur, age rem exemplis declaremus, collectis locis, in quibus usus ille *τοῦ νῦ*, de quo loquimur, ex utroque codice enotatus est. Habet igitur Parisinus liber scripturam illam his locis:

Libro I.

P. 625. D. δρόμοισιν δὲ ἡμεῖς
— 626. D. πάντας πᾶσιν δημοσ.
— 627. B. ἐστιν που.
— 630. A. ὅς φησιν, πιστὸς
— — B. εἰσὶν πάμπολλοι
— — C. φησιν Θέογνις
— 631. B. εἰσιν μάτην.
— — B. ἔχουσιν γὰρ ὀρθῶς.
— — B. πορίζουσιν· διπλᾶ.
— — D. γενέσεσιν καὶ τροφαῖς
— 632. A. ἐν πᾶσιν τοῖς τοιούτοις
— — B. ἔχουσίν τε καὶ ἄκουσιν.
— — B. πράττωσιν τῶν τοιούτων
— — B. ἐν οἷς ἔστιν τε.
— — B. εὐπειθέσιν τῶν νόμων
— — D. ἔνεστίν τε πάντα
— — D. διάδηλά ἐστιν τῷ π.
— 633. D. ποιοῦσιν κηρινοὺς.
— 634. A. ἔπειθεν τιμαῖς
— — D. ἀνδράσιν πρέποι.
— 636. A. ἔοικεν γὰρ et ἔοικεν δῆτα
— — B. δηλοῦσιν δὲ
— — D. πόλεσιν καὶ ἐν ἰδίοις ἤθεσιν· δύο
— 637. B. πάντ' ἐστὶν τὰ τοιαῦτα
— — B. ἔνεισιν καρτηρ.
— — C. ἅπασιν δὴ τ.
— — D. σμικρόν ἐστιν τὸ
— 638. A. γεγόνασίν τε
— — B. νικῶσιν μαχόμενοι
— — B. ἐστὶν καλὸν
— — D. μάρινσιν γὰρ
— 639. A. ὡς ἔστιν καλὸν
— — C. πέφυκέν τε
— 640. C. ἔστιν δέ γε ἡ τ.
— — C. γεγόνασίν τε
— 641. A. παντάπασιν τοῦτό γε
— 642. B. πᾶσιν τοῖς παισίν, et paullo ante: ἐστιν λόγων
— — C. εἰσὶν τοιοῦτοι
— — D. ἔτεσιν πρότερον
— — E. ἔχουσιν γονεῖς
— 643. A. τί ποτ' ἐστὶν καὶ τ.
— 644. B. ἀνδράσιν παραγ.
— 646. C. ἕξουσιν τοιοῦτον
— 647. A. ἀλγηδόσιν καὶ τ.
— 648. C. τάττοις, ἐν πᾶσιν; καὶ
P. 649. D. ταῦτ' ἐστὶν πάντα
— 650. B. ἐστὶν ταῦτα et ἔστιν δέ που.

Habes ergo quinquaginta voces, quibus ν ἐφελκυστικόν ante litteras consonas in libro Paris. affigitur. Iam vero si quaerimus de Vaticano n. 796. Parisino bonitate si non pari, at certe proximo, unde Bastius item quidquid ad illum usum pertinet religiosissime enotavit, mirum sane accidere unicuique debet, quod in libro praestantissimo paucissima rei vestigia extant, et sicubi extant, ibi partim ipsius scribentis annotatione suspecta facta sunt. Habet enim liber Vaticanus ν ante consonas litteras in primo Legum libro his tantum locis:

P. 626. A. extr. παρέδωκεν τοὺς νόμους, ubi Paris. παρέδωκε τ. ν.
— — C. ὀρθὸν τοῦτ' ἐστίν, κώμῃ ubi Par. item ἐστί, κ.
— 633. D. ποιοῦσιν κηρ. cum Par.
— 636. D. ἤθεσιν. δύο cum Par. sed antea non πόλεσιν, ut ille, verum πόλεσι.
— 639. C. πέφυκεν τε, ut Par. sed litera ν punctis notata, quod emendandae scripturae signum esse solet.
— 648. C. τάττοις ἐν πᾶσιν ut Par. ubi tamen item ν puncto notatum est.

Videmus igitur hunc codicem sexies tantum istud ν ante litteras consonas perscriptum exhibere. Sed ex his duo ab ipso codicis auctore erroris arguuntur. Supersunt igitur quattuor rei exempla. Ea vero et ipsa per errorem irrepsisse perquam est verisimile, praesertim quum duo tantum Parisino communia sint, duo Vaticano propria. Nempe mos ille, quo multi ν solebant ubique affigere, subinde etiam eos in fraudem induxit, qui de eius usu sentirent aliter atque eorum criti-

corum rationem amplecterentur, qui illud νῦ raro aut nunquam usurpandum esse statuissent.

Sed de Legibus quo certius aliquando constet quid optimi illi codd., a Bastio excussi, ubique perscriptum habeant, age etiam reliquorum librorum scripturae varietatem consignemus.

Lib. II.

Parisinus A. scriptum habet:

P. 652. A. ἔοικεν βούλεσθαι
— 653. E. κινήσεσιν τάξεων
— 654. D. ἐστὶν φυλακὴ κ.
— 655. A. ἔνεστιν, περὶ ῥ.
— — A. ἔστιν τε
— — C. λέγουσίν γε
— 656. A. χαίρουσιν δὲ
— — B. ἤθεσιν ξυνῶν
— — D. πόλεσιν νέους
— 657. A. φασὶν τὰ
— 658. C. κρινοῦσιν τὸν τ.
— — D. ἐστιν φάναι
— 659. C. παιδεύουσιν· διέφθαρκεν δ'
— — C. δρῶσιν πᾶν
— — E. κάμνουσίν τε καὶ ἀσθενῶς ἔχουσιν τὰ σώματα.
— 660. A. ἐν ἁρμονίαισιν μέλη pro ἐν ἁρμονίαις μ.
— — B. δοκοῦσίν σοι
— — D. Ἕλλησιν γίγνεσθαι
— 662. B. εἰσίν τινες
— — E. ἐστὶν μακαριώτατος
— 663. B. πᾶσίν τε
— 664. D. εἰσίν γε
— 665. C. ᾄδουσιν καὶ
— — D. φρονήσεσιν πιθ.
— 668. B. αὐτὴν ἐστιν ποιήμ.
— — C. ὅ τι ποτ' ἐστίν
— — D. εἰσὶν δήπου
— 670. C. δρῶσιν ταῦτα
— — D. ᾄδωσιν καὶ et paullo ante βάσεσιν τῶν
— 671. A. εἴρηκεν. σκοπ. et γέγονεν θορυβ.
— — B. γέγηθέν τε
— — D. ἔστιν ταῦτα
— — D. extr. ἡγεμόσιν τοῖς
— 672. A. ὡς ἔστιν κακὴ
— 673. B. Κρησὶν καὶ Λ.
— — D. ἐγέννησέν τε — καὶ ἔτεκεν του

P. 674. B. ἄρχωσιν μηδ' αὖ.

Habes igitur rursus plus quadraginta exempla τοῦ ν̅ isto modo in Paris. usurpati ex libro secundo depromta. Iam vero accipe, quid de Vat. Ω. ea de re nuntiatum sit. Is vero scriptum exhibet:

P. 656. A. φασίν που
— — D. cum Par. πόλεσιν νέους
— 657. E. ἔστιν ταῦτα
— 659. C. διέφθαρκεν δ' αὐτοῦ cum Par.
— 660. A. Ἕλλησιν γ. item cum Paris.
— 670. D. ᾄδωσιν καὶ c. Paris.
— 671. A. εἴρηκεν et γέγονεν c. Paris.
— 673. D. ἐγέννησεν et ἔτεκεν c. Paris.

Sed ista omnia ν̅ habent punctis notatum praeter p. 657. E. ἔστιν ταῦτα.

Lib. III.

Parisinus A. scribit:

P. 676. B. εἰσὶν καὶ
— 677. B. ἐπινοοῦσιν· in exitu sermonis, ut alii.
— — C. ἔμενεν τάδε
— — E. ἐτύγχανεν γένος
— 678. C. πᾶσιν φόβος
— 679. A. μή τισιν κατ' ἀρχάς
— 680. A. ἔστιν τις
— — B. ἐστίν. λέγει
— — C. ἀλέγουσιν, ut alii quidam.
— — C. ἔοικέν γε
— — C. ποιήμασιν
— 681. E. εἴρηκεν
— 682. A. τισιν χάρισιν
— — C. τισιν λόφοις
— — D. ξυνέβαινεν γιγν.
— 683. B. ἔοικεν σκοπ.
— — E. γέγονεν δὴ
— 684. A. πόλεσιν τριτταῖς
— — B. καταστάσεσιν
— — B. τεθεῖσιν νόμοις
— — C. προστάττουσιν — θήσουσιν
— — D. κατασκευάζουσιν
— 685. A. διέφθειρεν
— — A. ἔμεινεν τὸ

P. 685. C. ἔλλησιν πᾶσιν
— 686. C. διανοηθῶσιν:
— 688. D. ἐστὶν καταφ.
— — E. πόλεσιν
— 689. B. ἄρχουσιν καὶ
— — B. ποιῶσιν πλεῖον
— — D. ἔμφροσιν
— 690. A. πόλεσιν μεγ.
— — B. ξύμπασιν τοῖς
— — E. τοῖσιν δήμοις
— 691. D. ἐστὶν μετρ.
— — E. μίγνυσιν τὴν
— 692. E. ἤμυνεν. πολλὰ et mox ἤμυνεν τὴν
— 694. B. ἔοικέν γέ πως
— 695. B. εὐδαιμόσιν μήτε
— — C. ἔοικεν σχεδὸν
— — D. πᾶσιν Πέρσαις
— — E. ἀπετέλεσεν — παθήμασιν
— 696. C. ἐστιν πλούτῳ
— — C. πόλεσιν τιμ.
— 698. A. ὡς ἔοικεν
— — B. ἔστιν δὲ
— — B. ἅπασιν τοῖς
— — D. παντάπασιν κατὰ — εἶλεν
— — D. ἀφῆκεν φοβ.
— — D. ἐξέπληττεν καὶ
— — E. ἤθελεν, πλήν γε
— 699. A. ἐκινδύνευσεν ξυμμ.
— — E. ἄγουσιν τὸν δῆμον
— 700. A. ἐδούλευεν τοῖς
— — E. οὖσιν κρίνειν
— 701. A. ἐνέτεκεν τὸ
— — B. αὐτό ἐστιν σχ.
— — B. οὖσιν νόμων
— — C. ἐπιδείκνυσι· (sic) καί, ubi Vat. Ω. ἐπιδείκνυσιν καί, sed τῷ ν punctis notato.
— 702. B. ἔοικεν κατὰ
— — C. ἀρέσκουσιν, τιθ.

En ultra sexaginta rei exempla. Sed Vaticanus Ω. his tantum locis ita scribit:

P. 677. C. ἔμενεν τάδε, litera punct.
— — D. γέγονεν. apposito punct.
— — E. ἐτύγχανεν γένος, cum punct.
— 681. E. εἴρηκεν cum punct.
— 684. C. προστάττουσιν apposita vitii nota, ac dein θήσουσι, non θήσουσιν ut Par.
P. 684. D. πόλεσιν cum vitii nota.
— — E. ὑπῆρχεν item.
— 685. A. διέφθειρεν cum corr.
— — A. ἔμεινεν puncto super ν adscripto.
— 691. C. συνέστειλεν, ut antea.
— 695. E. ἀπετέλεσεν — παθήμασιν puncto gemino addito.
— 697. A. ὡς ἔοικεν cum vitii notatione.
— 698. D. ἀφῆκεν et ἐξέπληττεν puncto superimposito.
— — E. ἤθελεν cum puncto.
— 701. C. ἐπιδείκνυσιν καί, non sine nota erroris.

Itaque circiter octodecim locis, sed iis omnibus nota erroris insignitis, in hoc codice scriptum reperitur, quod in cod. Parisino fere constanter susceptum est. Quo plane confirmari putamus nostrum de huius orthographiae rationibus iudicium. Sed pergamus etiam ulterius: subiungamus etiam quarti libri scripturae varietatem.

Lib. IV.

Paris. A. habet:

P. 704. B. εἰσὶν κατὰ ταὐτὰ
— — B. ἐστὶν μάλιστα
— — C. εἴληχεν: ut Vat.
— 706. B. συνήνεγκεν πρὶν
— — C. ἀπολλῦσιν καὶ
— 707. A. ἀποδιδόασιν. διὰ
— — E. ἔοικεν γενήσεσθαι
— 708. E. ἔστιν δ' ὅτε
— — C. ἤθεσιν δι' ἃ
— 709. E. ξύμπασιν τοῖς
— 710. A. παισὶν καὶ
— 711. D. τισὶν δυν.
— — E. ἔστιν τις
— 712. B. ἀκούσειέν τε
— — C. τούτων ἐστίν: ut Vat.
— — E. ἐστὶν τῶν πολ.
— — E. οὐκ εἰσὶν πολιτεῖαι
— 713. B. προσήκων ἐστὶν
— — E. οὐκ ἔστιν κακῶν
— 714. C. συμφ. ἐστίν:
— — C. οἷει φασίν ποτε

P. 715. A. ἐστὶν παρ. et γέγονεν γὰρ δὴ
— — A. ἡττηθεῖσιν μήτε
— 716. B. ἐποίησεν. πρὸς, ut Vat.
— — E. ἐστίν ποτε
— 717. A. ἅπασιν σκ.
— — B. ῥηθεῖσιν
— — D. δρῶσιν τὸ τοιοῦτον
— 718. A. κεκμηκόσιν νέμοντα
— — D. ἔδοξέν τί μοι
— 719. A. ἔοικεν λέγοντι
— — C. πᾶσιν ξυνδεδογμ.
— — C. οἶδεν δὲ
— 720. A. εἰσίν πού τινες
— — C. ἰατρεύουσιν περιτρ.
— — D. οἷός τέ ἐστιν διδ.
— — D. ἐπέταξεν πρὶν
— — E. τάξεσιν: τί μήν; ut Vat.
— 721. C. ἔστιν τι
— — E. μήκεσιν: πρὸς, ut Vatican.
— 722. E. ἐπιτάγμασιν ταῖς
— 723. B. πᾶσίν γεν. ἐστὶν πρ.
— — B. ἐστὶν ῥηθ.
— — D. πέφυκέν γε
— 724. A. ἐστὶν ῥητέα.

Vatican. Ω.

Is in fine sententiae, ubi sequitur alia persona, ν̄ etiam ante consonam cum Paris. servat, ut p. 704. C. 712. C. 716. A. 721. E. Id quod alii quoque codices ita faciunt. Praeterea autem scribit:

P. 706. B. συνήνεγκεν πρὶν
— — B. ἀπολλῦσιν καὶ, utrobique cum Paris. consentiens, sed addita erroris nota.
— 707. B. Ἕλλησιν, τὴν δὲ
— 708. E. ἀνέτρεψεν πολ. — μετέβαλεν νόμους, addita corr. nota.
— 712. D. γέγονεν, καὶ, ubi ob interpunctionem ν̄ servatum est.
— — E. ἐστὶν πολιτ. puncto superimposito.
— 715. C. τεθεῖσιν νόμοις.
— 718. A. κεκμηκόσιν νέμοντα
— 719. C. οἶδεν δ' οὔτ', cum nota err.
— 723. D. πέφυκέν γε, cum nota erroris.

Lib. V.

Paris. A.:

P. 726. A. πάντ' ἐστὶ πᾶσιν
— 727. D. πέφυκεν μέγιστα
— 728. B. πᾶσιν πᾶς
— — B. ἔστιν δ' ἡ μεγίστη
— — B. οὖσιν κακοῖς
— — C. οὐκ ἐστὶν καλὸν
— — D. νοήσειεν. τὴν
— 729. A. πόλεσιν καὶ
— — A. παισὶν δὲ
— — D. ὀλυμπιάσιν καὶ
— 730. B. μέλλουσιν νόμοις et ἐστὶν μετὰ
— 731. C. πᾶσιν τιμιώτατον
— — E. τοῦτο δ' ἐστὶν
— — E. τέ ἐστιν καὶ
— 732. B. πολλάκις ἐστὶν, χρήματα
— — C. τισὶν πράξεσιν
— — E. ἔστιν δὴ
— 733. B. ἐστὶν πλήθει et ἰσότησίν τε
— — B. ἐστὶν πᾶσι
— — D. πεφύκασιν καὶ
— — E. οὖσιν τέταρσιν
— 734. E. ἐστὶν τήν τε ἐφυφὴν
— 735. D. τ' εἰσὶν καὶ
— 736. A. ἐστὶν συμβ.
— — B. δ' ὡς ἔοικεν
— — D. ἐστίν τινα
— 737. E. πόλεσιν χρ.
— 739. B. τέ ἐστιν καὶ
— 740. B. ὦσιν, π.
— — D. εἰσὶν πολλαὶ
— — D. εἰσὶν τιμ. Sed ibidem νουθετήσεσι πρεσβ.
— 741. D. ἔνεστιν σφόδρα
— 742. C. ἐστὶν πόλει
— — C. ἔστιν δὴ
— — E. λέγουσιν δὲ
— 743. A. ἐστὶν τῆς
— — B. ἐστὶν δὲ
— 744. D. ἑαυτοῖσιν τίμημα
— 745. E. ἐστὶν χρεὼν
— 746. A. ὡς εἴρηκεν, μεσότητα
— — C. ἐστιν καὶ
— 747. A. νῦν ἐστιν
— — C. εἰσὶν καὶ ἐν.
— — E. ἐστὶν σκοπεῖν

Vatican. Ω.

P. 730. A. habet ἔπαθεν. τὰ μὲν οὖν, sine nota erroris

vere, opinor. Incipit enim alius argumenti tractatio.

P. 733. D. εἰσὶν βίοι, super ν̄ puncto appicto.

— 734. E. ἐστὶν τήν τε ἐφ. cum Paris. sed non sine puncti nota.

— 739. E. κατοικοῦσιν. διὸ, sine erroris nota.

— 740. B. ἐλλείπωσιν χάριτες, nota puncti addita.

— — D. εἰσὶν, τιμωρ. cum puncto

— 746. A. ὡς εἴρηκεν superscripto κεν syllabae μεν̄.

— 747. D. εἰσὶν καὶ ἐν., sed puncto addito.

— — E. ἐστὶν σκοπεῖν littera νῦ item puncto notata.

Lib. VI.

Paris. A. et Vat. Ω.

P. 754. B. γεγόνασίν τε, quod puncto addito etiam Vat. habet.

— — C. καταστῶσιν κατὰ, ut puncti nota superimposita Vat.

— 757. A. ἐστίν ποτε, ut puncto addito Vat.

— — C. ἔστιν γὰρ δήπου solus Par.

— — E. ἐστιν παρατεθρ. ut puncto addito Vat.

— 758. B. ἄρχουσιν — φρουροῦσιν cum Vat.

— 759. A. ἀδικῶσιν, καὶ, quod puncto apposito et Vat. habet.

— — A. πόλεσιν γ. et puncto addito Vat.

— — A. εἰσὶν πάτριαι, ut puncto addito Vat.

— 760. B. καταστῶσίν τινες, ut puncto addito Vat.

— — C. λάχωσιν τὰ, quod puncto notatum et Vat. exhibet.

— 761. B. πᾶσιν νάματα, ut Vat. puncto addito.

— 763. B. πᾶσιν. τούτους, quod puncto imposito habet Vat.

P. 763. C. οὖσιν, τριχῇ, ut Vat. qui punctum superimponit.

— 765. A. ἴωσιν̄, quod cum puncto habet etiam Vat.

— 766. C. ξυνβῶσιν, ut Vat. qui punctum apponit.

— — D. παισὶν καταστ.

— 767. C. εἰσὶν καὶ

— 768. C. εἴρηκεν cum Vat.

— — D. οὐκ ἔστιν γεν.

— 771. A. εἶχέν τε, ut apposito puncto Vatic.

— — B. μησὶν, ut apposito puncto Vatic.

— — C. ἐπιδείξειεν, quod et ipsum Vat. exhibet puncto superposito.

— 772. D. συμφωνῶσιν πάντες, ut puncto imposito Vatic.

— — E. ὥς φησιν Κλεινίας

— 773. B. χρήμασίν τε, ut cum puncto Vat.

— 774. C. ἴσων ἐστὶν, τὸ μ.

— 776. D. τισὶν κρείττους, ut Vat. sed hic cum puncto suo.

— — E. σεσώκασιν δεσπότας, ut Vat. cum puncto.

— 778. B. ἔοικεν τῆς, ut puncto superimposito Vat.

— — B. πᾶσιν τοῖς, ut Vat. cum erroris nota.

— — C. οὖσιν ληψ. ut Vat. addito vitii indicio.

— 780. B. ἀναγκασθεῖσιν et ἔδοξεν, quod addito puncto etiam Vatic. habet.

— — C. τισὶν, νῦν, ut Vat. qui tamen hic quoque ν̄ puncto notat.

— — D. ἐφέστηκεν, quod Vat. notatum habet.

— 781. A. ἔστιν τόποις et πόλεσιν, quod utrumque Vat. puncto insignit.

— — C. ὑπομείνειεν, ut puncto addito Vat.

— 782. E. ἀχθεῖσιν, quod Vat. item habet puncto notatum.

— — E. ἐστὶν καὶ cum Vat.

— 783. D. τισιν νόμοις, uterque codex, sed Vat. addito puncto.

P. 783. E. *ὥσιν γεγονότες*, quod Vat. puncto notat.

Apparet igitur in hoc libro utrumque codicem multis locis *ν̄* illud scriptum exhibere communiter — uno loco Vaticano propria est lectio, p. 768. D. *εἰλήφασιν νομοθ.*, puncto illa insignita — sed Vaticanum a Parisino hac in re eo discrepare, quod in eo fere ubique *τὸ ν̄* ut vitiosum notatum est.

Lib. VII.

Ad hunc librum quae ex codicibus excerpserat Bastius, ea in alienas venerunt manus, ut ubinam delituerint explorari non potuerit.

Lib. VIII.

Par. A. et Vat. Ω.

P. 829. A. *ἄρχουσιν ξυνοχ.* uterque codex, sed Vat. apposita erroris nota ipsi usitata.
— — B. *ἄρχουσιν* bis, uterque eodem modo.
— — B. *ἐν αὐτοῖς εἰσὶν*, uterque eodem modo.
— 830. D. *φαίνηταί τισίν*, uterque eodem modo.
— 831. A. *πᾶσιν τοῖς*, uterque eodem modo.
— — C. *ἐστιν· τῶν* uterque, sed corr. Vat.
— 832. A. *πεινῶσιν* item.
— — D. *ἐστὶν μν.* item.
— 833. C. *γυναιξὶν δὲ* item.
— 834. E. *διανεμηθῶσιν* item.
— 835. D. *εἰσῆλθεν δή με* uterque codex sine nota.
— — E. *πᾶσιν μέλουσιν διὰ β.* uterque codex, sed Vat. punctum superscriptum habet.
— 836. A. *εἴληφεν νόμους* uterque codex, sed Vat. superscripto puncto.
— — B. *πόλεσιν πῶς τις* item
— 839. C. *ἔστιν καὶ ὅπῃ* item.
— — C. *τεθεῖσιν νόμοις* item.
— — D. *πόλεσιν δοκ.* item.
P. 840. C. *ῥήμασιν καὶ* item.
— 842. B. *ἐστίν τι* item.
— — C. *πόλεσιν ποδ.* item.
— — E. *ἐστιν τρ.* uterque liber sine nota.
— 844. C. *ἐθέλωσιν διὰ* uterque.
— — D. *ἄρχουσιν π.* uterque liber, sed Vat. addito puncto.
— 845. D. *ἔστιν τὰ* solus Par.
— — E. *τισὶν βλάπτειν*, uterque liber, sed Vat. cum nota vitii.
— 848. D. *εἰσὶν τούτοις* item.
— 849. E. *εἴρηκεν πόσον* item.
— 850. A. *νομοφύλαξιν* item.
— — C. *ἄρχουσιν γεγρ.* item.

Consentit igitur in hoc libro Vaticanus plerumque cum Parisino, sed ita consentit, ut rursus fere ubique suum illud punctum additum habeat, quo scriptura per *ν̄* facta vitii arguitur.

Lib. IX.

Par. A. et Vat. Ω.

P. 853. C. *παισὶν ν.* uterque, sed Vat. puncto addito.
— — C. *σπέρμασιν νομ.* item.
— 855. C. *παντάπασιν μ.* item.
— — E. *γράμμασιν* item.
— 856. A. *λεχθεῖσιν* item.
— — D. *τυγχάνωσιν πλ.* item.
— 857. B. *ἐστιν περὶ* item.
— 858. C. *συγγράμμασιν* item.
— 860. B. *ἐστιν μὲν* vel *ἔστιν μὲν* uterque item.
— — B. *μεγέθεσιν· διὰ* Par. sed Vat. corr. *μεγέθει.*
— — E. *εἶναί φησιν* uterque.
— — E. *ἔχοντά ἐστιν* uterque.
— 861. B. *τί ποτ' ἐστὶν τ.* solus Par. *τί ποτ' ἔστιν.* Vat.
— — C. *εἴρηκεν κατ.* uterque, sed puncto superscripto Vat.
— 862. B. *δίδωσιν τι* item.
— — C. *δρῶσιν* item.
— — E. *αὐτό ἐστιν τοῦτο* item.
— — E. *οἶδεν· μετὰ* item.
— 863. D. *ἁμαρτάνουσιν νόμους* item.
— — D. *ἐστὶν, καὶ* item.
— 864. B. *ἔστιν τὰ νῦν* item.

P. 864. C. εἴδεσιν — γένεσιν: τισὶν solus Paris.
— — C. ἔστιν δ' ὅτε uterque codex, sed Vat. addito puncto.
— — D. πράξειέν τι item.
— 865. C. μείζοσίν τε item.
— 866. C. πάντάπασιν item. Sed ibid. D. ambo διαφθείρωσί τινα et E. ἀποκτείνωσί τινα.
— 867. B. κτείνασιν τὰς uterque cod., sed. Vat. superscripto puncto.
— — C. προσῆκεν τῷ π. uterque sine nota puncti.
— 870. C. πόλεσιν item.
— — D. σφίσιν uterque liber sed Vat. addito corr. indice.
— 871. C. συλῶσιν item.
— — E. ὑπεῖξεν φ. item.
— 872. A. πόλεσιν item.
— — C. προσδοκήσειεν item.
— — E. ἀπέκτεινέν ποτε item.
— 873. D. αὐτοῖσιν uterque liber.
— 874. D. εἰσὶν καὶ uterque liber.
— — E. τάξειεν τῶν ἐπ. uterque, sed Vat. superscripto vitii indice.
— 875. B. πέφυκεν νοῦν uterque codex, posito tamen in Vat. super ν̄ puncto.
— — C. ἐστὶν νοῦν item.
— — E. ἕκαστά ἐστιν τ. solus Par.
— 876. E. ἐφίησιν, quod in Vat. puncto notatum.
— 877. C. ὦσιν παῖδες, ut antea.
— — E. νομοφύλαξιν ambo libri
— 878. A. ὦσιν πλ. ambo, sed Vat. τῷ νῦ puncto insignito.
— — B. ἔστιν δὲ οὐ et ἔστιν μ. ut modo ante.
— — E. νομοφύλαξιν item.
— — E. εἴρηκεν. δοῦλος, item.
— 879. C. ἔοικεν δὲ item.
— 881. A. οἶδεν et ἀνύτουσιν, item.
P. 881. D. ἐθέλωσιν, item.
— 882. B. γυναιξὶν τε, item.

Lib. X.

Par. A. et Vat. Ω.

P. 885. C. εἰσὶν θεοὶ et mox μησὶν δ. ambo, sed Vat. utrobique τὸ νῦ puncto notavit, quod dehinc non amplius memorabimus, illud solum indicaturi, sicubi non ita factum sit.
— 886. A. γράμμασιν λόγοι ambo.
— — C. οὐκ εἰσὶν δι' ἀρ. ambo.
— — D. θεοῖσιν φίλον ambo.
— — D. εἰσὶν θεοὶ ambo.
— 887. B. εἰσὶν καὶ ambo.
— — E. οὖσιν θ. solus Par.
— — E. εἰσὶν θεοὶ ambo.
— E. εἰσίν. τολμ. ambo.
— 888. C. οὐκ εἰσὶν et οὖν τισιν ambo.
— — C. εἰσιν θύμασιν καὶ ambo.
— — D. ἔοικέν φασιν τὰ et mox φασίν· τέχνη ambo.
— 889. D. εἰσὶν συνέριθοι ambo.
— — D. εἶναί φασιν ambo.
— 890. A. ἐμπίπτουσιν νέοις ambo.
— — A. ὅς ἐστιν τῇ ambo.
— — B. πόλεσίν τε solus Par.
— — D. εἰσὶν θεοὶ ambo.
— — D. γέ ἐστιν γ. ambo.
— — E. ἐστίν που solus Par.
— 891. B. εἰσὶν θεοὶ solus Paris.
— — B. ἔοικεν δὲ οὐ ambo.
— — D. ἔοικεν τοίνυν solus Paris.
— — D. δέ ἐστιν ταῦτα solus Paris.
— 893. B. ὡς εἰσὶν τὴν ambo.
— — B. ἐρωτήσεσιν ambo.
— — C. ἕστηκεν καὶ τὰ ambo.
— 894. A. ἔστιν δὲ ambo.
— — A. εἴδεσιν ambo.
— — C. πᾶσιν bis; ambo.
— — D. αὐτοῖσιν Paris.
— 895. B. ἑστῶσιν ambo.
— — C. ἔστιν που ambo.
— 896. E. ἅπασιν ambo.
— — E. ὀνόματά ἐστιν β. ambo, hic quidem Vatic. sine nota.

P. 897. E. προσέοικεν ambo.
— 898. A. πλείοσιν φ. ambo.
— — E. ἔστιν τινῶν solus Vat. addito puncto. Par. ἐστί τινων.
— 899. B. κοσμοῦσιν ambo.
— — D. εἰσὶν θεοὶ ambo.
— 900. D. εἰσιν θεοὶ ambo.
— 901. D. δύναμίς ἐστιν ambo.
— 902. A. πράττουσιν διά τινας ambo.
— — B. τισὶν πολιτικοῖς solus Vat. puncto non superscripto.
— — C. ὦσιν ambo.
— 903. B. λέληθεν ambo.
— 904. D. ὀνειροπολοῦσιν ambo.
— — E. μετέβαλεν ambo.
— 905 D. θεοί τέ εἰσιν ambo.
— — D. οὐ παντάπασιν ambo sine nota.
— — E. ἄρα τίσιν ambo.
— — E. ἄρχουσί τισιν ambo.
— 906. B. δυνάμεσιν ambo.
— — B. πείθουσιν ambo.
— — C. πλεονεκτοῦσιν Paris.
— — C. εἰσὶν et mox κυσὶν ambo.
— 907. B. ὡς εἰσὶν καὶ ὡς ambo
— — E. πᾶσιν ambo.
— 909. D. ξύμπασιν ambo.
— — E. δαίμοσιν καὶ παισὶν ambo.
— 910. B. βελτίστοισιν. καὶ ambo, nisi quod Vat. marg. βελτίοσιν.

Consentiunt igitur ambo codices fere ubique, sed ita consentiunt, ut etiam inter se plurimum dissentiant, quandoquidem Vaticanus vix uno alterove loco excepto τὸ νῦ semper puncto notatum exhibet.

Lib. XI.

Par. A. et Vat. Ω.

P. 913. A. ἐστίν που ambo, sed Vatic. puncto super ν posito.
— — A. κινήσειεν item.
— 914. C. ἄρχουσιν item.
— — E. ἄρχουσιν· τ. δ. κρ. item.
P. 917. A. πᾶσιν πάντας item.
— — B. ἐλήλυθεν item.
— — B. νόμοισίν τε item.
— — D. ἔχουσιν item.
— 918. B. αὐτοῖσιν τῆς ἀρχῆς Paris.
— — D. ἐστὶν καὶ ambo, sed Vatic. puncto super ν posito.
— — D. προσαναγκάσειεν item.
— 919. A. ξύμπασιν τοῖς item.
— — B. ἄλλοισιν item.
— — C. ἐστιν πρὸς item.
— — D. ἑστιῶν εἰσὶν item.
— — E. γένεσιν item.
— 920. D φυλετικαῖσιν item.
— — E. ξυγκατεσκευάκασιν τ., ἄρεος item.
— 921. B. ξυνεβούλευεν item.
— — C. ὁμολογηθεῖσιν item.
— — D. οὖσιν item.
— 922. A. δυνηθεῖσιν item.
— — B. ἤθεσιν item.
— — D. γεγόνασιν item.
— — D. δοκοῦσίν σοι item.
— E. ὑμῖν ἐστιν item.
— 923. D. ὦσιν item.
— — E. ἀμείνοσιν γ. ambo, sed Vatic. hic quidem omisso puncto.
— — E. δόξειέν τισιν Paris, sed Vat. δόξῃ ἔν τισιν.
— 926. B. ἔστιν δ' ὅτε ambo sine puncti nota.
— — D. ἔχουσίν τινα, ambo, sed Vat. habet notam puncti.
— 927. A. πολλαῖσιν ac deinde νομοθετοῦσιν et ταῦτ' ἐστὶν item.
— — B. τιμῶσίν τε et ἀτιμάζουσιν item.
— — B. ἀκούουσιν βλέπουσίν τε item.
— — C. εἰσὶν νεμεσῶσίν τε — ὑβρίζουσιν item.
— — D. ἐπιτρόποισίν τε καὶ item.
— — D. ἄρχουσίν τε, item.
— 929. A. ἔτεκέν τε item.
— — C. ὦσιν ambo sine puncti nota.
— — E. ξυμβουλεύσωσιν ambo, sed Vatic. adiecta nota puncti.

P. 930. A. κυμαίνωσιν et mox ξυνοίσουσιν item.
— — C. ὦσιν item.
— — E. πᾶσιν, ut modo ante.
— 931. D. γέγηθεν item.
— — E. ἡμῖν ἐστιν item.
— 932. C. κολάσεσιν ambo sine nota puncti.
— — D. ἄρχουσιν, ambo, sed in Vatic. superimpositum punctum.
— — E. ἐπίσχουσιν τὴν item.
— — E. σώμασι σώματα κακουργοῦσά ἐστιν, ut modo.
— — E. τέ τισιν item.
— 933 A. πέφυκεν item.
— — D. ἤ τισιν item.
— 934. A. παρείκωσιν item.
— — D. εἰσὶν δὲ οἵ item.
— 935. A. εἰώθασιν solus. Paris.
— — D. δυνατός ἐστιν, ambo, sed Vatic. adscripta nota puncti.
— — D. ἐπιχειρῶσιν item.
— 936. A. θυμουμένοισιν item.
— 937. C. ἀλῶσιν δικ. item.
— — D. καταμιαίνουσίν τε item.
— — D. ἡμέρωκεν item.
— 938. A. ἐστίν τις Par. ἐστί τις Vat.
— — A. χρεών ἐστιν ambo, sed Vatic. cum nota puncti.
— — ἀπειθοῦσιν δὲ item.

Lib. XII.

P a r. A. et V a t. Ω.

P. 941. B. ἐπιτετήδευκεν τ. uterque codex, sed Vatic. puncto τῷ νῦ superimposito.
— — B. ἐστίν ποτε, eodem modo.
— 943. C. ἔθεσιν, μὴ, item.
— — D. ὄφλουσίν τε, item.
— 944. A. συνέπεσεν, item.
— 945. C. λύσεις εἰσὶν, item.
— — C. ὀνόμασιν πρ., item.
— 946. B. ληφθῶσιν Paris.
— — C. εὐθύνωσιν, item.
P. 947. D. θήσουσιν. τὰ μ. item.
— 948. B. κατεῖδεν uterque liber, e Vat. addito puncto.
— — B. κατεῖδεν, eodem modo.
— — B. ἔοικεν δὴ ambo, sed hic Vat. rursus puncti notam superscriptam habet.
— — D. λήξεσιν, ut antea.
— 949. B. ἀσχήμοσιν, item.
— — E. πέφυκεν δὲ, item.
— 950. B. ὀνόμασίν τε χ. ταῖσιν, Par. et Vat. sed hic puncti nota adhibita.
— — B. τοῖσιν κ. item.
— — C. παρακέλευμά ἐστιν item.
— 952. φοιτήσεσιν, uterque codex eodem discrimine.
— 953. A. ὦσὶν ἔχεται, item.
— — B. ἐστὶν μόνοις, item.
— — B. πόλεσιν διαφ. item.
— — E. ποιοῦσιν νῦν, item.
— 954. C. ἔτεσιν, item.
— 955. D. δώροισιν δ. item.
— 956. D. ἔλθωσιν δικ. item.
— 957. B. πόλεσιν, item.
— — E. οἷσιν δὲ item.
— 858. E. πέφυκεν β. item.
— 962. D. ἄρξουσί τινες ambo sine ν ἐφελκ.
— 963. E. μέν ἐστιν π. ambo, sed Vatic. nota puncti apposita.
— 964. A. ἔστιν μὲν ὅ, ἔστιν δὲ, eodem modo.
— — B. ἔοικέν γ' οὖν, item.
— 965. C. οὐκ ἔστιν σαφ. item.
— — C. ὡς ἔοικεν, item.
— 966. B. ἐστὶν τὸ π. item.
— C. εἰσίν τε, et δυνατόν ἐστιν τ. et συνακολουθοῦσιν et μεθέξουσιν, uterque codex, sed eadem item discrepantia.
— 967. D. οὐκ ἔστίν ποτε, item.
— — D. ὡς ἔστιν πρ. item.
— 968. C. ἐστιν νομοθ. item.
— — D. γράμμασιν solus Par.
— 969. A. τισὶν Vat. cum nota puncti.
— — C. δεήσεσιν, item.

En habes iam scripturae varietatem omnem ex duobus optimis codd. quam diligentissime enotatam. Quam quidem considerantes facile apparet, in Par. A. vetustam scribendi rationem ubique servatam esse, in Vat. Ω. autem eandem et rariorem esse, nisi quod in libris posterioribus, ubi plurimae leges perscriptae sunt, saepius est adhibita, et sicubi primitus observata fuit, ab eodem librario postea esse reiectam. Nam verissime iudicavit Bastius ad Gregor. Corinth. p. 855. „Punctum, inquit, voci superinpositum pariter index est dubitationis aut corruptionis; interdum vero indicat, litteram, cui impositum est, aut talem vocem delendam esse.“ Conf. eundem etiam p. 68. et p. 937. Vere item Hugius in Programm. De antiquitate Codicis Vaticani Vet. et Nov. Test. Friburg. 1810. p. 10. „Alia loca habent signum reprobationis a prima manu adiectum; hoc quoad litteras, aut vocem non nisi unicam, consistit in punctis vertici litterarum impositis, quae in Herculanensibus chartis eadem significatione adhibentur ut in Philodemo Herculanensi.“ Ex quibus omnibus nullo negotio intelligitur Parisini libri auctorem veteris alicuius codicis scripturam fideliter retulisse; Vaticani autem libri auctorem idem quidem fecisse, sed ita fecisse, ut ν̄ finale ubique tollendum esse significaverit utpote ex veteri scribendi more ac ratione oriundum et arbitrarie positum. Enimvero duxit istud ortum suum haud dubie ex eo, quod quum vetusta lingua, ut supra diximus, passim finalem litteram etiam ante consonas in medio sermone tulisset, si quando sonantiores vocabulorum formae vel sententiae vel metri caussa requiri viderentur, tum postea etiam hic usus regnare coepit, ut librarii, si quando codicem aliquem splendidius et ornatius scriptum cuperent, eum ad similitudinem veteris linguae exararent ideoque etiam paragogicum illud ν̄ adhiberent, quo scripturae quaedam dignitatis species conciliaretur. Quippe hanc scripturam deinde etiam aliorum codicum scriptores servandam iudicaverunt, sive quod ita libros suos ex istiusmodi monumentis ductos esse significare eoque modo ipsis plus auctoritatis conciliare vellent, sive quod omnino veteri mori et consuetudini aliquid tribuendum esse statuerent. Atque haec si probabiliter ita statuimus,

sponte apparet in admittendo *νῦ* paragogico omnino magnam nobis cautionem adhibendam esse. Tantum enim abest, ut crebrior ille litterae finalis usus, qualis in veteribus codicibus regnat, usitatae loquendi consuetudini conveniens fuerit, ut unius scripturae caussa ab librariis adscitus esse iudicari debeat. Quod quidem ita esse complures ob caussas coniicere licet. Nam primum quidem quis tandem est qui sibi persuadeat criticos tam frequenter litteram illam in exitu vocabulorum usurpavisse, quo certe futurum fuisset ut orationem mire difficilem atque insuavem redderent? Deinde etiam usus poetarum imprimisque tragicorum satis certo arguit, eam litterae usurpandae consuetudinem intra multo angustiores terminos fuisse inclusam, quam quis ex crebra eius scriptione in codicibus obvia suspicetur, id quod vel ea docebunt quae Porsonus ad Eurip. Orest. v. 64. et Med. v. 76. et Elmsleius ad Med. v. 76. ea de re annotaverunt. Quocirca nihil nobis relinquitur nisi hoc, ut spreto isto quod librarii codicibus suis adhibuerunt vetustatis ornamento diligentius quaeramus, ubinam et quando Atticus sermo finalem istam litteram etiam ante consonas admiserit. De qua tamen re iudicium admodum anceps est atque lubricum. Nam in sermone quidem medio ubinam ita factum sit, tanto minus potest certo definiri, quanto licentiore lubidine hic librarii litterae usum merae scripturae gratia frequentaverunt. Verisimile tamen est admodum raro ibi eam usurpatam esse, quandoquidem et poeticus sermo ipsam, licet numeri subinde flagitarent, perquam raro admisit, et codices, qui illam punctis notatam exhibent, nominatim Vaticanus Platonis Ω. a Bastio exploratus, ei vix hic atque illic locum concedunt. Videtur autem ibi facillime locum suum tueri potuisse, ubi ipsum dicendi genus et orationis grandiloquentia sonantiores syllabas finales requireret aut in recitando pausa aliqua locum haberet; cuius generis aliquot exempla in superioribus consignavimus. Praeterea etiam usus ille videtur obtinuisse in fine integrarum narrationum vel disputationum; ibi enim probabile est, quo sonantius sententiarum series exiret, fortiorem sonum litterae consonae ante aliam consonam adhibitum esse. Quod quidem ita esse, etiam ex Platonis codicibus diligen-

tius excussis intellexisse videmur. Nam ibi in fine responsionis non raro littera finalis ponitur, ubi alter orationem suam a consona littera exorditur. Qua re animadversa nos quidem non dubitavimus praeeunte Bekkero responsionum clausulis, ubicunque id codices suaderent, ν etiam ante consonas sequentis orationis adiicere. Quamquam hoc quoque in genere tanta regnat in codicibus mss. varietas et inconstantia, ut certi quidquam constituere velle paene temerarium videatur. Illud unum igitur de hac re tenuisse iuvabit, quod sane observatione non indignum videtur, etiam in vicibus sermonum codices manuscriptos ultimam syllabam eorum vocabulorum, quae τὸ νῦ ἐφελκυστικόν ferunt, litteram istam plerumque aspernari, sicubi ita fit, ut alterius collocutoris oratio a littera consona exordiatur, non raro tamen eandem adsciscere.

Sed satis haec de littera ν; videbantur enim hic acervatim afferenda esse, quae vitandae molestae repetitionis caussa criticis commentariis singulatim et variis locis interserere noluimus. Iam vero de reliqua orthographia vocabulorum quid sentiamus, magnam partem declaravimus in Praefat. ad edit. Opp. Platon. forma quatern. apud Tauchnitzium Lipsiensem 1850 factam p. V. et in Appendice nuper secundo Politiae volumini subiecta, quae hic repetere nolumus. Scripsimus igitur semper et ubique ἀνδρεία; scripsimus item secundas personas passivi et medii singularis numeri ubique in ει terminatas; addidimus porro iota iis adverbiis, quae sunt δοτικοφανῆ; omisimus contra idem iota in infinitivis syllaba ᾶν terminatis; et quae alia ibi attigimus. Unum tamen hoc loco praeterea attingere placet, dicimus scripturam voc. ὠφέλεια. Eam enim fuit qui nuper in Legibus ubique converteret in ὠφελία, qua forma Ionicae originis aliquoties usus est Thucydides (I. 3, 2. I. 26.) V. 38, 2. VI. 13. 73. al. usus item Euripides est Androm. v. 539. quum interim alii forma ὠφέλεια utantur, ut Plato, Sophocles, Aristophanes. Nec vero putamus Platonem usquam in Legibus ὠφελία scripsisse, cui formae nec meliores semper nec multi codices suffragantur. Nam Libr. I. p. 646. D. falso narrat Bekkerus Ven. Ξ. et Vat. Ω. ὠφελίαν scriptum habere, siqui-

dem vere testatur Bastius Vaticanum pariter atque Parisinum A. ibi ὠφέλειαν tueri. Quocirca nescimus sane cur ibi Schneiderus ὠφελίαν ediderit. — Libr. II. p. 652. A. solus Ven. Ξ. ὠφελίας ex corr. Nam quod Bekkerus Vat. Ω. ita scriptum habere narrat, Bastius certe eam lectionem neque ex Vat. neque ex Par. enotavit, ut nollem Schneiderus eam hic quoque invitis libris prope omnibus suscepisset. — Ibid. p. 656. A. quo loco rursus ὠφελίας dedit Schneiderus, sane Vat. Ω. cum Ven. Ξ. Bastio teste liquido scribit ὠφελίαν, quod habent etiam duo Florentini. Sed Par. A. cum ceteris fere omnibus ὠφέλειαν, quod isto pacto servandum. — Ibid. p. 667. B. C. Schneiderus bis edidit ὠφελίαν. Atqui eam formam praeter duos Flor. Vat. f. et Angel. unus tantum Vat. Ω. tuetur, quandoquidem Bastius hic ne ex Ven. Ξ. quidem illam enotavit. — Tertium ibidem C. reperitur καὶ τὴν ὠφέλειαν, quod vir doctus item in ὠφελίαν mutavit, consentientibus sane Vat. Ω. f. Ven. Ξ. et Paris. b. ut testatur Bastius. Sed quid hic deseramus ceterorum librorum scripturam alibi certissime confirmatam et hic quoque vel Paris. A. praesidio satis munitam? — Ibid. p. 667. D. ὠφελίαν Vat. f. Angel. Vat. Ω. Ven. Ξ. quo tamen item nihil movemur, ut cum Schneidero veterem scripturam abiiciendam esse arbitremur. — Libr. VI. p. 761. D. quatuor Flor. et Vat. f. ὠφελία. De ceteris nec Bastius nec Bekkerus quidquam varietatis memorant. Nollemus igitur Schneiderum hic quoque in eum inductum esse errorem, ut Bekkero fidem haberet, alicubi Vat. Ω. ita scribere solere affirmanti, ideoque protenus edidisset quod librorum tantum non omnium auctoritati adversatur. — Ibid. p. 763. B. rectissime omnes editt. praeter Schneider. καὶ ὠφελείας. Nam Bekkerus quidem nihil plane discrepantiae memorat, Bastius autem narrat in Ven. Ξ. et Vat. Ω. primitus quidem ὠφελίας lectum, sed postea ὠφελείας refectum esse. Unde quis continuo colliget verum esse ὠφελίας? — Libr. VII. p. 793. E. item recte editt. praeter Schneider. εἰς ὠφέλειαν. Nil enim ibi novi Bekkerus; nec alius quisquam de scriptura ὠφελίαν quidquam memoriae prodidit. — Libr. IX. p. 862. A. bis

scripsit Schneiderus ὠφελίαν et ὠφελίας, ut habent codd. Bekkeri v et f. et secundum Baştium Vat. Ω. Sed quid inde? Nimirum hic quoque vulgatam lectionem tenendam esse hac luce clarius est.

Sed haec quidem hactenus. Satis enim videmur de nostra operis gravissimi editione dixisse. Quam si Graecarum litterarum studiosis non displicuisse acceperimus, id sedulo dabimus operam, ut etiam reliquae scriptorum Platonicorum partes simili cultu ornatae in publicum prodeant. Restat ut memorandae sint editt. operis recentiores, quibus nos item usos esse grati profitemur. Sunt autem hae:

Platonis Leges et Epinomis. Ad optimorum librorum fidem emendavit et perpetua annotatione illustravit Fridericus Astius. Lipsiae, 1814. 8. m. II. Vol. de qua editione summa laude digna dictum est in superioribus.

Iterum edidit Leges vir praeclarus in editione Operum Platon. omnium, Lips. 1824. Vol. VI. quod libr. I—VI. continet et Vol. VII. libr. VII.—XII. complectente, ubi Graeca e codd. a. Bekkero exploratis emendavit eleganterque in Latinam linguam convertit; quae quidem opera ipsius Platoni item fuit perquam utilis.

Platonis Dialogi Graece et Latine. Ex recensione Immanuelis Bekkeri. Berolini 1817. 8. Part. III. Vol. secundum atque tertium, quorum illud Legum sex libros priores, hoc sex posteriores complectitur. Contulit Bekkerus codd. mss. non paucos, quos supra designavimus, eorumque ope orationem Platonis plurimum emendavit.

Platonis quae supersunt opera. Ad fidem codicum Florentinorum, Pariss. Vindobonens. aliorum recognovit G. Stallbaum. Lipsiae, ap. Weigel. 1824. sq. 8. Tom. I.—XII. quorum tomus sextus libros De Legibus et Epinomin complectitur; duodecimus continet varias lectiones ex quattuor codd. Flor. uno Vindob. Vossiano et uno Parisino ad hos libros excerptas addita etiam vett editt. scripturae varietate.

Bekkeri atque nostris copiis usi opera consociata Leges recensuerunt etiam Io. Georg. Baiterus, Io. Casp. Orellius et Aug. Guil.

Winkelmannus in editione Operum Platon. Turicensi, Turici, 1839. 4. unde Leges seorsum ediderunt form. octon. minor. Ibid., quae minor editio iterum nuper repetita est cum annotationibus quibusdam criticis Winkelmanni et Baiteri Turici, 1854. 8. min.

Platonis Dialogi. ex recognitione Car. Fr. Hermanni. Lipsiae, sumt. Teubneri 1852. 8. min. Volumen quintum continet Leges et Epinomidem, praemissa brevi annotatione critica, qua editor ingeniosissimus lectiones a se probatas vindicare conatus est. In quo tamen saepenumero a recto aberravit, quoniam uni alterive libro tribuit omnia eoque veri iudicium gubernavit, reliquis parum aut nihil tribuit.

Platonis Opera ex recensione C. E. Ch. Schneideri. Vol. II. Parisiis editore Ambrosio Firmin Didot. 1846. forma quatern. Pars primi voluminis secunda complectitur Leges et Epinomin, in quibus recensendis Schneiderus usus est codicis Parisini A. et Vossiani accuratiore collatione, sicuti ex iis colligi licet, quae in Additamentis ad Politiam, de quibus in appendice ad nuperam Reipublicae editionem dictum est, non uno loco significavit. Quibus quidem copiis, proh dolor non publicatis sed in scrinio retentis, qua ratione usus sit, certo iudicari non potest; quamquam eum multa inde feliciter emendavisse in annotatione critica ostendimus. Quocirca sane optandum est, ut aliquando in publicam lucem proferantur, quae fortasse ipse, sicuti copiis ad Rempublicam comparatis factum est, data opportunitate cum eruditis communicare apud animum constituisset.

Leges et Epinomin ipsi quoque, novis instructi praesidiis criticis, de quibus antea narravimus, emendatius describi iussimus in editione operum Platonis, quae Lipsiae 1850. sumtibus et typis Caroli Tauchnitii forma et maxima et sedena facta est. A qua tamen nunc iteratis curis ac meditationibus non uno loco discedendum nobis esse iudicavimus, quandoquidem veteri proverbio dies diem docere solet.

Denique memoranda est novissima Legum editio, quae prodiit adiecta interpretatione Germanica sub hoc titulo:

Platons Gesetze. Griechisch u. Deutsch mit kritischen u. erklärenden Anmerkungen. Leipzig, b. Wilhelm Engèlmann. Erster Band 1854. Zweiter Band 1855. 8. min. Curàvit illam F. W. Wagner, Uratislaviensis, anno 1857. ibidem praematuro fato defunctus. Is in textu, qui dicitur, conformando maxime nostram et Schneideri auctoritatem sequutus est, quamquam hic et illic etiam nova quaedam protulit; potiores lectiones, prudenti delectu habito, memoravit; breves explicationes talium librorum consiliis convenienter adiunxit; denique conversionem operis germanicam superioribus multo praestantiorem exhibuit, ut hactenus quidem certe de librorum difficillimorum interpretatione optime meritus esse existimandus sit.

Prolegomena
de
LEGUM FIDE ET AUCTORITATE. PARS I.

Cap. I.

Expenduntur testimonia de Legibus Platonis antiquitus prodita.

Nullum facile extat veteris alicuius scriptoris opus, cuius fides et auctoritas tam multis gravibusque antiquitatis testimoniis confirmata habeatur, quam opus Platonis, quod inscribitur De Legibus. Cuius quidem origines ad Platonem auctorem esse referendas non modo plurimi eorum testati sunt, qui post aetatem Platonis et Aristotelis usque ad citerioris Graecitatis memoriam vixerunt, sed confirmarunt etiam viri maximae hoc in genere auctoritatis, qui ipsi Platoni vel aequales vel suppares fuerunt. Nam ut repetamus ab ultimis rei initiis, primus et dignitate et tempore, qui gravissimum pro Legum fide et auctoritate exhibuit testimonium, Aristoteles est. Is enim quum in aliis scriptis suis huius operis mentionem iniecerit, veluti Ethic. Nicom. II. 2. p. 1104. b. vers. 11. ed. Bekker. *διὸ δεῖ ἦχθαί πως εὐθὺς ἐκ νέων, ὡς Πλάτων φησίν, ὥςτε χαίρειν τε καὶ λυπεῖσθαι οἷς δεῖ· ἡ γὰρ παιδεία αὕτη ἐστίν*, ubi si-

gnificantur verba Legg. II. p. 653. A., tum in Politicis non solum singulos quosdam illius locos tetigit atque taxavit, sed etiam de rebus civilibus ibi explicatis copiosius disseruit. Nam de singulis scripti, Platonici locis, quos tractat conf. Libr. II. c. 2. §. 2. p. 1265. a. ed. Bekk. et Legg. V. p. 745. B. — D. V. I. p. 780. E. c. 3. §. 5. Schn. = c. 6. p. 1265. a. Bekk. et Legg. V. p. 737. D. ibid. §. 6. Schn. et Legg. V. p. 740. B. sqq., ibid. §. 8. Schn. et Legg. V. p. 734. L. ibid. §. 8. itemque IV. 2. Schn. c. 7. Bekk. p. 1266. b. et Legg. V. p. 744. L. ibid. §. 8. Schn. itemque cap. 4. §. 2. Schn. p. 1266. b. ac Legg. V. p. 744. L. 745. C., ibid. §. 11. p. 1266. a. b. et Legg. III. p. 693. D. L. VI. p. 756. extr. 763. D. L. 764. a. ibid. §. 12. et Legg. VI. p. 756. C. D. E. item §. 13. et Legg. VI. p. 753. D. porro **Lib. II. cap. 6.** §. 22. Schn. sive cap. 9. p. 1271. a. b. ed. Bekk. ac. Legg. I. p. 625. E. sq. itemque cap. 9. Schn. = cap. 12. Bekk. §. 8. p. 1274. b. et Legg. I. p. 640. D. II. p. 671. L. VII. p. 794. D. sqq. **Libr. IV.** (vulgo VII.) cap. I. §. 2—4. Schn. = cap. I. p. 1323. a. b. Bekk. et Legg. V. p. 743. L. ibid. cap. 5. §. 1. 3. 6. Schn. = cap. 5. 6. p. 1326. b. — 1327. b. Bekk. et Legg. IV. p. 705. 706. ibid. IV. cap. 9. §. 7. et Legg. V. p. 745. C. §. 9. et Legg. VI. p. 777. D. ibid. cap. 10. §. 5. Schn. = cap. 11. p. 1330. Bekk. et Legg. VI. p. 778. C. item cap. 13. §. 9. 10. ed. Sch. = cap. 14. p. 1333. ed. Bekker. et Legg. I. p. 628. C. D. usque ad p. 641. porro cap. 14. §. 6. Schn. — cap. 16. p. 1335. Bekk. **Libr. VII** (vulg. VI.) c. V. §. 2. Schn. p. 1321. b. Bekk. ibid. §. 3. et Legg. VI. 763. C. VI. 758. L. ibid. §. 4. et Legg. VI. p. 760. B. al. quos locos omnes nuper singulari diligentia excussit et inter se comparavit Vir Clarissimus **Frid. Guil. Engelhardtus** in Commentat. De locis Platonicis quorum Aristoteles in conscribendis Politicis videtur memor fuisse, Gedani 1858. 4. edita, qua simul etiam Politici, dialogi Platonici, egit vindicias. Censuram vero universi operis Legum agit Libro secundo, ubi posteaquam de Politia Platonis disputavit copiosius, inde a cap. 3. ed. Schn. vel. cap. 4. Bekk. etiam universe Legum diiudicationem in-

stituit *), in quo illud est perquam memorabile, quod toto loco sic disputat, ut Reipublicae atque Legum unum eundemque auctorem esse arbitretur adeoque verbis clarissimis Leges Platoni idemtidem adscribat, veluti Libr. II. cap. 7. p. 1266. ed. Bekker. ibid. cap. 9. p. 1271. et cap. 12. extr. Quid quod eadem occasione Libr. II. cap. 4. etiam Legum consilium ad mentem ac sententiam ipsius Platonis declarat his usus verbis: *τῶν δὲ Νόμων τὸ μὲν πλεῖστον μέρος νόμοι τυγχάνουσιν ὄντες, ὀλίγα δὲ περὶ τῆς πολιτείας εἴρηκε· καὶ ταύτην (τὴν πολιτείαν) βουλόμενος κοινοτέραν ποιεῖν ταῖς πόλεσιν κατὰ μικρὸν περιάγει πάλιν πρὸς τὴν ἑτέραν πολιτείαν*: quae componas cum Platonicis Legg. V. p. 739. A—L. et IX. p. 876. A—E.; et quid proinde discriminis inter utrumque Platonis opus intercedat (p. 1265. a. ed. Bekk.) his paucis complexus est: *Ἔξω γὰρ τῆς τῶν γυναικῶν κοινωνίας καὶ τῆς κτήσεως τὰ ἄλλα ταὐτὰ ἀποδίδωσιν ἀμφοτέραις ταῖς πολιτείαις· καὶ γὰρ παιδείαν τὴν αὐτὴν καὶ τὸ τῶν ἔργων τῶν ἀναγκαίων ἀπεχομένους ζῆν, καὶ περὶ συσσιτίων ὡσαύτως.* Nimirum perspectum sane habuit Stagirites, Platonem aliquando ab ea, quam olim in Politia informaverat, perfectae civitatis specie et imagine rursus descendisse ad ipsius vitae humanae veritatem, ideoque descripsisse in Legibus eam rempublicam, quae, licet optimae esset multis in partibus congrua, tamen veris civitatibus esset cognatior, ut nec sine caussa admonuerit, Leges posterius quam Politiam litteris consignatas esse, sicuti diserte prodidit Libr. II. cap. 6. in. Quae quidem admonitio et ipsa quantivis pretii est, utpote ab eo profecta, qui posteaquam viginti ferme annos Platonis fuerat auditor, eo ipso demum anno, quo Plato diem supremum obiit, Athenas reliquit ad Hermiam, Atarnae tyrannum, una cum Xenocrate migraturus, quod factum esse constat Olymp. 108. anno primo vel secundo; v. Diog. L. III. 9. sqq. Dionys. Hal. Vit. Aristot. Strabo XIII. 57. Diodor. Sic. XVI. 52. ubi plura intpp.

---

*) De universo illo loco Aristotelis extat disputatio incerti auctoris, quem Schöllius Hist. Lit. Gr Vol. III. p. 382. Proclum esse suspicatur, in **Angeli Maii** Scriptor. Vett. Nov. Collect. Vol. II. p. 671. sqq.

En igitur gravissimum Aristotelis de Legibus Platonicis testimonium, quod quidem etiam aliquanto ponderosius videri debebit, si vere memoriae proditum est quod narrant Diogenes Laert. V. 22. et Anonymus apud Menagium ad Diogen. Laert. p. 201. composuisse ipsum etiam *Τὰ ἐκ Νόμων Πλάτωνος γ'* atque *Τὰ ἐκ τῆς Πολιτείας β'*. Inde enim non temere colligere videmur, eum politicis hisce Platonis operibus singularem impendisse operam, quandoquidem adeo eorum argumenta excerpsit et in arctum contraxit, quo scilicet istis opibus aliquando in conficiendis libris politicis uteretur. Atque haec quidem de Aristotele, qui si quisquam alius, certe hac in caussa testis longe locupletissimus censeri debet. Sed praeter illum etiam alius est Platonis aequalis, qui data occasione de Legibus Platonis exhibuit testimonium. Est is Isocrates, Platonis amicus, posteriore vitae tempore, ut videtur, erga veterem amicum minus benevolus, de quo vid. I. Bakius Schol. Hypomnem. Vol. III. Cap. II. quod totum de aemulatione Platonis et Isocratis agit, et Geelius in Museo Rhenan. a. 1838. p. 11. Quamquam ex Platonis Euthydemo p. 305. C. nihil tale colligere licet. Extat quippe in eius Oratione ad Philippum scripta p. 84. E. ed. Steph. p. 93. ed. Bekker. §. 12. locus perquam memorabilis, quo aperte tam Politia quam Leges Platonis significantur, id quod dudum perspexit auctor Epistolae Socraticae trigesimae p. 35. ed. Orell; animadverterunt item Valckenarius ad Oration. De Philippi Macedonis indole annot. 52. p. 262. ed. Lugd. Bat. atque Schneiderus Saxo Praefat. ad Xenophont. Cyropaed. p. XIV. Verba Isocratis haec sunt: *Ἀλλ' ὅμως ἐγὼ ταύτας τὰς δυσχερείας ὑπεριδὼν οὕτως ἐπὶ γήρως γέγονα φιλότιμος, ὥςτ' ἐβουλήθην ἅμα τοῖς πρὸς σὲ λεγομένοις καὶ τοῖς μετ' ἐμοῦ διατρίψασιν ὑποδεῖξαι καὶ ποιῆσαι φανερόν, ὅτι τὸ μὲν ταῖς πανηγύρεσιν ἐνοχλεῖν καὶ πρὸς ἅπαντας λέγειν τοὺς συντρέχοντας ἐν αὐταῖς πρὸς οὐδένα λέγειν ἐστίν, ἀλλ' ὁμοίως οἱ τοιοῦτοι τῶν λόγων ἄκυροι τυγχάνουσιν ὄντες τοῖς Νόμοις καὶ ταῖς Πολιτείαις ταῖς ὑπὸ τῶν σοφιστῶν γεγραμμέναις, δεῖ δὲ τοὺς βουλομένους μὴ μάτην φλυαρεῖν, ἀλλὰ προὔργου τι ποιεῖν καὶ τοὺς οἰομένους ἀγαθόν*

τι κοινὸν εὑρηκέναι τοὺς μὲν ἄλλους ἐᾶν πανηγυρίζειν, αὐτοὺς δ' ὧν εἰςηγοῦνται ποιήσασθαί τινα προστάτην τῶν καὶ λέγειν καὶ πράττειν δυναμένων καὶ δόξαν μεγάλην ἐχόντων, εἴπερ μέλλουσι. Quae quidem verba ut plane intelligantur, haec tenere nos oportet. Scripta est illa oratio, sicut ex ipso eius argumento apparet, non ita multo post bellum inter Philippum et Athenienses de Amphipoli gestum et Olymp. 108. anno secundo h. e. a. 346. a. Chr. n. compositum, quo tempore Isocrates, quem Olymp. 110. anno tertio mortuum esse constat, iam ad grandem senectutem pervenerat. Qua quidem pace facta rhetor celeberrimus, quod dudum exoptaverat atque panegyrica oratione sua efficere studuerat, tandem aliquando ad effectum perduci posse sibi persuasit, ut Graeci, domesticis dissidiis sepositis iunctisque viribus, nunc etiam Philippi Macedonis auxilio adiuti, communem Graeciae hostem, Persarum regem, hostiliter adorirentur eaque ratione patriae concordiam, salutem, felicitatem opulentiam pro futuro tuerentur. Itaque sine cunctatione — scripta enim oratio est iudice Clintone et Weiskio De hyperbol. II. p. 27. et p. 34. eodem anno, quo pax illa fuit composita, inter Elaphebolionem (Martium) et Julium vel Augustum a. 346. — ipsum Philippum adiit eique consilia sua probare conatus est; quo nomine se ei illo ipso loco, ubi ea, quae adscripsimus, verba leguntur, excusare studet. Etenim orator posteaquam sese panegyrica oratione sua frustra efficere studuisse professus est, ut Graecos ad commune bellum contra Persas permoveret, nihilominus nunc se ait, neglectis etiam senectutis molestiis, quibus iam urgeatur, Philippum ideo compellare constituisse. Itaque consilium suum eo spectare significat, ut iis, quae Philippo suadeantur, eadem opera (ἅμα) demonstretur, primum quidem publicis conventibus dicendo molestiam creare et ad omnes ibi confluentes sine discrimine verba facere idem esse atque surdis auribus canere (πρὸς οὐδένα λέγειν), talesque orationes (panegyricas) pariter esse irritas (ὁμοίως ἄκυροι) atque Leges et Politias a philosophis scriptas; deinde, eos qui velint non frustra verba facere, sed aliquid opera sua proficere quique sibi videantur boni quiddam repe-

risse, quod communiter profuturum sit, alios sinere oportere in publicis conventibus perorare, ipsos vero eorum, quae suadeant, aliquem anquirere praesidem et adiutorem e numero illorum, qui et dicendo et agendo simul valeant et magna hominum floreant existimatione, siquidem habituri sint, qui consiliis suis advertant animum. Haec igitur universi loci sententia est, qua percepta neminem temere dubitaturum esse putamus, quin Isocrates omnino significaverit, panegyricas orationes quamvis per se omnino laudabiles tamen eventum si spectemus, publice non magis esse utiles, quam scripta philosophorum de civitatum legibus et constitutionibus composita, siquidem in tali caussa non verbis tantum sed etiam facto opus sit. Quocirca in transcursu non modo rhetorum civilium, sed etiam philosophorum studia, qui suis de republica scriptis bonum publicum auctum et adiutum iri sperare soleant, inania esse ait, quia sine potenti adiutore eventu careant. Nam sophistarum nomine philosophos esse insignitos, vel ex Aeschinis Orat. adv. Tim. p. 118. ed. Bremi §. 71. constat, qui ibi Socratem dixit sophistam; erat enim id cognomentum per se non inhonestum aut ignominiosum, siquidem illo omnes ii ornati sunt, qui in aliqua arte vel doctrina excellerent, de qua re v. Muretus Schol. in Cic. de Fin. Tom. III. p. 839. ed. Ruhnk. Valckenar. ad Eurip. Hippolyt. vers. 991. et Prolegg. nostra ad Apolog. Socr. p. 32. edit quart. Est autem longe verisimillimum, imo etiam propter τῶν νόμων et τῶν πολιτειῶν copulationem plane certum et indubium, oratorem istis verbis significasse opera Platonis πολιτείας et νόμων titulis inscripta, ut quae tum vel maiorem quandam laudis celebritatem nacta essent vel etiam recentis sapientiae gratia admodum florerent, ut etiam Philippo nota esse potuerint. Nam quominus de aliis philosophorum scriptis cogitemus, vel hoc prohibet, quod illa aetate nemo praeter Platonem extitit, qui in hoc genere scriptionis elaboraret, licet superiore tempore utique exorti essent, qui libros περὶ πολιτείας et περὶ νόμων in publicum emitterent; quorum catalogum confecit Car. Frid. Neumannus in Prolegomenis ad Aristotelis Πολιτειῶν (civitatum constitutionum) τὰ σωζόμενα, p. 21. sqq. Itaque nostro quidem iudicio haud sane

dubitari potest, Isocrates quin oblique tetigerit Platonis opera, de quibus modo mentionem iniecimus. Quae si ita non temere statuuntur, est sane hoc quoque testimonium pro fide et genuina origine Legum Platonis longe gravissimum. Atque est hic locus Isocratis etiam alio nomine memorabilis, quandoquidem tempus Legum natale inde certius definiri potest. Nam si Isocrates Orationem ad Philippum anno 346. a. Chr. n. aut paullo post litteris consignavit, profecto necesse est Leges iam tum in publicam lucem prodierint. Sed de his rebus mox explicabitur accuratius. Nunc perrexisse iuvabit ad alios, quorum testimoniis fides et auctoritas Legum sustentatur atque stabilitur. — Et in horum quidem numerum, temporum ordinem ubi sequimur, ante omnes referendus est Alexis Comicus. Extant enim apud Athenaeum p. 226. A. huius poetae versus elegantissimi, quibus manifesto lex illa Platonis perstringitur, quae Libro XI. p. 917. C. consignata est. Sunt autem versus hi: *Οὐ γέγονε κρείττων νομοθέτης τοῦ πλουσίου | Ἀριστονίκου· τίθησι γὰρ νυνὶ νόμον, | Τῶν ἰχθυοπωλῶν ὅςτις ἂν πωλῶν τινὶ | Ἰχθὺν ὑποτιμήσας ἀποδῶτ' ἐλάττονος | Ἧς εἶπε τιμῆς, εἰς τὸ δεσμωτήριον | Εὐθὺς ἀπάγεσθαι τοῦτον, ἵνα δεδοικότες | Τῆς ἀξίας ἀγαπῶσιν, ἢ τῆς ἑσπέρας | Σαπροὺς ἅπαντας ἀποφέρουσιν οἴκαδε.* In quibus quum Comicus aperte Aristonici nomine Platonem significaverit, certissime inde colligitur, Leges Platonis etiam aetate Alexandri Magni, qua Alexis floruit, vulgo pro germano Platonis opere probatas fuisse. Iam vero ubi progredimur ad posteriora tempora, nulla fere aetas reperitur, qua non luculentissima extent indicia, unde vel probabiliter suspicari vel certo perspicere liceat, fuisse hanc semper communem virorum eruditissimorum sententiam. Nam Theophrastus quidem videtur similiter atque Aristoteles epitomen Legum Platonicarum concinnavisse, qui teste Diogene Laertio *νόμων κατὰ στοιχεῖον* libros viginti itemque duo libros *περὶ νόμων* et *περὶ παρανόμων* confecit, quamquam eum in his operibus Platonis copiis usum esse non est memoriae proditum. Porro Persaeus, Cittiensis, Zenonis Stoici assectator, Antigoni regis (qui a. 315. — 301. a. Chr. n. floruit) aequalis, de quo v. Diogen. Laert. II. 6. Gellius Noctt.

Att. II. 18. Athenaeus IV. 17. Aelian. Varr. Hist. III. 17., teste Diogene Laertio Libr. VII. 36. inter alia septem libros composuit πρὸς τοὺς Πλάτωνος νόμους: ut nec Stoicis quidquam de adulterina operis origine suboluisse videatur. Ac probarunt illud pro genuino etiam critici Alexandrini, sicuti ex Laertio III. 62. perspicuum fit. Quorum iudicium etiamsi non adeo magni faciendum videatur, quandoquidem illi de aliis quibusdam scriptis Platoni vulgo adscriptis mirifice falsi sunt et Alexandrina aetate teste Galeno ad Hippocr. De nat. hominis I. 42. fraudes litterariae mire grassari coeperunt (v. Clerici Act. Critic. T. II. p. 306. Chr. Dan. Beck. De philologia saeculi Ptolomaeorum. Lips. 1815. 4. Klippel: Das Alexandr. Museum. Gotting. 1838. Ritschl: Die Alexandr. Biblioth. Bresl. 1838.); tamen ubi agitur de volumine tantae magnitudinis, magnopere veremur ne cautius de illis existimandum sit, praesertim quum Aristophanes grammaticus Alexandrinus teste Diogene Laertio III. §. 61. 62. Platonis libros secundum trilogias descripserit: de qua divisione v. Prolegg. nostra ad Plat. Vol. I. P. I. p. XXXVI. sqq. ed. 4. Iam vero post hoc in medium producendus est, qui etsi longiore demum temporis spatio interiecto floruit, tamen testis est minime contemnendus, quandoquidem iis polluit doctrinae opibus, unde iudicium de pristinae aetatis operibus eorumque pretio et dignitate facile repetere posset, Ciceronem dicimus. Is enim non paucos Legum locos vel excerpsit et interpretatus Latine est vel etiam taxavit et respexit, eo quidem modo, ut sese Platonem auctorem operis putare diserte clareque professus sit. Quam in rem, ut pauca de multis commemoremus, laudasse sufficiet Legg. I. 5, 15. II. 6, 14. ubi se prooemiorum singulis legibus a Platone praemissorum rationes plane probare scribit; Libr. III. 2, 13. et 14. III. 2, 5. in condendo Legum opere Platonem eo esse imitatum, quod omnem orationem de legibus uno die aestivo haberi iusserit; De Divinat. I. 1. De Nat. Deor. I. 12. Nec vero nihili facienda sunt quae memorant Strabo X. 4. p. 477. XIV. p. 943. Athenaeus XI. 15. p. 504. E. 505. A. Plutarchus Quaest. Platon. III. 2. De amor. fratern. c.

4. De Isid. et Osir. p. 370. E. ubi diserte scribit Platonem Leges composuisse *πρεσβύτερον*; De amore prolis c. 4. porro auctor operis Aristotelici de mundo c. 7. Seneca Epistol. XCIV. qui prooemia legum a Platone adscita improbat; Diogen. Laert. III. 34. 37. 39. 57. al. Quibus accedunt denique, ne de Thrasyllo, qui imperatore Tiberio floruit, v. Diog. Laert. III. 56. 57. IX. 37. aut de Phavorino, Diogenis aequali, de cuius iudicio v. ibid. III. 62. verba faciamus, alii multi posterioris aetatis scriptores, passim a nobis in commentariis memorati, Gellius, Apuleius, Stobaeus, Macrobius, Clemens Alexandrinus, Eusebius, Theodoretus, recentiores Platonici, Proclus, Iamblichus, Theo Smyrnaeus, item Grammatici et Lexicographi veteres, quorum omnium nemo facile reperitur, quin ex Legum libris tamquam Platonis opere aut integros locos exscripserit aut singula verba vel dicta ad rem suam adhibuerit et illustrare conatus sit. Nimirum ut paucis dicamus quod res est, habuit profecto universa antiquitas Leges, quae ad hunc usque diem sub nomine Platonis circumferuntur, pro germano philosophi opere, ut ne levissima quidem suspicio de adulterino earum ortu olim prodita sit. Nam quod Fridericus Thierschius in Annal. Vindobon. Vol. III. p. 69. censuit ex incerto quodam scriptore vitae Procli suspicari licere, celeberrimum Platonicum Legum opus pro suspecto habuisse, id omnino quidem parum videtur credibile, quum Proclus in commentariis suis illud ubique pro germano agnoverit. Nec vero ipsa verba Anonymi ex Cod. Bibliothecae Monacensis CXIII. fol. XIIX. prolata id ullo modo probant. Sunt enim haec: *Τὸ ἐπινόμιον νοθεύει ὁ θεῖος Πρόκλος διὰ τὰς εἰρημένας αἰτίας. ἐκβάλλει δὲ καὶ τὰς Πολιτείας διὰ τὸ πολλοὺς εἶναι λόγους καὶ μὴ διαλογικῶς γεγράφθαι. καὶ τοὺς Νόμους δὲ διὰ τὸ αὐτό.* Idem igitur iudicavit Proclus de Politia pariter atque Legibus, ut si Leges damnaverit, etiam Rempublicam a Platone abiudicasse censendus sit; quod profecto ab omni abhorret verisimilitudine. Nec vero *ἐκβάλλειν* idem est quod *νοθεύειν*. Quamobrem Proclus potius existimandus est haec philosophi opera, ut quae complecterentur longiores orationes, a ceteris Platonis libris secrevisse, in quibus

crebriores essent interrogandi ac respondendi vices, atque hos magis Socraticos vel Platonicos habuisse. In quo ille minime a vero aberravit. Est enim hoc utique Politiae pariter atque Legibus proprium, quod in iis dialogus minus habet varietatis atque longiores orationes non interrupto sermone recitantur. Quocirca iure profecto asseverare et contendere videmur, verum esse quod antea iudicavimus, universam antiquitatem communi consensione de Legibus Platonis ita statuisse, ut earum origines ad summum philosophum tamquam auctorem referendas existimaret.

Verum enim vero etiamsi rem ita se habere concedendum sit, tamen nostra aetate extiterunt, qui quum omnino Leges Platonis opus esse negarent, tum etiam horum testimoniorum vim et auctoritatem labefactare et evertere conarentur. Nimirum probe illi perspexerunt, illa quam diu salva et incolumis perstaret, nec fieri ullo modo posse, ut aliis argumentis fides operis penitus convelleretur. Quocirca nos ante omnia paucis disquiremus, quid quantumque disputationibus istis suis effecerint. Nam si eorum conatus vanos atque irritos fuisse apparuerit, certe non temere videbimur ita statuere et iudicare, ut vel hanc ob caussam aliter de Legum fide et auctoritate existimandum sit atque illi voluerunt. Confirmatis enim externis testimoniis, quibus auctoritas operis fulciatur, etiam vis reliquorum argumentorum, quibus ea impugnata est, plurimum imminuetur. Quamobrem ordine deinceps ostendemus, quibus argumentis primum quidem testimonium Aristotelis, deinde etiam testimonia reliquorum scriptorum in controversiam vocata sint; idque ita faciemus, ut ea simul ad persuadendum minime idonea esse quam clarissime demonstremus.

Ordiamur igitur ab Aristotele. Et huius quidem testimonii dicundi potestatem impugnarunt nuper Fr. Astius De Vita et Scriptis Platon. p. 390. Eduard Zellerus Stud. Platonn. p. 128. sqq. denique G. F. W. Suckow: Die wissensch. u. künstlerische Form der Plat. Schriften p. 118. sqq. Quorum tamen omnium disputationes aperte fatemur nobis videri non eam vim habere, ut Aristoteli diffidendum sit. Etenim Astius quidem quod statuit interpolatis Aristotelis Politicis mala fraude inserta

esse quae ad Leges Platonis pertineant, id plane destituitur omni verisimilitudine, quandoquidem ibi Stagirites, praeterquam quod plurimas Platonis sententias passim singulatim memorat, etiam universi operis censuram longiore disputatione instituit. Quid igitur? Qui tandem fieri potuisse existimabimus, ut non modo per universum opus passim intersererentur, quae ad Leges Platonis referuntur, sed etiam totus ille locus Libr. II. c. 3. vel. 4. ubi universe contra Platonis Leges disputatur, per malam fraudem inveheretur? Nimirum est istud quidem adeo veridissimile, ut citius credere fas sit totam Politicorum scriptionem Stagiritae esse per fraudem suppositam; quod tamen nemo dum facere sustinuit. Nec vero Zellerus l. c. huic rationi quidquam tribuit, qui aliam potius viam ingressus est, quo fides et auctoritas testimonii Aristotelici subverteretur, in quo ei nuper accessit etiam Suckowius. Etenim statuit ille vel mero arbitrio suo ponit, Aristotelem de Legum origine facile potuisse falli et in fraudem induci propterea, quod quum statim post mortem Platonis ad Hermiam, tyrannum Atarnensem, profectus sit et inde ab illo tempore diutius Athenis abfuerit, factum videatur, ut interim Leges ab fraudulento aliquo homuncione conscriberentur et sub nomine Platonis in publicum emitterentur. Ex quo ille continuo concludit, Aristotelis hac in caussa auctoritatem admodum suspectam, imo etiam nullam videri debere. Atqui nos quidem argumentationem istam viri doctissimi adeo esse levem arbitramur, ut vi probandi penitus careat. Nam si Leges, id quod ipse criticus largitur, non ita multo post Platonis obitum in lucem prodierunt — prodierunt autem, si Isocrati fides est, manifesto iam ante annum 346. a. Ch. n. — qui tandem fieri potuisse existimabimus, ut quis statim post Platonis obitum stilo confestim arrepto opus tam spissum et operosum exararet et nomine suo celato in publicum protruderet? Nimirum potuit illud profecto haudquaquam subitaria aut tumultuaria opera confici, licet non plane sit expolitum; est enim non modo mole sua grandius sed etiam largissimis et exquisitissimis doctrinae copiis iisque satis apte dispositis adeo refertum, ut paucissima antiquitatis monumenta hoc nomine cum eo comparari queant.

Nec vero credibile est quemquam illud neglecta et contemta propriae laudis mercede haud dubie inde redundatura, suo ipsius nomine suppresso, Platoni fuisse adscripturum, cuius consilii caussas nullas plane reperias. Et quis quaeso sibi persuadebit, ceteros discipulos Platonis omnes, quantumvis Athenis usque morarentur, atque magistri studia et consilia haberent cognita, tamen adeo coecutiisse, ut quid rei esset prorsus non perspicerent? Enimvero Speusippus quidem certe, nepos ex sorore Platonis, ac teste Appuleio De phil. dogm. Platon. Libr. I. c. 1. p. 183. ed. Oudend. domesticis instructus documentis, Platonis in Academia successor, cum suis discipulis ac familiaribus non facile videtur falli potuisse. Sed ne Aristotelem quidem putamus per diuturniorem absentiam in eam fraudem et errorem inductum esse, ut pro Platonis opere haberet, quod ab alio scriptore esset consarcinatum. Nam primum quidem ipse, quamdiu Plato in vivis fuit, per integros viginti annos inde ab Olymp. 103. 2. = 367. a. Chr. n. Athenis vitam degit, et mortuo demum illo una cum Xenocrate illinc discessit. v. Strabo XIII. p. 610. coll. v. Stahr. Aristotelia I. p. 43. Brandis. Aristoteles u. seine Zeitgenossen Vol. I. p. 50. Quid igitur? nonne eum probabile est, magistri studia, etiamsi postremo factus esset ab illo alienior, tamen sedulo attendisse et quid ille senex ageret, e longinquo observasse? Nimirum istud quidem ut ita esse credamus, vel illud movere et impellere nos debet, quod in Politicis Leges diserte post Politiam scriptas esse memoriae prodidit et ex hoc ipso temporum ordine sui de illis iudicii caussas et rationes repetiit. Sed praeterea etiam alia caussa est, quamobrem Aristotelem de Legum auctore non ita facile falli potuisse merito statuere liceat. Nam effluxit quidem tempus diuturnius, priusquam Stagirites ex terris peregrinis Athenas aliquando reverteretur, quandoquidem postquam Olymp. 108. 1. ad Hermiam Atarnensem, in Platonis contubernio sibi cognitum, se contulerat, triennio post, illo per Mentorem Rhodium, Persarum ducem, Olymp. 108. 4. = 345. a. Chr. interemto, una cum Pythiade uxore sua, Hermiae ex sorore nepte, Mitylenam confugit, inde autem biennio post Olymp. 109. 2 = 342. a. Chr. ad Philippum, Ma-

cedoniae regem arcessitus est, qui curae eius Alexandri filii institutionem commisit; unde tandem Olymp. 111. 2. = 335. a. Chr. n. Philippo interfecto, quum Alexander in Asiam esset profecturus, rursus Athenas rediit ibique scholam aperuit in Lyceo; v. Brandis l. c. p. 54. sqq. Sed ne diuturnior quidem haec in exteris regionibus commoratio eam potuit vim habere, ut illo tempore iudicio suo de Legibus Platonis falleretur, quo Politicorum libros litteris consignavit. Sunt enim hi libri neutiquam ab eo scripti quo tempore Athenis absens vixit et peregre apud exteros commoratus est, sed compositi potius, posteaquam Athenas redierat. Tradidit enim postea tredecim annos ibi philosophiam extititque auctor familiae Peripateticae, usque dum Olymp. 114. 3. = 323. a. Chr. n. impietatis accusatus aufugit Chalcidem, Euboeae urbem, ubi narratur annum aetatis sexagesimum tertium agens, hausta cicuta, vitam finivisse. v. Stahr. Aristotelia I. p. 147. Brandis l. c. p. 60. sq. Enimvero posteriore hac vitae aetate eós esse litteris exaratos vel ex eo intelligitur, quod Libr. V. 10. p. 1312. a. b. ed. Bekker. Dionis adversus Dionysium expeditio Olymp. 109. 3. = 342. a. Chr. n. suscepta et ibid. p. 1311. b. Philippi Macedonis caedes Olymp. 111. 1. = 336. a. Chr. n. perpetrata commemoratur. Et colligi idem etiam ex eo potest, quod Libr. II. c. 2. Libr. III. c. 12. Libr. IV. c. 11. ad Ethica relegamur. Quid vero? nonne tum Stagiritae maxima suppetebat opportunitas quaerendi atque sciscitandi, quis tandem tanti operis auctor extitisset? Enimvero quum sine dubio iam olim inaudivisset, quid Plato senex in philosophia moliretur, tum etiam Athenas redux factus in ea sententia planissime confirmatus est, ut illum unum Legum auctorem esse sibi persuaderet. Quamobrem nec dubitavit huius operis iuxta atque Politiae Platonis censuram instituere atque adeo identidem asseverare, hunc nec quemquam alium scripti illius esse parentem. Frustra enim sunt, qui eius hoc in genere incuriam crepant, hanc imprimis caussam in medium afferentes, quod adeo Menexenum et Hippiam minorem pro libris Platonicis probaverit. In quo profecto ipsi critici novitii ruerunt mirifice, qui eos libellos pro subditiciis habendos iudicaverunt, qui procul dubio sunt genuini.

Itaque hactenus quidem nostro certe iudicio res salva est nihilque dum repertum, quod Aristotelis fidem et auctoritatem labefactare aut convellere videatur; atque ipse Zellerus postea in Histor. Philosoph. Graec. Vol. II. p 329. ingenue professus est, sese propter huius scriptoris gravitatem omnino de Legum opere aliter atque olim sentire coepisse, ut profecto mirum accidat, quod nuper Succovius l. c. p 118. sq. pristinam eius sententiam tamquam certissimam et indubitatam amplexus est. At enim vero, inquiunt, sunt tamen Aristotelis de Legum institutis iudicia magnam partem tam mira et vero etiam tam iniqua aperteque falsa, ut vir acutissimus Platonis sententiam aut non assequutus esse aut temere pervertisse censendus sit. Nec vero negari ullo modo potest Stagiritam non uno loco ea protulisse, quae Platonis mentem ac sententiam vel minus recte aperiant vel etiam moleste pervertant et deforment. Quod tamen quid valeat ad infirmandam testimonii ab eo de Legibus proditi vim et auctoritatem, haudquaquam intelligimus, quandoquidem caussae, cur discipulus magistri sententiam reprehenderit neque semper accurate indicaverit, satis probabiles in medium afferri possunt. Nam primum quidem novimus utrumque sapientem diversis itineribus ad philosophiae laudem contendisse, quandoquidem Plato, sicuti in studio sapientiae ante omnia ideas sive ea, quae una mentis contemplatione continentur, spectavit, ita etiam in iudicandis rebus humanis omnibus indidem profectus est; Aristoteles autem, quamvis et ipse mentis aciem ad summa et altissima quaeque dirigeret, tamen ad diligentiorem rerum singularum observationem et perscrutationem descendit, atque principiorum, quae una mente intelliguntur, rationes sobrie magis diiudicatas cum infinita rerum singularum copia ex vitae ac naturae cognitione collecta conjungere atque conciliare conatus est. Ex quo sponte intelligitur, etiam de rebus civilibus fieri non potuisse quin discipulus interdum cum magistro gravius dissentiret atque adeo ita dissentiret, ut saepe nec operae pretium duceret, dissentiendi caussas altius repetere et Platonis rationem totam atque integram exponere. Sed praeter haec etiam aliud quid est, unde intelligi liceat, cur Aristoteles Platonis sen-

tentiam subinde acrius corripuerit. Scripti enim ab eo Politicorum libri illo tempore sunt, ut modo observatum est, quo post diuturniorem absentiam aliquando Athenas reverterat ibique scholas in Lyceo habere coeperat. Illo vero tempore dubitari non potest quin inter ipsum atque Xenocratem, qui post Speusippum, octo tantummodo annos docendi munere functum, Platoni in Academia successerat (v. Diog. Laert. IV. 3. et 14.), aemulatio quaedam atque simultas exorta sit, fortasse etiam eo nutrita, quod Alexander, Aristotele offensus, Xenocrati dona miserat magnumque honorem testificatus erat. v. Diog. Laert. Libr. V. 10 et 11. Scripsit igitur tum etiam librum περὶ τῆς Σπευσίππου καὶ Ξενοκράτους φιλοσοφίας, in quo controversias inter Academiam et Lyceum videtur pertractasse imprimisque impugnasse rationem Platonicorum lectis ipsius Platonis vestigiis immoderatius iam Pythagoreorum placitis indulgentem, quum ipse illis fidelius Socraticam dialectice quaerendi viam teneret. v. Diog. Laert. V. 25. coll. 3. IV. 10. Plutarch. De Virt. Mor. p. 452. D. Sympos. p. 713. C. coll. Luzac. Lectt. Attic. p. 142. Wympersee Diatribe De Xenocrate Chalcedon. Lugd. Bat. 1822. 8. pag. 28. sqq. et p. 60. sqq. Exorta igitur ista scholarum contentione mirum certe non est, quod Stagirites etiam in ipso Platone, familiae principe, cupidius et contentiosius notavit, quae prima specie viderentur minus comprobari posse, ut quum dixit Libr. II. c. 3. eum in Legibus quinque millia armatorum civium constituisse, qualem numerum ardelionum ne Babylon quidem caperet, quum tamen Plato in hoc opere milites non tantum arma tractare, sed etiam civilia negotia et munera obire iusserit, ut in Legibus iidem sint et milites et cives, ordinibus civium omnino aliter atque in Politia constitutis. Ad haec omnia vero etiam illud accedit, quod Aristoteles pro consilio suo in Politicis civilia tantum instituta Platonis examinavit, caussas et rationes eorum ex illius doctrina aestimare neglexit, in eaque re fortasse etiam iis unis maxime confisus est, quae ex Legum opere olim excerpta et in brevius contracta haberet. Qua ratione facillime fieri potuit, ut in iudicio suo subinde laberetur; quamquam eum multis in partibus

etiam verum perspexisse nemo quisquam infitias iverit. Atque haec quidem quum ita sese habeant, nullo negotio intelligitur, ne ea quidem, quae Aristoteles de Legum Platonicarum institutis disputavit, quidquam continere, quod eius testimonium de huius operis auctore ullo modo dubium aut suspectum reddere posse videatur. Jam vero haec omnia si probabiliter sunt a nobis disputata, quae a viris doctis ad convellendam Aristotelis auctoritatem prolata sunt, nihil quidquam valere consequens esse arbitramur.

Sequitur igitur, ut de ceterorum scriptorum testimoniis quaerendum sit, quae et ipsa in dubitationem vocata sunt. Vindicandus autem hic a malis suspicionibus ante omnes est Isocrates. Huius enim locum, quem supra attulimus, nuper Succovius l. c. p. 104 sqq. talem esse contendit, unde Leges perperam Platoni auctori tributas esse clarissime appareat, quandoquidem Isocrates non obscure significaverit, eas alii scriptori acceptas referri quam Politiam. Nam Platonem ibi respici quidem, sed respici propter unam Rempublicam sive Civitatem; Legum autem libros ab illa ita distingui, ut illos manifestum sit non Platoni, sed alii cuidam philosopho assignari. Cuius quidem sententiae suae argumenta vir doctissimus haec attulit. Primum enim urget hoc, quod Isocrates numero plurativo scripserit *ὑπὸ τῶν σοφιστῶν*, ex quo manifestum esse arbitratur, non unum Platonem tam Legum quam Politiae auctorem iudicari, sed plures eosque diversos horum operum conditores extitisse significari. Deinde ex verbis Isocratis apparere censet, duo scriptorum genera esse intelligenda, quorum alterum ad unam solam civitatis constitutionem pertinuerit, alterum, etiamsi eximie leges complexum sit, tamen item civitatis et reipublicae rationem attigerit; alioquin enim per linguae leges fieri non potuisse, ut verba: *ταῖς ὑπὸ τῶν σοφιστῶν γεγραμμέναις*, utpote ambobus nominibus substantivis genere feminino postposita, simul ad *τοῖς νόμοις* referrentur. Ex quo colligit Isocratem non potuisse de Legibus vulgo Platoni tributis cogitare, quum in iis tantummodo de legumlatione, non item de forma ac descriptione reipublicae agatur *), ideo-

*) Verba ipsius haec sunt: Wir müssen zweitens behaupten, dass die Sehriften, die Isokrates

que scribi potius debuerit: *τοῖς ὑπὸ τῶν σοφιστῶν γεγραμμένοις νόμοις τε καὶ πολιτείαις*. Quae quidem omnia si dicimus cassa nuce esse inaniora, non veremur ne iusto severius damnasse videamur quae criticus disputavit. Etenim quod ille ex *ὑπὸ τῶν σοφιστῶν* apparere censet plures intelligi oportere operum memoratorum scriptores, nec unum Platonem, mirifice eum praeteriit dictum illud esse generaliter, ita tamen, ut de uno Platone intelligendum sit; qui usus loquendi in vulgus notus est atque dudum abunde illustratus a criticis et grammaticis, Fischero ad Weller. III. a. p. 302. Car. Reisigio Coniect. in Aristoph. p. 58. Bremio ad Aeschin. adv. Timarch. §. 21. Porsono ad Eurip. Phoeniss. vers. 423. Valcken. ad Phoen. vers. 978. A. Matthiae Grammat. Gr. §. 293. aliis multis. Et quis est quin largiatur pluralem longe esse elegantissimum, singularem *ὑπὸ τοῦ σοφιστοῦ* futurum fuisse inficetum et subabsurdum? Sed non opus est, ut commentum istud pluribus confutemus; patet enim vel sic, quam sit futile et inane. Progredimur igitur ad alterum illud, quod vir doctus ad firmandam sententiam suam protulit. Et de grammatica quidem verborum explicatione facile ei assentimur. Sed quod inde collegit, Leges non esse Platonis opus, in eo sententiae eius prorsus refragamur. Continent enim profecto Leges philosophi non tantum legum farraginem, sed etiam reipublicae constitutionem, cognatam quidem illi, quae in libris De Republica descripta est, sed tamen ab illa item diversam. Quocirca rectissime Isocrates ita scripsit, ut apud eum verba scripta leguntur, neque ullo pacto inde colligi licet, quod inde conclusum est, eum non potuisse Leges pariter atque Politiam pro operibus probare Platonicis. Imo orator existimandus est planissime perspectum habuisse, quaenam inter utrumque Platonis opus intercederet necessitudo atque coniunctio, quandoquidem verba

---

meint, **theils solche** waren, welche die **Verfassungsfrage allein** behandelten, **theils solche**, welche zwar **vorzugsweise Gesetze**, **nebenbei** aber auch **Verfassungsvorschläge** enthielten, weil er sonst das Femininum *ταῖς ὑπὸ τῶν σοφιστῶν γεγραμμέναις* nicht zugleich auf die *νόμοι* beziehen konnte, wie er doch wirklich gethan hat: quae leguntur l. c. p. 111.

ita iunxit et collocavit, ut etiam Leges ad reipublicae formam atque constitutionem exhibendam ac describendam facere iudicasse videretur.

Atque his ita expositis etiam Isocratis testimonium pro Platonica Legum origine ad posteritatem proditum neutiquam infirmatum aut convulsum esse, sed adhuc salvum et inconcussum stare ab omnibus ultro concessum iri confidimus.

Itaque superest, ut de reliquorum scriptorum auctoritate dicendum sit, qui Leges vel memorarunt vel ad usum suum revocarunt ut opus a Platone profectum. Fatemur autem aperte, nos hic quoque multum dissentire cum Astio l. c. p. 300. Zellero Stud. Platon. p. 128. Succovio l. c. aliis, qui horum testium adeo nullam gravitatem esse statuerunt, ut iis omnino quidquam hac in caussa tribuendum esse negaverint. Nam ut mittamus ingentem turbam eorum, qui posterioribus demum vixerunt temporibus, quamquam ne horum quidem admirabilis consensio nihili facienda videtur, Ciceronis quidem certe auctoritas haudquaquam pro levi et exigua ducenda est, quem constat in rebus litterariis fontibus usum esse antiquioribus, unde tutius et circumspectius de antiquiorum scriptorum operibus iudicium moderaretur. Nec vero Senecae auctoritatem contemnendam censemus, praesertim quum Stoici illustres superiorum temporum in Legum argumento commentando ac dilucidando versati esse narrentur. Et quis quaeso negaverit nec Alexidis Comici versiculos nec Alexandrinorum criticorum iudicia in tali caussa contemni oportuisse? Sed utcunque de singulis iudicaveris, illud quidem omnino videmur vere recteque statuere et existimare, communem horum scriptorum omnium consensionem propterea non esse pro levi ducendam, quod etiam dubitationes adversus Aristotelis et Isocratis auctoritatem excitatas plane vanas et inanes fuisse intelleximus, ut cum horum testimoniis coniuncta plurimum ad sustentandam Platonici operis fidem valere iudicanda sit.

Atque haec quidem quum ita sese habeant, illud certe iam hac disputatione nostra consequuti esse videmur, ut fidem et auctoritatem Legum Platonis

undique certis atque indubiis antiquitatis testimoniis munitam et confirmatam esse apud omnes constare debeat.

Iam vero in tanta multitudine locupletium testium, qui inde ab ipsius Platonis aetate usque ad posteriora Graecitatis tempora unanima consensione genuinam Legum originem confirmaverunt, non iniuria insolens quiddam atque audax videatur, quod recentioribus temporibus repente extiterunt viri docti complures, qui, opinione sua a veterum criticorum iudiciis seiuncta, non modo leviter contenderent, sed etiam serio demonstrare studerent, Legum opus, communi sententia Platoni tributum, non esse a nobilissimo philosopho scriptum, sed ei per fraudem suppositum. Et primus quidem id facere ita sustinuit elegantis vir iudicii ac de scriptorum Platonicorum interpretatione immortaliter meritus, Fridericus Astius, in libro De Vita et Scriptis Platonis p. 379. sqq. ubi sententiae suae caussas et rationes acute ac subtiliter explicavit. Cui mox assensi sunt alii sic, ut simpliciter ad eius auctoritatem provocarent, ut Ackermannus: Das Christliche im Platon p. 22 sqq. ac Weissius ad Aristotelis Physic. interpret. Germ. p. 350 sqq., unus etiam ita suffragatus est, ut novam sententiam novis argumentis et rationibus exornaret atque docte ac subtiliter defenderet, Eduardus Zellerus, in libro: Platonische Studien (Tubing. 1839. 8.) p. 1—142. et mutata nonnihil pristina sententia sua, in praestantissimo opere Historiae Philosoph. Graec. ed. I. Vol. II. p. 316. sqq. Nimirum quod viros doctissimos, ut ita statuerent, impulit ac permovit, id facile suspicari licet non leve quiddam aut nugatorium fuisse, sed potius tale, quod tantam vim atque tantum momentum apud ipsos haberet, ut externorum testimoniorum vis illius gravitati postponenda videretur. Nec vero negari potest, argumenta, quibus illi hac in caussa usi sunt, tam esse subtilia, tam docta, tam gravia denique ac ponderosa, ut ab iis, qui antiquam operis fidem et auctoritatem tueri conati sunt, adversus ea ancipiti fortuna pugnatum sit. Nam disputarunt sane in partem contrariam non minus docte ac subtiliter viri clarissimi et illustrissimi, Car. Dilthey: Examin. Platonicorum

librorum De Legibus, quo, quonam iure Platoni vindicari possint, appareat. Gotting. 1820. 4. pagg. 64. Frid. Thierschius: Annal. litterar. Vindobonenss. Vol. III. p. 63. sqq. Ferd. Delbrückius: Annal. Univers. Rhenan. Boruss. Vol. I. Tom. IV. p. 317 sqq. Jos. Socherus: Platons Schriften p. 434 sqq. Carol. Frid. Hermannus Commentat. De Vestigiis veterum institutorum in Legibus Platonis investigandis. Marburg. 1836. 4. quibus ipsi accessimus in Iahnii Novis Annal. Philolog. et Paedagog. Tom. XXXV. Part. I. p. 27 sqq. Nec tamen his disputationibus effectum est, ut adversarii, mente mutata, sese aliquando victos faterentur, praesertim quum caussae suae propugnatores etiam vim et auctoritatem gravissimorum antiquitatis testium viderentur infregisse aut saltem elevasse. Itaque hodie quoque adhuc sub iudice lis est, quamquam iam antea ostendimus, in aestimanda fide et auctoritate testium antiquitatis, qui opus Legum a Platone profectum esse confirmaverunt, a criticis mirum quantum peccatum esse.

Quo magis nostrum duximus etiam argumenta contra auctoritatem operis ex ipsa eius indole et materia ducta, ponderatis utrinque rationum momentis, denuo examinare et quid pro vero rectoque probandum sit diligentius exquirere. Enimvero ita simul etiam futurum esse speramus, ut aditus ad amplissimi operis lectionem patentior fiat et expeditior, quam ad hunc usque diem fuit, quandoquidem quid de eius argumento, consilio et institutione existimandum sit nondum satis exploratum habetur.

Cap. II.

Enarrantur caussae, quibus Criticorum recentiorum de Legibus iudicia nitantur.

Et primum quidem dispexisse iuvabit, quidnam tandem sit, quod nuper criticos in Legum opere adeo offenderit, ut illud in malae fidei suspicionem vocare non dubitaverint. Quo breviter significato

ad quaestionem de horum librorum indole et consilio progrediemur.

Plurima sunt autem, quae alicui ad Legum lectionem accedenti mira atque insolentia videri possint adeoque multas magnasque excitare dubitationes *). Nam primum quidem ipsum scribentis consilium in eo declaratum atque disputationis argumentum ad illustrandum delectum utique eiusmodi sunt, ut legentium animis facile scrupulum iniicere possint. Quid enim? qui tandem factum arbitrabimur, ut sublimis atque excelsi ingenii philosophus, qui post diuturnam illam atque perpetuam rerum divinarum meditationem, cui assueverat, vix videtur aliquando ad rerum humanarum considerationem descendere potuisse, in hoc opere tam immensam legum variarum ac multiplicium struem et congeriem constipaverit, qualem vix a legumlatore aliquo, nedum a philosopho, expectaveris, praesertim quum idem ille in aliis libris ita iudicasse reperiatur, ut civitati non tam legibus, quam prudentia et sapientia opus esse existimaverit? Quid porro philosophum dicemus in eo sequutum esse, quod post celeberrimos et vere divinos libros, in quibus optimae civitatis speciem et formam descripsit, etiam opus Legum emisit, in quo, missa de ideis doctrina, a perfectae civitatis imagine aliquantum recessit atque omnia fere accuratius ad ipsius vitae similitudinem composuit ac temperavit? Quid praeterea caussae censebimus fuisse, ut, quum telam scriptionis inde a Republica susceptae nondum pertexuisset atque Critiam et Hermocratem, quos cum illa coniungere constituerat, nondum absolvisset, tamen amplum istud atque spissum Legum opus scribere animum induxerit? Verum ut materiam operis mittamus, ne forma quidem eius, si modo spectetur diligentius, iis proprietatibus carere existimanda est, quae quum in aliis scriptis Platonis non reperiantur, tum vel per se si considerentur, plane singulares videri debeant. Nam distributio quidem ac dispositio materiae, quae tractatur, admodum videtur perplexa esse, confusa et

*) Exposuerunt de his omnibus Astius et Zellerus, quorum sententiam fere in proximis retulimus.

tortuosa, ut quomodo omnia inter ipsa cohaereant et ad simplicitatis rationem attemperata sint, qui plane demonstraret, nondum quisquam inventus sit. Argumentatio porro et rerum explicatio caret fere dialectica illa subtilitate, quae in aliis Platonis sermonibus reperitur, qua quidem ita fit, ut res in disceptationem vocatae in varias versentur partes atque legentium animi arte plane divina atque inimitabili ad verum quaerendum et inveniendum excitentur atque moveantur. Imo pleraque omnia non tam subtili disputatione exquiruntur et investigantur, quam veluti iam inventa traduntur atque proponuntur, estque etiam frequens admodum digressio ad locos communes et rhetorica declamatio, quae a disputandi subtilitate multum abhorret. Praeterea disputatio plurimis locis est difficilior et per longas ducta ambages; quae res quum iam per se mira accidere debeat iis, qui elegantiae Platonicae sensum traxerunt, tum etiam ideo magnae offensioni est, quia saepissime inde ad vim probationis ac demonstrationis parum aut nihil proficitur. Accedunt ad haec etiam alia, quae universo sermoni inusitatum quendam colorem inducunt, qualem in nullo alio Platonis libro facile reperias. Quorsum pertinet ante omnia austeritas quaedam ac morosa tristitia colloquentium, quae ab hilaritate illa suavique facilitate, quae in aliis Platonis sermonibus regnat, plurimum discrepat. Pertinet huc item severitas et gravitas quaedam a religionis ac pietatis commendatione profecta, quae quum per omnem fere sermonem diffusa sit, tum inprimis iis in locis cernitur, ubi orationes intertexuntur, quibus cives ad obsequium legibus praestandum excitantur. Denique etiam oratio atque genus scriptionis non pauca habet, quae, tametsi ab Atticae linguae usu non abhorrent, tamen eum, qui ab aliorum scriptorum Platonicorum lectione recens sit, vehementer offendant necesse sit. Nam periodorum structura infinitis fere locis tortuosior est ac perplexior, ut vix pedem proferre possis, quin te protenus omnis generis difficultatibus tanquam vepribus atque spinis impeditum sentias; verborum insolentium usus crebrior et frequentior quam usquam alibi; ingens vis atque copia anacoluthorum, qualem in nullo alio libro Platonis animadvertimus; insolitae

perissologiae exempla plurima; postremo orationis forma ac species fere ea, quae primo saltem adspectu suspicionem moveat esse in his libris, si non omnia, at certe plurima temere perturbata, foede corrupta, denique misere depravata.

Haec igitur sunt fere, quae nobis Legum opus tractantibus tanquam sponte occurrant veluti mira et insolentia. Atque haec ipsa etiam fuerunt illa, quae nostra aetate criticos, quos modo nominavimus, in eam deduxerunt sententiam, ut non modo de operis integritate ac sinceritate dubitarent, verum etiam de eius origine Platonica actum esse penitus sibi persuaderent.

Itaque haec quum ita sese habeant, non mediocrem esse quaestionis de his rebus instituendae difficultatem, vix est quod moneamus; estque ea profecto tanto maior, quod antiquitatis testimonia, sicuti ex superioribus perspicuum est, adversa fronte cum argumentis illis pugnant, quae contra operis fidem et auctoritatem ex ipsius argumento, indole et ratione repetita sunt. Quid igitur in caussa tam ancipiti faciendum putabimus? Num accedemus continuo sententiae eorum, qui argumentis suis et ratiocinationibus commoti hos libros Platoni ereptum iverunt? an, his neglectis, usque tenaces erimus pristinae opinionis atque plurimis antiquitatis testimoniis confirmatae? Nimirum nos quidem in re adeo dubia et controversa neutrum facere consultum duximus. Constituimus potius apud animum, totam caussam denuo cognoscere, et ponderatis utrinque rationum momentis exquirere, quid pro vero probandum, quid tanquam falsum reiiciendum sit. In qua quaestione si ita eveniet, ut pristinam operis auctoritatem denique censeamus neutiquam esse concussam aut labefactatam, sed stare adhuc salvam et incolumem, futurum esse speramus, ut id non ob praeiudicatam aliquam opinionem aut anili superstitione permoti fecisse, sed diligentiore rerum consideratione ad eam sententiam perducti esse videamur.

Cap. III.

Designatio universae disputationis de Legum opere instituendae.

Erit autem universae disputationis nostrae ratio haec, ut, missis iis, quae ad rem praesentem minus pertineant, illa potissimum disquiramus, ex quibus rectum de toto opere iudicium maxime suspenditur. Nam quae leviora sunt aut ad singulorum tantummodo locorum explicationem referuntur, iis locum suum in Commentariis dabimus orationi Platonis subiectis. Itaque primum quidem exponere conabimur de consilio, quod Plato in scribendis Legibus secutus videatur; quo loco simul ostendetur esse illud omnino tale, quod non modo non abhorreat a philosophi ingenio, ratione et doctrina, verum etiam cum studiis ipsius atque vitae rationibus egregie consentiat. Deinde examinabimus materiam operis, quaeremusque subtilius, quatenus res et sententiae in eo expositae conveniant cum iis, quae in aliis libris Platonis maximeque in Republica explicata leguntur. Quod quidem eo modo facere conabimur, ut eadem opera etiam caussae et rationes aperiantur, quibus factum sit, ut philosophus in Legibus multa aliter atque alibi tractaverit et explicaverit. His vero expositis accedemus porro ad considerandam operis formam atque speciem. Quae quoniam in tribus potissimum rebus cernitur, in argumenti explicatione ac disserendi via et ratione, in dialogi ornatu et artificio, denique in orationis compositione et habitu, de his omnibus ordine deinceps ita disseremus, ut quatenus ea ad rationem atque artem operis rectius aestimandam subtiliusque iudicandam aliquid momenti faciant, pro viribus demonstremus. Quibus omnibus expositis denique futurum esse speramus, ut caussam idoneam nullam suppetere intelligatur, cur Leges a Platone scriptas esse negemus aut totum opus summi philosophi ingenio et doctrina indignum esse censeamus. Apparebit enim, opinor, clarissime referre illud plane Platonici ingenii, artis et rationis elegantiam, ita ut, si sum-

mo philosopho eripiatur, maximum ipsi ingenii et humanitatis decus et ornamentum ereptum iri existimare debeamus.

Cap. IV.

Disquiritur, quid Plato in Legibus scribendis sequutus sit. Triplex civitas a Platone informata.

Itaque primum quidem quaesivisse iuvabit, quid Plato in scribendis Legum libris sequutus sit atque spectaverit. Ac de hac quidem re ut certius iudicare possimus, quam ut locum habeat dubitatio, maxime eo efficitur, quod philosophi sententiam de variis civitatum generibus aliunde satis cognitam habemus. Etenim facile summus philosophus pro eo, quo pollebat, mentis iudiciique acumine perspexit, civitatem eam, quae consummatae perfectionis atque virtutis laudem habitura esset, per ipsam rei naturam duplicem fingi et cogitari posse, alteram per se absolutam omnibusque numeris perfectam, alteram eam, quae pro rerum humanarum atque fortunae conditione quam maxime laudabilis et excellens haberetur. Et illam quidem informavit talem, in qua, etsi ipsius quoque origines repeterentur a prima aliqua societate et coniunctione hominum, qualis conditis iam urbibus ac civitatibus extitisse videretur, (De Rep. II. p. 369. B. sqq.), tamen, quid caderet in rerum humanarum conditionem, minus respiceretur atque humanarum infirmitatum et necessitatum exigua duceretur ratio. Praefecit igitur huic civitati quam optimae ac perfectissimae magistratus vere sapientes, qui tamquam perfectae rationis vicarii essent; ipsam autem totam atque integram eam voluit referre non modo unitatis, sed etiam consummatae humanitatis speciem atque formam, ut qui eam mentis quasi oculis intuerentur, in ipsa ut in perfecto homine praestantissimas animi virtutes per varios civium ordines diffusas conspicerent conspicientesque et naturae humanae praestantiam in una maxime iustitia tanquam consummata virtute positam et rempublicam ad summi

boni speciem et exemplar omnibus partibus absolutam admirarentur. Aliter vero alteram civitatem iudicavit constituendam esse, quam pro rerum humanarum fortuna et condicione voluit esse optimam. Hanc enim ipsius vitae veritati tanquam fundamento cuidam superstruxit, ita quidem, ut optio data esset optimae rerum conditionis, qualis mortalibus contingere posse videretur. Itaque primum quidem magistratus philosophos hic nullos induxit, quippe quos videret non aliter nisi rarissime ac singulari quodam numinis divini beneficio posse exsistere. Deinde instituta publica omnia propius ad ipsam vitae veritatem attemperavit ideoque diligentius comparavit ad eorum similitudinem, quae in patriae suae rebus publicis et aliis civitatibus Graecis praestantissima haberentur. Haec enim quamquam nec in absoluta illa republica neglexit, tamen in ista quidem ad speciem summae perfectionis, quam animo conceperat, liberius inflexit atque mutavit, hominum morem et consuetudinem non quidem negligens, sed tamen pro consilii sui ratione minus curans; in hac autem ita tenuit ac respexit, ut ea ad ipsius vitae usum et consuetudinem accommodate emendaret, perficeret et ad perfectionis quam maximae laudem proveheret. Quamquam nec in hac altera republica reiecit aut repudiavit ea, quae in prima civitate tamquam optima probasset, sed eadem ista, quantum quidem vita communis in melius mutata ferre videretur, constanter retinuit. Quocirca facile apparet, utramque sane, quam finxit, civitatem esse praestantissimam, sed hoc tamen discrimine, ut alteram possis vocare idealem, quippe quae ad summae perfectionis vel summi boni in vita humana expressi speciem mente et animo conceptam informata et constituta sit; alteram recte realem dixeris, quandoquidem ea et ad ipsius vitae veritatem et ad optimae civitatis similitudinem simul comparata est ideoque talis, quae, si quando inter homines revera condatur, optima et praestantissima evasura sit. Fuisse vero hanc Platonis de optima civitate sententiam multa sunt, quae luculente doceant. Nam quum ex iis, quae de his rebus in Politico disseruntur, rem ita se habere intelligi liceat, tum etiam ex ipsis Legum libris maxime fit perspicuum. Nam in

Politico quidem p. 297. B. usque ad p. 303. C. gravi copiosaque disputatione res ita disceptatur, ut quid de ea existimandum sit, minime dubium aut incertum relinquatur. Distinguuntur enim ibi a civitate omnibus numeris perfecta, in qua recta sapientis ratio pro communi lege valeat, eae respublicae, quibus vulgo homines utantur, quasque mortalium indigentia et imbecillitas genuerit et procreaverit. Ex his ipsis vero, quantumvis omnes longo intervallo ab illa distare existimandae sint, tamen ea iudicatur longe praestantissima, quae optimae civitatis institutis susceptis optimis utatur legibus easque leges religiose colat, tueatur, custodiat. Quae quis est quin protenus videat ita disputata esse, ut duplex illa, quam optimam statuit philosophus, respublica satis dilucide describatur? Sed non minus huc faciunt quae leguntur Legg. Libr. V. p. 739. A—E. ubi inter alia: *τὸ δ' ἔστιν ὀρθότατα εἰπεῖν μὲν τὴν ἀρίστην πολιτείαν καὶ δευτέραν καὶ τρίτην, δοῦναι δὲ εἰπόντα αἵρεσιν ἑκάστῳ τῷ τῆς συνοικήσεως κυρίῳ. — πρώτη μὲν τοίνυν πόλις τέ ἐστι καὶ πολιτεία καὶ νόμοι ἄριστοι, ὅπου τὸ πάλαι λεγόμενον ἂν γίγνηται κατὰ πᾶσαν τὴν πόλιν ὅ τι μάλιστα· λέγεται δέ, ὡς ὄντως ἐστὶ κοινὰ τὰ φίλων, κ. τ. λ. — ἣν δὲ νῦν ἡμεῖς ἐπικεχειρήκαμεν, εἴη τε ἂν γενομένη πως ἀθανασίας ἐγγύτατα καὶ ἡ μία δευτέρως· τρίτην δὲ μετὰ ταῦτα, ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ, διαπερανούμεθα.* Quo loco quod tria discernuntur reipublicae genera, id quorsum spectet, omnium optime enucleavit Boeckhius in Min. et Legg. p. 65. Nam opportune ille contulit Aristotel. Polit. IV. 1. p. 1288. Vol. II. ed. Bekker.: *ὥςτε δῆλον, ὅτι καὶ πολιτείαν τῆς αὐτῆς ἐστὶν ἐπιστήμης τὴν ἀρίστην θεωρῆσαι, τίς ἐστι, καὶ ποία τις ἂν οὖσα μάλιστ' εἴη κατ' εὐχήν, μηδενὸς ἐμποδίζοντος τῶν ἐκτὸς καὶ τίς τίσιν ἁρμόττουσα· πολλοῖς γὰρ τῆς ἀρίστης τυχεῖν ἴσως ἀδύνατον, ὥςτε τὴν κρατίστην ἁπλῶς καὶ τὴν ἐκ τῶν ὑποκειμένων ἀρίστην* (eam quae optima sit civitatibus pro sua cuique conditione) *οὐ δεῖ λεληθέναι τὸν νομοθέτην καὶ τὸν ὡς ἀληθῶς πολιτικόν· ἔτι δὲ τρίτην τὴν ἐξ ὑποθέσεως· δεῖ γὰρ καὶ τὴν δοθεῖσαν δύνασθαι θεωρεῖν, ἐξ ἀρχῆς τε πῶς ἂν γένοιτο, καὶ γενομένη τίνα τρόπον ἂν σώζοιτο πλεῖστον χρόνον· λέγω δὲ οἷον εἴ τινι*

πόλει συμβέβηκε μήτε τὴν ἀρίστην πολιτεύεσθαι πολιτείαν ἀχορήγητόν τε εἶναι καὶ τῶν ἀναγκαίων, μήτε τὴν ἐνδεχομένην ἐκ τῶν ὑπαρχόντων, ἀλλά τινα φαυλοτέραν. Etenim reputantibus nobis coniunctionem illam et necessitudinem, quae inter duas priores, de quibus loquimur, civitates intercedit, certe coniicere probabiliter licebit, efformanda tertia ista republica Platonem voluisse ostendere ac docere, quid in civitate dudum solito more fundata, vigente etiam vulgari aliquo imperii moderamine, vi rationis ac sapientiae effici posset. Quippe in Republica omnem omnino societatem civilem inde ab initio ad rationis legem atque normam condi iussit; in Legibus autem colonos finxit iam civilis societatis vinculo coniunctos eosque in novam civitatem deduxit ad similitudinem verarum rerumpublicarum efformatam quidem, sed iisdem illis multo praestantiorem et pro rerum humanarum conditione optimae illi proximam; itaque in tertio opere supererat, ut civitas aliqua tanquam praesens fingeretur, atque disquireretur, quomodo quae in Republica et Legibus ut optima essent proposita, ad salutem eius reipublicae, quae usitato more ab initio constituta et perpetuo gubernata esset, utiliter transferri vitaeque communis rationibus accommodari possent. De quibus rebus v. etiam Legum Libr. VII. p. 805. B. IX. p. 858. B. IX. p. 876. A — E. Quamquam merito dubitari poterit, num philosophus revera promiserit, velle semet ipsum aliquando docere, quomodo verae civitates in melius mutari possent; id quod Boeckhio l. c. p. 67. sqq. Astio De Vita et scriptis Plat. p. 392. aliisque ita visum est. Nos enim si quid iudicare possumus, nihil aliud ille nisi hoc significavit, esse eam rem utique talem, quae possit peculiari disputatione accuratius illustrari, qua tamen nunc abstinendum sit. Id quod prudenter, sicuti dialogi ratio ferebat, Atheniensem iussit ita proloqui, ut is rem ad incertum tempus reiiciat. Enimvero quominus philosophus, quum ista scriberet, de componendo tantae amplitudinis opere cogitaret, ipsae adeo aetatis rationes videntur prohibuisse, de quibus infra suo loco explicabitur *). Sed hoc quidem utut

*) Similiter atque nos statuit etiam Car. Frid. Hermannus Commentat. De vestigiis institutor. veterum per Platonis

est, illud certe etiam ex hoc Legum loco apertum esse arbitramur, qualem civitatem Plato voluerit post eam, quam ad summae perfectionis speciem et formam animo et mente susceptam adumbravisset, esse longe praestantissimam et vitae mortalium maxime expetendam.

Iam vero his utcunque expositis, facile, opinor, intelligetur, quidnam Legum operi omnino sit propositum. Nam sicuti Plato primam illam civitatem in libris De Republica descripsit, in quibus una eademque opera et de perfecta civitate et de perfecta hominis natura disputat, ita alteram, quae ipsi vitae veritati magis congrueret et pro rerum humanarum conditione optima videretur, in Legibus informavit. Quod etiamsi non appareret ex loco Libr. V. p. 739. A. sqq. cuius partem antea adscripsimus, tamen universi operis argumentum argueret certissime. Est enim totum illud ita comparatum, ut huic consilio unice accommodatum sit planissimeque conveniat. Atque ipsum adeo nomen L e g u m, quid rei sit, satis certo indicat. Etenim optimae quidem civitati illi philosophus quum praefecerit perfectos sapientes praestantissima rerum divinarum humanarumque cognitione praeditos, tum legibus publicis, quibus omnia atque singula definirentur, in ea nullum locum esse existimavit. Indignum enim iudicavit esse, rectam rationem legum vinculis constringi, ut adeo eos exploserit, qui illas desiderarent. De qua re egregie disputatur Politic. p. 291. D. — 297. B. et Reip. IV. p. 423. D. — 424. A. p. 425. C. — 426. E. Legg. IX. p. 875. C. D. al. Sed multo aliter statuit de altera civitate magis ad vitae communis veritatem comparata. Haec enim quum perfectis philosophis tamquam magistratibus careat ob eam caussam, de qua antea dictum est; tum in ipsa ne qua lubidini et intemperantiae locus esset, aut communis salus infirmiorum magistratuum arbitrio committeretur, omnia legibus certius constituere atque accuratius definire necessarium duxit. De quo philosophi consilio legisse iuvabit Poli-

---

de Legibus libros investigandis p. 16. cui tamen de explicatione formulae: *μετὰ ταῦτα, ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ*, non assentior. Nusquam enim putamus ita eam usurpari, ut finem sermoni imponat, quo possint colloquentes transgredi ad alia.

tic. p. 301. D. — 302. B. ubi docetur, quoniam perfectus civitatis moderator nusquam reperiatur, plane esse necessarium, ut leges scribantur publiceque sanciantur, idque ita fieri oportere, ut vestigia perfectae absolutaeque civitatis quam diligentissime legantur. Conf. etiam Legg VI. p. 769. D. VIII. p. 838. A. IX. p. 855. D. XII. p. 957. A. Quocirca quod De Rep. IV. p. 425. D. E. 426. A. — 427. A. censuit, legum numerum non temere esse augendum, ita ut minima maxima iis constituantur et leges legibus cumulentur, id non omnino pertinet ad legum contemtum, quorsum traxerunt Astius De Vita et Scriptis Plat. p. 384. et Zeller. Stud. Plat. p. 28., sed hanc potius habet vim, ut in civitate bene morata, qualis est illa, quae in libris Reipublicae describitur, ista legum multitudine non opus esse significetur, atque adeo ostendatur, ne in depravata quidem republica legum variarum copiam et multitudinem quidquam prodesse, siquidem eae sine moribus nihil proficiant; conf. Libr. IX. p. 874. D. E. p. 875. A. — D. Ac ne in Legibus quidem voluit nimiam legum, etiam de rebus minutis ac pusillis scriptarum, vim et copiam existere, id civitate bene morata longe indignissimum esse ratus, sicuti ex Libr. V. p. 746. E. sqq. IX. p. 853. p. VIII. p. 843. E. p. 846. C. al. intelligitur. Nimirum sensit, opinor, philosophus idem prorsus quod Tacitus prodidit Annal. III. 27. Ut antehac flagitiis, inquit, ita tunc legibus laborabatur. Ea res monet, ut de principiis iuris et quibus modis ad hanc multitudinem infinitam ac varietatem legum perventum sit, altius disseram. Quibus explicatis (c. 26. — 28.) addit etiam haec: tumque non modo in commune, sed in singulos homines latae quaestiones; et **corruptissima republica plurimae leges.** Noluit igitur Plato alias atque alias semper leges scribi, quo scilicet publicae saluti subveniretur; eam enim hac ipsa legum varietate in discrimen rerum suarum non mediocre adduci iudicavit. Quocirca nec omnia atque singula legibus suis complexus est, adeoque dubiis in casibus vel seniorum arbitrio aliquid dandum esse statuit, vel etiam opperiendum, donec, quid communi saluti revera esset conducibile,

certius exploratum haberetur. v. Legg. VI. p. 769. D. VIII. p. 838. A. IX. p. 855. D. XII. p. 957. A. sqq. al. Quod autem leges omnino in locum imperantium philosophorum substituit, in utraque profecto civitate existimandus est mentis imperium per omnia valere voluisse. Nam legem nihil aliud putavit esse nisi rectam rationem honesta imperantem prohibentemque contraria, ut adeo rationis perfectae tanquam vicaria esse videretur. De qua sententia v. Politic. p. 297. D. E. Legg. IV. p. 713. E. 715. B. XII. p. 957. C. coll. Davis. ad Cicer. Legg. I. 5, 6. et intpp. ad Grotium De iure belli ac pacis I. c. 10. Huic igitur magistratus pariter atque cives parere et pie religioseque obedire oportere iudicavit, alioquin ratus civitatis salutem nullo modo posse consistere. Id quod quum alibi tum Legg. III. p. 689. B. 700. A. IV. p. 713. sqq. 715. D. sqq. D. IX. p. 859. A. 874. E. sqq. 876. E. gravissimis verbis edocemur.

Verum redimus aliquando ad id, unde paullisper deflexit oratio. Videmus igitur, Legibus revera id esse propositum, ut secunda illa civitas, quam diximus, depingatur, nihilque aliud in his libris egit philosophus, quam ut proponeret optimas leges, quae civitati alicui recens condendae, data optimarum conditionum optione, ex moribus et institutis Graecorum populorum scribi posse viderentur. Verissime igitur Appuleius De habitud. doctrin. Platon. II. p. 27. ed. Elmenh.: Eiusmodi civitatem, inquit, nullis extrinsecus latis legibus indigere; regia quippe prudentia et eiusmodi institutis ac moribus, quibus dictum est, fundata ceteras leges non requirat. Et hanc quidem ut figmentum aliquod veritatis exempli caussa per se compositam vult esse Reipublicam. Est et alia, optima quidem et satis iusta, et ipsa quidem specie et dicis caussa civitas fabricata, non ut superior sine evidentia, sed iam **cum aliqua substantia.** In hac non suo nomine de statu et commodis civitatis requirens originis eiusprincipia et fundamenta disposnit, sed eo tendit, quemadmodum civili gubernator, eiusmodi locum conventus-

que multitudinem nactus, iuxta naturam **praesentium rerum** et convenarum debeat facere civitatem plenam bonarum legum et morum bonorum. Ac similiter etiam Proclus in Remp. p. 350.

Sed satis de his. Neque enim veremur, ne quis de re satis aperta adhuc moveat controversiam. Quocirca transire aliquando licebit ad perquirenda ea, quae nuper de hoc Platonis consilio a viris doctis disputata sunt, quandoquidem extitisse novimus, qui illud ipsum tale esse contenderent, unde totum hoc Legum opus iniuria summo philosopho tribui utique perspiceretur.

Cap. V.

Docetur consilium operis de Legibus scribendi a Platonis vita et consiliis non esse alienum. Simul disquiritur, quanam illud aetate composuerit philosophus.

Sunt autem tria potissimum argumenta, quibus illi hanc sententiam suam probare conati sunt. Nam primum quidem Platonem censent inepte facturum fuisse, si, scripta Republica, repudiatis suis ipsius decretis, etiam Leges litteris consignare animum induxisset. Deinde excelsi et magnifici ingenii philosopho indignum fuisse existimant, de iis rebus quaerere, quae non aliorsum nisi ad vitae quotidianae usum et consuetudinem pertineant, a mentis animique altitudine et celsitate, quam ille unice sectatus sit, prorsus abhorreant; cuius generis ea fere esse videantur, quae in Legibus exponantur. Denique talis operis scribendi consilium si Platoni tribuatur, pugnare id magnopere arbitrantur cum scribendi consiliis, quae philosophus compositis libris de optima civitate agitaverit, nec tamen perfecerit utpote morte praepeditus. Quae quidem omnia operae pretium est paullisper considerare accuratius, et quamnam vim habeant ad evertendam minuendamve operis Platonici auctoritatem, paucis disquirere.

Itaque primum quidem Legum scribendarum consilium adversari censuerunt scriptioni Politiae, adeo ut philosophum, illud si unquam animo suo susceperit, tamquam a semet ipso descivisse existimaverint. Quam in rem disputat imprimis Zellerus Stud. Platonn. p. 16. sqq. Is enim primum quidem contendit Platonem nunquam fuisse commissurum, ut talem civitatem, qualis ista civitas Legum sit, effingeret, quoniam ille penitus sibi persuaserit, unice veram esse optimam illam civitatem, ad summae perfectionis speciem in Politiae libris compositam, ceteras autem respublicas nihil esse aliud nisi huius ipsius quasi pravas quasdam imitationes et inanes umbras. Deinde vir doctissimus etiam docere conatur, philosophum in ea fuisse sententia, ut vel optimam illam civitatem iudicaverit in ipsa vita hominum aliquando emergere et revera fundari posse; ex quo consequi vult, ut absurdum putari debeat, si quis illum existimet aliam etiam praeter optimam descripsisse civitatem, quae facilius posset inter homines constitui et ordinari. Postremo idem ille animadvertit etiam ipsum Legum auctorem, licet alteram civitatem Politiae Platonis adiecerit et prope opposuerit, tamen de sua ipsius caussa consilii inopem haerere ac propemodum desperare, quandoquidem Libr. V. p. 745. E. aperte fateatur, vix unquam futurum esse, ut eorum bonorum satis larga suppetat copia, quae ad efficiendam tantam civitatis virtutem et excellentiam, quantam ipse expetat, necessario requirantur. Haec igitur sunt fere, unde quum alii tum imprimis Zellerus iudicaverunt liquido apparere, futurum fuisse, ut Plato sibi parum constaret, si editis libris de optima civitate etiam Leges scribere animum induxisset. Quae quantumvis sint acute sane subtiliterque excogitata, tamen nos quidem putamus neutiquam tanta pollere vi et gravitate, ut confutari et refelli plane nequeant. Etenim primum quidem quod viri docti statuunt et contendunt, veram civitatem Platoni philosopho unam illam visam esse, quae ad summae absolutionis speciem atque formam informata sit, largimur sane haud inviti vere id moneri, quatenus concedendum sit esse illam unam vere philosopham atque talem, in qua omnia tum ad summae perfe-

ctionis effigiem constituta sint, tum rectae rationis subiecta imperio. Quae ipsa caussa est, cur veri philosophi Reip. VI. p. 496. C. sqq. IX. p. 592. B. dicuntur nunquam nisi in optima civitate rempublicam tractaturi esse. At enim vero, etiamsi istud concedamus, tamen inde minime consequitur, fieri nullo modo potuisse, ut Plato etiam alteram civitatem effingeret. Novimus enim summum philosophum neutiquam ea tantum curasse et perquisivisse, quae ad absolutae veritatis rationem ac doctrinam pertinerent, verum etiam illa complexum esse studio et commentatione sua, quae ad rectam opinionem, quam ipse vocat *δόξαν ὀρθήν*, referri viderentur. De qua re quum plurima ipsius iudicia in medium afferri possint, quibus rectae opinionis dignitas atque pretium in illustriore luce collocatur, veluti Sympos. p. 202. A. sqq. Theaet. p. 190. A. sqq. Phileb. p. 11. B. 37. A. sqq. Sophist. p. 263. sqq. De Rep. V. p. 479. B. C. p. 476. D. sqq. Menon. p. 97. B. Legg. I. p. 632. C. II. 653. A., tum etiam integrum Timaeum testem advocare liceat, in quo libro de rerum natura disseritur sic, ut, licet ostendatur, quo modo boni summi idea in rerum universitate expressa cernatur, tamen pleraque omnia ad verisimilitudinis rationem revocentur, hoc est, secundum opinionis probabilitatem exponantur; de qua re v. Prolegomena nostra ad Tim. p. 35. sqq. Quid igitur? haec qui ita iudicavit atque adeo fusius disputavit, potuitne item etiam salva ratione et doctrina sua, de rebus civilibus ita explicare, ut missa aliquando idearum sublimitate propius ad vitam humanam descenderet et eius rationes consideraret, quo ipsas aliquando altius eveheret et ad statum quam optimum converteret? Accedit ad haec, quod Platonem constat penitus sibi persuasisse virtutem popularem atque civilem, quam *δημοτικὴν καὶ πολιτικὴν* appellat, una maxime disciplinae ratione, more et consuetudine, denique usu et exercitatione, contineri. De qua re infra data opportunitate dicemus explicatius. Eam autem virtutem quum talem esse iudicaverit, cuius unius magna populi multitudo particeps possit fieri, siquidem haec secundum eius sententiam perfectae illius virtutis, ad quam soli sapientes in perpetua rerum divinarum

meditatione versantes pervenire possunt *), plane non capax est; quis tandem est qui sibi persuadeat, contemsisse eum plane atque despexisse bonarum rerum publicarum disciplinam, nec unquam ad eius rationem emendandam atque in melius mutandam animum adiecisse? Enimvero ipse certe eos praeclare de genere humano mereri pronuntiat, qui civitates bonis legibus ornent eoque modo cives suos ad morum honestatem et officiorum observantiam quam religiossissimam perducant. De qua re lectu digna sunt quae disputantur Sympos. p. 209. A. sqq. D. E. itemque De Republ. VI. p. 500. D. et VII. p. 518. D. Quin etiam in Politico p. 301. D. sqq. aperte profitetur, ipsam hominum vitam deposcere sibi planeque flagitare hoc, ut leges scribantur, in quo tamen negotio illud censet maxime esse sequendum, ut verissimae iustissimaeque civitatis vestigia usque serventur. Quod quidem postremum in Legibus utique fecisse existimandus est, sicuti posthac fusius demonstrabitur. Itaque tantum abest, ut Plato, scripta Politia, non potuerit etiam alteram effingere civitatem, ut etiam secundam istam rationi suae plane convenienter condiderit.

At enim vero, istud quidem, inquit Zellerus, ut ita faceret philosophus, certe non opus fuit, quandoquidem vel optimam illam rempublicam, quantumvis longius a rerum humanarum more et consuetudine distantem, tamen eam esse iudicavit, quae aliquando in vita humana locum tueri posset. Disputat enim quinto, sexto et septimo libro Reipublicae satis copiose, qua via et ratione optima illa, quam descripsit, reipublicae species aliquando rata fieri et in vitae veritatem induci queat; de qua re v. Reip. V. p. 452. E. 456. C. 466. D. 471. C. VI. 499. B. C. D. 502. A — C. VII. p. 540. D. E. Nec vero nos ullo modo negamus, philosophum sibi persuasisse fieri utique aliquando posse, ut talis civitas revera constitueretur. At enim vero iidem meminimus ipsum etiam ultro profiteri, in communi

---

*) V. Phaedon. p. 82. C. sqq. Theaet. p. 173. C. sqq. 176. B. sqq. coll. De Rep. V. p. 473. B. sqq. VI. p. 484. sqq.

quidem hominum societate id non videri posse accidere, nisi singulari quodam divino munere ac beneficio, hoc est aut rarissime aut fere nunquam. Cuius rei caussam in eo positam esse censet, quod reipublicae administrandae ratio et philosophia fere a se invicem divelli ac plane seiungi soleant, quodque ii, qui indole ad philosophiam egregia sint praediti, plerumque a recto sapientis vitae tramite abducantur. De qua sententia v. Reip. Libr. V. p. 471. C. sqq. p. 472. D. E. VI. p. 489. D. sqq. 496. A. sqq. 497. A. sqq. et p. 501. E. sqq. ubi hunc fere in modum concludit disputationem: „Haud sane est, inquit, cur fieri posse negemus, ut regum filii philosophi existant. Nam licet id rarissime futurum esse largiamur, tamen accidere aliquando potest; et vel unus, si quando extiterit, id poterit efficere, ut civitatem, qualem nos optamus, in ipsam hominum vitam introducat. Quocirca etiam illud nunc demonstratum est, quod antea dubitabatur, existere posse in ipsa hominum vita eam quam descripsimus rempublicam, sublatis iis, quae ipsi obstant, impedimentis“. Haec igitur philosophus. Quae quis non videt quanta cum dubitatione ac prope rei desperatione disputata sint? Non minus autem dubitanter loquitur initio istius disputationis, Libr. V. p. 471. C. ubi Socrates a Glaucone monitus, ut tandem doceat talem rempublicam revera posse constitui, respondet protenus, licet hoc fieri nequeat, tamen praeclaram fore eam civitatem, quae ad speciem illam, quam ipse descripserit, proxime accedat. Nimirum Plato perfectae speciem civitatis per se quidem spectatam non omnino talem esse iudicavit, quae perfici nullo unquam tempore posset, quamquam rem longe difficillimam atque rarissimam fore divinavit. Habita autem vitae humanae, qualis revera esset, ratione civitatem, quam finxerat omnibus numeris absolutam, in his terris unquam extituram esse propemodum desperavit. Id quod clarissimis verbis significat Legg. IX. p. 875. A.: *ἐπεὶ ταῦτα (τὰ ξυμφέροντα ἀνθρώποις εἰς πολιτείαν) εἴ ποτέ τις ἀνθρώπων φύσει ἱκανός, θείᾳ μοίρᾳ γεννηθείς, παραλαβεῖν δυνατὸς εἴη, νόμων οὐδὲν ἂν δέοιτο τῶν ἀρξόντων ἑαυτοῦ· ἐπιστήμης γὰρ οὔτε νόμος οὔτε τάξις οὐδεμία κρείττων, οὐδὲ θέμις ἐστὶ νοῦν οὐ*

δενὸς ὑπηκοον οὐδὲ δοῦλον, ἀλλὰ πάντων ἄρχοντα εἶναι, ἐάνπερ ἀληθινὸς ἐλεύθερός τε ὄντως ᾖ κατὰ φύσιν· νῦν δὲ οὐ γάρ ἐστιν οὐδαμοῦ οὐδαμῶς ἀλλ' ἢ κατα βραχύ· διὸ δὴ τὸ δεύτερον αἱρετέον, τάξιν τε καὶ νόμον, ἃ δὴ τὸ μὲν ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ ὁρᾷ καὶ βλέπει, τὸ δ' ἐπὶ πᾶν ἀδυνατεῖ. Similiter etiam Libr. IV. p. 712. A. Libr. V. p. 739. C. D. E. Libr. IX. p. 876. A. sqq. De Rep. IX. p. 592. A. B. ubi inter alia: *αὕτη δὲ ἡ πόλις ἐν λόγοις κειμένη, ἐπεὶ γῆς γε οὐδαμοῦ οἶμαι αὐτὴν εἶναι, ἀλλ' — ἐν οὐρανῷ ἴσως παράδειγμα ἀνάκειται τῷ βουλομένῳ ὁρᾶν καὶ ὁρῶντι ἑαυτὸν κατοικίζειν. διαφέρει δὲ οὐδὲν εἴτε που ἔστιν εἴτε ἔσται.* Et conveniunt cum his planissime etiam illa in Politic. p. 297. B. — E. ut facile appareat, philosophum nullo modo in Legibus statuisse de his rebus alia, quam quae in aliis scriptis, de quorum fide et auctoritate nemo quisquam dubitet, iudicavisse reperitur. Iam vero haec si vere sunt a nobis exposita, quis quaeso est quin continuo animadvertat, qui factum sit, ut Plato etiam aliam civitatem, a prima illa diversam, condere decreverit? Enimvero non repudiavit quidem priorem illam, neque eam pro inani somnio habuit; nam in Legibus quoque idemtidem optat, ut quae virtutes atque bona ad eam efficiendam sunt necessaria, ea mortalibus aliquando obtingant, de qua re v. Libr. IV. p. 712. A. V. p. 739. C. D. E. VII. p. 807. B. Sed divino tantum munere eventurum aliquando putavit, ut aut sapientes reipublicae moderatores existerent, quales requisivit *), aut homines tam insolentem civitatis formam ferrent ac probarent. Itaque missa illa philosophandi sublimitate se demisit aliquando ad vitae humanae humilitatem, proposuitque tale civitatis exemplar, ad cuius similitudinem verae respublicae componi, emendari et in melius mutari posse

---

*) Verum hac in re vatem fuisse Platonem, longorum saeculorum decursu satis comprobatum arbitramur. Nam quum idemtidem extiterint reges ac principes vel maxime laudabiles et praestantissimis ornati virtutibus, tamen iure videmur statuere ad hunc usque diem nondum exortum esse rectorem aliquem ullius civitatis vere philosophum, qualem Plato desideravit, ne Marco quidem Antonino excepto.

viderentur, quo saltem tantum, quantum liceret, ad summae perfectionis speciem atque formam accederetur.

Sed ex his omnibus quum iam satis liquido apparere videatur, consilium Legum scribendarum cum Reipublicae rationibus facillime posse conciliari *), siquidem non est dubium, quin utraque civitatis imago ita comparata sit, ut quaeque philosophum vel maxime deceat; tamen futuros esse putamus, qui cum Zellero mirentur, quod significatur identidem, etiam civitatis ad vitae veritatem comparatae constitutionem suas quasdam difficultates habituram esse, id quod fit Libr. IV. p. 708. E. 709. A. B. Libr. V. p. 745. E. sqq. At enim vero tantum abest ut isto modo auctor operis professus sit aegre fieri posse videri, ut talis civitas revera condatur, ut mens ac sententia ipsius longe alia fuerit. Nam quod Libr. IV. p. 708. E. 709. A sq. multa fortunae ac providentiae deorum tribuuntur, de qua re v. etiam Aristotel. Pol. VII. 13.; aperte in Legibus idem fieri posse sumitur, quod in ipsa vita humana saepissime usu venire novimus, ut natura humanis consiliis non semper faveat opusque videatur divino auxilio. Unde quis tandem sibi persuadebit protenus colligi licere, philosophum ipsum de perficiendi consilii sui facultate omnino desperavisse? Ac similis ratio est etiam Libr. V. p. 745. E. sqq. ubi si qua cives moleste ferant instituta reipublicae insolentiora, malum istud iudicatur ita removendum ac tollendum esse, ut iis persuadeatur, omnia ad communem salutem maximamque civilis societatis virtutem et perfectionem esse attemperata; sin autem aliqua instituta per rerum naturam et conditionem perfici nequeant, ea dicuntur sapienter commutanda esse, ut ne civitatis condendae consilia et rationes plane conturbentur aut impediantur. Nimirum impedimenta ab ipsa rerum natura obiecta sunt profecto magnam partem eiusmodi, ut nulla arte nulloque consilio humano vinci plane ac supe-

---

*) Conf. etiam quae infra Cap. XII. diximus, ubi disputavimus, num et quatenus idearum doctrina in Legibus neglecta sit a Platone.

rari queant; nec tamen philosophus ideo arbitratur civitatis condendae consilium fore vanum atque irritum. Itaque sponte apparet, Legum auctorem nequaquam de consilii sui feliciter perficiendi facultate dubium haesisse, sicuti Zellerus nescio quo modo et sibi persuasit et aliis persuadere conatus est.

Atque haec quidem satis sunto de convenientia Legum scriptionis cum rationibus Reipublicae. Progredimur ad alterum illud, unde supra diximus caussas de Legum fide et auctoritate dubitandi nuper esse repetitas. Negarunt enim viri docti omnino cum Platonis congruere natura, ingenio et ratione, quod amplissimum Legum opus scribendum susceperit, utpote plenum ac refertum minutis praeceptionibus ad singulos vitae communis casus comparatis; habitasse enim illum totum in rerum divinarum, hoc est, idearum, contemplatione neque res humanas magnopere curavisse. In quam sententiam disputavit imprimis Astius De Vita et Scriptis Platonis p. 4. sqq. *). At enim vero, dicamus enim libere quid sentiamus, istud quidem qui isto modo sibi persuaserunt, ii suum sibi ipsi finxerunt Platonem; verus Plato qualis fuerit, minus curiose quaesiverunt. Hic enim etsi pro mentis animique sui indole ac virtute sese totum fere in rerum divinarum cognitione et scientia collocavit atque singulari quadam animi vi et magnitudine coelestis sapientiae thesauros mortalibus recludere conatus est; tamen intelligentiam prudentiamque suam etiam ad hominum utilitatem contulit, solivagam ratus et ieiunam esse cognitionem, nisi adiungeret eam virtutem, quae constat ex hominibus iuvandis atque tuendis, hoc est, ex societate generis humani. Quemadmodum igitur sapientiam

---

*) Hic tamen quodammodo ipse secum pugnat p. 255. haec scribens: Es ist kein Zweifel übrig, dass Platon nicht allein im Reiche der Ideale, sondern auch im Gebiete der Wirklichkeit einheimisch war, und mit der höhern Speculation die schärfste Beobachtung der Wirklichkeit verband —; der Philosoph bestrebt sich, seine Ideen im wirklichen Leben zum Heile der Menschheit zu realisiren..

coelestem, audaciore quodam mentis ingeniique nisu inventam et pervestigatam, mortalibus aperuit cum iisque communicavit, ita etiam mortales ipsos studuit ad sublimitatem illius et praestantiam altius paullatim educere, vitamque communem ad praecepta eius conformare, quo maior aliquando existeret inter homines virtus et felicitas. Quum enim adolescens temporum tristitia impeditus a republica recessisset, de qua re v. Epist. VII. p. 315. C—E. et 324. B. sqq. 331. B. Ep. V. p. 322. A. B. otium suum ad negotium contulit, studioque doctrinae et sapientiae ita se dedidit, ut simul erudiret ac doceret quam plurimos, quo meliores cives utilioresque rebus publicis existerent; de qua re edocemur Epistol. VII. p. 326. A. IX. p. 358. A. Nimirum huic quidem studio quantum tribuerit, id non modo dictis declaravit gravissimis, qualia sunt illa Sympos. 208. E. — 209. E., sed etiam diuturnis illis patefecit itineribus, eo consilio susceptis, ut sapientiae et doctrinae studiis rerum usus adiungeretur, imprimisque compararetur certior cognitio rerum publicarum, quae aliquando augendis hominum utilitatibus et commodis inservire posset. Quin patet idem luculentissime etiam ex eo, quod non modo regibus ac principibus, verum etiam universis gentibus ac populis prudentissima de administrandis et constituendis rebus publicis consilia et praecepta suppeditasse narratur, quae certe non essent aut a quoquam expetita aut ab ipso ultro data aliis, nisi talium rerum curam perpetuo animo suo agitavisset *). De quibus rebus quoniam praeclare expositum est a Morgensternio Commentat. De Republ. Plat. p. 286. sqq. satis erit hic verbo monuisse. Quum vero Plato rerum publicarum curam minime neglexerit aut a se alienam putaverit, quis est qui ipsum putet recte et laudabiliter in his studiis

*) Nec vero olim recesserat a republica, quia rerum humanarum curam contemnebat aut patriae salutem nihili faciebat, sicuti nuper quidam temere statuerunt; sed quod ipsum taedebat ingentis istius morum pravitatis atque turpitudinis, quae grassari occeperat, quaeque omnem de communi salute bene merendi occasionem intercludere et eripere iis videbatur, qui rempublicam tractare aut publicis muneribus fungi vellent.

versari potuisse, nisi ad philosophandi sublimitatem ac magnificentiam adhibuisset etiam diligentissimam rerum humanarum observationem atque variarum rerum publicarum mores, leges et instituta accuratius esset scrutatus? Nimirum istud quidem ut ita faceret, tum certe vel maxime necessarium ei videri debuit, quum, suscepto optimae civitatis depingendae consilio, etiam ostendere ac docere apud animum constituisset, quibus vitiis vulgares laborarent Graeciae civitates et quomodo ipsa hominum vita mactari aliquando posset ea republica, in qua optimae leges, perfectae rationis quasi vicariae, usquequaque vigerent, quo accederetur aliquando quam proxime ad summae perfectionis ac felicitatis speciem et imaginem. Nam hoc qui facere voluit, eum apertum est nullo pacto carere potuisse rerum civilium observatione atque perscrutatione diligentissima, ut profecto mirum non sit, quod philosophus etiam in his rimandis studiosissime versatus est. Atque in eo quidem opere, de quo loquimur, fieri plane non potuit quin legum vim atque copiam uberrimam congereret congestamque disponeret et diiudicaret. Quum enim in eo omnes reipublicae partes adornare et quam optime constituere conatus sit, quis est quin fateatur rem ipsam sane plurimarum maximeque variarum legum enumerationem non tam exegisse, quam plane postulavisse atque flagitasse? Itaque harum rerum commentatio nostro quidem iudicio non modo a Platonis mente et ingenio non abhorret, verum etiam maxime decere videtur magni et excelsi virum ingenii, quippe qui in maxima illa, qua excelluit, animi altitudine summaque rerum humanarum, quales revera esse solent, contemtione et prope despicientia tamen non desperavit de maiore quadam populorum felicitate aliquando exoritura, atque adeo praestantissima maximeque laudabilia iniit consilia, quibus eam effici aliquando posse penitus sibi persuasisset.

Ac tanto minus profecto quemquam poterit ea res male habere aut a Platonis ingenio videri aliena, quo certius coniicere licet philosophum provectiore potissimum aetate ad harum rerum studium et commentationem traductum esse. Illo enim tempore consentaneum est ipsum etiam propius, quam antehac, ad considerandam hominum vitam accessisse et

a meditandi et commentandi altitudine illa ac sublimitate descendisse aliquando ad rerum humanarum usum et consuetudinem. Nam tum quidem sibi per longinquorum ac diuturnorum itinerum opportunitatem maiorem rerum civilium notitiam atque usum collegerat; tum cognoverat ac didicerat certissime, quantum vita mortalium communis ab illa distaret excellentiae laude, quae vel maxime videretur optabilis, idque dubio procul senserat eo acrius, quod rempublicam illam omnibus numeris perfectam animo atque mente informaverat; tum cum aetas ingravescens a philosophandi sublimitate et audacia nonnihil avocare poterat avocatumque traducere ad earum rerum contemplationem, quae in ipsa vita humana cernuntur et non ad mentis iudicium tantum, verum etiam ad sensuum observationem pertinent; tum denique etiam vitae summa brevis, quae esset reliqua, ipsum hortabatur et commonebat, ut quemadmodum antea mortalibus divinam quasi civitatem ostendisset in alto collocatam, ita nunc iisdem monstraret viam, qua ad illius praestantiam ac virtutem si non perveniri, at certe elaborari et contendi posset; quod munus ipsi profecto longe maximum ac dignitate plenissimum videri debuit. Itaque demonstrari si qua ratione poterit, Legum opus a sene Platone litteris consignatum esse, certe minus etiam caussae erit, cur quis illud ab ipsius ingenio aut studiis abhorrere existimet. Age igitur hanc ipsam rem exquiramus diligentius, siquidem certo sperare licet huius quaestionis aliquem fructum fore. Demonstrari enim nobis persuasimus certissimis argumentis posse, Platonem utique grandem iam aetate ad Legum scriptionem accessisse.

Extat vero in ipsis Legibus certissimum eius rei testimonium, quod eo est firmius atque evidentius, quod idem etiam aliis rebus non paucis confirmatur atque stabilitur. Commemoratur enim Libro I. p. 638. A. victoria Syracusiorum, hoc est, Dionysii minoris, de Locrensibus. Quae quidem victoria incidit in Olymp. CVI. 1. sive annum 356. ante Chr. n. sicuti arbitrantur B e n t l e i u s Respons. ad Boyl. p. 343. ed. Lips. et B o e k h i u s in Min. et Legg. p. 73., ita ut philosophus, quo tempore haec scripta sunt, annum aetatis fere septuagesimum quartum

habuerit. Quocirca consequens est, ut Leges intra Olymp. 106. 1. = 356. a. Chr. n. et Olymp. 108. 1. = 348. quo anno Plato diem supremum obiit, litteris consignatae sint. Quamquam earum scriptio utique iam antea vel institui vel praeparari potuit, siquidem philosophus Olymp. 105. 1. = a. 360. a. Chr. n. ex ultimo itinere in patriam redierat *). Atque haec si recte posita sunt, poterit etiam definiri accuratius, quando Leges in lucem prodierint. Nam si Isocrates Orat. ad Philipp. §. 12. revera Leges Platonis respexit, eaque oratio Olymp. 108. anno secundo scripta est, prorsus necesse est statim primo anno post obitum Platonis editae sint, siquidem vera est narratio a Diogene Laërtio aliisque prodita, opus amplissimum post auctoris mortem demum evulgatum esse; de qua narratione postea accuratius explicabimus. Itaque Leges intra Olymp. 106. 1. et 108. 1. compositae et Olymp. 108. 2. publicatae sunt. Atque huius quidem rationis veritatem etiam alia sunt quae non mediocriter communiant. Nam primum quidem quae Libr. III. p. 695. sqq. 697. sqq. de regno Persarum disputantur, sunt illa omnia eiusmodi, ut post Alexandri Magni expeditiones contra Persas susceptas scribi nullo pacto potuerint. Deinde etiam memorantur non pauca, unde non modo colligas, scriptos esse hos libros a philosopho post primum iter ab ipso susceptum, ex quo iam Olymp. 98. in. = 388. a. Chr. n. revertit, sed etiam certo concludas, eos post Olymp. 103. 4. atque Olymp. 105. 1. hoc est, post secundum ac tertium iter, esse compositos. Pertinent huc ante omnia quae de musica ceterisque artibus Aegyptiorum Libr. II. p. 656. sqq. de institutione iuventutis apud eos usitata Libr. VIII. p. 819. A. sqq. de hymnis et choreis in sacris deorum apud illos non usurpatis Libr. VII. p. 796. E. — 799. E. de illiberali Aegyptiorum et Phoenicum astutia, 799. E., aliis similibus rebus,

---

*) Rediit enim philosophus ex Sicilia, quo tempore ludi Olympici acti sunt. v. Hermann. Hist. Phil. Plat. I. p. 66. Krüger. ad Clinton. Fast. Hellen. a. 367. p. 125. Corsinius De natali die Platon. in Gorii Symboll. litt. p. 112.

exponuntur, quae certe eiusmodi sunt, ut non videantur scribi potuisse nisi ab eo, qui ipse Aegyptum lustravisset atque terrae illius instituta atque mores accuratius cognovisset. Nam quod vir eximius B. G. Niebuhrius in Scriptis Miscellan. (kleine historische und philologische Schriften. Bonn. 1828. et 1843. 8.) Vol. I. p. 475. Platonem praefracte negat Aegyptum unquam invisisse, id nos certe nihil moratur, quippe qui plus tribuimus disertis veterum scriptorum testimoniis ea de re admirabili conspiratione inter se consentientium (v. Prolegg. ad Platon. Vol. I. p. XVIII. sqq. ed. rec.) quam ingeniosis recentiorum commentis, quibus non raro historiae fides ad meram mentis opinationem exigitur. Quin etiam ipsa illa Platonis dicta, quae laudavimus, plane nobis persuasimus vel sola per se ad refellendam celeberrimi historici sententiam sufficere. Verum haec quidem in transcursu. Addimus alia, unde id, quod antea diximus, intelligi posse arbitramur. Narrantur enim etiam de regno Persarum plurima, quae alibi frustra quaeras, quaeque verisimiliter suspicari liceat ex fontibus ducta esse, quos philosophus inter peregrinationes adierit; id quod convenit imprimis in Libr. III. p. 697. sqq. et p. 695. sqq. ubi v. annot. Exponuntur item Libr. II. p. 659. B. quaedam memorabilia de moribus et institutis Siculis et Italicis, ex ipso rerum usu, ut videtur, repetita. Verum haec omnia quum ad primum iter referri queant, tum attulisse iuvabit, quae ad unas posteriores philosophi peregrinationes referantur. In eo autem numero sine dubio habenda sunt illa, quae Libr. IV. p. 709. D. — 712. B. imprimisque p. 712. A. disputantur; ea enim ita sunt comparata, ut manifesto ad Dionysium minorem pertineant. Quippe exponit ibi philosophus de caussis, cur aliquando speraverit futurum esse, ut aliquid ad emendandum statum Syracusarum opera sua conferre posset. Quod si vere statuitur, consequens est, ut ista non potuerint prius litteris exarari, quam absoluto secundo ac tertio itinere, hoc est, post Olymp. 105. 1. Nec vero huic sententiae adversantur illa Libri IV. p. 709. A. ubi philosophus ait sapienti legumlatori, si leges suas ratas facere voluerit, opus fore principe aliquo iuvene potenti, ingenioso, forti

et magnanimo, eodemque iusto et temperato. Iteravit enim hic, quae iam olim in Republica atque Politico in eadem caussa iudicaverat, licet Dionysium quidem minorem haudquaquam talem expertus esset, qui huic tanto operi exsequendo esset idoneus. Praeterea non inutile erit memoravisse alia, quae quamvis maxime ad prima itinera referantur, tamen item ad rem praesentem faciunt. Nam Libr. VII. p. 819. D. Atheniensis, qui loquens inducitur, significat, se sero demum in mathematicis aliquid profecisse, et Libr. VII. p. 821. E. idem ille fatetur, se iam senem factum astronomicis dedisse operam. Enimvero quae Atheniensis ibi de se profitetur, ea sine dubio de Platone accipienda sunt. Memoratu digna sunt etiam illa, quae Libr. VII. p. 949. D. sqq. de utilitate disseruntur, quae ex itineribus et peregrinationibus recte institutis quum in omnem sapientiae disciplinam tum in civilem maxime artem et prudentiam redundare queat. Haec enim profecto sunt eiusmodi, ut ea legentes philosophum audire videamur de semet ipso narrantem et veluti sese purgantem et excusantem, quod de meliore rerumpublicarum constitutione aliquid commentari occeperit. Sed praeter haec, quae referuntur fere ad peregrinationes a Platone susceptas, in Legum opere etiam alia reperiuntur, quae satis certo arguant scriptorem illud aetate iam provectiorem litteris consignavisse. Verissime enim Boeckhius l. c. p. 72. animadvertit, huius rei indicium etiam eo fieri, quod hospes Atheniensis identidem dicatur senex, veluti Libr. I. p. 625. B. 634. B. D. III. p. 685. A. IV. p. 715. D. VI. p. 769. D. Enimvero quod omnino senes inter ipsos colloquentes inducuntur, id quum aliis nitatur caussis, tum etiam ideo fieri existimandum est, quia Plato scite eleganterque indicare suam ipsius senectutem voluit. Accedit, quod totum Legum opus nescio quid senile refert, ut profecto etiam hanc ob caussam a sene scriptum esse longe verisimillimum videatur.

Atque haec quidem sunt argumenta sententiae a nobis aliisque defensae, quae ducuntur ex ipso Legum opere. Sed confirmatur eadem sententia etiam aliunde. Suppetunt enim etiam diserta veterum scriptorum testimonia, quibus ea certissime confirmatur

atque stabilitur. Nam scriptum esse Legum opus post Politiam, certus est testis Aristot. II. 4. p. 44. ed. Göttl. cuius fidem frustra sunt qui nuper vocarunt in suspicionem. Porro seniorem fuisse Platonem, quum illud exararet, testatur Plutarchus De Iside et Osir. p. 370. E.: *ἐν δὲ τοῖς Νόμοις ἤδη πρεσβύτερος ὢν* (*Πλάτων*) *οὐ δι' αἰνιγμῶν οὐδὲ συμβολικῶς ἀλλὰ κυρίοις ὀνόμασιν οὐ μιᾷ ψυχῇ φησι κινεῖσθαι τὸν κόσμον*; qui sua certe non de nihilo hausit. Denique revocanda huc sunt etiam ea, quae memoriae prodiderunt Diogenes Laërt. III. 37. coll. III. 47. Anonymus in *Προλεγομένοις τῆς Πλάτωνος Φιλοσοφίας* Tom. VI. ed. Platon. Herm. p. 218. Suidas s. v. *Φιλόσοφος*, et Eudocia Violar. p. 425. Illi enim haec perscripta habent. Suidas, cuius verba repetiit fere Eudocia: *Φίλιππος* *) *φιλόσοφος, ὃς τοὺς τοῦ Πλάτωνος νόμους διεῖλεν εἰς βιβλία ιβ. τὸ γὰρ ιγ* (librum tertium decimum, h. e. Epinomidem) *αὐτὸς προσθεῖναι λέγεται. καὶ ἦν Σωκράτους καὶ αὐτοῦ Πλάτωνος ἀκουστής, σχολάσας τοῖς μετεώροις. ὢν δὲ κατὰ τὸν Φίλιππον Μακεδόνα συνεγράψατο τάδε· περὶ τῆς ἀποστάσεως ἡλίου καὶ σελήνης κ. τ. λ.* Diogenes l. c. *Ἔνιοί τέ φασιν, ὅτι Φίλιππος ὁ Ὀπούντιος τοὺς νόμους Πλάτωνος μετέγραψεν ὄντας ἐν κηρῷ, τούτου καὶ τὴν ἐπινομίδα φασὶν εἶναι.* Anonym. Prolegg. ad philos. Platon. in edit. Teub-

*) Nomen Philippi deest in codd. Suidae, quod verissime restituit Boeckhius in Min. et Legg. p. 73. Excidit propter vocis proximae similitudinem. Recte illud restitutum esse testantur Diogenes et Anonymus, quorum verba supra attulimus. Ineptissime Suckovius l. c. p. 150. defectum nominis defendit, verba sic interpretans: Ein Philosoph **verdient derjenige zu heissen**, welcher die vom Platon hinterlassenen Gedanken über die Gesetze **in zwölf Büchern** (sic) **erläuternd auseinander gelegt hat** (sic); denn das dreizehnte Buch hat er aus seinem Eigenen hinzugefügt. Hoc enim fere perinde est ac si quis dicat: **Philosophus** est, qui **aliorum libros consarcinavit**, vel: **qui libros de naturali dialogorum Platonicorum ordine composuit**. Similiter igitur Suidas etiam hoc potuerit Lexico suo inserere: **Sutor**, est qui calceos Sicyonios confecit. Sed istud quidem in transcursu.

ner. Hermanni Vol. VI. p. 218. *ἐσχάτους δὲ τοὺς Νόμους φασὶ γεγράφθαι, διότι ἀδιορθώτους αὐτοὺς κατέλιπεν καὶ συγκεχυμένους, μὴ εὐπορήσας χρόνου διὰ τὴν τελευτὴν πρὸς τὸ συνθεῖναι αὐτούς· εἰ δὲ καὶ νῦν δοκοῦσιν συντετάχθαι κατὰ τὸ δέον, οὐκ αὐτοῦ τοῦ Πλάτωνος συνθέντος, ἀλλὰ τινὸς Φιλίππου Ὀπουντίου, ὃς διάδοχος γέγονε τοῦ Πλάτωνος* [*διδασκαλείου*]. in quibus postremum vocabulum delendum, quum Philippus nihil aliud fuerit nisi successor Platonis in opere Legum perficiendo. — Enimvero ex his sanequam est perspicuum, Platonem non ipsum edidisse libros de Legibus. Hoc autem cur tandem eum putabimus facere omisisse? Nimirum grandis aetatis senex quum eos in tabulis consignavisset, repentina morte oppressus est. Quapropter Philippus Opuntius faciendum putavit, ut eos ipse ex cereis transscriberet et in ordinem redactos ac duodecim libris comprehensos in lucem publicam emitteret. Quae narratio, sicuti infra videbimus, etiam propterea quantivis pretii est, quod ad indolem atque formam universi operis recte aestimandam iudicandamque longe facit plurimum.

Atque haec quum ita se habeant, apertum esse arbitramur, nihil egisse eos, qui Legum scribendarum consilium a Platonis natura ingenio et ratione abhorrere iudicaverunt. Quamobrem transire iam licebit ad tertiam dubitationem, quam qui operis auctoritatem nuper convellere conati sunt, communibus fere studiis excitaverunt. Contenderunt enim viri doctissimi fidem et auctoritatem librorum de Legibus etiam ideo dubiam ac suspectam haberi oportere, quia talis scriptionis consilium si Platoni attribuatur, magno opere adversetur illis viri consiliis, quae effıcta optimae civitatis imagine pro futuro tempore inierit. Quid enim? inquiunt; quum Plato apud animum constituerit absoluto Politiae et Timaei opere etiam Critiam et Hermocratem componere et litteris exarare — nam Critiam quidem in Timaeo, Hermocratem autem in Critia p. 108. A. sqq. promisit — quum igitur Plato illo tempore haec scribendi consilia agitaverit, qui tandem fieri potuisse existimabimus, ut amplissimum istud opus, quod est de Legibus, conficere sibi proponeret? Etenim ne ista quidem opera, quae proxime destinaverat, perfecit,

quandoquidem Critiam reliquit imperfectum, Hermocratem autem ne attigit quidem, nedum absolvit. Nempe hac luce clarius est, eum praepostera morte esse impeditum, quominus hos libros ea, qua constituerat, ratione profligaret et ad finem usque elaboraret. Igitur ne alios quidem libros scribendos suscipere potuit. Ex quo efficitur, ut Legum opus potius cuivis alii quam summo philosopho tribuendum sit. Haec igitur critici, qui Legum libros Platoni eripiendos esse arbitrantur. Speciosa vero argumentatio; sed eadem tamen, si verum fateri volumus, ad confutandum non adeo difficilis. Quid enim? nonne item recte licebit statuere et existimare, Platonem reiecto in aliud tempus tetralogiae illius perficiendae consilio, quum Politiam et Timaeum elaboravisset, ante omnia Legum scriptionem sibi suscipiendam statuisse? an quis demonstrare unquam poterit, philosophum promisisse, sese continuo ordine nec intermisso scribendi negotio libros illos esse perfecturum? Nimirum istud quidem ille nec promisit nec vero ita fecit. Cur autem non ita fecerit, id quamquam ignoramus, tamen probabiliter coniicere licet. Videtur enim vir sapientissimus ipsa magnitudine et excellentia operis, quo se de patriae suae salute optime meriturum esse speraret, invitatus ac permotus esse, ut seposita aliquantisper Critiae et Hermocratis scriptione, ad illud componendum animum appelleret. Nam praeclarum illud rerum publicarum in melius mutandarum consilium quidni recte statuamus animum viri ita occupavisse occupatumque tenuisse, ut nihil sibi antiquius duxerit, quam illud quam primum ad exitum perducere? Ad hoc vero accessit, quod etiam rei amplitudo plurimum studii atque operae sibi deposcere videri debuit, ita ut nec aetas rem diutius differre aut procrastinare pateretur. His igitur caussis permotus, opinor, Critiam et Hermocratem, quamvis iam promissum, seposuit, usque dum gravius et magnificentius Legum opus condidisset. Hoc autem eum opportune post Rempublicam esse aggressum, quis est qui negaverit, ubi quam arcta sit utriusque operis necessitudo et coniunctio, secum reputaverit? Sed istud quidem ut incertum sit quippe positum in mera animi coniectura, tamen illud certe nullo

pacto concedendum arbitramur, quod continuo ex intermissa Critiae et Hermocratis scriptione collegerunt, Legum opus a Platone haudquaquam componi potuisse. Quemadmodum enim nemo contenderit, Goethium nostratem, priore parte Fausti edita, nullum alium deinceps librum aggressum esse scribere, propterea quod altera celeberrimi poëmatis pars non continuo sit subsequuta, ac sicuti nemo existimaverit Lessingium, ex quo Laocoontem in lucem emiserit, quoniam liber iste non sit perfectus planeque absolutus, aut morte oppressum aut aliis caussis impeditum omnino destitisse a scribendi negotio, ita ne ex eo quidem, quod Plato post Politiam et Timaeum non Critiam quoque et Hermocratem ordine continuo absolvit, vere recteque collegeris, eum nullum amplius opus post Timaeum molitum esse, ac si tale opus circumferatur, id protenus pro spurio ac subditicio haberi oportere. Quod si vere statuimus, ne hoc quidem argumentum ad Legum fidem et auctoritatem labefactandam quidquam valere consequitur.

Sed his expositis satis nobis videmur explanavisse, quae de consilio et proposito, quod Plato in Legibus scribendis tenuit, dicenda erant. Apparuit enim, ut arbitramur, clarissime, et quale illud per se fuerit, et quam egregie idem cum philosophi ingenio, vita, doctrina, studiis denique, conveniat. Atque haec si tenemus, etiam alia, quae deinceps explicanda erunt, lucem suam acceptura esse non temere sperare videmur. Accedimus igitur nunc ad alterum illud, quod in harum rerum quaestione maxime spectandum esse supra significavimus. Perspecto enim proposito et consilio operis sequitur, ut de eiusdem argumento, hoc est, de materia, quam scriptor tractandam sumsit, exponamus. In qua parte disputationis nostrae etsi facile videmus nos optime versaturos esse sic, ut primum omnem rerum a Platone explicatarum vim atque copiam enarremus, quo certius intelligatur, quidnam illud sit, de quo deinde verba facturi simus, deinde autem ad ipsum rerum examen accedamus; tamen quoniam argumenti copiosiorem enarrationem singulorum librorum interpretationi praemittemus, hoc loco consultum duximus nihil nisi summam quandam disputationis in brevius

contractae tanquam in tabula aliqua proponere, ita simul effectum iri existimantes, ut omnes disputationis admodum amfractuosae ae diffusae partes tamquam in unum iunctae conspiciantur et uno mentis obtutu considerentur. Itaque summa universae disputationis in his libris institutae fere huc redit.

Cap. IV.

Exhibetur brevis descriptio eorum, quae in Legum libris disputantur.

Libro primo et secundo posteaquam universe de legibus et institutis quibusdam reipublicae Lacedaemoniae et Cretensis disputatum est, ista omnia docetur parum recte ad unam potissimum fortitudinem bellicam comparata esse, siquidem leges publicas etiam ad temperantiam omnemque virtutem referri debere consentaneum sit. Quibus disputatis mentio iniicitur Attici cuiusdam instituti, quod etsi intemperantiae favere videatur, tamen ad cognoscendam temperantiae disciplinam indicatur perquam accommodatum esse. Disseritur enim de usu vini apud Athenienses licentiore deque compotationibus publica lege permissis. Ea vero dum ostenditur qui fiat ut ad temperantiae exercitationem aliquantum valeant atque etiam aliis multis nominibus reipublicae prosint, exspatiatur oratio simul etiam ad musicae et choreae institutionem ac disciplinam; quamquam hic nondum exponitur de ea musica, quae universum eruditionis liberalioris ambitum complectebatur, sed de una illa explicatur, quae angustiore sensu dici solet. — Tum vero inde a tertii libri initio facta repentina transitione ad historiam Civitatum Graecorum atque Persarum acceditur, doceturque variis rerum publicarum initiis, formis, mutationibus considerandis, prosperiorem semper earum extitisse fortunam, sicubi sublata cupiditatum cum ratione discordia, hoc est, et principibus recta sequentibus et populo bonis illorum consiliis morigero, bene moratae extiterint, iniquiorem autem ac tristio-

rem factam esse earundem conditionem, ubi aut impotens regum et principum dominatio grassata sit, aut populi potentia immoderate creverit nimiumque aucta sit. Inde vero colligitur, ad conservandam tuendamque rerumpublicarum salutem opus esse vel maxime sapientia (III. p. 687. sqq.) qua una fieri queat, ut quum imperii potestas recte temperetur, tum civibus maximorum bonorum possessio vindicetur atque ab tota civitate prohibeatur ac defendatur morum depravatio. Finita hac disputatione quarto libro rursus ad alia transitur. Describuntur enim externae rerum conditiones, quibus opus esse videatur, ut nova civitas, quae fingitur condenda esse, quam optima et beatissima fiat. Itaque depinguntur eius situs et regiones, commercia, agrorum fertilitas, colonorum rationes, alia similia. Quo facto ostenditur, quid legum auctori novae civitatis videatur maxime optabile esse debere, ut legibus suis necessariam vim auctoritatemque vindicet. Iudicatur enim ad eam rem maxime fore conducibile, si reipublicae praesit tyrannus sive princeps iuvenis, alacer, atque animosus, sed idem boni rectique appetens atque utilibus consiliis lubenter benignas aures praebens. Tum vero suscipitur disputatio de novae civitatis forma atque regimine. Quo loco optimum quidem iudicatur fore, si per omnia regnet ratio divina, quippe quae sola possit civitatem efficere concordem atque liberam, sublatis scilicet pravis cupiditatibus et partium studiis; sed quoniam creandi magistratus sint, nihil magis optandum esse docetur, quam ut tales sint, qui sese legum servos esse perpetuo meminerint; legem enim esse rectae rationis vicariam quandam et administram. Sequitur deinde protenus commune omnium legum prooemium, magnificum illud sane et granditate maxime insigne. Monentur enim tam cives quam magistratus oratione gravissima, ut pietatem erga deos religiose tueantur, ut colant iustitiam, ut virtutem et honestatem usque sectentur, pie reverentes iustitiam divinam. Quibus continuo subiungitur etiam disputatio de caussis et necessitate prooemiorum; ostenditur enim, legem non modo iubere et imperare oportere, verum etiam ad recte faciendum benevole cohortari, quo cives ultro recti bonique amorem animis suis suscipiant atque fo-

veant. His vero quasi per occasionem interpositis revertitur disputatio ad prooemiorum quorundam singulorum explicationem. Praecipitur enim dehinc prorsus egregie etiam de iis, quae post cultum deorum homini sint longe gravissima. Et primum quidem agitur de pietate erga parentes. Quo loco illustrato liber quartus finitur. Sed pergitur de cognatis locis libro quinto. — Huius enim parte priore praeclare peroratur de cura, quae animo et corpori debeatur, de studio honorum atque dignitatum, de cupiditate et amore divitiarum, qui imprimis etiam in animis puerorum dicitur sapienter reprimendus atque temperandus esse, de pietate et reverentia erga gentiles, amicos, sodales, hospites, supplices, alios, denique de veritatis, iustitiae, temperantiae universaeque virtutis colendae officio, quod unicuique longe gravissimum censetur. Et haec quidem disputationis pars complectitur fere moralem disciplinam, quae in nova civitate vigere debeat. Qua explicata inde a. p. 736. ed. Steph. acceditur ad legum publicarum scriptionem, ita tamen, ut antea denuo exponatur de institutis quibusdam novae civitatis, quae ad bonam et laudabilem eius constitutionem necessario requirantur. Disputatur enim de idoneo delectu incolarum et colonorum, de re pecuniaria, de numero civium, de agrorum divisione, de aequalitate bonorum eiusque perpetua conservatione, de cultu simplicitatis et frugalitatis in omni vita observando, de recta bonorum variorum aestimatione deque ratione, quae in iis expetendis teneri debeat, de quattuor civium classibus pro census magnitudine constituendis, de modo ac termino opum ac divitiarum, quas comparare civibus liceat; denique etiam exponitur de necessitate, numorum, mensurarum, ponderum, aliarumque rerum civilium rationes ad numeros revocandi, eaque opportunitate ostenditur, quanta sit arithmeticae utilitas ad omnes communis societatis partes officiorumque rationes. Et hactenus quidem libro quinto. — Tum vero inde ab initio libri sexti usque ad p. 772. A. explicatur de magistratibus eorumque creatione. Constituuntur igitur legum custodes, duces exercitus, senatores, sacerdotes et religionum interpretes, agrorum, procuratores, iudices et arbitri, aediles et fori custodes, rei gymnicae et musicae praefe-

cti, alii. Quo facto inde a. p. 766. sqq. disputatur etiam de iudiciis iubenturque magistratus singuli ad legum custodes deferre, si quid in legum expositione praetermissum animadverterint, quo possit aliquando commune de legibus supplendis et emendandis concilium haberi. Haec igitur usque ad p. 772. in. Iam vero exponitur porro de nuptiis, de matrimoniis deque liberorum procreatione. Quo loco monetur etiam de tempore, quo matrimonium inire liceat, simulque ostenditur, id quod antea erat neglectum, etiam in gerendis magistratibus et in facienda militia certum tempus observandum esse. — His vero dilucidatis libro septimo defertur disputatio ad educationem atque institutionem iuventutis. Docetur igitur, quae infantibus atque pueris inde ab utero matris cura debeatur, copiosissimeque explicatur de musica et gymnastica, ita quidem, ut quae libro secundo de musica et institutione puerili suscepta fuit disputatio, ea hoc demum loco profligari et absolvi existimanda sit. — Subiungitur dein libri octavi initio uberior disputatio de diebus festis, de solemnibus sacris, de ludis publicis imprimisque militaribus, aliis rebus consimilibus. Qua occasione disseruntur etiam quaedam de arcenda prava lubidine, quae inter eiusmodi ludos ac solemnitates facile exoriatur. Tum vero inde a p. 842. ed. Steph. de victu cultuque vitae, quo cives usuri sint, de agricultura, de opificiis, de mercatura, de cura rerum venalium, de augmento ac decremento bonorum, deque commercio cum peregrinis exponitur, eoque disputatio de civilibus rationibus et necessitatibus fere absolvitur. — Itaque libro nono protenus transitur ad leges criminibus scribendas. Quocirca agitur ordine deinceps de criminibus, quae in deos et res divinas committuntur, agitur item de criminibus in rempublicam aliisque plurimis, ita quidem, ut etiam generatim de variis criminum generibus eorumque poenis disseratur explicataque subtiliter iusti et iniusti ratione de damni et iniuriae discrimine disputetur. — Atque coniuncta cum his sunt, quae principio libri decimi exponuntur. Ibi enim constituuntur poenae impietatis adversus religionum publicarum ac deorum contemtores. Verum haec ipsa res veluti ansam praebet copiosiori disputationi

adversus eos, qui impie de diis eorumque veneratione sentiant. Docetur igitur luculentissime, sed tamen ita, ut disputatio popularis sit et vulgarium hominum captui accommodata, primum quidem esse deos, deinde eosdem rerum humanarum gerere curam, denique turpissimae esse superstitionis argumentum, si qui putent, posse eos precibus ac votis flecti aut donis et largitionibus corrumpi. — Iam vero locus de diis eorumque cultu posteaquam satis explicatus est, inde ab initio libri undecimi oratio defertur ad negotia civilia varii generis et iura privata dilucidanda atque legibus definienda. Agitur enim de rebus depositis vel amissis, de servis et libertis, de rerum emtione venditione, de locatione conductione, de testamentis ac tutelis, de abdicationibus et divortiis, de veneficiis, incantationibus, ceteris artibus magicis, et quae sunt id genus alia. Quae omnia paene promiscue sunt exposita, ordine minus accurate servato. Atque in similium rerum tractatione pergitur etiam libro duodecimo. Ibi enim principio de furtis et de militaris disciplinae contemtu ac violatione agitur. Deinde disputatur de censura magistratuum atque civium tum viventium tum mortuorum agenda, deque magistratibus ad id munus obeundum creandis. Exponitur porro de iureiurando et periurio et de poenis eorum, qui se publicis muneribus subtraxerint. Tum inde a p. 949. ed. Steph. de commercio cum aliis civitatibus monetur simulque ostenditur, quantum peregrinationes a viris sapientibus in alienas terras susceptae quum ad civilem prudentiam tum ad emendandum statum civitatis habere possint. Porro de excipiendis hospitibus disputatur, quorum varia genera discernuntur. Praeterea subiiciuntur leges de fideiussione, de rerum furtivarum vel amissarum in domo aliena quaestionibus, de rebus usu capiendis ac praescriptionibus, de testium vel actorum in iudiciis summotione, de prohibitione sociorum certaminis a theatro, de furti celatione, de sodalitatibus et conspirationibus contra rempublicam factis, deque crimine eorum, qui in reipublicae administratione dona accipiant. Postremo disseritur adhuc de tributis et vectigalibus, de sumtu in rebus sacris prudenter temperando, de variis iudiciorum gradibus, de iudicum officiis, de factorum iudiciorum ac

sententiarum latarum vi et auctoritate, et de sepulcrorum iure ritibusque sepulturae: quarum rerum disputatio p. 960. E. finitur. Atque his explicatis etiam omnis fere legum scriptio absoluta est. Nam inde a. p. 961. A. disputatur tandem, quomodo civitas possit usque conservari salva et incolumis. Quocirca constituitur iam conventus nocturnus, qui corpori sit consimilis acutis sensibus et exculta mente ac ratione praedito, siquidem ille ex civibus iunioribus observandi acumine insignibus et ex viris aetate pariter atque sapientia provectioribus, qui rationis instar sint, compositus esse debere iudicatur. Civitati autem quum una sola virtus proposita sit, primum quidem summi illi ipsius custodes virtutis vim variasque partes et verbo et factis perspectas habere debere iudicantur, deinde idem etiam de bona et honesti scientia statuitur, praesertim quum civitatis custodibus altior rerum divinarum cognitio dicatur plane esse necessaria. Denique illi iubentur omnino finem reipublicae sedulo intueri atque consilia omnia ad illum ipsum religiose dirigere. Huic vero nocturno conventui civitas recens condita tradenda iudicatur, quo caput aliquando nacta suum ad quam maximam perfectionis laudem perveniat.

Cap. VI.

Ostenditur breviter multa reperiri in Legibus, quae a Republica aliena sint, neque tamen alterum opus alteri esse oppositum aut contrarium.

En habes brevem descriptionem fere omnium eorum, quae in Legum libris fusius disputata sunt. Quae etsi non omnia atque singula complectitur in illis exposita, tamen in iudicando et expendendo scripti argumento nonnihil saltem afferet utilitatis. Considerantes vero immensam vim atque copiam eorum, quae in Legibus sunt explicata, eamque cum illis contendentes, quae disseruntur in Politia, hoc est, in libris de civitate omnibus numeris absoluta,

fieri nullo modo potest quin continuo plurimum discriminis inter utraque intercedere animadvertamus. Est enim profecto Legum civitas multum diversa ab ea, quae condita est in altero opere *). Nam, ut pauca de multis, quae hanc in rem afferri possunt, delibemus, nihil hic comperimus de philosophis imperantibus, penes quos sit summa rerum potestas; nihil de tribus civium ordinibus ad trium animi facultatum similitudinem descriptis; nihil de virtutibus per varias civitatis partes ea ratione diffusis, ut non modo respondeant diversis animi viribus, sed etiam singulis civium ordinibus pro sua cuique ratione conveniant; nihil porro de communione bonorum atque mulierum; nihil de utriusque sexus aequalitate; denique nihil de nobilissimis illis placitis, quibus Rempublicam Platonis constat omni aetate maxime fuisse celebratam. Imo in Legibus quae perscripta leguntur, ea omnia fere habent maximam cum ipsa vita cognationem, ut propemodum vera aliqua civitas, qualis olim inter Graecos reapse extiterit, describi videatur. Nam sive quaerimus de incolis huius civitatis, quum illi vel cives sint vel servi, tum civium ipsorum rursus est ea ratio, ut alii imperent, alii pareant, quandoquidem plurimi communis vitae negotiis funguntur, ceteri magistratus gerunt. Quod prorsus convenit cum moribus et institutis usitatarum rerum publicarum. Sive sciscitamur de forma imperii atque regiminis, qua haec civitas utitur, sapienter illa temperata est ex optimatium et populi potestate, ita ut, sublato illo sapientium imperio, ne populus quidem a reipublicae cura arceatur. Etenim in locum principum philosophorum Leges sunt substitutae; harum autem velut ministri atque vicarii dicuntur esse varii magistratus, legum custodes, censores, aediles, publicae disciplinae praefecti, senatores, alii quorum omnium potestas more usitato certis quibus dam limitibus terminata et circumscripta est **). Quae quis est quin item videat ad ipsius vitae humanae

---

*) Rem tractat etiam **Aristoteles** Polit. II. c. 6. ita tamen, ut eam vix leviter perstrinxerit neque omni ex parte aestimaverit.

**) Id mirari licet Aristotelem Polit. II. 6. fere praeteriisse.

conditiones proxime accedere? Iam vero si consideramus communem civium vitam atque civilis societatis rationem, hic quoque omnia sunt aliter atque in optima illa civitate comparata. Nam bonorum et mulierum nulla est communio; imo sua cuique portio agrorum ac divitiarum ita attribuitur, ut eadem opum summa, quantum fieri possit, cuique patrifamilias in perpetuum servanda esse iudicetur; sexus muliebris et virilis diversitas, quam natura constituit, non negligitur, sed accuratius observatur, ita ut mulieribus maior quidem dignitas et libertas, quam vulgo fieri solebat, concedatur, sed nihil fere eorum permittatur aut imperetur, quae communi more et consuetudine virorum esse putabantur; disciplina et institutio civium simillima est illi, quam in cultissimis quibusque Graeciae civitatibus, maximeque Athenis, regnasse novimus, ut etiam poësis ac musicae usus aliquanto licentior sit quam in Politia; opificia et illiberalia negotia, quae in optima republica tertii ordinis civibus commissa sunt, ad unos inquilinos et exteros deferuntur; denique iudiciorum, vectigalium, aliarum rerum, quae in Politia ne attinguntur quidem, ita ducitur ratio *), ut hic quoque appareat alium esse atque illic rerum civilium statum atque ordinem. Nimirum sunt profecto etiam haec vitae communis rationibus tam consentanea, ut parum aut nihil ab iis recedere videantur. Denique ne finis quidem, qui civitati in Legibus conditae propositus est, prorsus est idem atque optimae civitatis, quandoquidem ille, sicuti videbimus infra, neutiquam est tam in alto constitutus tamque excelsus ac sublimis, quam qui illic proponitur. Quocirca nihil fere est, quod cum iis, quae a Platone in libris de optima civitate sunt exposita, plane conveniat; imo pleraque omnia ita comparata sunt, ut ab illis longissime recedere plurimumque differre existi-

---

*) De re iudiciaria v. Libr. IV. p. 766. D — 668. D. Libr. IX. totum, et XII. p. 956. B. Sed in optima illa civitate iudicibus et poenis non opus visum, de qua re v. De Rep. III. p. 405. A. B. coll. Legg. IX. p. 853. B. C. De vectigalium ration. agitur Legg. XII. p. 955. D. E. VIII. p. 847. B—E. 848. A—C. 850. B.

manda sint. Quid igitur? tanta quum in utroque opere quum rerum tum sententiarum reperiatur discrepantia, nonne verissime iudicasse videri debebunt, qui Leges vel hanc ob caussam censuerunt nullo pacto ab illo Platone scribi potuisse, quem omnes communi consensione pro Reipublicae auctore habendum arbitrantur? Enimvero primo sane adspectu vix credibile alicui videatur, eundem philosophum ista omnia ita scribere potuisse, nisi eum putare velimus deserta propria caussa in aliena castra transiisse et relicta sua ipsius doctrina prope a semet ipso descivisse. At enimvero quum prima specie unicuique ita videri possit, tamen haudquaquam errare videmur re accuratius considerata existimantes, fieri non posse quin contrariam sententiam amplectamur. Tantum enim abest, ut alterum opus alteri adversetur aut contrarium sit, ut ambo unius tamquam corporis membra putanda sint, quibus dissociatis aut violenter divulsis Platonicae doctrinae civilis integritas et absolutio protenus auferatur. Etenim Leges etsi a Republica mirum quantum recedunt, tamen eidem ita sunt coniunctae, ut ipsi quodammodo suppetias ferre videantur. Quippe intercedit inter utrumque opus non alia ratio et coniunctio nisi haec. Libri de Republica exhibent civitatis omnibus numeris absolutae speciem et imaginem, ut clarius appareat, quam alte enitendum sit mortalibus, si quando ad tantam civilis societatis perfectionem et excellentiam pervenire voluerint, quantam maximam mente et cogitatione fingere liceat. Sed libri, qui sunt de Legibus, proponunt quasi picturam quandam optimae civitatis, qualis revera, data optimae conditionis optione, existere posse videatur. Quocirca illi tamquam summum illud proponunt ac desuper ostentant, quorsum in vita civili constituenda et regenda denique omnia studia et consilia dirigenda sint. Hi autem docent ac patefaciunt, quid pro praesenti rerum conditione agendum sit, ut saltem in tantum, quantum fieri possit, ad summam illam perfectionis speciem escendatur. Ex quo apparet, quam arcta sit utriusque operis necessitudo et coniunctio, siquidem in altero finis proponitur, ad quem contendi oporteat; in altero demonstratur, quousque vel in praesenti rerum humanarum statu ad melius procedi

et qua ratione civitas vera quam optime condi et administrari possit. Quod vero mores et instituta civilia in altero opere multum differunt ab optimae illius eiusque superioris civitatis rationibus, id non ideo fieri existimandum est, quia philosophus sua ipsius decreta atque scita posteriore tempore quasi perfide prodiderit, sed quod humanae istius reipublicae, qualis revera condi posse visa est, rationes ita tulerunt, ut multa aliter atque in superiore civitate ad optimi hominis similitudinem constituta et gubernata instituerentur et ordinarentur. Nam perfecti sapientes quidem, quos philosophus censuit civitatibus non posse nisi divino quasi quodam beneficio obtingere rectores et rerum suarum gubernatores, hic omnino sublati sunt. Ex quo quid porro consequi necessario debuerit, sponte apparet. Nam etiam multa alia mutanda fuerunt, quae ex magistratuum virtute et praestantia unice pependerunt. Deinde bonorum et mulierum communio ibidem prorsus evanuit, utpote verae hominum vitae minus consentanea. Nam quod philosophus in suprema illa civitate voluit eam regnare convenientiam et unitatem, ut militibus quidem certe, hoc est meliori civium parti, nihil privum esse iusserit, omnia bona iis communia attribuerit, facile intellexit eam vulgo esse vitae humanae rationem, ut non solam tantum unitatem, quam dicere licebit, sed etiam varietatem et multitudinem sibi propriam deposcat, hominesque non uni reipublicae mancipatos esse velit tanquam alicui communitati, sed etiam sibi suisque vivere iubeat. Sublata autem ista bonorum et mulierum communione quis est quin sponte videat fieri non potuisse, quin etiam multa alia aliter instituenda essent? Atque eadem plane ratio est etiam aliorum institutorum civilium, quae in Legibus reperiuntur quaeque ab optima illa civitate in Politiae libris descripta plus minusve recedunt. At enim vero quum negari nullo modo possit, esse hanc utriusque operis diversitatem sane maximam, tamen multum fallatur, si quis existimet, Platonem in Legibus reiecisse quae in Politiae libris pro optimis probavit scita ac decreta. Imo illa vel sic usque retinuit constanterque sequutus est. Id quod ex duabus potissimum rebus clarissime intelligitur. Nam primum quidem etiam in Legibus

optat identidem, ut quae optimae reipublicae propria sunt, ea in vitam hominum introducere publiceque sancire liceat utpote longe optima ac praestantissima. Cuius rei documenta sunt Libr. V. p. 739. B. C. D. VII. p. 807. B. IX. p. 875. A. B. C. Quod quis est qui sibi persuadeat eum ita fuisse facturum, nisi firmiter tenuisset quae antea probaverat ac statuerat? Deinde in Legibus civitatis instituta fecit ea, ut quamvis a superioris civitatis rationibus aliquantum discrepent, tamen his item quam simillima maximeque cognata permanserint. Nimirum optimam civitatem humanam iudicavit, quantum fieri posset, ad optimae et perfectissimae reipublicae speciem quam diligentissime comparatam esse oportere, id quod statuit etiam Politic. p. 297. B.—E. Conf. Legg. V. p. 739 E. VII. p. 807. B. IX. p. 875. A—C. Ex quibus apertum est, eum in Legibus cessisse tantum vitae humanae, qualis vulgo per naturae legem esse solet, necessitati, neque vero reiecisse aut improbasse, quae de summa rerum civilium absolutione atque praestantia in Politia disseruisset. Quae quidem omnia si vere disputata sunt, sponte consequitur, mirifice iudicio suo falsos esse, qui ex eo, quod Leges multa continent, quae in Politia non reperiuntur aut aliter constituta sunt, protenus concluserunt, esse hoc opus non a Platone profectum. Nempe in maxima illa, quae inter Politiam et Leges intercedit, dissimilitudine tamen item animadvertitur admirabilis quaedam utriusque operis convenientia. Nam utrumque certe ad summa quaeque spectat atque refertur, quandoquidem alterum ipsam ideam perfectae civitatis, cuius mens humana capax est, ante oculos ponit, alterum ideae illius quasi simulacrum quoddam in vita humana conspicuum ostendit, unde intelligatur, quid ratio in vita humana revera possit; et quamquam Legum ratio vitae ipsius veritati humanisque desideriis ac necessitatibus aliquanto est accommodatior, tamen hic quoque quantum fieri potest, conservantur principia illa atque fundamenta, quibus praestantissimae civitatis aedificium innititur. Quocirca, si verum quaerimus, quae in Legibus exponuntur, ea neutiquam cum Reipublicae decretis atque effatis pugnare, sed potius cum iis amicissime conspirare existimanda sunt.

Verum haec omnia quo clarius etiam perspiciantur rectiusque diiudicentur, faciendum videtur, ut de singulis quibusdam locis huc pertinentibus accuratius paullo disquiratur. Disputabimus igitur deinceps primum de initiis atque elementis, ex quibus civitas Legum conflata est; deinde quaeremus de forma regiminis ei propria; tum de civium statu et fortuna deque disciplina civili in illa regnante explicabitur; postea disseremus de fine Legum civitati proposito, qua opportunitate simul utemur ad doctrinam virtutis illustrandam; addemus porro alia de religione et cultu deorum deque usu matheseos; quo facto quaeremus, num et quatenus in Legum libris doctrina de ideis neglecta ac praetermissa sit; denique etiam alia quaedam attingemus, quae viris doctis moverunt dubitationes. Quibus omnibus expositis denique perspicuum fore speramus, quanta inter Leges atque libros Politiae intercedat conjunctio ac necessitudo.

Cap. VII.

Agitur de initiis et elementis unde civitas in Legibus condita ortum habeat suum.

Quaerentes igitur accuratius seduloque circumspicientes, ex quibus initiis et elementis Legum civitas, quam saepe diximus, composita sit et effecta, cavere nobis magnopere debemus, ne incidamus in eorum errorem, qui omnia ista censuerunt mero ingenii lusu aut uno iudicii arbitrio a Platone conficta esse neque ulla necessitudine cum ipsis Graecorum moribus, institutis ac legibus coniuncta. Quo nomine lapsus est gravissime Frid. Astius De Vita et Scriptis Plat. p. 385 sq., qui leges Platonis censet fieri non potuisse quin vanae et inanes existerent ac scribentis consilio parum responderent, propterea quod quum omnes leges, si quid profuturae sint, ex ipsa populi cuiusque indole prodeant eiusque ingenium et mores referant necesse sit, tum illae fundamento historico penitus careant et Graecis populis tanquam alienum quiddam extrinsecus obtrusae videantur. Enimvero nos quidem si quid iudicare

possumus, auctor Legum illud ipsum, quod desideravit Astius, tam egregie praestitit, nihil ut possit hoc ipsius consilio fingi prudentius aut elegantius. Conflavit enim Plato elementa civitatis suae ex variis Graecorum moribus, legibus et institutis artificiosissime, ita ut inde existeret respublica optime morata atque talis, qualis recte posset popularibus suis exempli instar ob oculos collocari. Nam universi quidem operis quasi fundus, in quo exstructum est totum illius aedificium, manifesto est Doricus. Terra enim, in qua illam condi iussit, regio est Cretae insulae, de qua v. Libr. IV. p. 704. B. sqq. coll. VIII. p. 848. D. IX. p. 860. E. XI. p. 919. D. XII. p. 946. B. 969. A., hoc est, Dorica et a Doribus circumdata; coloni, qui habito delectu illuc deducuntur, item sunt Dorienses, quandoquidem Clinias Cretensis illos narratur iussu popularium suorum eo ducturus esse ideoque Hospitis Atheniensis et Megilli Lacedaemonii consilium ea de re sibi expetere; v. Libr. III. p. 702. B — E. IV. p. 704. A. 705. C. 707. D — 708. D. VII. p. 796. B. VIII. p. 842. B. 847 E.; denique etiam universae civitatis descriptio plane Dorica est, aut certe institutis Doriensium, hoc est, Cretum et Lacedaemoniorum, quam maxime accommodata. Quippe philosophus rempublicam Atheniensium quum videret labentibus temporibus magis magisque in peius ruisse et a pristina virtute sua, quam Libr. III. p. 698. B. illustribus ornat laudibus, multum degeneravisse, tam in libris de Civitate quam in Legibus formam reipublicae Lacedaemoniorum et Cretensium, remotis eius vitiis quibusdam, civitati suae pro fundamento subiecit. Eam enim sibi persuaserat quum priscam Graeciae indolem fidelissime servasse, tum moribus et disciplina publica optime fundatam esse. De qua re v. Hermann. Comment. De vestigiis institutor. vett. per Platonis de legibus libros indagandis p. 19 sqq. et 23 sqq., qui rem praeclare illustravit, et Morgensternium De Plat. Republ. p. 305 sqq. quid in optima illa republica Doricum sit, egregie docentem. Sed cum Doriensium gravitate ac severitate quo coniungeret Atheniensium eruditionem, sapientiam et humanitatem, rem prudentissime ita instituit, ut Doricam civitatem instrueret et ornaret legibus maximam partem Atticis, iis-

que ex philosophiae ratione plus minusve correctis et ad consilium suum refictis et conformatis. Licet enim etiam ab aliis legumlatoribus videatur mutua sumsisse, quae ad rem suam conducerent, siquidem ipse Legg. I. p. 638. A. Locros et aliis locis Aegyptios memorat, tamen plurima ac tantum non omnia, quae probavit, ab uno maxime Solone repetiit, ut profecto Legum opus ad illustrandos mores, leges et instituta Atheniensium longe sit utilissimum atque uberrimum *). De quibus rebus si quis cupiat accuratius edoceri, adeat is item Car. Fr. Hermannum his de rebus doctissime commentantem in Disputat. De vestigiis institutorum vett. imprimis Atticorum per Platonis de Legibus libros indagandis. Marburg. 1836. 4. et in „Iuris domestici et familiaris apud Platonem in Legibus cum veteris Graeciae inque primis Athenarum institutis comparatione. Marburg. 1836. 4.“ Nos enim harum rerum demonstratione videmur hic eo rectius posse supersedere, quod eas post Hermanni curas suo quasque loco in Commentariis nostris attigimus et subinde copiosius illustravimus. Nec vero leges tantum patrias in suam induxit rempublicam philosophus, sed etiam moribus et institutis patriae suae maximam in ea concessit vim et auctoritatem, quippe quibus statuat ipsam legumlationem mirifice adiuvari, compleri, firmari, sicuti diserte professus est Libr. VII. p. 793. A—D. ubi quam vim *πάτρια καὶ ἀρχαῖα νόμιμα* in civitate habeant, praeclare exponitur; item Libr. VIII. p. 838. C. IX. p. 857. E. VI. p. 766. A. II. 664. A. Nimirum per totum opus ille id egit, ut Graecus Graecis scripsisse videretur, non aliis populis, ideoque leges proponeret eas, quae quum in Graecia sponte ex nativa populorum indole, virtute, ingenio denique prodiise viderentur, tum sapienti temperamento iunctae et, sicubi opus esset, emendatae et perfectae civitatis praestantissimae efficerent imagi-

*) Quin etiam subinde ad usitatas leges provocat, ita ut novis legibus in civitate sua non opus sit, siquidem magistratibus liceat, si qua urgeat necessitas, ad illas confugere. Ut quum Libr. VIII. p. 543. E. et 844. E. censet de aquatione et similibus rebus novas leges non esse in praesenti scribendas et p. 846. D. iubet in dubiis casibus aliorum leges respicere et imitari.

nem quandam ac prope effigiem, qualis in patria ipsius, hoc est omnino inter Graecos, aliquando videretur existere posse. Quam quidem ob caussam nec peregrini quidquam admiscuit aut quod barbarorum esset proprium suscepit; imo siquando id admisit, diligenter illud notavit, veluti ubi disputat de institutis Aegyptiorum, quorum locorum supra iniecta mentio est. Illud unum fere sibi sumsit, quod postulabat consilii sui ratio, ut non veterem aliquam civitatem in Graecia laudibus celebratam legibus ornaret, sed novam plane conderet, quo universum rerum publicarum aedificium quam perfectissimum efficeretur. Quamquam ne in hac quidem re, sicuti antea animadvertimus, ita versatus est, ut nullam morum et institutorum Graecorum duxerit rationem, siquidem fundum aedificii sui voluit prorsus esse Doricum.

Quae omnia si vere sunt disputata, luculentissime profecto apparere arbitramur, Platonem alteram hanc civitatem sapientissimo consilio ita constituisse, ut in ea informanda atque ornanda non modo vitae veritatem respexerit, verum etiam leges, mores et instituta Graecarum gentium ac populorum perpetuo ob oculos habuerit. In quo quis est quin protenus agnoscat Platonem, qui ne in optima quidem et omnibus numeris absoluta civitate patriae suae immemor fuisse reperitur? Verum in hac ipsa re ille etiam aliud quid sequutus est, quod ubi diligentius fuerit animadversum, fieri non poterit quin pro certissimo argumento divinae cuiusdam sapientiae et ingenii sollertiae plane admirabilis, qualem in Platone saepe admiramur, habeatur. Etenim quod philosophus in Politico p. 305. D sqq. de perfecti viri civilis et rerum publicarum gubernatoris munere et officio scripsit, positum illud esse in eo, ut, sicuti in textura fila duriora et molliora contexantur, ita in societate civili fortitudo et temperantia, tanquam nativae ingeniorum virtutes, eaeque inter se contrariae, coniungantur coniunctaeque sapienter temperentur; id profecto ipse in Legibus egregie perfecisse atque praestitisse existimandus est. Coniunxit enim ibi sapienterque conflavit gravitatem et fortitudinem Doricam cum nativa temperantia et humanitate Ionum et Atticorum propria, siquidem civitatem, quam con-

didit, ex Dorum et Atticorum institutis ac legibus composuit. Quocirca sapientissime sane statuit, in variis gentium ac populorum Graeciae ingeniis utique reperiri semina quasi et elementa optimae ac praestantissimae alicuius civitatis, dummodo ea rite temperarentur prudenterque inter ipsa coniungerentur. Quippe gravitati, constantiae et fortitudini gentium Doricarum, eique intaminatae ac sincerae, adiiciendam et consociandam censuit prudentiam et humanitatem illam, qua gentes Ioniae et Atticae excellerent, ita quidem, ut propria utrarumque gentium virtus in unum conflaretur atque a vitiis purgata sapienter temperaretur. Quod ne quis existimet a nobis ita poni tantum atque sumi, quum res certiore indigeat demonstratione, ipsum Platonem huius sententiae testem adhibere licebit, qui non modo toto opere suo id luculente declaravit ac reapse perfecit, verum etiam idem haud obscure in libris Legum prioribus prodidit, ut profecto mirandum sit rem nondum a quoquam diligenter fuisse animadversam. Ibi enim quod Cretensium et Lacedaemoniorum leges et instituta parum recte dicuntur ad unam maxime spectare fortitudinem, iisque opponitur temperantia, quae vel ex compotationum usu, qualis Athenis vigeat, liberaliore disciplina et institutione moderatrice efflorescere possit; apertum esse arbitramur, iustum utriusque illius virtutis temperamentum illic significari ad rectum civitatis statum efficiendum unice esse necessarium.

Verum istud quidem quoniam postea explicandum erit uberius, in praesenti mittamus. Videmur enim vel his animadversis satis ostendisse, quanta cum sollertia philosophus investigaverit et conquisiverit elementa eius civitatis, quam in Legibns condidit. Hausit enim ea ex ipsorum Graecorum vita, quo magis illa videretur posse aliquando revera fundari, idque tanto prudentius ita fecit, quod Graecis suis scripsit iisdemque rectam rerum publicarum emendandarum rationem atque viam monstrare voluit. Quod quidem in hoc opere ita fecit, ut iis civitatem de novo conditam et in qua nihil inveteratorum malorum resideret ob oculos proposuerit. Quid igitur? quum in hac Legum parte tanta prudentia atque

sollertia cernatur, putabimusne opus amplissimum Platone ideo esse indignum, quia civitas ibi condita alia est, quam quae in libris De Republica describitur? Nimirum initia quidem et elementa, unde ea compositae est, si rem spectamus accuratius, Platonis sententiae rationique plane conveniunt, qui et in libris de optima civitate, quae tamen nullis indigebat legibus, fundamenta posuit similia, et in Politico professus est aptam civitatis quasi texturam ita esse conficiendam, ut molliora fila cum durioribus iungantur prudenterque consocientur.

Cap. VIII.

Agitur de statu civitatis in Legibus conditae, et primum quidem disseritur de forma regiminis, qua utitur.

Sed quemadmodum harum rerum tractatio nihil habet, quod a Platonis ratione et sapientia ullo modo abhorreat, ita nec status et conditio civitatis in Legibus descriptae Reipublicae Platonis ita adversatur, ut utriusque dissimilitudo Leges alii auctori quam Platoni deberi arguat. Nam Legum civitas si qua in parte ab optima illa civitate in Republica informata discrepat, habet id semper caussas satis idoneas, ex ultimo operis consilio suspensas. Et illud quidem iam in superioribus videmur ostendisse, cur in ea desiderentur philosophi imperantes, in quorum locum leges successerunt. Pariter ibi apparuit, cur magistratus alii atque in altera civitate creati sint et cur eorum potestas certis limitibus sit circumscripta. Nec vero alia, quorum supra iniecta mentio est, nunc obscurum erit quibus caussis et rationibus nitantur. Verum supersunt nonnulla, quae desiderent adhuc aliquam admonitionem, quo certius intelligatur, sapienter in Legibus has quoque reipublicae partes esse descriptas atque ita esse adornatas, ut libris

De Republica in maxima dissimilitudine tamen minime adversentur, sed si summam rei spectemus, egregie argumento et consilio conveniant. Et hic quidem antè omnia ea videntur commemoranda esse, quae ad imperium et regimen civitatis, ad finem ei propositum, ad disciplinam virtutis atque pietatis illi attemperatam, aliaque similia, pertineant, quandoquidem haec omnia eiusmodi sunt, de quibus ad hunc usque diem in varias partes disputatum esse exploratum habemus.

Et forma quidem atque constitutio civitatis in Legibus descriptae dubitari non potest quin multo aliter constituta sit, quam in libris Reipublicae. Nam in optima quidem illa civitate, qualis in his libris informatur, quoniam perfecti sapientes tenent reipublicae gubernaculum, aristocratia, hoc est, imperium eorum, qui non generis sed virtutis et sapientiae dignitate praestantissimi sint, unice locum obtinere potest. Quocirca his unis etiam summa rerum potestas est tradita, adeo ut ne legibus quidem opus videatur, quibus ipsi in gubernanda republica utantur, quippe quum mentis rationisque vi tantum polleant, ut hac una sustineant totius reipublicae salutem. De variis autem reipublicae gubernandae rationibus atque formis, quibus vulgo utantur civitates, iudicatur libro octavo sic, ut uni illi optimae civitati, optimo homini simillimae, quattuor pravae reipublicae genera opponantur, quae eadem etiam in singulorum hominum ingeniis atque moribus expressa cernantur. Distinguuntur igitur timocratia, oligarchia, democratia et tyrannis, quarum prima inter corruptas optima, ultima autem longe pessima iudicatur. Nimirum hae omnes omnino pro vitiosis et corruptis habentur, ut nulla earum simpliciter comprobari ac laudari queat. Alia omnia vero in Legibus statuuntur. In quibus primum quidem non aristocratia novae destinatur civitati, sed potius mixtum quoddam imperii genus, quod quale sit, postmodo videbimus; deinde vero de variis generibus rerumpublicarum multo aliter iudicatur atque fit in Republica. Nam ut de hoc primum dicamus, Legg. Libr. III. p. 678. B sqq. regiminis formae ordine deinceps fere hae enumerantur. Primum memoratur

δυναστεία, quae viguerit quo tempore homines sparsim in singulis domibus habitaverint, ita ut potestas rerum fuerit penes patres familias (p. 678. A—680 E.). Hanc excipit aristocratia et monarchia, quae exorta esse dicitur, quum homines pluribus domibus ac familiis consociatis in vicos ampliores essent congregati; quo quidem tempore summa rerum aut uni aut pluribus ducibus tradita esse indicatur (p. 680. E. — 681. D.). Sequitur deinde democratia, quae conditis urbibus nata est, quum duces antea delecti imperio suo privarentur (p. 681. E. sqq.). Tum regnum ut quarta quaedam forma ac species civitatis locum obtinuisse dicitur, quum ex universo populo (ἔϑνει) crearentur, qui rerum praeessent communitati (p. 682. sqq.). Et duae quidem rerumpublicarum formae primariae, unde reliquae suam habuerint originem, iudicantur esse potestas regalis (μοναρχια) et libera respublica (δημοκρατία), (p. 692. D. sqq.). Ex utraque vero, neglecto iusto temperamento, quum aut dominatio aut libertas animis appetitur, nascitur vitiosa reipublicae constitutio, quandoquidem potestas regalis degenerat in tyrannidem (p. 693. E. 698. A.), democratia autem abit in immoderatam populi licentiam communi saluti perniciosam. Hoc igitur est iudicium de rerum publicarum generibus in Legibus expromtum. Quod quantum discrepet ab iis, quae leguntur in Republica, vix indiget admonitione. Verum nec ipsa civitatis in Legibus conditae forma ac species cum optima civitate concordare videtur. Hic enim quum, ut iam antea diximus, aristocratia omnibus numeris absoluta unice valeat, tum in Legibus videtur civitas ex monarchia et democratia mixta atque temperata omnibus aliis anteferri, quandoquidem primo saltem adspectu id significant illa Libr. III. p. 693. D sq., quorum modo iniecta mentio est. Quae quum ita sint, Astius pariter atque Zellerus existimaverunt, tantam in hoc loco Platonis secum ipso dissensionem animadverti, ut vel hinc probabiliter coniici liceat, Legum opus non ab eodem auctore profectum esse. Verum enimvero nos quidem fatemur libere isti doctissimorum virorum iudicio non tantum tribuere, quippe qui nec singula, quae ad locum illum pertinent, recte perpenderint,

nec Legum rationem et cum libris de Republica necessitudinem prudenter accurateque aestimaverint. Etenim quod Zellerus Stud. Platt. p. 37 sq. et iterum Histor. Philos. Gr. Vol. II. p. 318. et 325. contendit, Legum auctorem civitatem suam ex monarchia et democratia in unum conflata constare voluisse, iudicio suo omnino falsus est. Nam Libr. III. p. 693. D sq. et p. 701. E. ad quem locum nos ablegat, re accuratius considerata, alia omnia doceri apparebit. Quippe ibi hoc tantum ostenditur, ut iam supra significavimus, primarias natura sua rerumpublicarum formas et reliquarum quasi parentes esse monarchiam et democratiam, planeque esse necessarium, ut civitas, quae libertate et concordia usura sit, sapienti temperamento adhibito, ex utraque aliquid assumat et suscipiat. Nimirum vult philosophus imperantes atque ceteros cives, sublatis utrinque partium studiis et malis cupiditatibus, inter ipsos consentire, quoniam civitas hac tantum lege et conditione libera, concors ac sapiens sit futura. Ex quo apertum est, neutram probari simpliciter, neque philosophum indicare, formam civitatis suae eam fore, ut magistratus sint regum instar, populus autem maiore quadam utatur libertate, qua regalis potestas coërceatur. Hoc enim longe secus esse, postmodo intelligetur. Quamquam illud ipsum Platonis iudicium carpit Aristotel. Polit. II. 3. p. 1266. A. *ἐν δὲ τοῖς νόμοις εἴρηται τουτοις, ὡς δέον συγκεῖσθαι τὴν ἀρίστην πολιτείαν ἐκ δημοκρατίας καὶ τυραννίδος, ἃς ἢ τὸ παράπαν οὐκ ἄν τις θείη πολιτείας ἢ χειρίστας.* In quo Stagirita iniquius taxavit magistrum, quippe quum non animadverterit, Platonem nec de monarchia et democratia, qualis vulgo revera esse solet, sed de vera, genuina et incorrupta cogitavisse, nec alterutram ita probavisse, ut alteram sine altera protenus laudabilem duxerit. Id enim clarissime ex verbis consequentibus apparet, quibus docetur, quatenus tam Persarum regnum quam libera Atheniensium respublica a vera atque germana monarchia et democratiae virtute degeneraverint et in peius ruerint. Quod vero Zellerus etiam alium locum Libr. VI. p. 756. E. pro testimonio sententiae suae affert, agitur ibi non de totius civitatis forma, sed de creatione magistratuum, in qua

civitas iudicatur medium tenere oportere inter *μοναρχικὴν καὶ δημοκρατικὴν πολιτείαν*, ut nimirum nec dominatio unius aut singulorum nec populi impotens lubido locum habeat. Enimvero, si verum quaerimus, Plato etiam in Legibus nullam omnino ex usitatis rerumpublicarum formis bonam et laudabilem duxit, ut hac quidem in parte sibi prorsus constare existimandus sit. Cuius quidem sententiae suae rationem egregie exposuit Libr. IV. p. 713. A sqq. Nam ibi posteaquam descriptae sunt externae conditiones, quibus fieri possit, ut nova civitas in Creta insula fundetur, sermo etiam defertur ad regiminis rationem, qua usura sit, quaeriturque, sitne illa regia futura an popularis, an denique ea, qua rerum summa sit penes paucos vel optimates. Quo loco deinceps haec disseruntur. Considerantes nos, inquit Atheniensis, qui oratoris partes habet, civitatem Cretensem ac Lacedaemoniam, et quanam utraque utatur reipublicae administratione quaerentes diligentius, certe difficillimum esse reperiemus certo statuere et iudicare, regiumne imperium ibi vigeat, an populare, an denique paucorum dominatio, penes quos rerum publicarum potestas sit. Nam quum horum reipublicae generum unumquodque illic valere videatur, tamen nullum eorum per se solum consistit, ita ut a reliquis sit plane seiunctum ac separatum. Quod etiamsi alicui mirum acciderit, tamen magnopere est cavendum, ne Cretibus aut Lacedaemoniis vertatur opprobrio. Est enim id ipsum argumento longe certissimo, illas civitates vere recteque civitatum nomine appellari, siquidem vere civitates sunt. Nam aliae quidem certe, quae vulgari consuetudine ab imperii et regiminis ratione vel tyrannicae appellantur vel democraticae vel aristocraticae, si verum quaerimus, ne sunt quidem civitates, quoniam nullo continentur communis societatis vinculo. Quocirca vocandae potius sunt *πόλεων οἰκήσεις* vel *διοικήσεις*, tanquam sedes ac domicilia hominum ibi habitantium, quippe quae incolas quidem habeant, cives autem non habeant. Fieri enim in his ita solet, ut pars civium, summa rerum potita, dominetur iniustumque imperium exerceat, pars reliqua non solum parere, sed etiam servire cogatur. Quae ipsa caussa est, cur eae nomen suum fere acceperint non aliunde nisi ab

iis, qui imperant. At enim vero civitatis, quae nomine suo digna sit, ratio certe longe alia debet esse. Nam haec quidem non a tali re appellanda est, sed a deo, qui sit supremus eius dominus ac gubernator. Quod si quis incertus haereat, quorsum spectet aut cur ita statuatur, rem fabula quadam iuvabit declaravisse. Narratur enim omnibus illis, quas diximus, civitatibus multo fuisse antiquior ea rerum gubernatio, quae olim Saturno regnante viguerit. Quae quoniam longe fuit optima et maximae beatitatis caussa et effectrix, consequens est, ut vel ea, quae nunc praestantissima censetur, respublica nihil aliud sit nisi illius imitatio quaedam et adumbrata imago. Cuius quidem praestantiae et excellentiae caussam si quis sciscitetur, videtur illa non alia fuisse nisi haec. Saturnus enim quum facile videret, naturae humanae indolem ac virtutem non esse eam, quae, accepta rerum humanarum arbitrio suo gubernandarum potestate, ab insolentia, superbia, lubidine et iniustitia tuta atque immunis esset mansura, sapientissime sic instituit, ut civitatibus non homines moderatores ac principes praeessent, sed potius genii iis darentur rerum gravissimarum curatores et gubernatores. Genii enim isti quum essent originis divinioris, etiam rerum humanarum fortunam et conditionem per eos aliquando meliorem extituram esse arbitratus est. Quemadmodum igitur nunc videmus homines pecudum greges regere ac pascere, ita illo aevo generi hominum praefecti fuere genii, qui eius curam gererent. Ac fuit sane ea res mortalibus longe saluberrima. Divini enim genii quum colerent iustitiam, tuerentur pacem et tranquillitatem, bonas denique leges conderent ac servarent, hominibus ad mutuam benevolentiam et caritatem conciliatis fontibusque discordiae ac seditionis omnibus obstructis, mortalibus eam attulerunt felicitatem et beatitatem, qua maiorem ne mente quidem et cogitatione fingere liceat. Haec igitur fuit regni Saturnii ratio. Unde quid possit intelligi et condisci, propemodum sponte apparet. Perspicitur enim inde clarissime, civitates omnes, quibus non Deus, sed mortalis aliquis praesit, nullum unquam malorum et aerumnarum habituras esse effugium. Hoc autem si recte vereque iudicatur, certe apertum esse debet omnibus, nobis nihil

aliud relinqui nisi hoc, ut vitam illam, quae olim Saturno regnante fuisse perhibetur, in gubernandis administrandisque rebuspublicis omni modo imitari studeamus, ideoque id, quod in nobismet ipsis inest immortale, publice privatimque colamus, veneremur, sequamur, leges — νόμους — putantes esse νοῦ διανομήν, mentis et rationis quasi quandam distributionem. Sin autem unus homo vel etiam pauci vel universus populus rempublicam tractant sic, ut immoderatis in ea re indulgeant cupiditatibus, legibusque rationis contemtis ac neglectis imperii habenas capessant, tum certe fieri nullo modo potest, ut civitas ad eam, quam optimi quique maxime expetunt, felicitatem perveniat. Solet enim tum fere ita accidere, ut leges ipsae inservire cogantur imperantium commodis et utilitatibus atque accommodentur tuendo illi reipublicae generi, quod imperantibus unice placet, quia suis satisfacit cupiditatibus. Cuiusmodi civitates profecto summo iure contendere licet revera nullas esse suoque nomine plane indignas, quemadmodum nec leges eae pro veris rectisque probari possunt, quae non propter bonum publicum scribuntur, sed singulorum hominum studiis et voluntatibus attemperantur. Rectius multo istas respublicas aliquis dixerit factiones ac seditiones — στασιωτείας — quam civitates; grassantur enim in iis impotenterque dominantur malae cupiditates imperantium; communis omnium salus negligitur ac fere nihili aestimatur." Haec igitur philosophus graviter copioseque de regendae gubernandaequae reipublicae variis generibus et rationibus. Quae qui paullo attentius consideraverint, ii certe facile largientur, nullam ei simpliciter probari formam regiminis ex iis, quae revera usitatae sint. Omnes quippe iudicavit esse corruptas eo, quod temperantia et moderatione neglecta partium studia in iis gliscere soleant, quo malo Platoni visum est nullum esse reipublicae pestilentius. Turbatur enim eo ipsius iudicio penitusque aufertur civitatis simplicitas et convenientia ad communem salutem maxime necessaria, de qua v. Rep. IV. p. 419 — 421. C. 422. E. V. p. 461. E. — 465. C. VII. p. 519. E. VIII. p. 551. E. — 556. E. Legg. I. p. 628. D. III. p. 692. C. — 693. C. IX. p. 875. A. VIII. p. 828. D. tollitur item libertas ci-

vium atque securitas, siquidem nihil spectatur nisi τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον, quod potentiori expedit, ut monemur Legg. III. p. 692. C. sqq. IV. 714. D. sqq. Reip. I. p. 338. D. sqq. evertitur denique etiam iustitia, adeoque perniciosissima illa communitur ac propagatur opinio, qua plurimi existimant iustum non esse natura sed more et consuetudine, ideoque fortiorem et robustiorem infirmiori imperare debere, de qua v. De Rep. I. p. 338. D. sqq. II. p. 358. E. sqq. Gorg. p. 482. E. sqq. 483. B. C. Legg. IV. p. 714. A. sqq. Itaque civitatum generibus omnibus philosophus illud longe superius iudicavit esse, in quo, missis partium studiis pravisque cupiditatibus optimae leges valeant plurimum, quae quidem rectam rationem habeant fontem utpote diffusam in omnes. De qua sententia v. etiam Cicer. Legg. I. 5, 6. ibique Davisium. et intpp. ad Grotium De Iure Belli ac Pacis I. c. 10. Etenim illud regnandi genus ubi vigeat, ibi ab omnibus, quum imperantibus tum parentibus, perpetuo illud unum spectari arbitratur, quod iustum sit, quandoquidem magistratus quidem meminerint semper, se ipsos quoque non legum dominos esse sed potius earum ministros atque servos, sicuti est Legg. III. p. 700. A. IV. 715. B. et IX. p. 874. E. 876. E. cives autem pie verecundeque iis obediant, de quo v. Leg. IV. p. 715. D. 700 A. IX. p. 874. A. sqq. III. p. 689. B. al. Atque hanc ipsam reipublicae formam propriam esse voluit civitati in Legibus descriptae, ut profecto multum a recto aberraverint, qui hanc statuerunt ex monarchia, quae dicitur vulgo, vel adeo tyrannide atque democratia esse compositam, quo commento nihil magis a mente et sententia philosophi alienum est. Enimvero ille quidem primum summam imperii vult esse penes optimas leges perfectae rationis tanquam vicarias, deinde his ipsis ab omnibus atque cunctis iubet maximam tribui verecundiam, reverentiam et pietatem, ut ne ulla in parte reipublicae prava studia oriantur aut malae cupiditates ac lubidines gliscere incipiant; porro legum tuendarum atque exercendarum potestatem dedit magistratibus ab ipso populo creatis, qui hactenus quasi divisum cum magistratibus habet imperium; denique educationem atque disciplinam civilem eam

instituit, per quam omnes ac singuli eo perducantur, ut recte iusteque facere et velint et possint. Hoc igitur illud est genus reipublicae, quod Plato in Legibus nobis spectandum proposuit. Quo accuratius considerato fateri certe debebimus verum esse quod supra diximus, studuisse Platonem in hoc opere veram civitatem, qua homines revera uti possent, evehere altius, quo vita mortalium aliquando propius posset accedere ad maximam illam civitatis praestantiam atque virtutem, cuius potiundae planeque assequendae in hac vitae communis conditione et fortuna exigua ac prope nulla spes relicta esset. Nam primum quidem etiam in Legibus arbitratur, quod in libris de optima civitate statuit, nullam reipublicae formam, quae nunc usitata sit, simpliciter comprobari posse; imo in utroque opere ostendit, vulgares istas respublicas misere esse depravatas optimaeque civitati plane contrarias et oppositas. Verum sicuti in libris Reipublicae his opposuit civitatem optimam, quam fere sola mente intueamur, ita in Legibus illis e regione posuit praestantissimam civitatem, quae sicuti ex Graecorum populorum moribus, legibus et institutis effloruit, ita etiam in ipsa gentium ac populorum vita aliquando emergere potest. Deinde in optima civitate ad summae perfectionis speciem adumbrata quum magistratus philosophi, qui sint perfecti sapientes et instar consummatae virtutis rectaeque rationis, civitatem gubernent, tum in Legibus non quidem perfecta ratio regnat, sed adsunt leges publicae, quae sapienter scriptae nihil aliud videntur esse nisi *τοῦ νοῦ διανομή*, ideoque, si non ipsi rationi aequales, tamen ex ea haustae et repetitae. Nam hauriuntur leges profecto ex rectae rationis fonte, quatenus prudentes earum auctores ex sapientiae praeceptis coniectura quasi ac ratiocinatione assequuntur, quid iustum sit dignumque, quod publice sanciatur. Nam Legg. I. p. 644. D. *ἐπὶ τουτοις δὲ πᾶσι (ἡδοναῖς καὶ λυπαις καὶ δόξαις) λογισμός, ὅ τί ποτε αὐτῶν ἄμεινον ἢ χεῖρον· ὃς (λογισμὸς) γενόμενος δόγμα πόλεως κοινὸν νόμος ἐπωνόμασται*: ubi habes legis definitionem. Politic. p. 300. C.: *δια ταῦτα δὴ τοῖς περὶ ὁτιοῦν νόμους καὶ ξυγγράμματα τιθέμενος δεύτερος πλοῦς τὸ παρὰ ταῦτα μήτε ἕνα μήτε πλῆθος μηδὲν μηδέ-*

δέποτε ἐᾶν δρᾶν κ. τ. λ. Ibid. p. 301. E. Enimvero leges Plato censuit humanae imbecillitati atque infirmitati etiam magis esse consentaneas, quam philosophos illos perfecta ratione praeditos, quales fere nusquam terrarum ac nullo unquam tempore reperirentur. Denique etiam in utraque civitate per omnia valere voluit mentis rationisque imperium. Sed in Legibus vitae humanae magis duxit rationem, non quo se totum ad eam demitteret planeque accommodaret, sed ut eam ex humilitate sua extolleret et ad perfectae civitatis speciem mente et animo conceptam altius eveheret. Quamobrem sicuti in Republica magistratus sapientes iussit in aeternas veri, boni et iusti ideas intueri earumque norma et lege civitatem gubernare, ita in Legibus magistratibus pariter atque civibus aevi Saturnii regnum tanquam exemplum quoddam proposuit, in quod intuerentur, quo rectius et constantius alteri quidem leges sustentarent, alteri easdem observarent et sequerentur, quandoquidem in ea divinae rationis iussa, a geniis ut legumlatoribus mortalium promulgata, per omnia valuerint *). Enimvero cives et magistratus verae civitatis, qualis in ipsa hominum vita reperitur, in civitatem optimam ad divinae rationis legem gubernatam mentis suae tanquam oculos convertere iubentur, ut spectent quasi rei imaginem ad rationis iussa informatam; optimi autem et perfecti sapientes, quales finxit, non imaginem rei inspectant, sed ipsas ideas contemplantur. Quod quis est quin videat ita esse iudicatum, ut summus philosophus, incolumi atque salva pristina sua sententia, tamen ad humanae vitae conditionem et fortunam multo propius accessisse iudicandus sit? Nam magistratus et custodes alterius civitatis, quos constituit, quum non philosophos sive perfectos sapientes finxerit, sed potius eos, qui sanae mentis uterentur iudicio legumque praestantiam capere recteque aestimare possent, prudentissime eos iussit tantumdem spectare altius, quantum ipsorum natura et ingenium ferret, quando-

---

*) Hanc esse fabulae sententiam in Commentariis accuratius docuimus.

quidem nec in communi hominum vita inutile aut supervacaneum duxit altius usque suspicere, quo homines aliquando altius ire condiscerent neque praesumta desperatione quo vellent evadendi circa ima subsisterent.

En igitur, habes iam formam reipublicae a Platone in Legibus descriptam. Quae tantum abest ut cum iis, quae in Reipublicae libris exposita sunt, pugnet aut discordet, ut ad optimae civitatis speciem, qualem sola mente informare liceat, sollertissime comparata sit, modo illud tenuerimus, Legum civitatem non summae illius et absolutae perfectionis speciem exhibere, sed optimam fingi hominibus, quo hi aliquando ad maioris virtutis et praestantiae laudem adducantur. Itaque hactenus certe nihil deprehendimus, quod non Platone dignissimum videri possit aut debeat, estque res omnis nostro quidem iudicio plane in tuto.

Sed alia quaedam sunt, quae, sicuti dudum exagitata sunt, ita etiam nunc videantur reprehendi atque carpi posse. Nam primum quidem videtur Plato de reipublicae formis aliter in Legibus, aliter in Politia statuisse. Recenset enim illas alio plane modo quam in Politia. Recte vero. Sed quid tum postea? Colligemusne inde protenus, philosophum secum ipso pugnare atque sententiam olim susceptam iam temere deseruisse? Enimvero hoc qui ita esse censuerunt, eos non dubitamus libere profiteri mirum quantum nobis videri iudicio suo falsos esse. Habet enim res potius hoc modo. Diiudicat sane Plato in Legibus formas reipublicae aliter atque fecit in libris de Civitate. Sed in utroque opere rem sapientissime instituit pro consilii sui ratione. Nam in Republica pravas reipublicae formas aristocratiae opposuit, quatenus eaedem etiam in singulorum hominum moribus et ingeniis expressae cernuntur. Repetiit igitur ibi iudicii sui caussas et rationes ab ipso animo humano, ut facere in Politiae opere plerumque solet. Sed in Legibus communis societatis formas et rationes sollerter persequitur sic, ut simul ostendat, quo modo varia eius genera sese ordine deinceps exceperint, quandoquidem primum domus solitariae, deinde vici, tum urbes, denique civitates sive respublicae exti-

titisse dicuntur. v. Legg. III. p. 680. B.—681. Quod quam prudenter in eo opere fecerit, in quo de veris explicavit civitatibus, non indiget demonstratione. Nec dissentit de societatis gradibus Arist. Polit. I. 2. qui et ipse domum, vicum, urbem et civitatem memorat. Quis est autem, quin sponte fateatur, isto modo fieri non potuisse, quin genera reipublicae alia constituerentur quam alibi factum est? Nempe Plato quidem certe non adeo addictus et quasi consecratus fuit certis opinionibus, ut eas nunquam putaverit mutari atque variari posse. Imo ille decreta sua non dubitavit pro variis scribendi consiliis varie mutare, temperare, illustrare. Quapropter de eadem re etiam aliter rursus disseruit in Politico, de qua ratione explicavimus Prolegomm. ad Politic. p. 96 sqq.

Sed his ita disputatis restat etiam aliud quid, de quo mota nuper est controversia. Quod enim Libr. IV. p. 709. A. sqq. sapienti legum conditori, quando leges a se scriptas ratas facere et in civitatem introducere velit, nihil exoptatius fore dicitur, quam ut sibi iuvenis aliquis tyrannus ea in re auxilio suo adsit, qui tantum habeat potentiae et auctoritatis, ut cives omnes voluntati suae ultro pareant et obediant; id Astio De Script. Plat. p. 386 et Zellero Stud. Platon. p. 103. et 138. magnae videmus fuisse offensioni. Nam Zellerus quidem totum illum locum inde a p. 709. A. usque ad p. 712. A. mera imitatione ex locis De Rep. V. p. 473 B — E. VI. p. 487. A. C. p. 499. C sq. p. 502. A—C. VII. p. 540. D. repetitum temereque consarcinatum esse arbitratur. Quod quale sit, in praesenti non est quod studiosius excutiamus. Satis erit monuisse nihil quidquam ibi aliunde exscriptum videri, ac si quae verborum similitudo utrobique deprehenditur, quae tamen admodum est exilis, eam certe ex sententiarum similitudine fluxisse, non ex putida aut servili imitatione. Praeterea vero etiam aliud quid in loco illo reprehendit Astius, consentiente fere Zellero, quod propius ad rem praesentem pertinet. Nam Reip. VIII. p. 562. A. usque ad fin. libr. tyrannis, utpote orta demum ex corrupta democratia, omnium pessima iudicatur esse reipublicae gubernatio, quoniam per ipsam sublata iustitia etiam totum ever-

tatur publicae salutis fundamentum. Itaque fieri non potuisse videtur, ut Platoni tyrannus in civitate ullo unquam tempore optabilis aut tolerabilis iudicatus sit. In qua tamen caussa primum tenendum est, de ipsa tyrannide tamquam genere aliquo gubernationis reipublicae nec in Legibus aliter iudicari, veluti Libr. III. p. 693. E — 698. A. et VIII. p. 832. C. ubi ea inter στασιωτείας numeratur, ut profecto nec credibile sit, tyrannum illo, quem indicavimus, loco intelligi eum, qui solus per vim imperio potitus est et quo, iudice Cicerone De Rep. II. 26. coll. De Offic. III. 6, 21. neque taetrius neque foedius neque diis hominibusque invisius animal ullum cogitari potest, quandoquidem, etsi figura est hominis, morum tamen immanitate vastissimas vincit belluas. Deinde diligenter animadvertendum est, eundem illum tyrannum talem depingi, qui sit ingenio docilis, promtus ad bona et honesta consilia exequenda, temperans atque fortis, denique si non perfecti sapientis, at civili tamen et populari virtute excellens. Ex quo apertum est intelligi principem civitatis regali potestate praeditum, eaque fortiter quidem ac strenue sed item moderate prudenterque utentem, ita ut cives eius imperio facile pareant et morigerentur. Hunc igitur atque talem regem legumlatori exoptatum fore arbitratur, quo citius scilicet novis legibus in nova civitate promulgatis iusta vindicetur auctoritas. In quo quid sit, quod cum Platonis ratione pugnare existimandum sit, haudquaquam exputamus. Et optavit certe idem Isocrates in Oratione ad Philippum Macedonem missa, cuius supra mentionem fecimus. Ac simile quid etiam in Politico p. 293. sqq. optari meminimus, nisi quod ibi pro disputationis illic agitatae consilio rex fingitur perfecta quadam rerum civilium scientia praeditus et ornatus. Accipe enim, qualis huic a Platone tribuatur auctoritas et potentia. Ea respublica, inquit, cui praefectus est is, qui optima scientia sit instructus, sine dubio omnium optima censeri debet, sive ea secundum leges sive sine legibus administratur, ac sive volentibus gubernatur civibus sive nolentibus; nam quaecunque rex sapiens suscepturus sit, sive quos in exilium eiiciat, sive afficiat supplicio, sive peregrinos donet

civitate, ea omnia reipublicae salutaria sint necesse est, quoniam a sapientibus proficiscuntur consiliis. Haec igitur Plato in Politico de sapienti civitatis gubernatore. A quibus profecto nihil fere abhorrent quae in Legibus statuuntur de tyranno isto, quem ad leges in civitatem introducendas ad aliquod tempus exoptatum fore significat. Illud unum nonnihil habet dissimilitudinis, quod hic non consummata ista pollet sapientia, qua perfectus ille vir civilis in Politico est insignis. Enimvero in Legibus ad istud negotii, quod peragendum iudicatur, perfectus sapiens minime necessarius fuit, sed potius rex iis virtutibus excellens, quas antea ab ipso requiri narravimus. Quamquam ibidem ad civitatis felicitatem iudicatur etiam multo fructuosius fore, si ipse rex quoque ea excellat sapientia, quam alioquin quasi mutuam sumere ab eo debeat, cui leges sapienter scriptae acceptae referantur.

Verum satis haec de statu et regimine civitatis in Legibus conditae deque iudiciis, quae ibi super variis reipublicae formis expromuntur. Demonstratum enim, opinor, abunde est, nihil esse istorum omnium, quod non egregie conveniat cum iis, quae Plato in aliis libris de his rebus disputavit; imo etiam clarissime apparere arbitramur, Leges cum Politia Platonis tam arcto cohaerere vinculo, ut alterum opus alteri non modo non adversetur, sed etiam interiore quadam necessitudine coniunctum sit.

Cap. IX.

De civium statu et condicione imprimisque de disciplina et institutione in Legum civitate Platonica.

Verum hoc ipsum etiam aliquanto certius intellectum iri speramus, ubi alia quaedam examinaverimus civitatis Platonicae instituta. Pergimus igitur ad considerandum statum civium contemplandamque eorum educationem atque disciplinam. In qua re tractanda ita versabimur, ut deinceps etiam de

H *

fine, qui civitati in Legibus statuitur, de virtutis disciplina in iis sancita, de religionis doctrina, aliisque rebus similibus, peculiari opera disquiramus, legentibus sperantes non ingratum fore, si Platonis de his rebus sententia in Legibus explicata accuratius illustretur, et quae alibi apud ipsum de eodem argumento exposita leguntur, cum eadem comparentur, quo tandem omnia, quantum fieri possit, in unum coniuncta inter ipsa concilientur.

Itaque contemplantibus nobis statum et conditionem civium disciplinamque ei accommodatam ita versari placet, ut primum dicamus de cultu et eruditione, cuius illi participes fieri debere iudicantur; ac deinde exponamus de institutis quibusdam ad fingendos eorum mores conformandumque vitae usum comparatis. Quod utrumque faciemus sic, ut quantum in hoc quoque genere inter Rempublicam atque Leges intercedat necessitudinis, quam clarissime intelligatur.

Videamus igitur ante omnia de illa disciplinae publicae parte, quae spectat ad civium eruditionem atque cultum. Quam quoniam philosophus in utroque opere variis civium ordinibus accommodavit, in his rebus iudicandis etiam horum ordinum discrimina diligenter animadvertamus necesse est.

Itaque in optima illa planeque perfecta civitate Plato cives suos in tres classes distribuit (v. Libr. III. p. 419. A. sqq.) distributosque ita vult educari atque erudiri, ut quique pro sua vitae conditione ad munus suum, quantum fieri possit, recte instituantur et conformentur. Et infimum quidem ordinem ex opificibus componit, qui artes et negotia vulgaria exerceant. Quorum quidem hominum studia et negotia quum omnino apud Graecos imprimisque apud eos populos, qui maximam laudem in rei bellicae exercitatione ponebant, admodum contemta et neglecta iacuerint, tum ne Plato quidem ea magni facit, quippe quibus existimet vim ingenii animique vehementer deprimi et infringi, sicuti ipse ingenue profitetur De Rep. VI. p. 495. D. VII. 522. B. Quocirca nec cives huius ordinis curat magnopere, quippe ratus, eos, si modo munia sua rite obeant, reipublicae satis utiles esse futuros, atque omnem fere disputationem suam ad reliquos confert ordines, qui sunt cu-

stodum sive militum atque magistratuum (v. Libr. II. p. 375. E. usque ad Libr. III. p. 412. A.). Hos enim unos maxime ad maiorem quendam humanitatis cultum perduci vult, propterea quod, quum ii cives, qui quaestum faciant, atque in rebus ad victum necessariis comparandis versentur, τῷ ἐπιθυμητικῷ similes sint, tum milites respondeant τῷ θυμικῷ, magistratus autem atque duces pares sint menti et rationi. v. De Rep. II. p. 368. E. sqq. IV. p. 434. D. E. 441. C. IX. p. 580. D. sqq. 590. E. sqq. al. Nimirum sicuti inter animi vires et facultates mentem et rationem itemque iracundiam praecipue excolendam censet, quandoquidem illius imperio omnes actiones atque consilia nostra gubernari debeant, iracundia autem menti vicina quasi et cognata sit, ita ut, si bene regatur, robur et vim rationis augeat et in coercenda et refrenanda vi cupiditatis auxilium ferat, ita etiam in civitate magistratus atque milites prudenter educandos et instituendos indicat ideo, quia indigeant vel maxime sapientia et temperantia tum ad vulgus hominum regendum atque continendum, tum ad tuendam sustinendamque universam rempublicam. Itaque philosophus quidquid de educatione et institutione exposuit, id, ut diximus, ad unos civitatis suae custodes sive milites et ad magistratus, quos ex illis deligi iussit, referri voluit. Nam custodes quidem more et consuetudine Graecorum fere communi per duas maxime artes, gymnasticam atque musicam, hoc est, doctrinam liberaliorem, excolendos atque erudiendos esse statuit, quarum altera valeat ad mentem animumque formandum atque veri, boni et honesti amore ac studio imbuendum, altera corpus roboret et firmet, quo possit menti et rationi recte promteque parere (v. Libr. II. p. 375. E. usque ad Lib. III. p. 412. A.). Magistratus autem, ex custodum numero delectos (v. L. III. p. 412. A—B.), etiam ulterius vult in cultu et eruditione provehi, ut, quemadmodum principes sint reipublicae, ita etiam virtute et sapientia praestantissimi habeantur. Itaque primum quidem ex omni civium numero eos deligendos magistratus esse arbitratur, qui habeant indolem ad sapientiae studia eximiam ac praestantem; deinde autem delectos arithmeticae, geometriae et astronomiae studiis ita formari et erudiri vult, ut de-

nique possint cum fructu philosophiae dare operam; quo tandem quinquagesimo aetatis anno superato, ubi satis exculti et eruditi evaserint, ad reipublicae gubernationem adhibeantur. v. Libr. V. p. 471. D. sqq. VI. p. 502. C. sqq. al.

Haec igitur Plato in libris De Republica de variis civium ordinibus eorumque institutione. Quae ubi comparamus cum iis, quae in Legibus de iisdem rebus exposita leguntur, Platonem facile apparet multa quidem etiam in his mutavisse, nec tamen ita mutavisse, ut pristinam sententiam ac rationem suam deseruisse existimandus sit. Etenim accommodavit philosophus hic quoque omnia sollertissime consilio illi, quo civitatem eam informavit, quae philosophis magistratibus destituta opus habeat legum auxilio, omninoque ad vitae communis similitudinem ita accedat, ut humanarum civitatum optima esse videatur. Itaque in Legibus cives suos et custodiam patriae agere iubet et vero etiam facere agriculturam, quam in prima civitate a tertii ordinis civibus exerceri iussit. Ne vero illi aut artium et opificiorum adiumento careant aut rei familiaris cura et operibus rusticis a vitae civilis communione et publicorum munerum administratione iusto magis abstrahantur vel plane avocentur, prudenter eo cavit, quod agris colendis servos iussit adhiberi (Legg. VII. p. 806. D.), artes autem factitari a peregrinis et inquilinis voluit, quibus in altera civitate sua utique concessit sedem ac domicilium (VIII. p.846—848.). Quocirca apertum est, cives illos, quos in Legibus instituit, fere esse eosdem, qui sunt in optima civitate milites et custodes, nisi quod illi partem negotiorum acceperunt tertii civium ordinis, qui in hac constitutus est. Iure igitur mireris Astium De Vita et Scriptis Plat. p. 386. Leges etiam ideo reprehendentem, quia in iis peculiaris militum ordo desideretur, qui in Republica adeo subtiliter accurateque descriptus sit. Sunt enim in Legibus cives ingenui omnes item milites, neque in iis desideratur rerum militarium accuratior descriptio. v. Legg. VI. p. 755. sqq. VII. p. 814 sqq. VIII. p. 832. sqq. XII. p. 943. sqq. Quamquam magis etiam mirum, quod Aristoteles Politic. II. c. 3. = c. 6. ed. Bekker. Platoni opprobrio vertit, quod in Legibus quinque millia mili-

tum constituerit, qui meri sint ardeliones. Nimirum confudit Stagirites custodes Reipublicae cum Legum civibus praeter arma etiam alia tractantibus. Iam vero in locum opificum, qui in libris De Republica tertium ordinem efficiunt, in Legibus peregrini et inquilini cum servis successerunt, atque Philosophorum magistratuum locum tenent leges publicae, quarum quasi quidam ministri sunt qui varios ac multiplices gerunt magistratus. Quae quis est quin sponte largiatur prudentissime ita esse instituta, ut quum ad ipsius vitae similitudinem propius accedant, tamen Platonis rationem, quantum per rei naturam fieri potuit, quam fidelissime referant?

Atque hoc ipsum imprimis tenendum est etiam in iudicanda educationis ac disciplinae ratione, quam civibus in Legum opere constituit atque sanxit. Nam quae de educatione et institutione secundo maxime et septimo Legum libro explicantur, ea omnia ac singula tam amice cum iis conspirant, quae de eodem loco ratione custodum habita in libris Reipublicae disseruntur, ut nemo dubitare possit, quin utrobique maxima disciplinae reperiatur convenientia. Quippe hoc unum fere discriminis ibi obtinet, quod in Legibus omnia explicantur uberius, copiosius et ad vitae communis usum accommodatius, quam in Republica. Tulit enim ita universi operis ratio atque finis. Res ipsae autem, si totum locum accurate aestimes, prorsus eaedem sunt eodemque redeunt, iudice etiam Aristotele, qui Politic. II. 3, 2. *ἔξω γὰρ*, inquit, *τῆς τῶν γυναικῶν κοινωνίας καὶ τῆς κτήσεως τὰ ἄλλα ταὐτὰ ἀποδίδωσιν ἀμφοτέραις ταῖς πολιτείαις· καὶ γὰρ παιδείαν τὴν αὐτὴν καὶ τὸ τῶν ἔργων τῶν ἀναγκαίων ἀπεχομένους ζῆν καὶ περὶ συσσιτίων ὡσαύτως.* Quocum iure facit etiam Appuleius De habitud. doctrin. p. 198. ed. Elmh.: in hac equidem (Legum civitate) easdem puerorum nutricationes, easdem vult artium disciplinas. Quippe in utroque opere cives iubet per gymnasticam et musicam eo fere modo erudiri et institui, quo apud Athenienses factum esse constat. Verum enim vero quum philosophus in his omnibus plane sibi constiterit, tum nemo erit quin sua sponte videat, in Legibus necessario pro totius operis rationibus mutanda fuisse, quae de optimae civitatis magistratibus

ac principibus sanxerat. Nam hic quidem quum in locum vivae rationis, hoc est philosophorum imperantium, successerit muta legum ratio, profecto magistratuum, quos constituit, aliquanto aliter erudiendi fuerunt. Itaque hos quidem non iam vult ad philosophandi subtilitatem institui aut in idearum contemplatione habitare, quo possint civitatem ad tantam perfectionem educere, quantam maximam mente et cogitatione fingere liceat. Imo satis habet, si illi vim et praestantiam legum sapienter scriptarum recte percipiant perceptamque ita tueantur, ut sese legum servos esse recordantes in divinae illius sive Saturniae civitatis exemplar intueantur et pio sensu reverentes divinam iustitiam ipsi quoque iusti esse studeant. De qua re divine prorsus disputatur Libr. IV. p. 715. E sqq. Solos igitur civitatis custodes, quos extremo libro duodecimo informat, ita vult in philosophia versatos esse, ut virtutis ac boni et honesti, itemque rerum divinarum scientiam tantam teneant, quanta ad gubernandam civitatem et ad finem ei propositum recte cognoscendum iudicandumque necessaria sit. Nam Libr. XII. p. 965. A. eos vocat *τοὺς νῷ ἀπεικασμένους τῷ πολλὰ καὶ ἄξια λόγου διαφερόντως φρονεῖν*; et p. 965. A. B. de iisdem sic scribit: *τί δαί; περὶ πάντων τῶν σπουδαίων ἆρ' ἡμῖν ὁ αὐτὸς λόγος, ὅτι δεῖ τοὺς ὄντως φύλακας ἐσομένους τῶν νόμων ὄντως εἰδέναι τὰ περὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτῶν, καὶ λόγῳ τε ἱκανοὺς ἑρμηνεύειν εἶναι καὶ τοῖς ἔργοις ξυνακολουθεῖν, κρίνοντας τά τε καλῶς γιγνόμενα καὶ τὰ μὴ κατὰ φύσιν.* Quamquam in ambiguo relinquit, quando et quamdiu illi in harum rerum studiis continendi sint. Atque his ita expositis apertum esse putamus, quibus caussis ista omnia in Legibus eo quo diximus modo instituta sint et adornata. His autem perspectis neminem iam futurum esse speramus, quin ea item fateatur arctissimo vinculo cum Reipublicae decretis connexa esse atque colligata, ita ut utrumque opus amicissime conspirare existimandum sit.

Atque similiter etiam de aliis disciplinae publicae partibus iudicari oportet, quae pertinent ad communis vitae usum et consuetudinem, quaeque vulgo in Legibus putantur aliter plane atque in Republica descriptae esse. Enimvero sunt illae sane hic mul-

tum mutatae adeoque partim sublatae penitus. Sed ubi rem consideraveris accuratius, philosophum facile videbis decreta illa sua, quae in Republica sequutus est, neutiquam prodidisse, sed quantum per Legum rationem liceret, constantissime retinuisse. Nam ut taceamus de eo, quod in Legibus quoque commune civitatis singulorum civium studiis ac voluntatibus per omnia anteponitur, ita ut hi plane videantur legum servi esse et in maxima libertate civili item premi maxima servitute, quod ipsum etiam in Republica ita esse ostendimus Prolegg. ad Rempublicam; etiam singula pro utriusque civitatis rationibus egregie inter se consentire iudicanda sunt. Nam communio bonorum, quae in optima regnat civitate, etsi in Legibus omnino nulla est, siquidem agri inter cives aequalibus portionibus divisi sunt (Libr. V. p. 736. E. sqq.) atque adeo singuli praeter suam agri sortem bona aliqua possidere possunt (Ibid. p. 744.), tamen ex more Cretensium (Libr. VII. p. 847. E.) ita est institutum, ut omnibus fructibus et proventibus annuis in unum collatis publica civibus instruantur convivia (Libr. VIII. p. 847. E sqq. VI. p. 780. B. VII. p. 806. B.). In quo adeo aliqua discessio facta est ab Lycurgi instituto, quo quisque civium ad publica convivia de suo symbolas conferebat, id quod displicuit Aristoteli De Rep. II. 9. Mulierum autem communionem quod remotam videmus in Legibus, quandoquidem sua cuique uxor suaque familia est, atque adeo de nuptiis et matrimoniis severissimae sanciuntur leges (Libr. VI. p. 773. sqq. al.) licet hac in parte omnia ad communem vitae consuetudinem diligentius sint comparata, tamen quod philosophus in Republica censuit, mulieres ab contemtu isto et neglectione, in qua vulgo versabantur, aliquando vindicandas et in publicam vitae lucem educendas esse, idem etiam in Legibus tenuit et pro rerum conditione satis fortiter defendit, (v. De Rep. V. p. 455. coll. I. p. 637. C. Legg. VI. p. 781. A. 802. E. 804. E. 814. C.) stultissimum esse ratus, si mulieres, quamvis viris paullo infirmiores, non ad easdem atque illi exercitationes adhibeantur atque pari educationis et institutionis cura dignae habeantur, siquidem hoc neglecto eveniat, ut civitas pro dupla tantummodo

dimidia habeatur (Libr. VII. p. 805. A.). Itaque eas arceri quidem iubet ab illa licentia et protervitate, ob quam Lacaenae, corrupta pristina Spartanorum disciplina, extiterunt infames (Legg. I. p. 637. C. VII. p. 806. A. C. VII p. 814. A. B. coll. Reip. VIII. p. 548. B. ibique commentar.); sed easdem tamen e vitae domesticae tenebris in publicam lucem eduxit, quandoquidem eas ad convivia communia, a virorum conviviis seiuncta illa ac discreta, congregavit (Libr. VII. p. 806. E.), in palaestram vocavit (Libr. VII. p. 794. C. D. p. 813. D.), muneribus publicis, sexui huic accommodatis, ornavit (Libr. VI. p. 784. A. 786. B. sqq. VII. p. 794. B. sqq.), denique adeo urgente necessitate in aciem eduxit (Libr. VI. p. 785. B. VII. p. 814. A.), patriae opitulaturas. Accedunt alia, quae utrobique prorsus eadem sunt, ut quum quisque unum tantum negotium et opificium tractare iubetur, ne ex uno plures fiant, sicuti est De Rep. IV. p. 423. A. II. p. 370. A. B. 374. B. coll. Legg. VIII. p. 846. D. E. 847. A sqq. aut quum res domesticae ac privatae publice curandae et legibus regendae esse indicantur, v. VI. p. 780. al. aut numi aurei et argentei vetantur De Rep. III. p. 416. Legg. V. p. 742. Nec abhorret quod Libr. V. p. 744. E. 745. A sq. paupertati et opulentiae certi constituuntur termini, quo fit, ut certe aliquo modo non solum ad bonorum aequalitatem sed etiam ad eorum communionem quandam propius accedatur. Haec omnia igitur ita profecto sunt comparata, ut etiam in hac altera civitate facile agnoscamus Platonem, qui quae de his rebus in optima civitate sanxit, ea hic sapientissime temperavit sic, ut verae civitati eidemque in suo genere item optimae quam maxime convenire videantur.

Cap. X.

Agitur de fine civitati in Legibus conditae proposito. Disseritur simul de virtute ei propria omninoque de Platonica virtutis disciplina.

Verum nolumus, quae alia sunt huius generis, omnia ac singula persequi longius, quandoquidem vel

ex his apertum fore putamus, qua ratione ista accipienda et iudicanda sint. Transimus potius ad considerandum id, quod in Legibus docetur civitati tamquam summum et extremum propositum esse oportere. In quo si similem cum Republica rerum necessitudinem et coniunctionem deprehenderimus, atque hactenus invenimus, istud quoque iure quodam nostro videmur pro certissimo habere argumento sententiae nostrae, qua Legum opus neutiquam a Platonis doctrina et ratione abhorrere existimamus.

Et illud quidem iam inter omnes constare arbitramur, Platonem in libris De Republica civitati tamquam summum et extremum, ad quod omnia referri debeant, propositam putare virtutem, eamque non civilem illam vel politicam, qualem Sophistae maxime praedicabant, sed moralem, quam hodie vocant, quae efflorescit ex viribus animi iusta proportione temperatis et pro cuiusque dignitate excultis, atque absolvitur quattuor partibus principalibus, prudentia, iustitia, fortitudine, temperantia. Etenim quam singulis hominibus expetendam esse censuit virtutem, hoc est virium humanarum imprimisque mentis et animi perfectionem, eandem etiam toti civitati tamquam ultimum finem proponit; ad quem ut omnia dirigantur, gravissimum esse artis civilis munus arbitratur. Quocirca s a p i e n t i a m vindicavit praecipue ordini magistratuum; f o r t i t u d i n e m tribuit militibus et custodibus; t e m p e r a n t i a m porro statuit per omnia civium genera aequabiliter fusam esse oportere; i u s t i t i a m denique vult in eo positam esse, ut suum quisque munus obeat, quo universae civitatis virtus omnibus numeris suis absolvatur et quasi consummetur. Atque cum hac virtutis laude etiam reipublicae f e l i c i t a t e m arctissime coniunctam esse arbitratur, quam quidem non in opum et divitiarum magnitudine inesse statuit, sed potius in eo, ut cives rite ad virtutem instituantur atque conformentur. Inde enim etiam bonum illud nasci et exoriri putat, quod universae civitati sit maxime optabile ac sine quo salus ipsius consistere nequeat, ut tota respublica tamquam una fiat itemque concors sit et in se consentiens. Haec igitur Plato in Republica (Libr. IV. p. 427. C. — 434. C.) de supremo fine civitatis, quem voluit in una maxime

virtute coniunctaque cum ea felicitate positum esse. Quam quidem philosophi sententiam praeter alios doctissime illustraverunt Morgensternius Comment. De Plat. Republ. p. 164. sqq. et De Geerius De principiis politices Platonicae p. 143. sqq. 151. sqq. 156. sqq. quibuscum contendas etiam Prolegg. nostra ad Rempubl. Plat. Opp. Plat. Vol. III. P. 1. p. XXII. sqq.

Iam vero considerantibus nobis ea, quae de eodem loco in Legibus disputantur, etsi in singulis quibusdam partibus aliqua ab illis discessio facta est, tamen item omnia videntur ita esse exposita, ut quae in Republica perscripta leguntur, ea sedulo servata sint in altero opere et ad rem praesentem prudenter accommodata. Nam toti civitati propositam esse debere virtutem, eamque non unam aliquam, sed totam et integram, ex quattuor formis constantem, id vero identidem docetur luculentissime, veluti Libr. I. p. 630. E. sqq. — 632. E. II. p. 660. D. — 663. D. ubi simul evincitur honestum et iucundum esse unum idemque; Libr. III. p. 688. A. sqq. IV. p. 705. sqq. 715. B. sqq. V. p. 742. C.—E. VI. p. 770. B. sqq. VIII. p. 829. A. sqq. XII. p. 963. sqq. XII. p. 965. A. sqq. Felicitatem autem reipublicae ex una potissimum virtute suspensam esse neque in opibus, divitiis et potentia poni oportere, quum alibi breviter monetur, tum copiosius ostenditur Libr. IV. p. 705. E. p. 706. A. Quippe virtutem ubi respublica possidet propriam, ipsa etiam in se una est et consentiens, caretque iis malis omnibus, quibus premuntur aliae civitates, in quibus malae cupiditates et partium studia grassantur. Quum enim indigentia et utilitatis studium homines ad ineundam civilem societatem impulerit, tamen ad continendam tuendamque civitatis concordiam valet plurimum, si non modo leges ad virtutem spectent, sed etiam cives et magistratus virtutis amantes sint. De qua sententia v. Legg. III. p. 692. C. — 693. C. IV. p. 712. A. — 714. E. 716. A. sqq. V. p. 734. E. p. 739. D. ubi civitas dicitur perinde atque unus homo bene beateque vivere debere; IX. p. 875 A. VIII. p. 628. D. al. Itaque dubitari profecto nullo modo poterit, quin sicuti in Republica civitati dicitur virtus proposita esse tamquam id, quod summum atque ultimum sit,

ita etiam in Legibus omnia eodem referantur, tantumque abest, ut Plato hac in parte secum ipse dissentiat, ut in utroque opere, sicuti etiam in aliis libris fecit, eandem rationem constanter tueatur. Atque ex hac una maxime re iam illud quoque iudicari poterit, quibus caussis permotus philosophus legibus suis quum universis tum singulis prooemia addiderit; de qua re quam varie sit iudicatum, ostendimus in annot. ad Libr. IV. p. 716. 722. B. coll. IX. p. 850. A. Moralem enim voluit esse legumlationem suam, qualem maxime iudicavit ei civitati convenire, cui virtus esset proposita. Itaque non tantum vim legum adhibuit, quarum imperio cives parere cogerentur, sed usus etiam est persuasionis benevolentia atque consiliorum lenitate, quo una cum parendi necessitate etiam arbitrii libertas et bonis consiliis obsequendi voluntas existeret, unde virtutis laus atque dignitas suum sibi locum tueretur. Quo ipso effecit, ut civitatem humanam, quam tamquam exemplar quoddam mortalibus proposuit, propius adduxerit ad laudem et praestantiam optimae illius civitatis, quae ab humanae vitae conditionibus aliquanto longius distat, adeoque id est consecutus, ut quae in optima civitate unice probaverat, ea ne in secunda quidem republica, quam constituit, ut mera somnia damnavisse aut improbavisse iudicari possit.

Demonstratum est igitur hactenus, Platonem in condenda optima civitate, qualem revera oriri posse iudicavit, finem ultimum atque summum, qui ei sit propositus, pariter atque fecit in Republica, in virtute positum censuisse, ideoque etiam legibus suis addidisse virtutis et honestatis hortamenta. Sequitur iam, ut quaerendum sit de variarum virtutum rationibus in variis reipublicae partibus ac civium ordinibus illustribus. Et hic quidem statim a principio animadvertisse iuvabit idem prorsus observari licere, quod in simili caussa iam supra observavimus. Temperavit enim philosophus in hac quoque parte doctrinae suae admirabili ingenii sollertia quae optimae civitati propria adscripsit eo modo, ut ea, quantum per rem ipsam fieri potuit, ad alteram civitatem transtulerit nec vero temere deseruerit. Quod quidem ut ita faceret, in virtutis disciplina vel ideo fuit necessarium, quia ex secunda civitate ordinem recto-

rum philosophantium semovit in eiusque locum substituit eos magistratus, qui, quamvis sint prudentes atque artis civilis gnari, tamen philosophandi sublimitate perfectis sapientibus propria omnino carent. De qua re quo certius iudicari possit, repetamus rem paullo altius, atque de virtutis gradibus, quos philosophus statuit, data hac occasione ita disseramus, ut summam eorum referamus, quae in Programmate De gradibus virtutum secundum Platonem, nomine Scholae Thomanae edito Lipsiae 1844. 4. de hoc loco exposuimus.

Statuit igitur Plato omnino virtutis tamquam gradus aliquantum inter se diversos. Quod profecto nemo mirabitur, qui philosophum reputaverit, quantumvis summa sequenda statuisset, tamen item perspectum habuisse, quantis cum difficultatibus vel melioris naturae hominibus esset conflictandum, sicubi vellent ultra vulgarem sortem et conditionem vitae humanae emergere.

Itaque discrevit primum virtutem philosophorum propriam, quae esset perfectissima, a virtute populari et civili, cuius etiam magna multitudo particeps fieri posset, atque inter utramque tantumdem fere discriminis voluit intercedere, quantum interesset inter ἐπιστήμην, quam dixit, hoc est, aeternae veritatis cognitionem, atque *ὀρθὴν δόξαν*, sive probabilem rationem et rectam opinionem. Illam enim censuit unis fere tribui posse iis, in quorum animis vigeret perfectior quaedam boni scientia, quique mentem suam quasi defixam haberent in rerum divinarum contemplatione, ut amissam per terreni corporis cum animo coniunctionem aeternae veritatis intelligentiam redintegrarent et recordando instaurarent indeque tuendi interni animi concentus ad virtutem necessarii praesidium nanciscerentur. Enimvero quemadmodum sapiens Christianus quo certam aliquam constantemque vitae moderandae legem ac normam habeat pie in Deum intuetur eoque modo animum suum usque recenti quodam virtutis nutrimento imbuit atque reficit, ita secundum Platonem is, qui quam perfectissimae atque verissimae virtutis particeps futurus sit, in aeternae veritatis contemplatione usque debet versari atque inde animi sui excolendi et boni, veri atque pulcri amore re-

plendi assumere auxilia et adiumenta. Ex quo liquido apparet, esse hoc genus virtutis tam rarum, quam rara est perfecta sapientia. Quamobrem Plato illud unis proprium esse censuit philosophis, abiudicavit a magna plebis multitudine, utpote ab illa sapientiae sublimitate alieniore, sicuti ex Phaedon. p. 82. C sqq. Theaet. p. 173. C sqq. 176. B sqq. Reip. V. p. 473. B sqq. VI. p. 484 sqq. 485. B. aliisque locis intelligitur. Atque eandem ob caussam etiam nobilissimam illam edidit vocem, qua respublicas ita demum beatas fore pronuntiavit, si philosophos, hoc est, sapientes in veri boni et honesti contemplatione versantes et quid ad virtutem ac felicitatem civium conduceret plane perspectum habentes, rerum suarum rectores et gubernatores nanciscerentur; v. De Rep. V. p. 473. D. VI. in. p. 487. D. 499. C. 593. B. VII. p. 521. B. Politic. p. 294. A. Legg. XII. p. 965. A. sqq.

Iam vero ab hac tam excelsae et magnificae virtutis specie discrevit alterum virtutis genus illi veluti e regione positum, virtutem dico *δημοτικὴν καὶ πολιτικήν*, quam identidem ipse appellat. Quam si quaeris qualem informaverit, paucis respondere licebit. Censuit enim esse non aliam quam quae more et consuetudine, civili institutione et disciplina, denique usu et exercitatione contineretur, ideoque natura sua scientiae illius — *ἐπιστήμης* — laude careret, aut certe minime indigeret et in una probabili ratione subsisteret *). Ex quo perspicuum esse debet, cur eam, nisi paullatim ad maiorem escenderet scientiae

---

*) Dignum est observatione, a Platone profecisse Stoicos, qui officium voluerunt esse vel perfectum (*κατόρθωμα*), quod Cicero rectum interpretatur, vel commune sive medium (*καθῆκον*). Nam officia media s. communia illi teste Ciceron. De Offic. III. c. 4. censuerunt esse quasi secunda honesta, non sapientum modo propria, sed cum omni hominum genere communia. v. etiam De Fin. III. 17. Recta autem sive perfecta officia sunt, quae non cadunt nisi in hominem ex disciplina Stoica sapientem. v. etiam Cic. Offic. I. c. 3. Fugit haec doctrinae Stoicae cum Platonica necessitudo viros doctos adhuc omnes.

(ἐπιστήμης) dignitatem assumeretque sociam boni honestique cognitionem, ad philosophorum quidem virtutem comparatam, admodum parvi faciendam putaverit. Facile enim pervidit, coniunctam eam esse et posse et saepenumero solere cum illiberali et inhonesto commodorum et utilitatum studio atque adeo non raro virtutis verae speciem turpiter mentiri; de qua re eleganter copioseque disseritur Phaedon. p. 68. B. sqq. Quid quod nec dubitavit eos, qui illi uni studerent, in numerum τῶν φαύλων referre, utpote ἄνευ φιλοσοφίας καὶ νοῦ virtutis laudem appetentes. Nam ita graviter severeque statuit Phaedon. p. 82. A. sq. De Republ. X. p. 619. D. quibuscum locis omnino concordat quod Phaedon. p. 69. B. talem virtutem vocat ἀρετῆς σκιαγραφίαν. At enim vero licet Plato de hoc virtutis genere saepenumero non sine contemtu loquatur, quippe quod, si ad perfectae virtutis laudem et excellentiam comparetur, humilius sit, tamen illi per se spectato nequaquam laudem suam dignitatemque eripuit. Verissime enim vulgarium hominum turbam animadvertit vix umquam aliter nisi opinione et probabilitate, usu et consuetudine, institutione et disciplina, ad virtutis aliquam laudem pervenire posse, neque viros bonos et honestos vulgo in honestate colenda aliis duci rationibus; unde hanc talem adsuetudinem disciplina partam ad publicam privatamque salutem iudicavit esse utilissimam planeque necessariam. Quamobrem prorsus ex mente Platonis disputat Plotinus Enn. I. Libr. II. p. 26. ed. Creuzer.: *αἱ μὲν τοίνυν*, inquit, *πολιτικαὶ ἀρεταὶ κατακοσμοῦσι μὲν ὄντως καὶ ἀμείνους ποιοῦσιν, ὁρίζουσαι καὶ μετροῦσαι τὰς ἐπιθυμίας, καὶ ὅλως τὰ πάθη μετροῦσαι, καὶ ψευδεῖς δόξας ἀφαιροῦσαι τῷ ὅλως ἀμείνονι καὶ τῷ ὁρίσθαι, καὶ τῶν ἀμέτρων καὶ ἀορίστων ἔξω εἶναι, καὶ τὸ μεμετρημένον καὶ αὐταὶ ὁρισθεῖσαι, κ. τ. λ.* Atque haec quum Platonis de altero hoc genere virtutis sententia fuerit, certe neutiquam mirabimur, quod eos omnes praeclare mereri iudicavit, qui civitates suas bonis legibus temperarent eaque ratione homines ad morum honestatem et officiorum observantiam quam diligentissimam converterent. De qua sententia v. Sympos. p. 209. A. et D. coll. De Republ. VI. p. 500. D. VII. p. 518. D. Enim-

vero in magna felicitatis parte ponendum indicavit, si magna hominum multitudo et a philosophia aversa vel hac ratione ad honestatem recte studioseque colendam et exercendam consuefieret.

Sed praeter haec duo genera facile perspexit philosophus etiam tertium virtutis genus reperiri. Nam fieri etiam posse intellexit, ut quis quasi divinitus et naturae beneficio bonus evaderet. In quo duo spectari voluit, nativam ad virtutem indolem, et quasi quandam ingenii felicitatem, qua ita fieret, ut quis vim ipsi institutam opportuno tempore exprømeret et in agendo atque consultando quasi divino quodam instinctu patefaceret et ostentaret. Hac vero virtute qui sunt insignes, ii secundum eius sententiam propter incredibilem quandam alacritatem, celeritatem et felicitatem, qua reperiunt ac perficiunt laudabiliter quae alios penitus latuerunt, fere inscii videntur et quasi numine aliquo divino concitati ad recta et laudabilia consilia et facinora deferri. Quocirca eam philosophus dictitat *θείᾳ μοίρᾳ*, sorte divina, hominibus obtingere. Pertinet huc imprimis locus Menonis p. 94. E. usque ad p. 100. B. ubi viri laudabiliter in gerenda republica versati dicuntur *θείᾳ μοίρᾳ* boni et laudabiles extitisse; cum quo loco conferes utiliter etiam Menon. p. 99. D. Apolog. Socrat. p. 22. A. Ion. p. 534. A. B. C. p. 536. D. Pertinent huc item illa Legg. I. p. 642. C. ubi Megillus de Atheniensibus: *καί μοι νῦν*, inquit, *ἥ τε φωνὴ προςφιλὴς ὑμῶν, τό τε ὑπὸ πολλῶν λεγόμενον, ὡς ὅσοι Ἀθηναίων εἰσὶν ἀγαθοὶ διαφερόντως εἰσὶ τοιοῦτοι, δοκεῖ ἀληθέστατα λέγεσθαι· μόνοι γὰρ ἄνευ ἀνάγκης, αὐτοφυῶς, θείᾳ μοίρᾳ, ἀληθῶς καὶ οὔ τι πλαστῶς εἰσὶν ἀγαθοί.* quae Zellerus Stud. Platonn. p. 109 sq. male vellicat et ineptum libri auctorem arguere arbitratur, quoniam virtus, quae sorte divina hominibus contingat, nullo pacto potuerit cum laude commemorari. At enimvero quemadmodum virtus *δημώδης καὶ πολιτική* modo cum contemtu et irrisione, modo cum laude memoratur, prouti aut sola per se spectatur, aut virtuti cum scientia coniunctae e regione ponitur, ita etiam hoc genus virtutis, ubi comparatur ad virtutem ex scientia et cognitione boni et honesti oriundam, suggillatur subinde et contemnitur, quo scilicet rideantur

homines fastuosi ac superciliosi, illo mirum quantum superbientes, veluti Menon. l. c. ubi insuper idemtidem commonetur, esse illud mente et scientia destitutum, p. 99. C. D. E.; sin autem per se solum spectatur, tantum abest ut contemtione dignum existimetur, ut etiam habeatur maxime laudabile. Nempe eadem plane illius ratio est atque rectae opinionis. Quam etsi Plato ad scientiae firmitatem et constantiam comparatam parvi aestimavit, ut adeo De Republ. VI. p. 506. C. opiniones omnes, etiam praestantissimas, coecas atque turpes vocaverit, et Menon. p. 97. C. D. easdem propter inconstantiam et varietatem facete exploserit; tamen aliis locis eamdem iusta lance ponderavit, quippe in vita communi ratus non ubique scientiam, sed plerumque opinionem dominari, tantamque esse naturae humanae imbecillitatem, ut raro possit ad scientiae et cognitionis laudem eluctari. Itaque Politic. p. 309. C. divinam civium coniunctionem ait esse *τὴν τῶν καλῶν καὶ δικαίων πέρι καὶ ἀγαθῶν ὄντως οὖσαν ἀληθῆ δόξαν μετὰ βεβαιώσεως.* Men. p. 97. B. et 98. C. *καὶ γὰρ αἱ δόξαι αἱ ἀληθεῖς, ὅσον μὲν ἂν χρόνον παραμένωσι, καλὸν τὸ χρῆμα, καὶ πάντα τὰ ἀγαθὰ ἀπεργάζονται.* et: *οὐδὲν ἄρα ὀρθὴ δόξα ἐπιστήμης οὐδὲν χεῖρον οὐδὲ ἧττον ὠφελίμη ἔσται εἰς τὰς πράξεις.* Phaedon. p. 85. C. censet eum, qui ope divina destituatur, *τὸν γοῦν βέλτιστον τῶν ἀνθρωπίνων λόγων λαβόντα καὶ δυσελεγκτότατον ἐπὶ τούτου ὀχεῖσθαι κ. τ. λ.* ubi significat humanas opiniones. Legg. II. p. 653. A. bene cum eo actum dicit, cui vel seni prudentia et recta opinio obtigerit. Legg. III. p. 687. E. Verum mittamus alia. Quum igitur philosophus de rectis opinionibus senserit tam honorifice, quidni idem etiam praeclaram ingenii indolem atque felicitatem consiliorum factorumque inde oriundam pro beneficio divino gratus agnoverit? Enimvero quid ea de re senserit, id docent clarissime illa Reipubl. VI. p. 493. A. coll. 492. A. et 499. B. ubi generosam animi mentisque indolem arbitratur non posse aliter nisi *θείᾳ μοίρᾳ* salvam et incolumem manere; et Libr. II. p. 366. C. ubi *θεία φύσις* cum laude de praeclara naturae indole dicitur, ut taceamus de eo, quod etiam alia bona hominibus dicuntur *θείᾳ μοίρᾳ* vel *ὡς θεῖα*

obtingere, veluti Phaedon. p. 58. E. Protagor. p. 322. A. Phaedr. p. 244. C. Apolog. Socr. p. 33. C.

Sed revertamur aliquando illuc, unde paullisper digressi sumus. Vidimus igitur Platonem tria statuisse virtutis genera, unum proprium philosophorum, alterum civile et populare, tertium naturale et divina quadam ingenii felicitate contentum. Ex his igitur generibus quodnam tandem putabimus philosophum in Legum civitate maxime vigere voluisse? Enimvero quod tertio loco posuimus, id sponte apparet ex legumlatione nihil pendere; est enim munus divinum, quod nulla arte nullaque disciplina effici aut accelerari potest. Nisi forte putaveris ingenii divini felicitatem etiam vi extorqueri posse, ut hodie paedagogi quidam arbitrantur, mirifici sane virtutis artifices. Itaque istud quidem virtutis genus mittamus. Quaeritur autem de duobus reliquis, quae ambo certe in optima illa civitate reperiuntur. Atqui ne de his quidem magna esse potest dubitatio. Nam quum e Legum civitate summoti sint penitus principes illi philosophi, penes quos unos est perfecta sapientia, tum ne virtus quidem philosophorum propria in illa reperitur. Itaque omnia fere redeant necesse est ad unam solam virtutem civilem ac popularem, quippe communi hominum vitae unice convenientem. Atque hanc revera a Platone in Legibus unam fere exigi et commendari, id quum aliunde intelligatur, tum clarissime ex eo perspicitur, quod virtutum singularum vim naturamque in hoc opere non subtilius pervestigavit aut ad varias animi vires retulit, sicuti fecit in Republica, sed totam illam ad popularem rationem locis opportunis descripsit et informavit. Quamquam etiam hic satis sibi constitit, ut ne in singulis quidem virtutibus inter singulas totius reipublicae partes distribuendis multum ab ea ratione discesserit, quam ab ipso novimus in libris Politiae probatam esse.

Sed videamus aliquando, quales singulae virtutes ab eo in Legibus sint informatae et quomodo descriptae. Neque enim ea res negligenda videtur; ex cuius cognitione sane rectum de opere Platonico iudicium tanto magis pendet, quanto plus ad civitatis in eo conditae rationes iudicandas atque aestimandas

refert, ut morum doctrinam cognitam habeamus, cui illa tota denique innititur.

Et hic quidem nobis ante omnia oppugnanda est opinio criticorum, qui doctrinam de virtutibus in Legibus prope totam omissam esse conquesti sunt. Nam Z e l l e r u s quidem in Studiis Platon. p. 31. sqq. et in Histor. Philosoph. Graecc. Vol. II. p. 319. sqq. eam non solum plurimum differre ab iis iudicat, quae in Republica, Timaeo, Phaedro, aliis Platonis libris, de virtutum vi et natura exposita sint, verum etiam mancam et imperfectam esse arbitratur propterea, quod primariae virtutes, sapientia et iustitia, in hoc opere prope neglectae ac praetermissae videantur. Quin etiam eo progreditur, ut Histor. Philos. l. c. p. 320. contendat subtiliorem de virtutibus doctrinam consulto sperni atque reiici, colligens rem e loco Legg. I. p. 626. D. sqq. Et postremum quidem istud nunc mittamus, quod quale sit, postmodo sponte apparebit. Quod autem iudicavit in Legibus de una fortitudine et temperantia explicari, prudentiae et iustitiae rationem prope nullam duci, id certe fieri non poterit quin unicuique perquam mirum accidat, qui auctorem operis ipsum animadverterit Libr. I. p. 631. B. — 632. C. de quattuor virtutum vi et dignitate inter alia haec esse commentatum: *ὃ δὴ πρῶτον αὖ τῶν θείων ἡγεμονοῦν ἐστιν ἀγαθῶν, ἡ φρόνησις· δεύτερον δὲ μετὰ νοῦν σώφρων ψυχῆς ἕξις· ἐκ δὲ τούτων μετ' ἀνδρείας κραθέντων τρίτον ἂν εἴη δικαιοσύνη· τέταρτον δὲ ἀνδρεία. ταῦτα δὲ πάντα ἐκείνων ἔμπροσθεν τέτακται φύσει, καὶ δὴ καὶ τῷ νομοθέτῃ τακτέον οὕτω.* Quid enim? putabimusne eundem istum hominem, qui haec in fronte operis posuit, commissurum fuisse, ut prudentiam, quam principem omnium virtutum iudicavit, deinde nihil omnino curaret, iustitiam autem, quam e sapientia, temperantia et fortitudine in unam coniunctis nasci et prodire statuit, ideoque habuit pro consummata virtute, plane silentio transmitteret? Nimirum foret istud profecto summae argumentum perversitatis, quam si in Legum auctore iure animadvertere ac notare liceret, protenus confitendum foret, istum quidem hominem non esse Platonem, sed tenebrionem aliquem subabsurdum planeque inficetum. At enim vero ha-

bet sese res profecto multo aliter. Exponitur enim in Legibus utique de quattuor illis virtutibus pari elegantia atque gravitate. Quamquam id fit non ea ratione, ut alia atque alia virtus ordine deinceps illustretur, eaque disputatione absoluta ad legum scriptionem accedatur, sicuti optaverunt, qui Platoni nuper propemodum praescriptum iverunt, quemadmodum ipsi disputari vellent, sed potius ita, ut de virtutibus singulis seorsum locis plane diversis, data quasi rei opportunitate ac per occasionem, disseratur. Quod quanta cum sollertia ita institutum sit, infra ostendetur, quo loco de argumenti tractatione et arte disserendi in his libris adhibita peculiari opera disputabitur. Etenim de fortitudine quidem et temperantia duobus maxime libris prioribus agitur. Ad sapientiam autem vel prudentiam, posteaquam iam Libr. I. p. 631. C. sqq. breviter de ea monitum est, sermo defertur Libr. III. inde a p. 687. E. Denique etiam iustitia Libr. IV. p. 815. A. sqq. illustratur, ita quidem, ut etiam Libr. IX. p. 839. C. sqq. imprimisque p. 863. E. — 864. B. nonnulla adiiciantur, quae ad eius vim et naturam patefaciendam valeant. Itaque apparet quattuor virtutes primarias sane variis locis explicari atque illustrari.

Iam vero si quaeris, qualis tandem sit haec virtutis doctrina, fatendum quidem est, eam esse simpliciorem magisque popularem, quam quae in Republica traditur, siquidem virtus non ex variis animi facultatibus ut primitivis fontibus suis derivatur, sicuti quarto de Republica libro fieri meminimus. Verumtamen eandem illam a Platonis sententia alienam esse aut cum ea pugnare, id vero tanto minus licebit asseverare et contendere, quanto clarius certiusque demonstrari potest, quaecunque in ea singularia videantur, sapientissime primario scriptionis consilio convenienter immutata et correcta esse. Nam ut rem paucis comprehendam, proposuit philosophus in his libris descriptionem quasi quandam virtutis civilis et popularis, quam unam solam vidit populi multitudini esse convenientem, ideoque nec necessarium iudicavit cuiusque virtutis caussas subtilius investigare. Retulit potius, ut res ipsa postulabat, omnia fere ad τὴν ὀρθὴν δόξαν et ad sensum com-

munem, quippe ratus, subtiliorem rei disputationem et populi captum superare, et ab eo opere alienam esse, in quo maxime de virtutis exercitatione ad vitae communis usum et consuetudinem traducenda ageretur. Ac potuit profecto iure quodam suo supersedere accuratiore et subtiliore de natura virtutis disputatione, quum iam ex libris De Republica et aliunde constaret de ipsius sententia. Sed haec omnia quo facilius intelligantur planeque perspiciatur, quamobrem philosophus in singulis virtutibus describendis et informandis eo modo versatus sit, ut a scitis suis ac decretis, in Republica, Timaeo, Phaedro explicatis, aliquantum discesserit, age quid de singulis virtutibus earumque indole et natura in Legibus tradatur, tamquam in brevi conspectu ponamus.

Ordiri autem iuvat ab ea virtute, quam ipse principem et quasi reginam ceterarum omnium vocat, a s a p i e n t i a, quam Libr. I. p. 631. C. sqq. et Libr. III. p. 687. E. — 693. C. illustravit *). Et in Republica quidem s a p i e n t i a m, quam ibi vocat σοφίαν, sedem quasi suam censet habere in ea animi parte, quam τὸ λογιστικόν appellat, hoc est in mente, estque ibi munus eius hoc, ut inde tanquam ex aliqua arce prospiciat et cognoscat, quid tum singulis animi partibus, tum etiam universo animo conveniat aut bonum honestumque sit (Libr. IV. p. 442. C.). Quapropter eam, sicuti iam alio loco vidimus, in civitate attribuit magistratibus philosophis, quippe quibus cura totius civitatis eiusque administratio commissa est (Libr. IV. p. 428. E.), ita ut reliqua multitudo eorum imperio parere debeat. Cui sententiae sanequam coniunctissima sunt illa quae explicantur in Legibus. Quamquam hic omnia propius ad usum vitae referuntur, ita ut sapientia ne σοφίας quidem nomine insigniatur, semperque dicatur φρόνησις, quod nomen consulto delectum videtur, quo significetur prudentia et intelligentia, quatenus cernitur in ipso vitae usu atque actione. Conf. etiam Libr. I. p. 632. C. V. p. 710.

---

*) Mireris sane Z e l l e r u m Stud. Plat. p. 25. negantem ibi de sapientia disputari.

A. XII. p. 963. C. E. 964. B. 965. A. D. Nimirum audias hic Ciceron. Offic. I. 43, 153. Princeps omnium virtutum illa sapientia, quam σοφίαν Graeci vocant — prudentiam enim, quam Graeci φρόνησιν, aliam quandam intelligimus, quae est rerum expetendarum fugiendarumque scientia — illa autem sapientia, quam principem dixi, rerum est divinarum atque humanarum scientia. Disputat autem philosophus de ea Libr. I. p. 631. C. sqq. fere haec. „Duo sunt, inquit, bonorum genera, altera humana, divina altera. Et inter divina quidem principatum tenet sapientia (φρόνησις), quam deinde excipiunt virtutes reliquae. Iam vero humana bona quoniam ex divinis pendent, inter haec ipsa autem tamquam agmen ducit sapientia (φρόνησις), consequens est, ut legum conditor prudens atque sapiens hanc ipsam potissimum curare debeat omnesque leges suas ita scribere, ut per omnes ac singulas quam maxima regnet prudentia". Quo quidem loco notabile est, quod deinceps etiam brevis descriptio universae legumlationis exhibetur, qualem in Legum opere usque ad exitum libri duodecimi revera expositam et illustratam reperimus, ut dubitari profecto de veritate eorum, quae modo iudicavimus, nullo modo possit. Sed multo illustrior et ad cognoscendam τῆς φρονήσεως naturam uberior est locus Libr. III. p. 687. E. ubi qui leges publicas scribat, is iubetur πρὸς πᾶσαν μὲν (ἀρετὴν) βλέπειν, μάλιστα δὲ καὶ πρὸς πρώτην τὴν τῆς ξυμπάσης ἡγεμόνα ἀρετῆς, additis verbis: φρόνησις δὲ εἴη τοῦτο καὶ νοῦς καὶ δόξα μετ' ἔρωτός τε καὶ ἐπιθυμίας τούτοις ἑπομένης. in quibus notabis additum δόξα, quo simul recta opinio significatur. Enimvero est haec talis sapientia profecto eiusmodi, ut quum non assequatur τῆς ἐπιστήμης excellentiam, tum cum recta opinione sit coniunctissima. Sequitur enim probabilem rationem. Quamquam natura sua varios habet gradus, ut nunc propius ad mentis rationisque laudem attollatur, nunc se plane ad opinionis rectae modum demittat. Est autem universi loci sententia fere haec. Expetenda est, inquit orator, ante omnia virtus sapientiae (φρόνησις) tam singulis hominibus, quam universis civitatibus. Qua-

obrem decet legumlatorem ad huius normam omnia dirigere et componere, siquidem ea una in scribendis legibus praestantissima dux et moderatrix est. Neque caussa interitus rerumpublicarum aliunde magis est repetenda quam ab una maxime rerum gravissimarum ignoratione. Quae si quaerimus in quanam re cernatur, paucis respondere licebit. Posita enim illa in eo est, ut quis quod honestum bonumque esse videat, tamen non amplectatur, sed potius aversetur, ac vicissim, quod turpe et inhonestum iudicet esse, tamen expetat atque sequatur. Cuius rei caussa inest in rationis et cupiditatis discordia. Quocirca summa et extrema inscitia ibi locum habet, ubi animus rectis opinionibus, veris iudiciis, denique menti et rationi, cui uni debetur hominis universi imperium, ita adversatur, ut ei debitam recuset obedientiam. Est autem in civitate populi et plebis multitudo instar illius animi partis, quae habet sensus doloris et voluptatis, itemque appetitus et cupiditates. Ex quo intelligi debet maxima laborare inscitia eam civitatem, in qua populus non pareat legibus earumque ministris, hoc est, magistratibus. Hoc enim sicubi fit, idem malum accidit, quod animadvertimus locum habere, quum singuli homines rationis imperium detrectant. Quamobrem nec committendum est, ut civibus rationis imperio immorigeris respublica committatur. Imo illis, qui id, quod bonum est, et noverunt et sequuntur, etiamsi ceteroquin, ut in proverbio est, nec legere nec natare didicerint, civitatis salus ac felicitas unice committenda est. Nam animo secum ipso discordanti ne tantillum quidem sapientiae proprium esse potest, quoniam sapientia non in alia re nisi in pulcerrima animi concordia continetur; hanc autem qui possidet, is rationi paret atque obedit.

Haec igitur philosophus ipse de sapientia, quam φρόνησιν appellat. Quae qui vel leviter consideraverint, ii quid in Legibus de illa statuatur haud sane multum ambigent. Nam primum philosophus non quidem iam cogitavit de sublimi illa sapientia eorum, qui in rerum divinarum commentatione habitant perpetuo, at simile quiddam tamen posuit, siquidem intellexit eam sapientiam, quae cernatur in eo, ut quis bonum honestumque et intelligat et, repressa vi cu-

piditatis ac lubidinis, obsequens rectis opinionibus, veris iudiciis atque menti et rationi, constanter colat et exerceat, ita ut recti bonique scientia et agnitio etiam vita factisque exprimatur. Vult igitur philosophus hanc virtutem utique etiam ad opinionem et rationis probabilitatem referri. Nam huc pertinere arbitramur quod cum *φρονήσει* etiam *δόξαν* consociavit. Ac faciunt huc etiam illa de civitatis custodibus Libr. XII. p. 965. A. ubi eos vocat *τοὺς νῷ ἀπεικασμένους τῷ πολλὰ καὶ ἄξια λόγου διαφερόντως φρονεῖν.* et p. 966. B. *τί δαί; περὶ πάντων τῶν σπουδαίων ἆρ' ἡμῖν ὁ αὐτὸς λόγος, ὅτι δεῖ τοὺς ὄντως φύλακας ἐσομένους τῶν νόμων ὄντως εἰδέναι τὰ περὶ τὴν ἀλήθειαν αὐτῶν, καὶ λόγῳ τε ἱκανοὺς ἑρμηνεύειν εἶναι καὶ τοῖς ἔργοις ξυνακολουθεῖν, κρίνοντας τά τε καλῶς γιγνόμενα καὶ τὰ μὴ κατὰ φύσιν;* Deinde Plato eam pariter atque in Republica mentis rationisque imperio contineri vult, quamquam quatenus cum *τῷ λογιστικῷ* sit coniuncta, non indicavit, ratus nimirum id a populari rei expositione alienum esse. Denique illam statuit, sicuti reperiatur in singulis hominibus, quando mens atque ratio cupiditatum vim coërceat, ita in vera civitate locum habere, sicubi legum et idoneorum magistratuum auctoritas valeat; quod profecto egregie cum sententia illa in libris De Republica prodita concordat, qua eadem virtus principibus philosophis vindicatur et tamquam propria attribuitur. Nimirum hoc tantum in his discriminis intercedit, quod ibi de virtute sapientium, hic autem de virtute populari ac civili cogitare debemus. Verum satis haec de *φρονήσει*, quam philosophum vidimus pro consilii sui ratione aliter quidem quam in Republica informasse, nec tamen ita descripsisse, ut pristinam de ea sententiam abiecisse aut deseruisse existimandus sit.

Pergimus ad iustitiam, quam in Legum opere fere praetermissam esse conqueruntur. Eam vero constat in Republica ita definiri, ut dicatur cerni in perfecta singularum animi partium convenientia, qua unaquaeque suo ac proprio munere fungatur, quo denique consummata existat virtus, siquidem ita demum reliquae virtutes vim quasi suam atque robur accipiant possintque existere vere efficaces atque

potentes. Quamobrem eadem in civitate vigere putatur, si ordinum civilium inter ipsos invicem iusta consensio sit, quae quidem cernatur in eo, ut opifices, milites, principes et magistratus missis alienis negotiis munus quique suum religiose obeant; quo ipso denique totum reipublicae opus unum fieri et in se consentiens censetur. Enimvero sicuti in homine, ita etiam in civitate, per eam efficitur ordo quidam vitae atque omnium partium praestantissima convenientia; v. De Rep. IV. p. 433. B. sqq. 443. C. sqq. coll. Proleg. ad Remp. XXXI. sqq. Haec igitur in libris De Republica. Iam vero cum his non inutile erit contendisse quae de iustitia in Legibus exposita leguntur. Et primum quidem hic tenendum est, Libr. I. p. 631. C. iustitiam dici quasi efflorescere ex sapientiae (φρονήσεως) et temperantiae (σωφροσύνης) virtutibus cum fortitudine in unam consociatis, ita quidem, ut sapientiae primus, temperantiae secundus, iustitiae tertius, fortitudini autem quartus locus tribuendus esse iudicetur. Quae etiamsi prima specie cum iis, quae in Republica traduntur, parum convenire videantur, tamen, re accuratius considerata, maximam cum illis similitudinem et cognationem habere existimanda erunt. Etenim quod ibi iustitia dicitur ad omnes animi vires aequabiliter pertinere neque uni alicui esse propria; id in Legum loco, quem diximus, sic mutatum est, ut eadem illa cum reliquis tribus virtutibus dicatur coniunctissima esse. Quod quis est quin videat denique fere eodem redire? Nam sapientia quum ad τὸ λογιστικόν referatur, fortitudo autem τῷ ἐπιθυμητικῷ propria sit, consequens est, ut qui iustitiam censet ἐκ τούτων (φρονήσεως καὶ σωφροσύνης) μετ' ἀνδρείας κραθέντων εἶναι, *ex sapientia et temperantia cum fortitudine temperatis existere*, idem illam existimet similiter, atque alter ille statuit, natura sua comparatam esse. Apertum est autem rem in Legibus isto modo ideo exponi et illustrari, quia in hoc opere virtutis natura declaratur simplicius neque ad animi vires tamquam principium suum revocatur. Quocirca fieri non potuit quin una tantum iustitiae cognatio et coniunctio cum ceteris virtutibus commemoraretur. Nec vero mirandum est, quod iustitiae tertius demum locus conceditur, quum tamen sit omnis virtu-

tis quasi perfectio quaedam et absolutio. Nam quum sapientia sit quasi dux et magistra virtutum omnium reliquarum, quandoquidem virtus nulla mentis scientia et intelligentia carere potest, sicuti docemur etiam aliis locis, de quibus v. Prolegg. ad Lachet. et Charmidem, huic apparet quovis pacto primum locum fuisse assignandum. Iam vero oritur iustitia coniuncta demum sapientia et temperantia et in unum conflata; ex quo consequitur, ut certe nec temperantiae antecedat. Quod autem fortitudini anteponitur, attendendum est ad istud μετ' ἀνδρείας, quo orator utitur. Eo enim significatur, ad sapientiae et temperantiae coniunctionem, qua una maxime vis iustitiae contineatur, fortitudinem veluti extrinsecus accedere. Atque huic ut iustitia postponatur, eo minus potest fieri, quod intelligitur ibi sola fere fortitudo bellica, de qua una usque ad illum locum praecipue disputatum fuit. Sed haec quidem de loco Legum, quem antea indicavimus. Accedimus ad alterum, multo illum graviorem atque illustriorem, quippe qui ita comparatus est, ut Plato eo existimandus sit iustitiam voluisse plenius illustrare eiusque vim et naturam clarius patefacere. Est is Libr. IV. p. 713. A. sqq. ubi elegantissime ostenditur, quinam animorum sensus per omnes civium ordines atque singulas reipublicae partes regnare debeant, siquidem futurum sit, ut stabilis atque beata fiat civitas. Ibi vero primum monentur principes atque omnes ii, penes quos sit summa rerum potestas, in constituenda gubernandaque republica nihil ipsis studiosius esse agendum, quam ut repressis pravis cupiditatibus atque partium studiis iussa rationis atque leges prudenter latas pie revereantur, adeoque iubentur perpetuo intueri tamquam optimae civitatum gubernationis exemplum regnum Saturnium, quo vigente divini genii, tamquam radii quidam divinae rationis, omnia rexerint et gubernaverint. Hi enim quum perpetuo coluerint pacem, verecundiam, bonas leges, denique iustitiam; factum esse, ut, obstructis discordiarum ac pravorum studiorum fontibus, mortalibus maxima obtingeret felicitas ac beatitas. Iam vero quum vel praestantissima quae inter homines vigeat respublica nihil aliud esse videatur nisi regni illius tamquam umbra et imitatio quaedam, principes et

magistratus, qui nunc sint, id studere oportere iudicatur, ut omni ope vitam illam, quae olim Saturno regnante fuisse perhibeatur, in gubernandis civitatibus suis imitentur, ideoque id, quod in nobis insit immortale, sedulo respectent et sequantur, leges (*νόμους*) esse putantes revera *νοῦ διανομήν*, hoc est mentis et rationis quasi quandam distributionem. Quo quidem loco facile est animadvertere, quidnam illud sit, in quo magistratuum iustitia ponatur. Cernitur enim in eo, ut imperantes cupiditates suas rationis atque legum imperio coerceant, legesque sapienter scriptas tamquam rationis iussa religiose colant ac tueantur, quo recte suo munere fungentes civitatis et felicitatem et perpetuitatem adiuvent ac sustentent. In quo quidem negotio suo quod iubentur in Saturniam illam civitatem tamquam divinum quoddam verae civitatis exemplar intueri, ad cuius similitudinem eas, quibus ipsi praesint, respublicas regere et componere conducibile sit, est profecto id ipsum quoque tale, ut in eo opere, in quo non de perfectae civitatis specie et imagine, qua meliorem animo fingi et cogitari non liceat, agitur, sed disputatur de republica ad illius quidem similitudinem comparata, veruntamen vitae mortalium communi accommodata, scite ac prudenter positum videatur. Nam quantum auctoritatis in optima civitate habent sapientes principes et magistratus, qui vivae quasi sapientiae instar sunt ideoque nullis legum vinculis constringendi iudicantur, tantum in vera republica tribuitur legibus, utpote ex perfectae rationis fonte ductis atque derivatis. Et sicuti perfecti illi sapientes iubentur indefesso studio contemplari aeternas sapientiae, bonitatis et iustitiae species ac formas maximeque boni ideam, quo possint quum suas ipsorum mentes et animos, tum civium reliquorum vitam ad earum rationem conformare eoque totam civitatem, quam gubernent, facere et servare quam beatissimam (de qua re v. Reip. VI. p. 500. D. sqq.); ita hic ii, qui gubernaculum reipublicae tenent, monentur et gravi cohortatione incitantur, ut in beatum illud perfectumque Saturni regnum tamquam perfectae rerumpublicarum gubernationis exemplum intueantur, meminerintque semper, leges quid sint et quorsum tendant. Enimvero quantumvis alterius huius civi-

tatis rectores et magistratus perfectis illis sapientibus, in Republica publice constitutis, recti intelligentia et veri cognitione aliquantum cedant, tamen illud regni Saturnii exemplum ad quid ipsos exhortetur et impellat, utcunque intelligere posse existimandi sunt. Sed quum haec, quae de imperantium studiis ibi disseruntur, ad aperiendam iustitiae vim egregie prorsus sint comparata, tum non minus ad eam illustrandam valent, quae deinceps inde a. p. 716. A. de iis officiis exponuntur, quae civibus omnibus in colendis observandisque legibus obeunda sint. Fingit enim Atheniensis, qui loquens inducitur, cives omnes, quibus novae leges sint promulgandae, praesentes adesse, eosque gravissima oratione compellat fere sic: Deus, inquit, sicuti antiqua fama fert, principium et finem et medium rerum omnium tenens, rectâ semper pergit, secundum naturam in orbem lustrans omnia; huic vero semper comes adest Iustitia, eorum, qui a divina lege desciscunt, ultrix; quam quidem sectans, quicunque beatus futurus est, comitatur summissus ac modestus. Sin autem quispiam, elatus superbia, quod vel pecunia vel honoribus vel corporis formositate gloriari possit, prae iuvenili protervitate simul atque dementia insolenter animo exardescit, quasi nullo duce indigeat sed aliis etiam dux esse possit, ille a Deo relinquitur orbus ac solus, relictus autem atque alios adhuc sibi similes sectatus petulanter exultat omnia miscens et conturbans; et multis quidem tum videri solet **aliquid** esse (magnae dignitatis et auctoritatis esse); at non ita multo post poenam subit perquam gravem, siquidem et semet ipsum, et domum suam, et civitatem deiicit et evertit. Haec igitur est oratio ad cives conversa, qua illi ad colendam iustitiam verbis gravissimis et magnificentissimis excitantur atque impelluntur. Quod quidem apertum est eo modo fieri, ut iubeantur Deum tamquam consummatae virtutis imprimisque perfectae iustitiae exemplum spectare, atque officium legum colendarum et observan-

darum sic admoneantur, ut simul quae petulantes ac protervos legum contemtores maneant poenae, comperiant. Itaque civium quoque iustitia ponitur in pia quadam legum reverentia et observantia, quae sit cum propriarum lubidinum moderatione atque sapientia consociata. Cui opponitur divina iustitia tamquam iniustorum facinorum ultrix et vindex severissima, ut ne de hac quidem quidquam dubitationis relinquatur. Atque his addantur etiam quae Legg. VI. p. 757. B. C., loco illustri, leguntur, ubi iustitia in eo ponitur, ut suum cuique tribuatur pro dignitate, sicuti fit etiam Gorg. p. 508. C. et Reip. I. al. Considerantes vero haec omnia et quasi in unum colligentes certe nullo modo dubitare poterimus, quin iustitia in Legibus intelligatur sapiens et cum temperantia coniuncta reverentia atque observantia legum publicarum, qua fit, ut iis debitum praestetur obsequium, atque omnes, qui reipublicae communitate continentur, tam magistratus, quam cives, rite suis fungantur officiis. Quae quidem iustitiae definitio etsi primo adspectu a Reipublicae ratione plurimum discrepare videtur, tamen maximam profecto refert cum illa similitudinem, modo meminerimus, etiam hanc partem doctrinae de virtutibus prorsus accommodatam esse Legum argumento et consilio. Etenim iustitia quum omnino in eo consistat, ut quisque, missis alienis, faciat quod sui muneris est, idque in Republica ad animi vires et civium ordines transferatur, qui rationis imperio convenienter sua munia obire debeant; tum in Legibus, quamquam omittitur subtilior illa de viribus animi disputatio, tamen magistratus atque cives certe nihil monentur aliud, habita quidem reipublicae et communis societatis ratione. Nam exigitur ab iis hoc, ut utrique, missis pravis cupiditatibus, sua impleant officia, idque faciant legibus colendis et observandis, iustitiae divinae memores. Quod quid tandem aliud est quam illud ipsum *τὰ ἑαυτοῦ πράττειν*, ita quidem, ut pareatur rationi, cuius partes legibus publicis demandatae sunt? Itaque arctius quidem in Legibus iustitiae notio est circumscripta et ad unam maxime legum observantiam tuendamque communem societatem revocata, id quod plane est consentaneum civilis ac popularis virtutis rationibus; neutiquam

vero ita definita est, ut quod de ea traditur, cum doctrina Platonis in aliis scriptis *) exposita adversa fronte pugnare iudicandum sit, praesertim quum illa etiam sic informetur, ut in ea insit denique commune omnium reipublicae partium vinculum totiusque legumlationis absolutio, adeoque Libr. I. p. 629. E. sqq. perfecta virtus dicatur.

Sed satis haec de iustitia. Licebit nunc transire ad tertiam et quartam virtutem, quae est temperantia (σωφροσύνη) et fortitudo (ἀνδρεία). Et fortitudo quidem, si Rempublicam Platonis consulimus, cernitur in eo, ut iracunda animi pars (τὸ θυμικόν) rationi opituletur eiusque praecepta, quantumvis dura et gravia, tam in rebus adversis quam in iucundis, strenue constanterque observet, defendat, tueatur. Quapropter haec virtus ordini militum sive custodum tribuitur, quorum est magistratuum iussa defendere ac sustentare; v. De Rep. IV. p. 442. B. coll. 429. et 430. Temperantia vero locum habet, quum etiam cupiditas obtemperat rationi, eoque omnium animi virium efficitur consensio quaedam, ut ne alia alii adversetur; omnibus communiter rationi parentibus. Quamobrem ea in civitate non peculiari alicui ordini propria est, sed per omnia aequabiliter diffunditur civium genera; v. De Rep. IV. p. 432. A. sqq. 442. C. sqq. Imprimis tamen ipsam militibus et opificibus convenire consentaneum est; v. De Rep. IV. p. 430. Iam vero in Legibus si quaeris quid de his virtutibus doceatur, responsionem in promtu habemus. Nam fortitudo ab initio quidem ex vulgari opinione refertur unice fere ad constantiam in suscipiendis ac tolerandis rebus gra-

---

*) Aristoteles quid senserit de iustitia, perspicias ex Ethic. ad Nicom. Libr. V. c. 1 — 7. Nam in Politicis de ea non disputat propterea, opinor, quod de eadem quattuor libros scripserat; v. Diogen. Laërt. V. 22. Vult autem iustitiam, si genus ipsius spectetur, esse perfectionem virtutis in convictu cum aliis hominibus conspicuam atque communi societati eiusque legibus consentaneam. Angustiore autem sensu intelligit eam virtutem, quae cuique debitum honorem, potestatem, bonorum possessionem, alia similia, tribuit et una maxime aequalitate continetur. Quae quam prope ad decreta Platonis accedant, nemo est quin sponte animadvertat.

vibus atque formidolosis, estque maxime bellica, qualis vigebat praecipue apud Cretes et Lacedaemonios. v. Libr. I. init. Quocirca ea Libr. I. p. 630. E. et 631. A. vilissima pars totius virtutis appellatur atque Libr. XII. p. 963. E. animus fortis iudicatur etiam sine ratione atque solo naturae instinctu existere posse. Temperantia autem ponitur in prudenti affectuum et cupiditatum moderatione; quamquam fieri item potest, ut ea nativa quadam ingenii animique indole hominibus obtingat, de qua re v. Libr. IV. p. 710. A. coll. V. p. 733. E. ac de natura temperantiae imprimis quae inde a. p. 635. E. Libr. I. disseruntur. Nimirum hanc fuisse vulgarem fere de his virtutibus earumque indole ac natura sententiam, liquido apparet ex Phaedon. p. 82. C. et clarius etiam p. 68. C. *οὐκοῦν καὶ ἡ σωφροσύνη, ἣν καὶ οἱ πολλοὶ ὀνομάζουσι σωφροσύνην, τὸ περὶ τὰς ἐπιθυμίας μὴ ἐπτοῆσθαι, ἀλλ' ὀλιγώρως ἔχειν καὶ κοσμίως, ἆρ' οὐ τούτοις μόνοις προςήκει τοῖς μάλιστα τοῦ σώματος ὀλιγωροῦσί τε καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ ζῶσιν; — Εἰ γὰρ ἐθέλεις ἐννοῆσαί τήν γε τῶν ἄλλων ἀνδρείαν τε καὶ σωφροσύνην, δόξει σοι εἶναι ἄτοπος — ὅτι τὸν θάνατον ἡγοῦνται πάντες οἱ ἄλλοι τῶν μεγάλων κακῶν εἶναι. Οὐκοῦν φόβῳ μειζόνων κακῶν ὑπομένουσιν αὐτῶν οἱ ἀνδρεῖοι τὸν θάνατον, ὅταν ὑπομένωσιν*, et quae sunt reliqua; nam pertinet huc universus locus usque ad p. 69. C. quem nolumus totum huc transscribere. Legg. IV. p. 710. A. *σωφροσύνην μοι δοκεῖ φράζειν, ὦ Μέγιλλε, δεῖν εἶναι τὴν ξυνεπομένην ὁ ξένος· ἦ γάρ; ΑΘ. Τὴν δημώδη γε, ὦ Κλεινία, καὶ οὐχ ἥν τις σεμνύνων ἂν λέγοι, φρόνησιν προςαναγκάζων εἶναι τὸ σωφρονεῖν.* Nec vero obscurum est, cur philosophus hic vulgarem istam temperantiam ac fortitudinem informaverit ac descripserit. Agitur enim in Legibus, quod hic quoque meminisse iuvabit, de veris civitatibus, quandoquidem ab initio libri primum suscipitur disputatio de legibus et institutis Cretum et Lacedaemoniorum, ostenditurque, eas ad unam maxime fortitudinem comparatas esse, quae certe non alia est quam bellica. Huic fortitudini vero exeunte fere libro primo opponitur temperantia, quae effici posse videatur institutis quibusdam Atheniensium, ut manifestum sit, hic quoque de vulgari fere temperantia

cogitari. Quamquam de hac quidem aliquid ambiguitatis relinquitur. At enim vero licet hanc proponi fortitudinis et temperantiae descriptionem nemo quisquam infitietur, tamen multum fallatur, si quis philosophum existimet has virtutes ita informatas simpliciter probavisse et in civitate sua unice regnare voluisse. Quod miramur Zellero accidisse Studior. Plat. p. 35 sq. et Histor. Philos. Graec. Vol. II. p. 319. sq. Etenim bellicam quidem illam fortitudinem Plato ipse inde a p. 626. B sqq. copiosissime docet per se tam mancam esse atque imperfectam, ut neutiquam credibile esse contendat legum Spartanorum et Lacedaemoniorum auctores illam unam ob oculos habuisse. Quocirca deinceps disputat, esse eam nihil nisi particulam quandam universae fortitudinis, quippe quae, si tota sit atque integra, etiam eo pertinere debeat, ut internos quum reipublicae tum ipsius cuiusque animi hostes vincere ac superare possimus, quo intus in ipsis tranquillitas et concordia vel restituatur vel conservetur; hoc enim tanto pluris esse faciendum, quanto praestantiora ista bona sint, quum contra bellum in maximis malis sint ducendum v. p. 627. C.—628. D. Itaque philosophus fortitudinem utique voluit multo patere latius, quam fere existiment, qui illam velint ad unam laborum patientiam et bellicam laudem comparatam esse. Quod ne quis dubitet, comparentur etiam illa p. 634. D. sqq. — 635. E. ubi apud Spartanos et Cretenses iudicatur ad doloris quidem ac timoris moderationem multa esse praeclare instituta, sed ad alteram partem fortitudinis, quae multo sit laudabilior ac praestantior, quaeque in depugnandis ac vincendis voluptatibus cernatur, nihil similiter esse comparatum. Quibus quidem verbis quid tandem aliud significari putabimus, nisi hoc, fortitudinem in eo maxime consistere, ut strenue constanterque adversus cupiditates, quae sint virtutis hostes acerrimi, pugnemus eoque ipso meliori nostri parti, hoc est rationi, opitulemur? Hoc autem si vere a nobis est animadversum, quis est quin continuo largiatur, hanc fortitudinis notionem non modo consentaneam esse iis, quae in Lachete p. 192. sqq. 194. sqq. 196. sqq. 198. disseruntur, sed etiam planissime convenire cum iis, quae in Republica explicata sunt? Nimi-

rum hic quoque fatendum est, nihil fere ab istis discedi nisi in hoc uno, quod fortitudinis vis et natura non ex animi mentisque natura explicatur, sed populariter et ad vulgarem hominum sententiam accommodate illustratur. Nec vero aliter sentimus de temperantia, de qua fusius disseritur inde a Libr. I. p. 635. E. sqq. Quae quum primo adspectu non alia nisi vulgaris illa videatur esse, quae aut ex nativa ingenii indole sua sponte nascitur aut coecae cuidam consuetudini accepta refertur, quandoquidem e regione ponitur bellicae fortitudini; tamen, quominus de ea ita sentiamus, vel illa prohibent, quae, priusquam ad eam perventum est, de omnium virtutum coniunctione ad bonae legumlationis laudem breviter quidem, sed ad rem ipsam aptissime disseruntur. Nam illo ipso loco, quo de bellica fortitudine disputatur sic, ut quam parvi ea per se sola aestimanda sit, copiosiore sermone ostendatur, p. 629. fere haec interponuntur, quae philosophus fortasse etiam uberius erat expositurus, si totum opus denuo lustrare ac perpolire ipsi per fata licuisset. „Est sane, inquit, fortitudo plurimi facienda, si adiunctam sibi habeat iustitiam, temperantiam et sapientiam, sine quibus virtutibus nemo unquam poterit esse fidus, constans et incorruptus. Consummata autem virtus perfecta iustitia est, quam intelligit Theognis fidem dicens, ad quam nulla ex parte comparanda est, quam laudibus celebravit Tyrtaeus, fortitudo bellica. Itaque sapientissimi quique legum conditores etiam integram virtutem atque totam respexisse videntur, non unam aliquam virtutis particulam, atque legum virtus maxima in eo cernitur, ut quae civitas ipsis utatur, eam felicem beatamque efficiant et omni bonorum tam divinorum quam humanorum genere ornent atque cumulent. Et inter divina quidem bona principatum tenet sapientia (φρόνησις), cui tanquam secunda subsequitur temperantia: tertium vero locum sibi vindicat iustitia, quae efficitur, ubi sapientia et temperantia in unum coniunctae sunt, accedente etiam fortitudine. Nam per se spectata et a reliquis virtutibus seiuncta fortitudo quartum demum locum tenere existimanda est." Enimvero haec qui legerint paullo attentius, ii certe minime dubi-

tabunt, quin Plato temperantiam istam vulgarem, quae a reliqua virtute seiuncta vagetur, neque ducem ac moderatricem habeat sapientiam, minime probaverit. Sed quum id vel ex hoc loco satis clare appareat, tum etiam alia sunt, unde quid rei sit, certius colligas. Nam Libro I. p. 642. E. sq. ubi transitur ad disciplinam, qua cives ad temperantiam et humanitatem conformandi sint, fere haec disputantur. „Bonum, inquit, Atheniensis, eum demum recte appellabimus, qui sibimet ipse imperare didicerit. Sed hoc ipsum quidnam sit aut quale dicatur, imagine aliqua declarasse iuvabit. Habet enim quisque homo intus in se inclusos duo consiliarios eosque plurimum saepe inter sese discordantes, voluptatem ac dolorem. Ad hos vero accedit ratio (λογισμός), quae, quid melius sit quidve deterius, prudenter deliberat. Cuius quidem decretum, si commune civitatis factum est, lex appellatur. Itaque homo aptissime comparabitur artificiosae alicui machinae, quae variis ac diversis trahitur funiculis, quaeque, si tractum rationis sequitur, virtutis tenet laudem, sin regitur a cupiditate, ad pravitatem delabitur.“ Quae certe manifestum est ad temperantiam potissimum referenda esse. Quis est autem, quin protenus videat, eam non iam vulgarem istam intelligi, sed potius eam, quae, si non cum ratione, at certe cum ratiocinatione ac probabilitate sit coniuncta? Nimirum humilem illam temperantiam, quae vulgo iactata est, aliquanto altius extulit philosophus fecitque multo laudabiliorem, utpote rationis ope nixam ac sustentatam. Huc accedit denique, quod temperantia in Legibus nostris tamquam est omnium virtutum reliquarum praesidium ac fundamentum. Nam sive fortitudinem spectamus, cernitur melior ipsius pars in debellandis ac superandis cupiditatibus, quod ipsum quodammodo etiam munus temperantiae est. Sive respicimus sapientiam, consistere ea non potest, nisi coërcitis cupiditatibus ac lubidinibus recto mentis iudicio et veris opinionibus obtemperatur, quod ipsum quoque est eiusmodi, ut temperantiae ope indigeat. Sive denique ipsam iustitiam contemplamur, qualem antea adumbravimus, ne haec quidem recte coli et exerceri ullo modo potest, nisi a civibus pariter atque a magistratibus malae cupiditates atque studia

reprimantur et cohibeantur. Nimirum est haec virtus, si rem accurate aestimamus, denique nihil aliud, nisi mentis animique sanitas quaedam, quae corporis sanitati longe est simillima eique veluti ex altera parte respondet. Cernitur autem in eo, ut animi viribus recte temperatis sedatisque perturbationibus adsit quasi quidam ornatus vitae et studiorum cum ratione rectaque boni intelligentia consensio. Hinc igitur sine ea nullum omnino virtutis studium potest consistere, recteque iudicatur esse civilis maxime virtutis initium et fundamentum, quemadmodum virtutis perfectio et absolutio in iustitia ponitur. Hinc una cum fortitudine omnium civium communis atque propria esse debere existimatur. Hinc denique etiam ea esse iudicatur, ad quam alendam et nutriendam disciplinae et institutionis publicae ratio imprimis accommodata esse ac spectare debeat, sicuti Libr. I. p 645. C. sqq. II. p. 655. B. C. non sine caussa admonemur. conf. Charm. p. 171. et 174. De Rep. IV. p. 430.

Atque haec quidem de virtutis doctrina in Legibus explicata, quam satis nunc apparere arbitramur talem esse, ut philosophus eam existimandus sit, servatis subtilioris rationis in aliis scriptis expositae fundamentis, huius operis argumento et consilio accommodate populariter tractavisse et secundae civitatis suae rationibus adaptavisse. Nec vero iam obscurum fore putamus, quibusnam civitatis partibus iam singulas virtutes proprias esse voluerit. Nam sapientiam quidem, quam in Republica tribuit philosophis magistratibus, in Legum libris sine dubio in legibus optimis inesse statuit utpote perfectae rationis vicariis, quandoquidem hic magistratibus prudentiam tantummodo civilem adscripsit, ut ne nocturni quidem conventus sociis subtiliore dialectica opus esse arbitretur, quam quae ad tuendam legum auctoritatem et perpetuitatem et ad cognoscendum totius reipublicae finem in virtute ac felicitate positum requiratur. De quo v. Libr. I. p. 632. C. ubi legum auctor iubetur postremo constituere *φύλακας τοὺς μὲν διὰ φρονήσεως, τοὺς δὲ δι' ἀληθοῦς δόξης ἰόντας.* Libr. XII. p. 951. D. sqq. 960. B. 961. C. sqq. 964. D. 965. B. sqq. 969. D. Porro fortitudinem ac temperantiam omnibus civibus vult esse

communem; id quod egregie convenit cum Reip. IV. p. 430. ubi militibus eximie fortitudo, civibus omnibus vero atque cunctis temperantia propria esse iudicatur. Etenim cives secundariae reipublicae simul eas partes sustinent, quae in optima civitate ordini militum vel custodum sunt impositae. Denique iustitiam si quaeris ubinam in altera civitate reperiamus, cernitur illa neutiquam in una virtute iudiciali, sed inest potius in pia illa et religiosa erga leges reverentia cum iustitiae divinae veneratione coniuncta, qua civium et magistratuum omnium animi perfusi esse debent, sicuti praeclare docetur loco Libr. IV. p. 713. A. sqq. quaque una omnes partes firmissime continentur. Ex quibus omnibus certe perspicuum erit, quanta hoc quoque nomine in magna quadam discrepantia Legum cum Republica sit convenientia.

Cap. XI.

De religione et cultu deorum secundum Leges Platonis. Ostenditur simul philosopho iniuria tributam esse duplicem animam mundanam, bonam alteram, alteram malam.

Cohaeret vero cum hac virtutis disciplina, quam examinavimus, arctissime aliud quid, de quo hoc statim loco iuvabit exposuisse, quandoquidem rectum de eo iudicium fere iisdem ex caussis et rationibus suspenditur, unde virtutis doctrinam pendere intelleximus, dicimus religionem cultumque deorum. Quem quidem locum quod philosophus in Legum opere saepissime attigit copiosiusque quam alibi factum est exornavit, etsi nuperis criticis, veluti Zellero Stud. Platonn. p. 44. sqq., perquam mirum accidit, quippe qui a Platonis ingenio alienum putaverint, quod per hos libros insolentior quaedam pietatis religiosae reverentia ostentetur, tamen nos quidem iustissimam eius rei caussam fuisse arbitramur. Facile enim Plato pro ingenii sui mentisque acumine pervidit, potentissimum securitatis ac salutis commu-

nis firmamentum ac praesidium in civitatibus, quales vulgo essent, religionem, pietatem, cultumque deorum esse, quod quidem eo certius sibi persuasit, quod nullam usquam rempublicam repererat, cuius instituta non arctissime cum religionibus atque sacris continerentur. Quocirca nec eam civitatem, quam ad vitae quotidianae similitudinem composuit, vacare religione et pietate ullo modo voluit. Conf. Libr. V. p. 747. E. IV. 712. B. IX. p. 854 A. sqq. 927. A. al. et quae accuratissime de sacris et sacerdotiis Libr. VI. p. 759. sqq. praecipiuntur. Enimvero caussa huius iudicii quaenam fuerit, facile licet coniectura assequi. Virtus enim civilis et popularis, qualem in hac civitate sua regnare debere statuit, quum maximam certe partem careat luce scientiae illius (ἐπιστήμης), a qua virtutem sapientium proficisci censuit, eandem illam quo aliquid roboris atque praesidii nancisceretur extrinsecus, necessario cum pia reverentia erga deos atque res divinas coniunctam esse oportere iudicavit. Quod etsi non disertis verbis declaravit, tamen satis clare significavit iis locis, in quibus pietatis hortamenta reperiuntur atque detestabilis impietas eorum notatur, qui divinam naturam ac providentiam tollere conentur aut deos precibus ac muneribus corrumpi posse existiment. Quam in rem lectu digna sunt quae disseruntur Libr. IV. p. 713. sqq. coll. II. p. 653. C. sqq. 664. C. — 665. B. III. p. 691. D. sqq. IV. p. 718. B. VIII. p. 835. D. E. et toto fere Libr. X. Quippe nullum profecto est certius munimentum reipublicae ac salutis communis, quam mascula ac germana pietas et religio, quam qui hominibus conantur eripere, substitutis in eius locum propriis mentis suae commentis aut vanae superstitionis ludibriis, ii piaculum sibi contrahunt, quod nulla unquam poena satis gravi luere posse videantur.

Intellexit autem Plato, patriam religionem popularium miserandum in modum depravatam esse atque corruptam. Duplex enim potissimum illa aetate malum ingruerat, quo vel maxime laborari videbatur. Nam quum vulgaris superstitio apud magnam populi multitudinem vigeret, quae diis turpissima quaeque affingebat atque pro piis ducebat, quae revera erant flagitiosa, tum extiterant etiam qui omnem religionem et pietatem erga deos funditus evertere atque numen

et providentiam divinam tollere conarentur. Quae quidem genera hominum acerbissime in libro decimo exagitantur atque perstringuntur, ut X. p 884 — 887. C. ubi v. annot. nostr. Ibid. p. 888. A — D. Ibid. 890. A. — 891. E. coll. XII. p. 967. B. C. Haec igitur mala Plato quum animadvertisset, neutiquam patriam religionem, qualis tum vigebat, in civitatem suam introducendam iudicavit, sed potius eam, quae, licet quodammodo illius fundamentis niteretur, tamen et superstitione illi adhaerescente et impietate longe lateque diffusa libera et ad philosophiae rationes propius adducta esset. Nimirum ita philosophus simul videtur ostendere voluisse atque docere, qua ratione popularis religio emendari et in melius mutari posset, ita quidem, ut nec populo eriperetur, quod ipsi deberet usque esse sanctissimum. Praeterea vero etiam pios atque religiosos sensus inter populum perpetuo alendos ac fovendos censuit, sicuti quum ex legum prooemiis, tum ex sacrorum, quae constituit, religionibus intelligitur. Verum istud quidem quomodo effecerit, nunc mittimus; sponte enim intelligetur ab iis, qui librum IX. X. et XII. attente legerint. Doctrinam autem de diis eorumque cultu et veneratione, quam libro decimo dedita opera explicavit, paucis considerasse non erit supervacaneum, praesertim quum ea quaedam habeat, quae quoniam cum Platonis sententia alibi patefacta nonnihil discrepant, facile alicui scrupulum iniiciant.

Sunt vero omnino tres loci, quos philosophus illo libro copiose graviterque persequitur. Primum enim inde a p. 891. C. usque ad p. 899. D. adversus eos, qui vim naturamque divinam plane tollant, ita disputat, ut simul doceat esse profecto numen divinum. Deinde confutat eos, qui, quum deos statuant, tamen eos res humanas curare omnino negent, p. 899. E. usque ad p. 905. C. Denique illos turpissimae arguit superstitionis, qui deos gerere quidem rerum humanarum curam sibi persuaserint, sed eosdem donis ac muneribus corrumpi ac miseris precibus flecti et moveri posse arbitrentur, de qua re agitur p. 905. C. usque ad p. 907. B. Ex quibus omnibus quae tertio loco disputata sunt ea nullam plane habent dubitationem. Consentiunt enim egre-

gie cum iis, quae quum alibi, tum imprimis in Euthyphrone et Republica de eadem re exposita leguntur. Nec vero illa, quae disseruntur de divina providentia, a mente philosophi ullo modo abhorrent. Etsi enim populariter et ad communem intelligentiam accommodate sunt disputata, tamen tam egregie ac plane divine illustrata sunt, ut nec Platonem nec Leibnitium aliquem dedeceant. Adeo in iis maxima simplicitas et perspicuitas argumentationis cum singulari sublimitate et magnificentia sententiarum coniuncta cernitur. At enim vero in prima illa disputationis parte erunt fortasse, qui sapientiae Platonicae subtilitatem atque gravitatem admodum desiderent. Etenim nihil ibi de uno eoque summo Deo, rerum omnium auctore ac parente, quem philosophus statuit alibi; nihil porro de diis popularibus eidem subiectis et voluntatem eius exequentibus, quales ex Timaeo novimus; nihil denique de sublimiore et puriore doctrina, qualis de divino numine eiusque virtutibus alibi apud Platonem prodita est. Accedit huc, quod mens illa vel potius anima, quam rerum omnium principem moderatricem atque effectricem esse voluit, ne discernitur quidem satis ab anima mundana per totam rerum universitatem atque omnia animalium genera distenta. Quid igitur? putabimusne Platonem in eo opere, quod aetate provectiore elaboravisse videtur, quum olim tradidisset meliora multo atque praestabiliora, senem factum rursus relapsum esse ad veteres errores aut substitisse rursus in humiliore loco, quum antea iam summa quaeque assequutus esset? Nimirum digna sane res est, quae accuratius dispiciatur, ne qua in loco gravissimo dubitatio resideat. Ordiamur ergo ab eo, quod postremo memoravimus.

Videri igitur Plato in Legibus potest animam mundanam a natura divina non satis discrevisse, sed utramque pro una eademque natura habuisse. Hoc autem si ita fecit, consequens est, ut prorsus deseruerit eam rationem, quam in Timaeo, hoc est, in eo opere, in quo et ipso, sicuti libere profitetur, verisimilitudinis potius quam veritatis doctrinam prodidit, admirabili libertate ac subtilitate explicavit. Nam in isto quidem non est dubium quin mundana anima a natura divina plane seiungatur, utpote a Deo creata atque

ab eodem facultatibus, quibus gaudet, instructa atque ornata. At enim vero licet philosophus primo adspectu videatur ab hoc decreto suo recessisse, tamen id speciosum potius quam verum est. Totum enim locum illum, quo de numine deorum agitur, considerantes diligentius nullo certe negotio animadvertemus, philosophum animam non ut summum deum, sed quatenus divinae mentis et rationis particeps facta sit, rerum universitati praefecisse. Quod quum aliunde intelligi liceat, tum imprimis perspicitur clarissime ex p. 897. B. qui locus, vulgo perperam scriptus, sine dubio optimorum testium auctoritate hunc in modum refingendus est: *οἷς ψυχὴ χρωμένη, νοῦν μὲν προςλαβοῦσα ἀεὶ θεῖον, θεὸς ὣς ὀρθὰ καὶ εὐδαίμονα παιδαγωγεῖ πάντα κ. τ. λ.* quibus usa anima, ubi mentem divinam semper sibi sociam et adiutricem assumserit, dei instar omnia ducit et regit sic, ut recta sint atque beata. Itaque anima ibi deo non aequiparatur, sed tantummodo comparatur, diciturque mentem et rationem divinam in mundo regendo atque gubernando adhibere posse. Nimirum quemadmodum anima mundana in Timaeo narratur ab ipso deo creata et divinae mentis ac rationis ita particeps facta esse, ut id etiam perfectissimo motu, quo cieatur, declaret ac patefaciat; sic eadem in Legibus quoque hac dote divina instructa in conspectum producitur, repetiturque eius rei argumentum ex eo, quod quum vi tam semet ipsam quam cetera movendi unice polleat sitque omnis motus principium, tum eum ubique motum in rebus generandis atque gubernandis tueatur, qui manifestum habeat divinitatis indicium; unde et ipsa una cum corporibus mundanis in deorum numero habenda esse iudicatur. Quod sicuti scite eleganterque excogitatum est, siquidem, omissa summi dei mentione, ipsius divinitas aliter demonstrari non potuit, ita planissime convenit cum iis, quae de eadem re in Timaeo sunt disputata. Iam vero quod eadem iudicatur corporibus eorumque elementis prior extitisse, ne hoc quidem eiusmodi est, quod ipso Platone iudice in unum summum deum conveniat, in animam divina ratione instructam non conveniat. Docet enim philosophus etiam in Timaeo p. 34. C. non modo deum

atque mentem sive intelligentiam, sed etiam ipsam animam mundanam mundo extitisse priorem. Nimirum voluit illam esse non vim aliquam corpoream, sed potius vim quandam corporibus superiorem, quae principium movendi in semet ipsa inclusum teneat. Hoc ipsum igitur etiam in Legibus sequutus est, atque ita defendit, ut inde adeo Timaeo nonnihil lucis affundi posse videatur. Haec omnia vero quum ita sint comparata, ut nihil quidquam habeant, quod a sententia philosophi alibi illustrata ullo modo recedere existimandum sit, tum illud quoque ipsius doctrinae plane est consentaneum, quod Legum in loco, de quo agimus, hanc talem animam, divina ratione et intelligentia praeditam, voluit totius rerum universitatis esse effectricem atque gubernatricem, quae motione, qua ipsa polleat, cum mente et ratione divina coniuncta omnia atque singula ordinet et administret. In quo profecto non fuit quod tantopere laboraretur. Nam mentem quidem non addita summi numinis mentione philosophus etiam in Philebo p. 28. D. et p. 30. C. esse censet, cuius vi quum universus mundus, tum anni temporum vicissitudines, menses, alia, regantur, ordinentur, efficiantur. Quidni igitur etiam animam mundi, intellectus facultate pollentem, idem illud facere rectissime statuere potuerit? Sed nimirum ipsi quoque animae haec vis et potestas disertis verbis tribuitur, ut dubium non sit, quin quae ea de re in Legibus traduntur, prorsus cum mente ac sententia Platonis consentiant. De qua re certissime edocemur Tim. p. 34. E. p. 37. B. p. 36. C. D. quo loco summus deus dicitur mundo indidisse animam una cum mente, quae per omnes eius partes diffusa sentiret ac perciperet omnia ipsumque hunc motibus partium ipsius quam pulcerrime regeret ac moderaretur. Quod quid tandem aliud est quam quod in Legibus expositum invenimus? Quaecunque igitur hic de rerum universitate ab anima mundana vel effecta vel gubernata leguntur, ea certe ita sunt comparata, ut nulla plane caussa sit, cur scriptorem varia ac diversa Platonis placita temere miscuisse aut germanam eius doctrinam male contaminasse existimemus. Sunt enim omnia eiusmodi, ut non de summo deo, sed de una mundi anima intelligenda sint. Nimirum prudentissimo consilio philo-

sophus, sicuti universae scriptionis rationes exegerunt, in anima mundana cognatisque cum ea diis informandis acquievit neque altius ad summi dei dignitatem informandam assurrexit. Nam quum unius eiusque summi dei notitiam magnae multitudini iudicaverit non licere apertius impertiri, facile sibi persuasit, eam, quam proxime illi cognatam reperisset doctrinam, ad communem hominum persuasionem, quali in ea, quam condidisset, civitate opus esse videretur, longe accommodatissimam fore, praesertim quum Graeci dudum mundum tamquam animantem informare consuevissent, a qua sententia teste Aristotele Metaph. I. 3. De Anim. I. 2. 5. et 8. coll. Cic. De N. D. I. 10. etiam antiquissimi ipsorum sapientes erant profecti. Hanc igitur consilio suo convenienter hoc in opere unice explicandam atque illustrandam iudicavit, fecitque hoc tanto sollertius atque elegantius, quod isto pacto etiam impias eorum opiniones, qui physicis ducti rationibus omnem vim deorum tollere conati erant, facillime redarguere et confutare potuit, quandoquidem commodissime suam de mente et anima divina sententiam eorum decretis opposuit, qui, sicuti hodie quoque fecerunt non pauci, omnium rerum caussas et origines a corporum elementis atque eorum proprietatibus repetere non dubitavissent.

At vero, inquit aliquis, ut hoc ita esse largiamur, tamen multo etiam maior difficultas in hac parte operis cernitur. Nam quo tandem modo fieri putabimus, ut, quae philosophus alibi de summo Deo prodidit, ea hic plane silentio transmissa sint? Docet enim Plato aliis locis haud obscure, unum esse deum aeternum atque summum (Tim. p. 28. C. 31. sqq. 37. C. Polit. p. 270. A.), qui a diis inferis, ipsius in mundo condendo ac gubernando ministris (Tim. p. 28. A. sqq. 34. D. sqq. 41. A. al.) diversus sit. Docet etiam hunc supremum deum esse numen perfectissimum, huius universi optimum parentem et auctorem, itemque sapientissimum, potentissimum, sempiternum, veritatis amantem, iustum, sanctum, denique omni virtutis ac perfectionis genere adeo excellentem, nihil ut illo absolutius aut praestantius fingi et cogitari possit. De qua re v. quae notavimus Indic. ad Phileb. Politic. Tim. et Rempub.

in voc. Deus. Atque etiam De Rep II. p.377. C. — 383. C. ubi ostenditur, quomodo futuri civitatis custodes ad pietatem et religionis reverentiam instituendi sint, non tam deorum, quam divinae naturae iniicitur mentio universeque Deus memoratur. Quod si quaeris, cur ita factum sit, responsionem in promtu habemus. Seiunxit enim ibi quoque philosophus naturam divinam, quam ab omnibus piissime colendam statuit, a diis popularibus, quippe de quibus multa inepte atque indigne narrari solerent, quae nihil essent nisi crassae cuiusdam superstitionis commenta. Quid igitur? quam tandem caussam esse censebimus, cur philosophus huius tam praeclarae sententiae suae in Legibus nullam mentionem fecerit? Enimvero nodum hunc difficilem ut recte expediamus, ante omnia rursus necesse est meminerimus, quaenam sit librorum, in quibus optimae leges scribuntur, indoles atque institutio. Certum est autem atque exploratum, noluisse philosophum in Legibus condere civitatem omni ex parte absolutam et ad ideam summi boni consummata virtute innixam, sed potius eam describere constituisse rempublicam, quae pro rerum humanarum condicione quam maxime laudabilis eoque perfectae civitati simillima esset. Itaque hanc ipsam ob caussam etiam religionis disciplinam illi destinavit eam, quae civium captum non superaret et ad popularem intelligentiam esset quodammodo attemperata. Quocirca subtilem illam de summo deo, in quo summi boni idea expressa cerneretur, quaestionem, quae philosophis potius quam populi multitudini accommodata esse videretur, in hoc opere omittendam ac silentio transeundam putavit. Persuaserat enim sibi penitus, difficillimum esse huius universi parentem invenire, plane autem *ἀδύνατον*, inventum vulgo indicare, ut ipse ait Tim. p. 28. C. Tradidit igitur eam de diis eorumque numine sententiam, quae nec a philosophiae laude aversa esset, quandoquidem numen divinum significavit esse perfectam mentem et rationem, nec a populari religione nimium discederet. Substitit ergo in explicanda doctrina de anima vel mente divina per omnes mundi partes diffusa atque totam rerum naturam gubernante, ut quae videretur intellectu facilior, cum eaque consociavit sententiam vul-

gari cultui Apollinis et Dianae finitimam, qua astra statuit pro diis mundanis habenda esse, quam sententiam dudum iam a superioribus philosophis imprimisque Pythagoreis susceptam etiam in Republica ac Timaeo defendit, de quo v. Prolegg. nostra ad Tim. p. 15. Etenim isto pacto condidit utique eam religionis disciplinam, quae quum recta opinione (*ὀρθῇ δόξῃ*) et adspectabilis naturae signis esset confirmata, tum etiam ei reipublicae, quae vulgaribus civitatibus esset praestabilior, apta videretur atque consentanea. Hinc igitur profectus studuit in universum efficere, esse vim numenque divinum, cuius nutu et arbitrio tam omnis rerum universitas quam res humanae regerentur atque gubernarentur. Qua quidem ratione simul id est consequutus, ut et nefariae eorum impietati occurreret, qui omnem religionis sanctitatem virtutisque honorem evertere conarentur, et cives reipublicae quam optime moratae tantam servarent vel imbiberent rerum divinarum reverentiam, quantam mentes animique eorum capere posse viderentur. De ceteris autem diis, popularibus religionibus consecratis, quod plane tacuit atque iudicium suum cohibuit, huius rei caussae minime in obscuro latent. Nam primum quidem facile perspexit ex vulgari superstitione non posse repeti argumenta, quibus vim numenque divinum esse evinceretur. Deinde istos esse deos credendum potius quam argumentis probandum esse vidit; de qua re memorabilis extat locus Tim. p. 40. D. *περὶ δὲ τῶν ἄλλων δαιμόνων εἰπεῖν καὶ γνῶναι τὴν γένεσιν, μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς· πειστέον δὲ τοῖς εἰρηκόσιν ἔμπροσθεν, ἐκγόνοις μὲν θεῶν οὖσιν, ὡς ἔφασαν, σαφῶς δέ που τούς γε αὑτῶν προγόνους εἰδόσιν. ἀδύνατον οὖν θεῶν παισὶν ἀπιστεῖν, κ. τ. λ.* Denique popularibus diis probe intellexit etiam multa vulgo temere affingi, quae corrigi potius et emendari quam in tali disputatione commemorari oporteret. Etsi igitur eos non sustulit, quod nec vulgares religiones pietatis sensu cassas esse arbitratus est, de qua sententia v. Phaedr. p. 229. C. — E. ubi facete carpuntur fabularum de diis proditarum interpretes argutis commentis suis illustrare illas conantes, sed rei gravissimae, sui cognitionis, plane incuriosi, coll. p. 245. C. tamen reliquis sermonis partibus admi-

rabili oris libertate nefarios errores eorum castigavit, qui omnino de diis sentirent indigne, dum vel curam rerum humanarum iis eriperent, vel humanos affectus et cupiditates iis tribuerent.

Quum igitur haec sit ratio disputationis de diis institutae, facile opinor, apparebit, philosophum etiam in his plane idem esse sequutum, quod eum antea vidimus in doctrina virtutum ob oculos habuisse. Sapientissime enim vulgares de diis opiniones emendavit et correxit; impias superstitiones impugnavit; denique vana novitiorum sapientium commenta, quibus omnis omnino deorum cultus et veneratio aboleri videretur, redarguit, memor autem instituti sui, quo verae alicui civitati eique pro rerum condicione optimae optimas leges optimamque disciplinam impertire constituisset, popularem religionem ex philosophiae sapientia ita correxit et emendavit, ut ne populo avita religio omnis protenus eriperetur, sed sapientiae decreta et inventa observata mediocritate quadam ad communem civitatis usum traducerentur. Qua ratione opinionis levitatem, qualis vulgo habetur, cum scientiae perpetuitate et constantia sapienter consociavit, ita ut huius fructum ad illius utilitatem caute prudenterque transfuderit.

Sed haec quum iam videantur satis esse explorata, tamen quominus ab hoc loco statim discedamus, impedit dubitatio quaedam quum olim saepius excitata, tum nuper iterum iterumque resuscitata. Visus enim Plato est duplicem hic statuisse animam mundanam, bonam alteram, alteram malam. Id quod tam veteres quam recentiores scriptores plurimi ita esse sibi persuaserunt. Nam de veteribus auctoribus si quaerimus, senserunt ita Plutarchus De Iside et Osirid. T. II. p. 369. De Psychogon. p. 1015. adv. Colot. c. 9. porro teste Proclo Theol. Plat. V. c. 7. p. 259. in Tim. p. 114. sqq. atque Chalcidio in Tim. c. II. §. 30. p. 287. c. XIII. p. 387. Platonici quidam recentiores, Atticus et Numenius, denique alii plurimi, in quorum numero etiam praestantissimus scriptor Christianus, Clemens Alexandrinus, habendus est, qui Strom. V. p. 701. malam animam, quam Plato statuerit, non aliam esse putavit esse quam diabolum. Sed longum est omnes illorum locos recensere, unde perspicere liceat

fuisse hanc olim prope communem omnium sententiam, qui sibi de Platonis doctrina iudicare posse viderentur. Quamobrem satius erit legentes ablegare ad ea, quae de hac re copiosius explicaverunt Cudworth. System. Intell. p. 236 sqq. ibique Mosheim. Wolfius ad Origen. Philosoph. p. 134. Plessing. Memnon. Vol. II. p. 306 sqq. Boeckh. in Daubii et Creuzeri Studior. Voll. III. p. 25 sq. C. Fr. Hermann. Hist. Phil. Plat. p. 709. ann. 739. Nec vero nostra defuerunt memoria, qui Platoni duplicem animam tribuendam esse contenderent, ex quibus praeter alios nominandi sunt Tennemannus System. Philos. Plat. Vol. III. p. 175. sqq. quem A. Boeckhius l. c. ita refellere studuit, ut malam animam Platonis ideo nullam esse iudicaverit, quia nihil aliud sit, nisi vita corporum legibus rationis destituta; Tiedemannus Geist der speculat. Philosophie Tom. II. p. 84. et 135. Car. Fr. Hermannus l. c. qui Platonem senem putat hoc decretum amplexum esse; Sal. Vögelinus Interpret. Legg. Germ. T. II. Praef. p. 13. Michelet. Jahrb. für wissensch. Kritik. a. 1839. p. 862. Frid. Astius De Vita et Script. Platon. p. 387. Ed. Zellerus Stud. Platonn. p. 43. sqq. Histor. Philos. Gr. Vol. II. p. 321. qui postremi indignum esse rati Platoni tam foedum impertiri dualismum, quem vulgo appellant, hinc quoque suae sententiae argumentum repetierunt, qua totum Legum opus censuerunt non Platoni, sed posterioris aetatis scriptori alicui Platonico acceptum referri. Nec vero satis iam confutata est ista opinio, quandoquidem quae post Boeckhium olim Diltheius in Examine librorum Legg. Platon. p. 40. sq. adversus eam disputavit, ea nequaquam satis posse iudicata sunt ad eam refellendam. Quocirca nos quid de hac re sentiamus, data hac rei opportunitate paullo copiosius exponemus, si forte effici possit, ut vera Platonis ratio aliquando perspiciatur. Referemus igitur ante omnia breviter, quidnam illud sit, quod toto hoc loco, de quo adeo ambigitur, expositum est. Quo facto paucis disquiremus, quid philosophus hac disputatione sua spectaverit.

Itaque Plato quo loco numen divinum esse demonstrare conatur, sicuti iam supra ostendimus, ante

omnia docet argumentis gravissimis, animum extitisse prius quam corpora. Quod posteaquam ita esse demonstravit, consentaneum esse arbitratur, animae vim, quippe quae cernatur in omnibus rebus utcumque se moventibus, etiam totam rerum universitatem gubernare. His vero expositis Atheniensem repente facit ex Clinia quaerentem, pluresne an unam animam censeat esse, atque p. 896. E. continuo ipse plures animas statuit, siquidem alia sit bona et benefica, alia plane contraria. Quod quorsum pertineat, accuratius declaratur verbis proximis. Duplex enim anima secundum sententiam philosophi esse potest, prouti ea aut rationem amplectitur et pro divina natura sua divinum sequitur, aut dementiae dedita delabitur ad pravitatem. Quibus explicatis ille sic fere pergit argumentari. Illud, inquit, si facit anima, ut duce utatur ratione divinumque sequatur, omnia ita regit atque ducit, ut eadem recta beataque existant; sin minus, prave res, quibus praeest, constituuntur atque gubernantur. Iam vero quum appareat duplicem ponendam esse animam, beneficam alteram, alteram malam, oritur quaestio gravissima, sitne illa anima, quae rerum universitatem regit ac gubernat, natura sua sapiens et virtute praedita, an contra. De qua re ex ipsius effectibus in rerum natura perspicuis iudicari poterit. Si enim coeli conversio et agitatio ea est, quae respondeat motui rationis, optimam animam universi mundi procurationem habere dicendum erit; sin autem eadem illa est turbulenta, inconstans, inaequalis ac temeraria, contrarium erit statuendum. Est autem mentis rationisque motus sine dubio simillimus illi motus generi, quod antea iudicavimus esse praestantissimum. Hoc ipsum vero motus genus in universa rerum natura regnare animadvertimus. Ex quo efficitur, ut mundum hunc atque totam rerum universitatem a praestantissima anima, hoc est, mente et ratione praedita, regi atque gubernari existimare debeamus.

Haec igitur fere sunt, quae de anima eiusque indole ac natura illic disseruntur. Quae quomodo accipienda sint nobiscum diligentius reputantes fatemur semper nos in eam deductos esse sententiam, ut Platonem nullo modo duplicem animam mundanam statuisse existimaremus. Habent enim omnia ido-

neam explicationem eamque admodum facilem atque perspicuam, qua cum doctrina viri alibi explicata nullo negotio concilientur. Ac primum quidem diligentissima dignum est animadversione, quod viros doctos mire praeteriit, animam, quam philosophus memorat, non intelligi numero duplicem, sed potius unam eandemque, quamvis virtutis laude ideo diversam, quia vel mala vel bona esse possit. Id quod vel ex eo apparet, quod, licet Atheniensis duas iudicaverit animas esse, tamen ipse deinceps sic pergit argumentari: *ἄγει μὲν δὴ ψυχὴ πάντα κ. τ. λ.* utens numero unitatis neque iam porro duarum animarum iniiciens mentionem. Sed clarius idem etiam ex eo intelligitur, quod Plato revera duplicem statuit animae per se spectatae naturam. Censuit enim eam, utpote compositam ex variis elementis, itemque variis pollentem viribus liberoque motu, id est, arbitrii libertate praeditam, modo recta sentire, velle et intelligere, modo falsa percipere, appetere et opinari posse. De qua re v. Tim p. 34. C. sqq. 37. A. coll. 41. D. 44. A. 51. D. 69. D. 88. B. De Republ. IV. p. 436. A. p. 439. C. D. IX. p. 589. E. Phaedr. p. 237. D. E. Legg. X. 899. D. et quae disputavimus Prolegomm. ad Politic. p. 115. sqq. Quam quidem sententiam suam philosophus ita defendit, ut etiam mali atque pravitatis originem inde repetierit. Hanc igitur duplicem animae indolem ac naturam sine dubio etiam in Legum loco significavit. Quod cur eo modo fecerit, ut ipsam animam videatur iudicavisse numero duplicem, eius rei caussam nequaquam putamus obscuram aut incertam esse. Tractavit enim rem hic quoque populariter, idque eo fecit consilio, ut ne sibi ad subtiliorem de animae natura disputationem descendendum esset. Ac fuit haec ratio certe ipsi dialogo longe convenientissima, quandoquidem Clinias ille, quem cum Atheniensi loquentem induxit, iuxta cum Megillo, socio suo, in disserendo parum exercitatus fingitur. Itaque ille, utpote cum homine disserendi subtilitati minus assueto colloquens, sciscitatur: num *μίαν ἢ πλείους ψυχὰς τὸν οὐρανὸν διοικεῖν* arbitretur. Quae eadem plane ratio locum habet etiam apud Xenoph. Cyrop. VI. 1. 41. Ibi enim Pantheas lepide iocans cum Cyro: *δύο γάρ*, inquit, *σαφῶς ἔχω ψυχάς — νῦν τοῦτο πεφιλο-*

σόφηκα μετὰ τοῦ ἀδίκου σοφιστοῦ, τοῦ Ἔρωτος — οὐ γὰρ μία γε οὖσα ἅμα ἀγαθή τέ ἐστι καὶ κακή, οὐδ᾽ ἅμα καλῶν τε καὶ αἰσχρῶν ἔργων ἐρᾷ, καὶ ἅμα ταὐτὰ βούλεταί τε καὶ οὐ βούλεται πράττειν· ἀλλὰ δῆλον ὅτι δύο ἐστὸν ψυχά, καὶ ὅταν μὲν ἡ ἀγαθὴ κρατῇ, τὰ καλὰ πράττεται, ὅταν δὲ ἡ πονηρά, τὰ αἰσχρὰ ἐπιχειρεῖται· νῦν δέ, ὥς σε σύμμαχον ἔλαβε, κρατεῖ ἡ ἀγαθὴ καὶ πάνυ πολύ. Quid quod ipse Plato quoque similiter disputat De Republ. IV. p. 436. B. Δῆλον ὅτι ταὐτὸν τἀναντία ποιεῖν ἢ πάσχειν κατὰ ταὐτόν γε καὶ πρὸς ταὐτὸν οὐκ ἐθελήσει ἅμα, ὥστε, ἄν που εὑρίσκωμεν ἐν αὐτοῖς ταῦτα γιγνόμενα, εἰσόμεθα, ὅτι οὐ ταὐτὸν ἦν, ἀλλὰ *πλείω*, ubi conf. etiam p. 439. D. sqq. Itaque in his quidem nihil putamus inesse, quod quis iure aut moleste ferat aut Platonis rationi adversari censeat, modo ne istud μίαν ἢ πλείους δυοῖν μέν γε κ. τ. λ. importunius urgeatur, sicuti fecerunt fere interpretes, sed intelligatur eo modo, quem postulat sermonis ratio et consilium. Sed ut largiamur, philosophum minus accurate esse loquutum, quamquam id nullo pacto concedimus, tamen ne sic quidem colligi ex Legum loco licebit, Platonem duas statuisse animas mundanas, quarum vis et potentia in rerum universitate cernatur. Enimvero posuit quidem ille atque sumsit initio disputationis, animam universe spectatam vi et natura sua tam bonam quam malam esse posse, idque ita statuit eas ob caussas, de quibus modo explicatum est. Procedente autem disputatione animam mundanam docet longe optimam et praestantissimam esse, siquidem ex motibus et conversionibus huius universi cognosci et intelligi possit, ψυχὴν ἀρίστην ἐπιμελεῖσθαι τοῦ κόσμου παντός, καὶ ἄγειν αὐτὸν τὴν τοιαύτην ὁδὸν ἐκείνην. Quae profecto ad amussim cum illis Tim. p. 34. B. sqq. congruunt, quibus animam mundanam docemur omnes habere maximae virtutis summaeque praestantiae numeros. Ut igitur Atheniensis re vera de anima numero duplici sciscitetur, quod tamen aliter intelligendum putamus quam primo adspectu videatur, tamen idem postea subtili argumentatione docet alteram temere statui, quum tota rerum universitas clarissime testetur, optimam esse et praestantissimam animam, cuius vi illa cieatur, moveatur, regatur. Quae quidem sententia clarissime

emergit loco 897. A. *νοῦν μὲν προςλαβοῦσα ἀεὶ θεῖον ὀρθῶς θεὸς ὡς ὀρθὰ καὶ εὐδαίμονα παιδαγωγεῖ*, quem iam in superioribus sic refingendum iudicavimus. His enim restitutis argumentatio dehinc rectissime ac sine ulla offensione progreditur. Iam vero his ita expositis quis tandem est quin ultro fateatur, duplicem istam animam mundanam, quam multi hic deprehendisse sibi visi sunt, revera nullam esse? Nimirum factum hic quoque est quod innumeris locis Platonis factum esse meminimus, ut sicubi philosophus aliquid dixisset obscurius aut insolentius, protenus inde nescio quae arcana ipsius sapientia eliceretur, adeoque ea confingerentur, quae ab eius mente et sententia longe essent alienissima. Verum mittimus ista. Actum enim iam est de duplici ista anima mundana, quam Platoni obtrudere conati sunt, quamque vidimus non aliunde exortam esse nisi ex eo, quod disserendi ratio ad popularem simplicitatem conformata nec satis animadversa nec ad caussas suas, sicuti fieri oportuit, revocata est.

Cap. XII.

De mathematicae disciplinae ad religionem atque rempublicam utilitate.

Progredi vero lubet ad aliud quid, quod ipsum quoque arctissme cum iis cohaeret, quae de rebus ad religionem pertinentibus disputavimus. Etenim reprehendit Zellerus Stud. Plat. p. 47. sq. et iterum Histor. Phil. Graec. Vol. II. p. 321. sq. Legum auctorem adeoque in malam suspicionem vocare studuit propterea, quod Libr. XII. p. 966. D. et p. 967. D. sqq. et VII. p. 821. A. sqq. rerum mathematicarum imprimisque astronomiae cognitionem ad religionis pietatem unice necessariam esse arbitratur. Qua cum reprehensione etiam coniunxit alteram, quod auctor horum librorum mathematica etiam ad vitae

communis usum duxerit plane necessaria ideoque cives in iis sedulo erudiri et institui iusserit; quam in rem confert Libr. V. p. 747. A. B. V. p. 741. A. B. 744. B. sqq. VI. p. 757. A. sqq. al.; id enim ait a Platonis ratione plane esse alienum, qui in naturali quidem historia atque in physicis, nec vero in philosophia morali atque metaphysicis, quae hodie dicuntur, mathematicis aliquid tribuerit; ceteroquin autem iisdem illis exiguum statuerit pretium. Quae quo fundamento nitantur paucis exquisivisse satis erit. Est enim res ad iudicandum minime difficilis, modo nobis a malis argutiis caveamus.

Quod igitur in Legibus mathematica et physica requiruntur ad rerum divinarum cognitionem, imprimis ab iis, qui civitati custodes sint praefecti, id cur ita fiat, percepta doctrina de religione et cultu deorum, quae libro X. est exposita, neutiquam obscurum esse putamus. Quum enim popularis fere sit illa deorum cognitio, maximeque e coeli motibus et conversionibus repetenda, sicuti Libr. X. p. 887. C. — 899. D. edocemur, quis tandem mirabitur, quod hanc ipsam ob caussam etiam mathematicis et astronomicis maximum statuitur pretium? Quippe meminisse hic quoque illud iuvabit, de quo saepe nobis fuit dicendum, in Legum libris nec cives nec magistratus eos esse, qui in sublimibus idearum meditationibus versentur, ut profecto rerum coelestium consideratio potius quam illarum contemplatio in eos conveniat. In quo quid insit Pythagorici, quod quidem a Platonis sententia alienum censeri debeat, nos aperte fatemur haudquaquam intelligere. Nec vero illud quidquam habet offensionis, quod Libr. V. p. 747. A. sqq. 741. A. sq. 744. B. VI. p. 754. A. sqq. mathematicorum scientia quum ad vires ingenii excitandas tum ad res civiles tractandas iudicatur esse utilissima. Nam etiam in Republ. VII. p. 521. C. — 530. et 533. D. philosophus eos, qui ex militibus deligendi sint futuri magistratus, per arithmeticam, geometriam et astronomiam iubet institui, ut philosophiae recte operam dare possint, ideoque Libr. VII. p. 528. B. sicuti Legg. VII. p. 820. Graecos adeo reprehendit, quod mathematica nimis neglexerint. In ipsa autem vita communi maximum esse mathematicarum disciplinarum usum, constans est Platonis sententia, de qua

legisse suffecerit quae disseruntur Phileb. p. 55. C. D. E. p. 56. A. sq. coll. Prolegomm. nostr. p. 61. sqq. ed. Goth. Quamquam philosophus Legg. V. p. 746. D. sqq. prudentissime admonet sedulo cavendum esse, ne cives iisdem illis ad quaestus turpitudinem abutantur. Itaque manifestum est, etiam de rebus mathematicis in Legibus iudicium regi sic, ut et plane conveniat cum operis universi rationibus et omnino sententiae Platonis consentaneum sit. Verum haec quidem de mathematicis, de quibus paucis explicandum iudicavimus.

Cap. XIII.

Disquiritur, num et quatenus in Legibus idearum doctrina a Platone neglecta sit, ac docetur etiam in hac re summam cerni Politiae et Legum convenientiam.

Sed veniamus nunc ad aliud quid, quod in his de operis argumento quaestionibus minime negligendum censemus. Constat enim Platonem omnem doctrinam suam, imprimisque moralem ac civilem eius partem, retulisse ad ideas, in quarum cognitione positum esse existimavit philosophiae fundamentum unice solidum atque firmum. Itaque facile quis miretur, quod in Legum libris adeo nulla ducitur ratio doctrinae de ideis, ut ne mentio quidem earum usquam nisi Libr. XII. p. 965. C. iniiciatur. Nec vero ea res non offendit criticos recentiores, quandoquidem Astius De Vita et Scriptis Plat. p. 385. sq. et Zellerus Stud. Plat. p. 42 sqq. eo nomine acerbe conqueruntur, adeoque inde non levissimas suspicionum suarum caussas et rationes repetierunt. Itaque oritur quaestio sanequam gravis atque difficilis, qui tandem fiat, ut Legum libri ab idearum ratione videantur esse alieniores, et quatenus aliqua eorum cum illa coniunctio ac necessitudo locum habeat. De qua quidem re ut recte prudenterque statuatur, prorsus necesse est meminerimus, Legum opus Poli-

tiae libris neutiquam esse oppositum aut contrarium, sed potius cum his ita coniunctum, ut iis tamquam supplementum quoddam additum videatur. Nam in Politia quidem Plato civibus suis perfectum aliquod exemplar optimae civitatis proposuit, unde cognosceretur supremus finis, ad quem denique in republica ordinanda atque gubernanda esset respectandum atque enitendum; in Legibus antem depinxit eam civitatem, quae quum humanis desideriis ac necessitatibus esset accommodatior, tamen item optima haberetur, et cuius exemplo cognosceretur, qua via et ratione revera ad optimae illius reipublicae laudem ac virtutem quam proxime accedi posset. Itaque Reipublicae atque Legum opus denique plane idem spectat referturque ad unum propositum, praesertim quum utrumque ideae virtutis cum felicitate coniunctae pariter superstructum sit. Nam alterum tamquam grandi quadam excelsaque imagine proposita summum illum finem in illustriore luce collocat, ad quem omnis civitatum constitutio et administratio contendere et eniti debeat; alterum vero succurrit quasi et auxiliatur generis humani imbecillitati, ostenditque viam, qua incedendum sit, ut mortales saltem eo potiantur bono, cuius pro rerum suarum conditione participes fieri queant, hoc est, ad tantam perveniant rerum civilium laudem et virtutem, quantam pro desideriorum et necessitatum humanarum ratione consequi posse videantur. Quae quidem utriusque operis ratio et coniunctio quorsum pertineat et quam vim habeat, id vero ita demum recte perspexeris, ubi memineris eorum, quae in Philebo p. 66. A. sqq. de summi boni, quod hominibus possit obtingere, gradibus ac generibus disseruntur, de quo loco nuper Prolegg. ad Phileb. p. 70. sqq. explicatius diximus. Etenim primum quidem bonum ibi iudicatur esse, *τὸ περὶ μέτρον καὶ τὸ μέτριον καὶ καίριον καὶ πάνθ' ὁπόσα τοιαῦτα χρὴ νομίζειν τὴν ἀΐδιον φύσιν ᾑρῆσθαι*,quibus verbis plane nobis persuasimus nihil aliud significari, quam absoluti boni ideam, qualem mens humana capere et ad vitam sapienter regendam tamquam ducem ac moderatricem adhibere potest. De qua re v. Prolegg. ad Phileb. p. 75. sqq. Huic autem tanquam secundum bonum additur *τὸ ξύμ-*

μετρον καὶ καλὸν καὶ τὸ τέλεον καὶ ἱκανὸν καὶ πάνϑ' ὁπόσα τῆς γενεᾶς αὖ ταύτης ἐστίν. Quibus verbis si quaeris quidnam tandem significetur, satis illud videmur demonstravisse l. c. p. 76. sqq. Intelligitur enim, quidquid in vita humana ad absoluti boni formam atque speciem tamquam summum rerum humanarum finem comparatum est ideoque revera exstitit. Itaque illud quidem ad genus *τοῦ αἰτίου*, hoc autem ad *τὸ ξυμμεμιγμένον* refertur. Quae si ita sese habent, vereque iudicantur, quis quaeso est quin sponte videat, Politiam exhibere quasi ideam illam summi boni, quatenus idem in vita communi ac civili cernitur, eamque talem, qualem mente et cogitatione humana informare liceat; Leges autem proponere et quasi repraesentare ideae boni simulacrum quoddam in vita humana expressum et pro huius rationibus ad illius similitudinem quam diligentissime comparatum? Hinc autem facile iam poterit iudicari, num et quatenus in Legum libris idearum doctrina civitatis universae, quae ibi condita est, aedificio fundamenti loco subiecta sit. Enimvero exhibent illi sane quasi quoddam ideae perfectae civitatis simulacrum, quale in ipsa hominum vita possit emergere atque conspicuum fieri, siquidem omnia ad similitudinem quam maximam cum absoluta idea perfectae civitatis, qualem capere mens humana potest, composita sunt. Quod quatenus ita fiat, etsi sane ex superioribus perspicuum fore existimamus, tamen rem paucis confirmare ab hoc loco non alienum videtur

Itaque de incolis quidem novae civitatis si quaerimus, deducuntur in eam coloni quam optime morati, siquidem delectus ex variarum civitatum incolis habendus fuit. Si porro consideramus civitatis ipsius constitutionem atque gubernationem, etsi ipsa non est ad trium animi humani facultatum similitudinem composita ac descripta, quandoquidem in ea desideratur ille civium ordo, qui perfectae rationis munere fungitur, tamen utitur imperio et gubernatione perfectae civitatis regimini longe simillima, quaeque in vita hominum una sola reperiri potest praestantissima. Nam perfectae rationis vices in ea sustinent leges publicae, ex rationis fonte haustae atque repetitae, et qui legum ministri planeque servi sunt ma-

gistratus ipsique adeo cives, quandoquidem omnes sine ullo discrimine ad parem earum observantiam obstricti tenentur. Neque aliter iudicandum de universae civitatis fine est, qui in una maxime virtute cernitur. Nam sicuti in optima civitate, cuius species et forma mente et cogitatione continetur, in singulis ipsius partibus singulae virtutes conspiciuntur, quas omnes denique una iustitia quasi colligat et comprehendit, ita etiam in Legum civitate virtus regnat per omnia. Quamquam hac in parte duplici nomine ab optimae civitatis ratione ac disciplina receditur. Nam primum quidem sapientia temperatur et remittitur fere ad mentis animique humani modulum eum, qui hominibus melioribus revera solet attribui. Absunt enim ab ea sapientes illi, qui ultra vulgarem hominum captum sapiunt. Deinde etiam singulae virtutis species et formae paullo aliter atque in optima civitate informantur magisque ad vitae communis usum et consuetudinem attemperantur. At enim vero ista omnia nihilominus eiusmodi sunt, ut philosophus in iis explicandis nunquam non studuerit omnia quam proxime ad optimae civitatis laudem et excellentiam componere et informare. Iam vero disciplinam publicam et privatam, quae in Legibus regnat, ubi respectamus et cum institutis civitatis in Politia descriptae comparamus, si ab iis discesserimus, quae in Politia disputantur de philosophis magistratibus, qui in Legibus nulli sunt, est illa profecto per omnia eiusmodi, ut utrobique plane concordet egregie, quamquam in Legibus multa et copiosius explicantur et diligentius ad communem vitae usum accommodantur. Nam gymnastica quidem et musica institutio hic atque illic plane eadem est, religionis autem ac pietatis disciplina, etsi in Legibus paullo accommodatior est ad populi captum et intelligentiam, tamen ad eam doctrinam et rationem, quae in optima civitate custodibus reipublicae impertienda esse iudicatur, tam prope accedit, ut inter utramque parum animadvertatur discriminis. Et quid dicam de institutis publicis? Enimvero quae in optima civitate de bonorum communione, de usu mulierum earumque in gerendis muneribus civilibus sollertia et dexteritate, denique de aliis id genus rebus admirabilibus disputantur, ea etsi in Legibus fere sublata sunt, ta-

men item prudentissime ita servantur ac retinentur, ut facile appareat, philosophum in his quoque optimae civitatis speciem perpetuo ob oculos habuisse. Nam similia certe instituta, prouti vitae consuetudo ferre videretur, hic quoque retinuit atque tutatus est, imprimisque etiam illud servavit, quod in Politia vel maxime spectavit, ut nihil esse videretur excellentius et viro probo atque honesto dignius, quam publicae saluti utilitatique omnia commoda privata posthabere. Itaque nihil putamus esse evidentius, quam in Legibus expressum cerni quasi vivum simulacrum quoddam ideae civitatis perfectae, qualem philosophus in libris De republica adumbravit atque illustravit, planeque eandem necessitudinem intercedere inter rempublicam in Politia descriptam et inter Legum civitatem, quae in Philebo inter primum bonum humanum atque secundum intercedere statuitur, ut dubium videri nullo modo possit, quin Politiae et Legum coniunctio omnino consentanea sit rationi et doctrinae Platonicae. At vero, inquit aliquis, quid istud tandem ad rem praesentem? estne inde ullo modo clarum et perspicuum, quod demonstrari cupimus, Legum opus revera cum doctrina de ideis coniunctum esse neque huius ipsius fundamento destitui? Ad quae iam sane habemus quod continuo respondeamus. Etenim ipsum quidem opus, quod inscriptum est de Legibus, etsi nihil de idearum rationibus tradit, quandoquidem civitas illa, quam instituit, unice versatur in vitae humanae veritate, neque ultra huius fines ac terminos altius egreditur, tamen necessitudo eius et connexio cum Politia est eiusmodi, ut nec ipsum existimandum sit fundamento doctrinae illius, quae est de ideis, orbatum ac destitutum esse. Quippe optimae civitatis ratio et gubernatio tota profecto ex idearum imprimisque ideae boni contemplatione ducitur, sicuti inter alia edocemur De Rep. V. p. 471. D. sqq. VI. p. 502. C. sqq. et Libr. VII. Ad huius ipsius autem exemplum leges et instituta alterius istius, de qua loquimur, reipublicae comparata sunt. Ex quo apertum esse debet omnibus, Legibus quoque fundamenti loco denique subiectam esse idearum doctrinam, licet ad rectae opinionis modulum se demittant. Nam quemadmodum in Politia idea perfectae civitatis spe-

ctanda proponitur, ut quasi deorsum fulgeat indeque intelligatur extremum atque summum reipublicae finem altissime esse constitutum; ita in Legibus idea verae reipublicae, hoc est, idea summi boni in ipsa vita conspicui, revera spectanda praebetur, eoque ipso vitae communis societas qua ratione ad quam maximam cum summae perfectionis specie animo et mente informata similitudinem et cognationem evehi atque converti queat, elegantissime ostenditur ac demonstratur.

Atque haec quum nostro quidem iudicio certa et explorata habeantur, ne has quidem, quae ex idearum doctrina repetitae sunt, operis de Legibus reprehensiones tales esse intelligitur, quibus aliquid tribuendum sit, id quod clarius etiam apparebit, ubi de disserendi ratione in his libris usurpata peculiari opera expositum fuerit.

Cap. XIV.

Disputatur de rebus quibusdam singulis in Legibus obviis, quae criticis fuerunt offensioni.

Iam vero his ita disputatis transire tandem licebit ad ea, quae passim de singulis rebus vel sententiis a criticis notata sunt, quo scilicet suspectam redderent horum librorum fidem et auctoritatem. De quibus quidem rebus, quoniam sunt inter se valde dissimiles atque diversae, ita disputabimus, ut misso certo disputationis ordine promiscue de singulis dicamus et quasi per lancem saturam afferamus quae disserenda videantur. Sunt enim ista omnia etiam ab iis promiscue in medium prolata, adversus quos nobis disputandum erit.

Itaque primum quidem attingere placet ea, quae Zellerus Stud. Platon. p. 32. sq. commemoravit. Haesit enim vir doctissimus ibi magnopere in eo, quod libro primo exeunte ebrietas, ἡ μέθη, laudetur ideo, quia faciat ad laudem temperantiae conse-

quendam atque adeo publice utilissima habeatur ad exploranda et cognoscenda varia civium ingenia. Nec tamen ille, licet rem denuo Histor. Philos. Vol. II. p. 328. acerbius exagitaverit, ullo modo nobis persuasit, revera in his inesse quod merito alicui offensioni esse possit. Nam ut taceamus de significatione vocabulo μέϑης subiecta, quo certe non tantum designatur temulentia, qua quis mentis suae non amplius est compos et ad vesaniam usque abripitur, verum etiam is hominis status, in quo per fecunda pocula extitit alacrior, hilarior, vividior et audacior, qui effectus vini pulcerrime describitur Libr. I. p. 645. D. E. et Libr. II. p. 671. A. sqq., loquitur certe philosophus ita de ebrietate, ut vim eius omnem atque rationem viri alicuius sapientis consiliis regi ac temperari velit, sicuti perspicuum est ex p. 640. A. sqq. Quatenus autem inde ad temperantiae et humanitatis laudem proficiatur, id Libr. I. p. 643. B. sqq. 645. C. sqq. coll. Libr. II. p. 670. E. — 672. D. demonstratur sanequam luculentissime. Ibi enim ostenditur, eum, qui sit aliquando verae temperantiae laudem reportaturus, cum impudentia et audacia, illius inimica atque hoste, committi oportere, quo discat adversus vim cupiditatis atque voluptatis conflictari, prorsus ut is, qui fortitudine futurus sit excellens, multis multorum terrorum periculis obiiciendus sit. Quae cur ita disputentur, clarum ac perspicuum fit ex universae disputationis cursu et progressione. Quemadmodum enim ab initio libri ostenditur, fortitudinem apud Cretes ac Lacedaemonios variis institutis publicis excitari, iuvari atque corroborari, ita hic simile quiddam de temperantia docetur, cuius consequendae atque roborandae adiumentum quoddam apud Athenienses ostenditur positum esse in liberiore compotationum usu publice non interdicto. Quippe veram temperantiam philosophus censet efflorescere ex libera voluptatum ac libidinum moderatione; unde deinde commode transgreditur ad omnem virtutis disciplinam liberaliorem accuratius describendam. Verum istud quidem nunc mittamus. Hoc tamen addidisse non erit inutile, quod libr. II. p. 666. A. pueris usu vini plane interdicitur, adolescentes autem iubentur ebrietate prorsus abstinere quodque largior vini usus omnino interdicitur praeterquam

in festis Baccho sacris Libr. VI. p. 775. B. Itaque philosophus, eo, de quo agitur, loco de viris tantum et senibus disputat. Similia autem praecepit etiam Reip. V. p. 468. E.

Praeterea vero etiam aliud quid est, quod Zellerus eodem fere loco ut minus Platonicum notat et exagitat. Miratur enim criticus, quod Legg. I. p. 636. B sqq. VIII. p. 836. C. ibid. p. 837. A—E. p. 838. E. p. 841. D. amor masculus tanta severitate damnetur, quum tamen Plato alibi de eodem illo lenius multo atque clementius statuerit adeoque in eo iudicaverit magnum quoddam virtutis ac sapientiae praesidium et adiumentum positum esse. Quae quidem criminatio tantum abest ut vel levissimam veritatis speciem habeat, ut omni ex parte falsa ac ficticia videatur. Nusquam enim Plato amorem foedum et ad vulgarem libidinem proclivem, qui in Legibus repudiatur tamquam detestabilis, ullo modo probavit, cui quid adhaereat turpitudinis etiam in Phaedro p. 250. D. p. 251. A. 256. B. C. De Rep. III. p. 403. B. sq. 463. C. alibi, apertius declaravit. Imo ubicunque amorem puerorum probat vel laudat, ut in Symposio, in Phaedro, in Republica, in Charmide, ibi certe non alium intellexit, quam honestum illum, castum et generosum, qui *τὸ καλὸν καὶ ἀγαθόν* habeat propositum atque ad suscipiendum alendumque virtutis et sapientiae studium tantum valeat, ut animos etiam ad insolentius divinarum rerum desiderium possit evehere. Quem quidem amorem nobiliorem philosophus etiam in Legibus Libr. VIII. p. 837. B. — E. disertis verbis ab humilis ac sordidi amoris genere subtiliter accurateque distinxit. Quocirca ne ii quidem loci, quos Zellerus ad confirmandam sententiam suam attulit, aliter sunt accipiendi, quum illi omnes non ad foedam taetramque libidinem, quae in Legibus severe arcetur, sed ad amoris nobilioris rationes referantur. Nam in Phaedro quidem p. 256. D., ubi disputatione de divino amore absoluta amator et amatus, si vitam degant ambitiosam quidem et laudis et honoris cupidam, nec vero divinae sapientiae usquequaque memorem, dicuntur imprudentes in lubidinem posse incidere, nec tamen ideo gravissimis suppliciis digni esse, facile patet,

minime turpem lubidinem, quae uni corporis voluptati indulgeat, excusari, sed genus amoris, quod proxime absit a perfecto amore philosophorum, tale esse indicari, quod peccet excusatius, quum non iam et ipsum ad virtutem et vitae honestatem connitatur. Unde quis tandem recte collegerit, philosophum etiam de ignominioso amore mitius sensisse, praesertim quum hunc in eodem libro et facete exploserit et turpissimae humilitatis arguerit? In Republica autem Libr. V. p. 468. B., ubi philosophus eos, qui fortitudinis suae illustria documenta ediderint, a iuvenibus et adolescentibus una militantibus testificandi honoris gratia coronari, datis dexteris salutari, atque etiam fraternis osculis mactari iussit, quis est qui non videat, quid rei spectetur? Enimvero pertinent profecto ista oscula non ad impertiendam inhonesti amoris licentiam, sed valent potius ad reverentiae, caritatis et debiti honoris testificationem, quae laudabilis fortitudinis studium etiam vehementius accendere et inflammare possit. Quae profecto mirum est a Zellero in alium prorsus sensum detorqueri potuisse, praesertim quum nec sine lepida Adimanti et Glauconis cavillatione dicta videantur. Sed praeterea etiam tertius locus hic memorandus est. Quam severe enim philosophus etiam in Republica vulgaris amoris lubidinem a sancto illo atque divino amore arcendam et procul habendam iudicaverit, unumquemque facile edoceant illa Libr. III. Reipubl. p. 403. B. sqq. quorum iam antea mentionem iniecimus. At enim Zellerus ibi arbitratur lubidinem humiliorem reiici et improbari maxime propterea, quod rude videatur et agreste quiddam cum rerum diviniorum studio corporum voluptates consociare velle. In quo ille rursus Platonis sententiam calumniatus est longe turpissime. Neque enim philosophus bonae existimationis aut externi decoris alicuius gratia istam lubidinis voluptatem fugiendam censet, sed quia coniuncta sit cum intemperie et petulantia, quae animi constantiam et aequabilitatem auferat. Censet enim veri amoris naturam in eo esse positam, ut quis honestum et pulcrum appetat cum temperantia. Verum haec quidem de disciplina amatoria in Legibus praescripta, quam nos quidem ne tantillum quidem contendimus ab iis discrepare, quae Plato in ceteris

scriptis suis de his rebus tradidit. Quocirca his breviter explicatis ad aliud quid transgredi licebit.

Vertit enim Zellerus l. c. Legum scriptori, hoc est: Platoni, etiam hoc opprobrio, quod Libr. III. p. 696. A. IV. p. 712. E. al., rempublicam Spartanorum insolitis laudibus mactaverit, quum tamen illa civitas aliis locis maximeque De Republ. VIII. p. 547. D. — 548. D. ideo reprehendatur, quia in ea pariter atque in republica Cretensium timocratia vigeat, cui inter vitiosas reipublicae formas primus locus debeatur. Enimvero laudatur in Legibus, sicuti antea animadversum est, Spartanorum civitas, quia tam bene sit constituta ac temperata, ut nullis facile umquam partium studiis conquassetur, utpote nec populari licentia nec tyrannorum dominatione ibi grassante. Quod profecto non pugnat cum iis, quae Reip. VIII. l. c. dicuntur. Nam quod respublica Lacedaemoniorum et Cretensium timocratia uti iudicatur, haec ipsa autem regiminis forma post aristocratiam optima esse censetur, id, si rem accurate aestimamus, cum laudibus eius in Legibus celebratis planissime convenit. Et quis est qui nesciat, disciplinam reipublicae Spartanae non uno nomine quum aliis philosophis tum imprimis etiam Platoni vehementer placuisse? Nam audias modo Platonem Criton. p. 52. E. Protag. p. 342. C. D. De Rep. VIII. p. 544. C. Hipp. mai. p. 283. 284. Phaedr. p. 260. E. Sympos. p. 209. D. ac facile largieris, eum nequaquam male de illa sensisse. Quidni igitur eandem rectissime potuerit etiam in Legibus memorare cum laude? Quamquam eam hic ne laudavit quidem semper, sed item reprehendit, sicuti res ita ferret. Nam Libr. I. p. 625. E. sqq. II. p. 666. E. in ea vituperat, quod omnia eius instituta ad unam maxime bellicam fortitudinem comparata sint: atque Libr. VII. p. 814. A. B. coll. I. p. 637. C. in eadem tamquam vitiosam notat nimiam Lacaenarum libertatem, quae vel in procacitatem vel in imbellem ignaviam degeneraverit. Quamobrem philosophus existimandus est potius bona pariter atque mala illius iusta lance ponderavisse, planeque iniquum videtur ab eo postulare, ut, si quando eius vitia reprehenderit, eiusdem laudes ac virtutes silentio transmittat, quasi secum sit pugnaturus, si ea, quae reprehen-

denda videantur, reprehendat, quae autem laude digna sint, meritis laudibus afficiat.

Sed mittamus haec, quandoquidem, quid rei sit, omnibus manifestum fore confidimus. Veniamus potius denique ad crimen erroris cuiusdam auctori operis obiectum, unde item suspicio adulterinae eius originis repetita est. Incusat enim Zellerus Studior. Plat. p. 33. scriptorem etiam propterea, quod Libr. IX. p. 855. C. scripserit poenam exilii omnino non esse constituendam, et tamen eandem parricidis irrogaverit. At enim vero ista quoque criminatio adeo est futilis et inanis, ut vix refutatione digna videatur. Sunt enim quae p. 855. C. litteris perscripta leguntur, perperam intellecta, sicuti in huius loci enarratione satis videmur demonstravisse. Ac similiter etiam de illis Libr. III. p. 682. E. et p. 685. E. iudicandum est, ubi quae narrantur de Doribus, minime inter se pugnare videbuntur, dummodo verba recte intellecta fuerint.

Verum satis haec sunto de locis singulis, ex quibus critici malarum suspicionum caussas et argumenta repetierunt. Nam alia, quae huc pertinere videantur, alibi expedire conabimur.

His vero expositis tandem aliquando disputationi nostrae de argumento ac materia Legum institutae finem imponere licebit. Quae enim pertinent ad rem militarem, ad res forenses et aerarias, ad victum domesticum, ad alia his finitima et cognata, ea, quoniam nihil habent dubitationis poteruntque ab ipsis legentibus facile iudicari, peculiarem sibi disputationem neutiquam deposcere videntur. Quamobrem suo tempore ad ea tractanda licebit accedere, quae altera huius disputationis parte illustrare apud animum constituimus.

N O M O I.

ΤΑ ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΠΡΟΣΩΠΑ.

ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΞΕΝΟΣ, ΚΛΕΙΝΙΑΣ ΚΡΗΣ, ΜΕΓΙΛΛΟΣ ΛΑΚΕΔΑΙΜΟΝΙΟΣ.

ARGUMENTUM

LIBRI PRIMI.

Inducuntur in his libris a Platone tres senes de civitatibus legibusque disputantes, Clinias Cretensis, Megillus Lacedaemonius et tertius Atheniensis hospes, cuius sub persona *) Plato suam ipse videtur sententiam declaravisse. Hi in Creta insula pedestri itinere a Gnoso urbe ad antrum templumque Iovis proficiscuntur, crebroque inter viam consistentes, interdum etiam requiescentes in amoenissimis pratis et cupressetis, varios miscent sermones ac more senili inter se de optimis legibus colloquuntur. Clinias enim Cretensis quum Magnesiam, ab incolis suis relictam, deducturus esset coloniam, novamque ibi condere vellet civitatem **), nihil profecto magis videri debet potuisse optare hoc tempore, quam ut aliquid de constituendis rebus publicis atque legibus civitatum audiret, ut mirum non sit, etiam in hoc itinere sermonem ad has potissimum res delatum esse. Ducitur autem colloquium a Cretensium et Lacedaemoniorum legibus, quibus gymnastica et belli studium inprimis commendabatur; unde tamen mox ab Atheniense ad festa et choreas, ad Bacchum, Musas, et Apollinem, convertitur.

---

*) v. Diogen. Laërt. III. 33. et quae in Prolegg. exposuimus.

**) v. Libr. III. p. 702. B. — E.

Sciscitatur enim Atheniensis initio libri de origine legum Creticarum et Lacedaemoniarum. Cui respondet Clinias, acceptas illas referri ipsis diis, quandoquidem apud Cretes Iupiter, apud Lacedaemonios autem Apollo auctor atque parens earum habeatur. Itaque Atheniensis gratum sibi iucundumque fore ait, si quoniam uterque in istis moribus et institutis sint educati, secum nunc velint de civitate sua atque patriis legibus sermones conferre; nam et locum et tempus tali colloquio perquam esse opportunum (p. 624. A. — 625. C.). — Quod quidem consilium ubi illis placuit, Atheniensis protenus quaerere instituit de conviviis publicis, de gymnicis exercitationibus, denique de ratione et usu armorum apud illos frequentato, quippe quae omnia apud Cretes et Lacedaemonios publicis legibus sint sancita. Respondet ad haec Clinias, ista omnia et propter locorum naturam et alias ob caussas ad nihil aliud nisi ad bellum comparata esse. Nam bellum omnibus esse perpetuum cum omnibus esse gerendum, ut adeo pacis nomen revera vanum sit atque inane. Hoc igitur intellecto Cretum legislatorem sapientissime omnes leges suas, et publicas et privatas, ad belli usum accommodavisse, easque voluisse religiosissime servari propterea, quod qui non evaderent bello superiores, iis aliarum rerum omnium utilitas nulla suppeteret, quippe quae ita facillime in victorum cederent potestatem (p. 625. C. — 626. B.). — Itaque Clinias et Megillus arbitrantur, civitati bene constitutae denique nihil aliud propositum esse, quam ut alias respublicas bello vincere ac superare possit. Sed hanc ipsam sententiam hospes Atheniensis censet neutiquam veram esse, quam etiam longiore disputatione redarguere conatur. Itaque primum interrogat, sitne eadem plane vicorum, domorum, denique singulorum hominum ratio, quae dicatur propria esse civitatum, ut omnes semper inter se belligerentur? Quo explicato ille etiam ulterius progreditur; censet enim unumqnemque adeo hominem adversus semet ipsum pugnare, siquidem quilibet saepissime secum ipso dissideat. Iam vero Clinias et Megillus ubi concesserunt, omnes omnibus existere solere tamquam hostes et privatim et publice, eamque sententiam penitus probaverunt, ille protenus hunc in mo-

dum pergit argumentari (p. 626. B. — 627. A.). — Exploratum habemus igitur, inquit, unumquemque nostrum semet ipso et superiorem et inferiorem esse posse; idemque etiam de domibus et familiis, de vicis et oppidis, de rebus publicis denique ac civitatibus, iudicari oportere statuimus. Nam in his quoque sicubi ita accidit ut meliores superent viliorem multitudinem, eae recte dici possunt semet ipsis extitisse meliores, contra autem, ubi evenit contrarium. Quamquam istud quidem num unquam fieri possit, ut quod deterius sit, idem vincat ac superet illud, quod melius habeatur, in praesenti missum facere satius erit; postulat enim res longiorem disputationem. Veruntamen illud sane facile apparet evenire posse, ut cives iniusti, magno numero congregati, iustis iisque paucioribus vim inferant imponantque iugum servitutis. Quod si ita acciderit, verissime talis civitas iudicabitur semet ipsa esse inferior atque prava, quum vicissim superior atque bona videri debeat, si mali superentur (p. 627. A. B.). — Iam vero consideremus etiam hoc. Fingamus esse fratres quosdam, quorum plures iniusti, pauciores iusti sint. Hos eosdem vero inter ipsos discordantes iubeamus caussam suam iudici alicui disceptandam committere. Quid igitur? uter iudex videbitur agere ac decernere sapientius, illene, qui solos bonos servare cupiat improbis supplicio affectis, vel etiam improbis quidem vitam concedat, sed tamen probos reddat superiores; an potius hic, qui obstructis discordiae fontibus animos dissentientium in gratiam reconciliare conetur, bonisque praeceptis impertitis id efficiat, ut postero tempore concordes et quieti vivant? Enimvero nemo erit, quin alterum hunc iudicem illi anteponat longissime. Atque similiter etiam is, qui civitatem recte constituere et ordinare velit, non tam id spectare debere iudicandus est, ut omnia ad bellorum necessitatem componat, quam potius hoc, ut si quando domesticae et intestinae discordiae ac seditiones exardescant, harum ipsarum flamma quantocius restingui queat. Tale enim bellum intestinum nemo prudens voluerit in sua ipsius patria exoriri; sin autem exortum fuerit, certe illud quam celerrime extinctum cupiet. Atque hoc ipsum civitatum moderatores non tam sic consequentur, ut adversus alterutram civium

partem vi et crudelitate grassentur, quo scilicet cogantur ad colendam pacem et tranquillitatem, quam potius ita efficient, ut omnes omnino cives ad mutuam caritatem, benevolentiam et amorem adsuefiant; qua una re seditio sicuti prohibetur facillime, ita etiam sicubi orta sit, celerrime tollitur ac removetur. Haec igitur concordia et amicitia etiam illud est, quod legumlatorem convenit in scribendis legibus suis tanquam maximum civitatis bonum diligentissime respectare. Neque enim bellum aut seditio unquam pro bonis ducenda sunt, quae potius sunt mala teterrima: quae quidem ut avertantur, deorum opem enixis precibus implorare oportet; imo vero concordia. tranquillitas, pax atque quies, haec demum sunt suprema illa bona, ad quorum possessionem civitatem bene moratam decet eniti et contendere. Ex quibus omnibus consequitur, ut res militaris potius ad pacem tuendam, quam res ad pacem pertinentes ad rem militarem atque bellicam ornandam comparatae esse debeant (p. 627. C. — 628. D.). —

His ita expositis Clinias, etsi Atheniensis sententiae non refragatur, tamen denuo asseverat, Cretum quidem atque Lacedaemoniorum leges sibi utique videri prorsus ad bellum spectare. Cui ille: Sunto ista, inquit; at vero probe sunt discernenda duo belli genera, alterum externum, quod cum hostibus patriae geritur, alterum intestinum, quod locum habet exortis domesticis seditionibus. Ex quibus hoc quidem longe est teterrimum. Ut igitur summis laudibus praedicanda sit virtus eorum, qui adversus hostes externos fortiter pugnaverunt, sicuti fecit Tyrtaeus; tamen maior haud dubie laus eorum est, qui in pugnis longe gravissimis et atrocissimis, hoc est, in discordiis civilibus, fortitudinis egregiae documenta edunt, ut rectissime sensit Theognis. Quippe fortitudo profecto longe plurimi est aestimanda, si adiunctam sibi comitem habet iustitiam, temperantiam et sapientiam, sine quibus virtutibus nemo potest esse fidus, certus, incorruptus, qualem quemque civem seditionibus exortis omnino esse velimus. Itaque ex his omnibus iure videmur colligere, ne Cretum quidem legumlatorem, utpote ab ipso Iove edoctum et institutum, alias tulisse leges, quam quae ad perfectam referantur virtutem. Est vero consummata

virtus perfecta iustitia, quam eandem Theognis appellat fidem etiam in gravissimis casibus certam et constantem. Cui quidem iustitiae fortitudo bellica, a Tyrtaeo laudibus celebrata, nullo modo aequiparanda est, quippe quae in virtutum numero quartum demum locum sibi vindicare potest. Quamobrem non est credibile Minoëm aut Lycurgum in condendis legibus suis hanc unam potissimum ob oculos habuisse. Imo illi censendi sunt non partem aliquam virtutis eamque leviorem, sed totam atque integram virtutem habuisse propositam, atque leges suas non particulatim, ut hodie fieri assolet, sed potius generatim descripsisse (p. 628. D. — 630. E.). — Quocirca de universa re sic videtur esse statuendum. Cernitur summa legum virtus maximaque praestantia procul dubio in eo, ut quae ipsis utatur civitas, eam felicem et beatam efficiant, dum ei impertiantur illa bona omnia, quorum natura sua capax habeatur. Sunt autem duo bonorum genera, quandoquidem alia sunt divina, alia humana; ex quibus humana quoniam e divinis suspensa sunt, facile apparet, horum possessionem esse ante reliqua omnia expetendam. Et humana quidem bona merito censentur corporis sanitas, pulcritudo, robur, denique divitiae mente non carentes. Inter divina autem bona principatum tenet sapientia (φρόνησις); post quam secunda est temperantia. Quae quidem virtutes in unum consociatae et cum fortitudine iunctae vim naturamque iustitiae absolvunt. Fortitudo autem per se seorsum spectata quartum demum locum occupat, ut profecto merito ultima habeatur. Ad haec igitur duo bonorum genera omnes omnino leges referri oportet, idque etiam ipsis civibus ita persuasum debet esse. Iam vero humana bona quum iudicio nostro ex divinis suspendantur, inter haec ipsa autem agmen quasi ducat sapientia (φρόνησις), consequens est, ut legum auctor prudens et sapiens ad hanc vel maxime respicere atque ad istam tanquam bonorum normam earum rationem componere debeat. Quod quomodo instituendum sit, certe neutiquam potest dubium videri. Debet enim primum quidem leges de nuptiis *), de liberorum procreatione **), denique de

*) Libr. VI. p. 776 B. — 783. D. XI. p. 929. E. sq.
**) Libr. VI. p. 783. D. — 785. A.

educatione *) ita scribere, ut iusti honoris atque iustae ignominiae diligens ratio habeatur; debet porro de civium societate et communitate **) ita praecipere, ut aegritudines et voluptates, cupiditates et studia eorum, recte existimentur, ac si quae existant animorum perturbationes et commotiones, quas varii fortunae casus ciere solent, quid in cuiusque affectus motu turpe ant honestum sit, recte ostendatur; debet item leges variis opes acquirendi et consumendi rationibus multiplicibusque necessitudinibus inde oriundis ***) ita accommodare, ut quid in singulis casibus iustum sit quidve iniustum, propositis etiam poenis et honoribus definiatur; debet denique cuiuscunque generis leges eo modo condere, ut omnia atque singula ad easdem illas rationes referantur atque virtutis ubique ducatur ratio. His autem ita perfectis et absolutis denique civitati suae praeficiet custodes eos, qui sint sapientia aut certe recte opinandi facultate insigniter praediti ****), quo mens ac sapientia denique omnia iusto connectens vinculo ea temperantiae et iustitiae accommodata efficiat †) nec vero divitiarum et honorum studio inservire patiatur (p. 630. E. — 632. E.). —

Posteaquam haec de finibus legum earumque rationibus universe explicata sunt, Atheniensis lepida quadam cum urbanitate profitetur, tale quiddam esse fere, quod putaverit etiam de Cretum et Lacedaemoniorum legibus dictum iri, quippe quae divinam originem habere existimentur. Quocirca iam redeundum censet ad diligentiorem illarum considerationem. Quam quidem vult eo modo institui, ut primum quaeratur, quidnam sit, quod illae valeant ad fortitudinem; deinde vero, si qua opus sit, similiter etiam de aliis virtutibus exponatur. Si enim singulae virtutes exploratae fuerint, etiam appariturum esse, omnium legum rationes revera ad totius virtutis laudem

---

*) Libr. VII. in. usque ad fin.
**) Libr. VIII. et. IX.
***) Libr. XI. XII al.
****) Hoc fit Libr. XII. p. 960. B. — 969. D.
†) Libr. XII. p. 960. B. legum custodes revera iubentur omnia ad quattuor virtutes referre

comparatas esse (p. 632. E. 633. A.). Itaque initium disputationis rursus ducitur a fortitudine atque ab institutis civitatum Doriensium, quae ad eam pertineant. Et in his quidem numerantur, sicuti consentaneum est, convivia publica s. syssitia, venationes, atque exercitationes illae, quae ad laborum patientiam et tolerantiam dolorum valeant. Quae quidem omnia referri iudicantur ad comparandam bellicae fortitudinis laudem. Hoc ipsum tamen Atheniensi praebet ansam reprehensioni. Is enim quum facile largiatur isto quidem modo ad doloris ac timoris moderationem multa praeclare instituta esse, tamen quod faciat ad alterum genus fortitudinis, quod multo sit laudabilius, quodque in oppugnandis ac vincendis voluptatibus atque cupiditatibus cernatur, id quidem prorsus desiderat. Quocirca hoc quidem nomine Lycurgi et Minois civitatem censet omnino mancam esse atque debilem: quod tamen ita facit, ut huius iudicii sui libertatem multis verbis excuset (p. 633. A. — 635. E.). — Itaque his ita disputatis, iam (inde a p. 635. E.) transitur ad temperantiam, ad cuius contemplationem superioribus tanquam ultro videtur via munita esse. Dicunt autem Megillus et Clinias, huius virtutis colendae et exercendae gratia apud suos syssitia et gymnasia esse instituta. Quae tamen negat Atheniensis ad id consilii satis conducere, quandoquidem communia convivia tanquam seminaria quaedam sint omnis seditionis, gymnasia autem, in quibus et adolescentes et puellae nudatis corporibus exerceantur, quum omnino pudicitiae officiant, tum etiam turpissimum quoddam amorum genus procreaverint, quod Cretenses, fictis de Ganymede et Iove fabulis, temerario ausu divina auctoritate defendere vel excusare conentur. Defendit hic quidem Megillus Lycurgum sic, ut Spartae dicat legibus publicis cautum esse sapientissime, ut ne qua voluptatum ac libidinum intemperantia exoriri queat, siquidem inprimis commissationi et ebrietati severissime sit interdictum, ita ut ne Dionysiis quidem, quo tempore Athenis maxima reperiatur morum licentia, quisquam impune ebrius deprehendatur (p. 635. E. — 637. B.). Verum de his quoque Atheniensis movet controversiam. Docet enim, ne istam quidem severitatem probandam esse,

nisi omnis omnino per eam aboleatur intemperantia; eam vero Spartae minime esse sublatam, id luculente ait cognosci et intelligi ex ista morum licentia, qua Spartanae mulieres infames sint. De ebrietate autem monet non curandas esse varias hominum aut populorum opiniones, sed ipsam rei naturam accurate esse cognoscendam. Et in hac quidem re plurimum ait referre, ut qualis sit ebrietatis vis et efficacia, sicubi eam vir sapiens temperet ac moderetur, diligentius exquiratur — id quod inde a p. 639. A. tam multis exemplis tamque copiose declaratur, ut ipse Atheniensis sermonis sui ambages excusandas arbitretur. Censet igitur, compotationibus sicubi praeficiatur talis moderator, qui quum ipse mentis perturbatione liber et immunis sit, tum etiam ceteros in pace et concordia contineat, certissime futurum esse, ut illae non modo nihil habeant quod iure reprehendatur, verum etiam plurimum utilitatis privatim et publice afferre possint (p. 637. B. — 642. B.). — Quippe egregium arbitratur in iis inesse praesidium et adiumentum ad promovendum omnem ingenii animique cultum atque morum disciplinam; de qua re ordine deinceps accuratius disserere instituit. Sed priusquam longiorem hunc sermonem suscipiat, faciendum sibi putat, ut amicos admoneat, fore huius rei disputationem etiam cum disputatione de musica coniunctam, siquidem illa sine musicae cognitione non magis declarari possit, quam musica ipsa sine recto animi cultu. Quocirca eos rogat, ut sibi longioris sermonis veniam impertiant. Qua venia impetrata ante omnia de educationis et disciplinae natura copiosius exponere instituit (p. 642. B. — E.). —

Et hoc quidem censet statui verissime, quicunque aliquando in quapiam re bonus et laudabilis extiturus sit, eum iam inde a pueritia tam per lusum quam serio in iis rebus exerceri oportere, in quibus bonus haberi velit (p. 643. B. C.). Itaque educationi illud maxime vult esse propositum, ut quis mature iis rebus assuefiat, in quibus aliquando extiturus sit propria virtute excellens. Hunc autem usum denique eo pertinere debere censet, ut ad virtutem perducat, simulque id efficiat, ut quis et civis bonus esse velit, et iuste tam imperare quam parere studeat; illiberalem enim esse eam educationem, quae nihil aliud

nisi opes, divitias, corporis robur ac valetudinem, alia similia consectetur, virtutis autem decus et ornamentum negligat aut parvi ducat. Enimvero virum bonum eum demum recte appellari, qui sibimet ipsi imperare didicerit. At enimvero, inquit, hoc ipsum quid tandem sit et quorsum pertineat, imagine aliqua ac similitudine declarasse iuvabit. Habet igitur unusquisque homo intus in animo suo duos quasi consiliarios, eosque multum saepe inter sese discordantes, voluptatem atque dolorem, coniunctos illos vel cum rerum laetarum expectatione vel cum rerum futurarum metu. Ad hos autem accedit ratio (*λογισμός*), quae deliberat, quid melius, quidve deterius sit; eaque lex appellatur, si commune civitatis decretum extitit. Itaque homo aptissime comparabitur artificiosae alicui machinae, quae variis ac diversis nervis sive funiculis trahitur, quaeque si tractum sequitur rationis, virtutis laudem tenet, sin regitur a cupiditate, ad pravitatem delabitur. Ex quo ipso clarius intelligi licet, quidnam illud sit, in quo eruditio, institutio, et legum recta ratio contineatur (p. 642. E. — 645. C.). — Atque indidem etiam cognoscetur, quid de ebrietate iudicari oporteat. Fingamus enim machinam illam, cui hominem comparavimus, vivam esse atque evasisse ebriam; quid tum eventurum esse censebimus? Nimirum iucundi et iniucundi sensus itemque affectus et cupiditates in ea fient vehementiores; vis memoriae et iudicii autem minuetur, debilitabitur atque frangetur, quandoquidem verissime non senes tantum, verum etiam ebrii tamquam repuerascere existimantur. Quocirca quispiam continuo statuat ebrietatis opportunitatem omni modo esse arcendam atque amovendam. At enimvero cautius utique ea de re iudicari oportet. Nam sicuti medicamenta sumuntur, quamvis aliquamdiu corpora affligentia et conficientia, quo aegroti denique convalescant fruanturque prospera valetudine, ita etiam compotationes, etiamsi facile cum malo ebrietatis consocientur, tamen plurimum quum ad formandos tum ad cognoscendos civium animos prodesse iudicandae sunt. Quod quidem facillime poterit ex his intelligi. Duo enim distingui possunt timoris genera: alterum quod pertinet ad mala, quae futura esse suspicamur; alterum, quo veremur malam alio-

rum de nobis existimationem, quod vulgo pudoris nomine insignitur. Alterum igitur pertinet ad dolores ac terrores; alterum contrarium est plurimis saepe maximisque voluptatibus. Iam vero nemo facile erit quin pudorem atque reverentiam honestatis plurimi faciendum esse statuat, impudentiam autem et malam famam pro summo malo ducat. Enimvero pudor quanti aestimandus sit, quum aliis argumentis doceri possit, tum maxime ex eo elucet, quod belli quoque temporibus prodest plurimum ad victoriam et salutem reipublicae, quoniam reverentia erga bonam aliorum existimationem non minus potens est fortitudinis tuendae incitamentum, quam hostium metus. Iam vero ad exuendum hostium metum ac timorem instituuntur cives sic, ut eos in multorum terrorum pericula coniiciamus. Quid igitur? nonne simile quiddam reperitur, quod idem valeat ad pudoris sensum vel excitandum vel augendum et corroborandum? Enimvero faciendum hic certe idem est quod illic. Committere enim eum, quem volumus fieri pudoris participem, cum impudentia debemus, ut adversus voluptatum et cupiditatum vim pugnare condiscat. Nam in hoc certamine qui non est satis exercitatus, is ne dimidium quidem virtutis consequi posse recte iudicabitur *). Verum huc accedit, quod sicuti animi fiduciam et fortitudinem non possumus nisi in rebus formidolosis experiri, ita ne pudorem quidem cognoscere et explorare licet nisi iis rebus adhibitis, quae animos faciunt apertiores, commotiores, audentiores. Quo in genere profecto maxima vis vini est. Hoc enim hominem facit hilariorem et laetiorem; hoc eum rerum bonarum spe atque maiorum virium suarum opinione replet; hoc ipsi impertit insigniorem facundiam et oris libertatem, ita ut loquatur, quasi maiore quadam sapientia polleat; hoc denique ei affert fiduciam et audaciam eam, qua quidquid faciat, id etiam intrepide facere sustineat. Quid igitur? quum usus eius per se, dummodo moderationem adiunctam habeat, plane sit innocens, nonne recte iudicabimus,

*) v. Gell. XII, 2. cf. Macrob. Saturn II, 8.

ipsum posse ad modestiam et verecundiam tentandam explorandamque commodissime adhiberi? Itaque recte profecto censebimus, compotationem, prudenter quidem institutam, ad pudorem et verecundiam animi vel excitandum et nutriendum vel explorandum ac tentandum longe esse utilissimam. Est vero artis civilis munus non exiguum civium ingenia atque animos cognoscere (p. 645. C. — 649. C.). —

A.

Cap. I. Θεὸς ἤ τις ἀνθρώπων ὑμῖν, ὦ ξένοι, 624
εἴληφε τὴν αἰτίαν τῆς τῶν νόμων διαθέσεως;
ΚΛ. Θεός, ὦ ξένε, θεός, ὥς γε τὸ δικαιότατον

Cap. I. P. 624. *Θεὸς ἤ τις ἀνθρ.*] *ἤ τίς ἀνθρ.* Par. A B. Vat. *Ω*. Ven. *Ξ*. male. Bas. 2. *ἡμῖν*.

Cap. I. P. 624. *εἴληφε τὴν αἰτίαν τῆς τ. ν. δ.*] H. e. auctor vobis perhibetur legum institutionis. Nam ita *αἰτίαν ἔχειν* et *λαμβάνειν* non raro cum laudis significatione dicitur; v. Valcken. ad Herod. VI. 115. Casaub. ad Athen. IX. 2. *Διατιθέναι τοὺς νόμους* autem et mox *διανέμειν τὰ περὶ τὰς δίκας* dicitur ut Lat. leges instituere et iura describere, quod quorsum pertineat, patet e verbis Ciceronis De Orat. I. 13. Iam vero de legibus instituendis, de bello, de pace, de sociis, vectigalibus, *de iure civili generatim* (i. e. pro civium generibus) *in ordines aetatesque descripto*, vel dicant Graeci, si volunt, etr.

Θεός, ὦ ξένε, θεός, ὥς γε —] Anadiplosis s. conduplicatio, cuius exempla congesserunt Astius ad h. l. Intpp. ad Aristoph. Plut. v. 114. Krüger. ad Dionys. Historiogr. p. 11. Hermann. ad Lucian. De Conscr. Hist. p. 309. alii. Venuste hac figura utitur Cretensis, quippe qui patriae suae leges tam sanctas habeat, ut ei de divina earum origine dubitare nefas videatur.

ὥς γε τὸ δικαιότατον εἰπεῖν] ut pro re nata iustissimum est dicere, h. e. ut summo iure affirmare licet; v. ad Menex. p. 236. B. ubi formulam: *εἰ μὴ ἀδικῶ γε*, explicavimus, et ad Charm. p. 156. D. De articulo v. infra I. p. 630. D: *ὥςπερ τό τε ἀληθὲς καὶ τὸ δίκαιον λέγειν*. II. p. 659. B: *ὡς τό γε δίκαιον*. III. p. 690. C: *τὸ δίκαιον εἶναί φαμεν*. IX. p. 904. C: *τὸ γοῦν εἰκός*. Sympos. p. 200. A: *ὡς τὸ εἰκός γε*. Phaedr. p. 276. C: *οὔκουν δὴ τό γ' εἰκός*. Lachet. p. 181. C:

εἰπεῖν· παρὰ μὲν ἡμῖν Ζεύς, παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις, ὅθεν ὅδε ἐστίν, οἶμαι φάναι τούτους Ἀπόλλωνα. ἦ γάρ;

ΜΕ. Ναί.

ὅθεν ὅδε ἐστίν,] ὅδε ἐστὶν Par. A. pro vulg. ὅδ' ἐστίν. Restituimus enim vocalium litterarum concursionem ubicunque eam Par. A. et Vat. Ω. teste Bastio tuerentur, sublatam illam, opinor, ab iis, qui Isocratis aliorumque posteriorum scriptorum hoc in genere accurationem ad Platonem quoque transferendam putarent. In quo quantum a recto aberraverint, luculentum docet Ciceronis testimonium in Oratore c. 44. §. 151. scribentis Platonem ὥςπερ τὸ δίκαιον. Euthyphr. p. 3. A: ὥς γε τὸ εἰκὸς ξυμβαίνειν, ad quem locum v. ann.

παρὰ μὲν ἡμῖν Ζεύς.] Nam Minos credebatur Iovis usus esse consuetudine eique leges et instituta sua accepta retulisse. Unde ab Homero Odyss. XIX. v. 178. vocatur Διὸς μεγάλου ὀαριστής.

παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις — Ἀπόλλωνα·] Constructio leviter inflexa. Poterat dicere simpliciter: παρὰ δὲ Λακεδαιμονίοις, οἶμαι, Ἀπόλλων; aut τοὺς δὲ Λακεδαιμονίους οἶμαι φάναι Ἀπόλλωνα. Nunc ab illa constructione exorsus ad hanc alteram sic deflexit, ut interposuerit τούτους, quod ita nequaquam est necessarium. Quocirca nihil vidit Stephanus ἂν ad φάναι intelligendum ratus. Constat autem multis veterum scriptorum testimoniis Lycurgum legum suarum vim Apollinis Delphici auctoritate sanxisse atque confirmavisse; v. Herodot. I. 65. Xenoph. De Rep. Laced. 5. VIII. Cic. De Divin. I. 43. ibique intpp. Pythiae oraculum Lycurgo datum servavit Euseb. Praep. Ev. V. 27. p. 227.

ὡς τοῦ Μίνω φοιτῶντος —] Creberrime ὡς cum genitivo participii post verba sentiendi, cogitandi, dicendi, pro accusativo cum infinitivo ponitur; cuius rei exempla ad h. l. consignavit Astius; quibus addas Phaedr. p. 244. C. Euthyd. p. 273. E. Cratyl. p. 439. C. Phileb. p. 16. C: οἱ μὲν παλαιοὶ — ταύτην φήμην παρέδοσαν, ὡς ἐξ ἑνὸς μὲν καὶ πολλῶν ὄντων τῶν ἀεὶ λεγομένων εἶναι, πέρας δὲ καὶ ἀπειρίαν ἐν ἑαυτοῖς ξύμφυτον ἐχόντων· ubi deinceps sequitur infinitivus: δεῖν οὖν ἡμᾶς — ἀεὶ μίαν ἰδέαν περὶ παντὸς ἑκάστοτε θεμένους ζητεῖν. Plura desiderantibus suppeditabunt Wyttenbach. Bibl. Crit. III. 1. p. 29. et Lobeck. ad Aiac. v. 281. Praeterea adtendas participium praesentis φοιτῶντος, quum θέντος aoristus subsequatur. Nempe significat Clinias Minoem tum identid ad Iovem itare consuevisse, sed eundem leges suas Cretensibus semel tantum tulisse. Quod si secum reputasset vir egregius, qui ut φοιτήσαντος scriberetur auctor fuit, indicium suum certe aliquantisper cohibuisset.

δι' ἐννάτου ἔτους] nono quoque anno. Homerus l. c. XIX 179: Τοῖσι δ' ἐνὶ Κνωσὸς μεγάλη πόλις, ἔνθα τε Μίνως Ἐννέωρος βασίλευε Διὸς μεγάλου ὀαριστής. Quem locum alii aliter sunt interpretati. Nam primum quidem ἐννέωρος aut ad βασίλευε retulerunt, ut Minoem per decennium tantum

ΑΘ. Μῶν οὖν καθ' Ὅμηρον λέγεις, ὡς τοῦ Μίνω φοιτῶντος πρὸς τὴν τοῦ πατρὸς ἑκάστοτε συνουσίαν δι' ἐνάτου ἔτους και κατὰ τὰς παρ' ἐκείνου φήμας ταῖς πόλεσιν ὑμῖν θέντος τοὺς νόμους; B

crebram vocum concussionem in sermonibus de industria admisisse. Ubicunque igitur in his libris deprehendis, ibi puta eam scripturam Par. A. niti auctoritate. Dein φᾶναι Par. B. ut fere solet.

B. δι' ἐνάτου ἔτους] V. ἐννάτου, quod ex Par. A. Ven. Ξ, Vat. Ω. Florentinis et v. f. h. r. emendatum. conf. intpp. ad Thucyd. I. 117. Buttm. Gr. Ampl. II. p. 413.

Cretibus imperasse existimarent, aut coniunxerunt cum ὀαριστής, ut idem videretur nono quoque anno Iovis consiliis usus esse; v. Strabo X. p. 730. XVI. p. 1105. ed. Casaub. Eustath. ad Odyss. p. 1861. ed. Rom. Apollon. Lex.* in v. Ἐννέωρος. Schol. ad Odyss. l. c. Deinde de significatione vocabuli ἐννέωρος valde disceptatum est, cuius vis quam obscura lateat, docebunt veterum grammaticorum disputationes de locis Iliad. XVIII. v. 351. Odyss. X. v. 390. XI. v. 310. XIX. v. 178. Nec tamen quisquam illorum negavit subesse vocabulo hanc vim, ut temporis indicium faciat. Quod nobis quoque persuasum est, etsi Hermannum in Epistolis de Homero et Hesiodo ad Creuzerum datis p. 75. aliter de hac re iudicare meminimus. Is enim ortum illud voluit áb αἰωρεῖν, sicuti μετέωρος, tribuitque ei hanc potestatem, ut valde grave et ponderosum, deinde magnum, ingens significet. At enim vero quum veterum scriptorum hac in caussa iudicium non parvi faciendum sit, tum nec ipsum vocabulum quidquam habet, quod quominus origo eius ab ὥρα repetatur, ullo modo impediat. Etenim ὥρα quum omnino sit quaevis definita temporis particula in orbem rediens, de anni tempestatibus, de partibus diei, de vitae humanae aetatibus, denique de aliis temporum spatiis certo quodam ordine in orbem redeuntibus a Graecis usurpatum est. Ex quo apparet pro vario nexu et ratione sententiarum ἐννέωρος etiam variam potestatem habere posse. Videtur autem de Minoe iam mature haec invaluisse opinio, ut vel novem annos regnavisse vel nono quoque anno Iovis consuetudine usus esse putaretur. Quae sententia unde originem habuerit, praeclare disputavit Hoeck. De Creta insula Vol. I. p. 247 sq. ubi de octaëteride, sive anno magno, exposuit, qui octennio et tribus mensibus constabat. Quo quidem temporis intervallo multae in Graecia maximeque inter Dorienses religiones summa sunt caeremonia consecratae, ut adeo nono quoque anno regium Minois imperium denuo confirmatum et sancitum videatur. Hinc igitur factum putamus, ut ἐννέωρος de Minoe dictum octo annorum et quod excurrit circuitum significaret. Etenim usus vocabuli ὥρα certe non prohibuit, quominus etiam de anno in orbem redeunte acciperetur. Iam vero haec si ita intellexeris, perinde erit, utrum ἐννέωρος cum βασίλευε iungas, an cum ὀαριστής, quanquam prior ratio magis

ΚΛ. Λέγεται γὰρ οὕτω παρ' ἡμῖν· καὶ δὴ καὶ τὸν ἀδελφόν γε αὐτοῦ Ῥαδάμανθυν, ἀκούετε γὰρ
625 τὸ ὄνομα, δικαιότατον γεγονέναι. τοῦτον οὖν φαῖμεν ἂν ἡμεῖς γε οἱ Κρῆτες ἐκ τοῦ τότε διανέμειν τὰ περὶ τὰς δίκας ὀρθῶς τοῦτον τὸν ἔπαινον αὐτὸν εἰληφέναι.

οὕτω παρ' ἡμῖν] οὕτως παρ' ἡμῖν Ven. Ξ. Par. B. v. ad Prot. p. 351. B. Gorg. p. 522. ann. crit. Ita saepe etiam Par. A. Vat. Ω. al. quod non raro admisimus.

P. 625. ἐπειδὴ δὲ ἐν τοιούτοις] V. δ' ἐν τ. Elisionem habent Ω. v. f. h. r. o. δ. Praeterea f. ἐν τοῖς τοιούτοις, et r. νομικοῖς τέθραφθε.

poëtica est. Ceterum δι' ἐνάτου ἔτους interpretantur vel per novennium, ut Ficinus, Cornarius, Davisius ad Maxim. Tyr. 38, 2. Boeckh. in Min. p. 60 sq. vel nono quoque anno, ut Valer. Max. I. 2. p. 22. ed. Kapp. Casaub. ad Strab. l. d. Spanhem. ad Callim. p. 307. Astius ad h. l. Et Schneiderus quidem Saxo ad Xenoph. T. VI. p. 502. etsi usum loquendi Graecorum utramque interpretationem ferre indicavisse videtur, tamen quin posterior ratio unice vera sit, dubitari non poterit, nisi ab iis, qui et numeri ordinalis rationem et vocis ἑκάστοτε accessionem male neglexerint. v. Matthiae Gr. p. 1150. Hermann ad Viger. p. 584. Fischer. ad Weller. III. 2. p. 168. Eodem redit, quod Strabo habet, δι' ἐννέα ἐτῶν. Famam posteritatis secutus Valer. Max. I. 2. haec perscripsit: Minos, Cretensium rex, *nono quoque* anno in quoddam praealtum et vetusta religione consecratum specus secedere solebat, et in eo commoratus, tanquam a Iove, quo se ortum ferebat, traditas sibi leges praerogabat.

B. κατὰ τὰς παρ' ἐκείνου φήμας] Usum vocabuli φήμη nemo doctius persequutus est Wyttenbachio ad Iulian. p. 150—159. ed. Schaefer. Quod autem Minos narratur a Iove leges accepisse suas, hic deus et natus erat in Creta insula, et omnino pro iuris legumque auctore habebatur; de qua re v. Creuzer. Symb. T. II. p. 505. ed. 3. — Dativus ὑμῖν nihil habet difficultatis. v. Remp. I. p. 343. A. Theaet. p. 143. E. Lysid. p. 208. D. Matthiae Gr. §. 389. Plurima id genus exempla ad h. l. congessit Astius. conf. etiam Abresch. Auctar. Dilucidatt. p. 240. Wolf. ad Demosth. Lept. p. 274. Heindorf. ad Soph. p. 272.

ἀκούετε γὰρ τὸ ὄνομα] H. e. cognitum habetis hoc nomen; v. ad Gorg. p. 503. C. intpp. ad Xenoph. An. I. 9, 28. et Buttmann. ad Sophocl. Phil. 261. Eodem modo infra πυνθάνεσθαι p. 635. B. Similem usum verbi audiendi demonstravit Heusinger. ad ad Cic. Offic. I. 6, 5. et Görenz. ad Cicer. Academ. II. 2. p. 12. Iacobs. ad Antholog. Palat. III. p. 311. De insigni Rhadamanthi iustitia v. Pindar. Pyth. II. 133. Olymp. II. 137. ibique Boeckh. Ari-

ΑΘ. Καὶ καλόν γε τὸ κλέος υἱεῖ τε Διὸς μάλα πρέπον. ἐπειδὴ δὲ ἐν τοιούτοις ἤθεσι τέθραφθε νομικοῖς σύ τε καὶ ὅδε, προςδοκῶ οὐκ ἂν ἀηδῶς ἡμᾶς περί τε πολιτείας τὰ νῦν καὶ νόμων τὴν διατριβὴν λέγοντάς τε καὶ ἀκούοντας ἅμα κατὰ τὴν πορείαν ποιήσεσθαι. πάντως δ' ἥ γε ἐκ Κνώσου ὁδὸς εἰς τὸ B

οὐκ ἂν ἀηδῶς ἡμᾶς] ἡμᾶς om. Par. A. cum Voss. probante Hermanno. Idem τε post περί ignorat.

πάντως δ' ἥ γε ἐκ Κν.] Sic A. B. Ξ. Ω. v. f. h. r. a. c. o. δ. x. Vulgo πάντως δή γε.

B. *ἐκ Κνώσου*] Codd. f. r. pro vulg. Κνώσσου. offerunt ἐκ Κνώσου. probante Bekkero. Et commendatur simplex sigma antistoph. Avv. v. 522. ubi vocatur δικαιότατος πάντων ἀνθρώπων. Et notum est proverbium Ῥαδάμανθυς τοὺς τρόπους de severo iustitiae satellite usurpatum, quod interpretantur Diogenian. VII. 98. Grammat. in Bekkeri Anecdot. I. p. 61.

P. 625. *τοῦτον τὸν ἔπαινον αὐτὸν κτλ.*] Iterat αὐτὸν subiecti mentionem iam antea verbis τοῦτον οὖν φαῖμεν ἂν factam: qui usus loquendi non est adeo rarus; v. ad Phaedon. p. 111. C. Remp. III. p. 398. A. Gorg. p. 482. D.

ἐν τοιούτοις ἤθεσι τέθραφθε νομικοῖς] In his per epexegesin quandam νομικοῖς pronomini τοιούτοις additum: quod monemus, ne quis nasutior glossema hic odoretur. Sunt autem ἤθη νομικά, quae a legibus ducunt originem suam iisque sunt conformata. Itaque etiam De Rep. VII. p. 539. A. nunc νομικοῦ pro νομίμου restitui Libr. VI. p. 751. D. est τετράφθαι ἐν ἤθεσι νόμων. Nec inepte contendas Herodot. II. 35: ἤθεά τε καὶ νόμους, ubi Valckenar. ἔθεα malebat. Comparavit hunc locum Strabo X. p. 459. Dein ἂν post οὐκ interpositum pertinet ad infinitivum futuri ποιήσεσθαι, quod genus structurae attigimus ad Remp. VI. p. 506. A. Criton. p. 53. C. — *λέγοντας καὶ ἀκούοντας* more Platonis iunctum. Sympos. p. 173. B: πάντως ἡ ὁδὸς ἡ εἰς ἄστυ ἐπιτηδεία πορευομένοις καὶ λέγειν καὶ ἀκούειν. Gorg. p. 457. D: ἔνιοί γε τελευτῶντες αἴσχιστα ἀπαλλάττονται — εἰπόντες καὶ ἀκούσαντες περὶ σφῶν αὐτῶν τοιαῦτα. Phaedon. p. 58. D: τὸ μεμνῆσθαι Σωκράτους καὶ αὐτὸν λέγοντα καὶ ἄλλου ἀκούοντα. Protag. p. 347. D: αὐτοὺς ἑαυτοῖς ἱκανοὺς ὄντας συνεῖναι — λέγοντάς τε καὶ ἀκούοντας ἐν μέρει ἑαυτῶν κοσμίως. De Rep. II. p. 358. D: περὶ γὰρ τίνος ἂν μᾶλλον πολλάκις τις νοῦν ἔχων χαίροι λέγων καὶ ἀκούων; Posterioris aetatis scriptores hanc loquendi formam crebra imitatione expressisse docuit Boissonad. ad Philostrati Heroic. p. 298. — *κατὰ τὴν πορείαν.* inter eundum. Frustra Steph. coniecit καὶ τὴν πορείαν ποιήσεσθαι.

πάντως δ' ἥ γε ἐκ Κνώσου —] Usitatius fere fuit: πάντως ἥ γε ἐκ Κνωσοῦ, omisso δέ; v. Remp. VI. p. 504. A. Tim. p. 26. D. Sympos. p. 173. B. Theaet. p. 143. A. Sophist. p. 235. C. ibique ann. Aristophan. Vesp. v. 770. ed. Dind. Sed codd. omnes rara consensione

τοῦ Διὸς ἄντρον καὶ ἱερόν, ὡς ἀκούομεν, ἱκανή, καὶ ἀνάπαυλαι κατὰ τὴν ὁδόν, ὡς εἰκός, πνίγους ὄντος τὰ νῦν ἐν τοῖς ὑψηλοῖς δένδρεσίν εἰσι σκιαραί, καὶ ταῖς ἡλικίαις πρέπον ἂν ἡμῶν εἴη τὸ διαναπαύεσθαι πυκνὰ ἐν αὐταῖς, λόγοις τε ἀλλήλους παραμυθουμένους τὴν ὁδὸν ἅπασαν οὕτω μετὰ ῥᾳστώνης διαπερᾶναι.

quorum numorum et inscriptionum auctoritate v. Eckhel. Doctr. Num. Vol. II. p. 308. et 309. conf. p. 636. E. 629. C. Nec tamen negligendum est, quod praestantissimi codd. Par. A. Vat. Ω. Ven. Ξ. alii multi duplex σ ubique in his libris perscriptum habent; de quo hic semel monuisse satis erit. A quorum quidem auctoritate ne videamur temere discessisse, monuisse iuvabit, Parisinum A. a prima manu ubique simplex σῖγμα scriptum exhibere, ita ut alterum σῖγμα a recentiore demum manu super versu adscriptum legatur. Accedit quod receptam a nobis scripturam δὲ tuentur, quae vocula sane etiam aliis locis consimilibus defenditur. Apolog. p. 33. D: εἰ δὲ μὴ αὐτοὶ ἤθελον (ἐμοῦ κατηγορεῖν), τῶν οἰκείων τινὰς τῶν ἐκείνων — νῦν μεμνῆσθαι καὶ τιμωρεῖσθαι. πάντως δὲ πάρεισι πολλοὶ αὐτῶν. Lysias in Eratosthen. p. 386. ed. Reisk.: ἔλεγον — καλλίστην πρόφασιν εἶναι τιμωρεῖσθαι μὲν δοκεῖν, τῷ δὲ ἔργῳ χρηματίζεσθαι· πάντως δὲ τὴν μὲν πόλιν πένεσθαι κ. τ. λ. Aristoph. Thesmoph. v. 1012: πάντως δ' ἐμοὶ τὰ δέσμ' ὑπάρχει. Nimirum δὲ omisso asseveratio est fortior. Est autem πάντως nostrum: iedenfalls. De antro Iovis ad Idae montis radices in vicinia Gnosi sito v. Arat. 33. ibique Schol. et Schol. ad Apoll. Rhod. III. 134. Spanhem. ad Callim. hymn. in Iov. p. 31. sq. Hoeck. l. c. T. III. p. 311. — ὡς ἀκούομεν, ut novimus, ut fama et auditione accepimus; v. ad p. 624. B.

B. καὶ ἀνάπαυλαι — σκιαραί] Et loci in via ad quietem capiendam idonei, ut par est in hoc aestu, parati sunt altis arboribus umbrosi. Sed ἐν τοῖς ὑψηλοῖς δένδρεσι proprie est, inter altas istas arbores, v. Perizon. ad Aelian. Varr. Hist. II. 25. Sturz. ad Hellanic. Lesb. Fragm. p. 129. Matthiae Gr. §. 577. Montuosam et sylvestrem regionem, maxime cupressorum nemoribus insignem, egregie descripsit Hoeck. l. c. T. I. p. 37.

διαναπαύεσθαι πυκνὰ ἐν αὐταῖς] H. e. crebro. De Rep. I. p. 328. C: νῦν δὲ σὲ χρὴ πυκνότερον δεῦρο ἰέναι. Sic πολλὰ pro πολλάκις Phaedon. p. 61. C. ubi v. annot.

ἀλλήλους παραμυθουμένους] „Cap. 7. παραμύθια ποιήσασθαι τῆς ὁδοῦ, III. 6. ἀλλὰ μὴν δεῖ γε ἡμᾶς — διελθεῖν τὴν ὁδὸν ἀλύπως, ὡς ἔφαμεν, ἡνίκα ἠρχόμεθα πορεύεσθαι. Similia sunt illa Virgil. Aen. VIII. v. 309. — varioque viam sermone levabant. Heliodor. III. in τὸν πόνον ὁδοιπορίας ἐπικουφίζων καὶ τῷ διηγήματι παραπέμπων.“ Ast.

κυπαρίττων — ὕψη καὶ κάλλη θαυμάσια] Abstra-

ΚΛ. Καὶ μὴν ἔςι γε, ὦ ξένε, προϊόντι κυπαρίττων τε ἐν τοῖς ἄλσεσιν ὕψη καὶ κάλλη θαυμάσια καὶ λειμῶνες, ἐν οἷσιν ἀναπαυόμενοι διατρίβοιμεν ἄν. C

ΑΘ. Ὀρθῶς λέγεις.

ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν· ἰδόντες δὲ μᾶλλον φήσομεν. ἀλλ' ἴωμεν ἀγαθῇ τύχῃ.

eamque numorum et inscriptionum veterum fide firmatam non mediocriter communiunt etiam aliorum auctorum codices praestantissimi, Homeri, Strabonis, Apollonii Rhodii, Sophoclis, Aiac. v. 699. ubi tamen Lobeckius utramque scripturam pariter probari censet, assentiens ea in caussa Hoeckio De Creta Insula T. I. p. 401. Ita non veremur ne vere iudicaverit Lobeckius nos cupidius ratus formam *Κνώσσου* ex Platone ubique expulisse.

εἰσὶ σκιαραί] *σκιεραί* r. Par. B. *διαπαύεσθαι* pro *διαναπαύεσθαι*. Cod. v. *πυκνὰ καὶ ἐν αὐταῖς*.

κυπαρίττων τε ἐν τ.] *τε* om. r.

ctum nomen pro concreto similiter positum atque Phaedr. p. 229. E: *καὶ ἐπιῤῥεῖ δὲ ὄχλος τοιούτων Γοργόνων καὶ Πηγάσων, καὶ ἄλλων ἀμηχάνων πλήθη τε καὶ ἀτοπίαι — φύσεων*, i. e. *καὶ ἄλλαι πολλαὶ καὶ ἄτοποι φύσεις*. Libr. IV. p. 707. A: *πόλεων δυνάμεις*, pro *πόλεις δυνάμεναι*. Libr. II. p. 653. D: *τὰς τῶν ἑορτῶν ἀμοιβάς*, i. e. *τὰς ἑορτὰς ἀμειβομένας*. Eurip. Med. v. 1297: *αἰθέρος βάθος*, i. e. *αἰθὴρ βαθύς*. Abstracti nominis pro adiectivo usum tetigerunt intpp. ad Aristoph. Plut. v. 268. Ceterum totum hunc locum ob oculos habuit Cicero De Legg. I. 5: Visne igitur, ut ille Crete cum Clinia et cum Lacedaemonio Megillo aestivo, quemadmodum describit, die in cupressetis Gnosiorum et spatiis silvestribus crebro insistens, interdum acquiescens, de institutis rerum publicarum ac de optimis legibus disputat. Deinde Stephanus legi vult: *ἐν οἷς συναναπαυόμενοι*. Sine caussa idonea; nec Ionica dativi forma in his libris rara, sicuti alibi docebimus.

C. *ἈΘ. Ὀρθῶς λέγεις. ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν· ἰδόντες δὲ μ.*] Quod Atheniensis respondet *Ὀρθῶς λέγεις*, id referendum est ad postrema verba: *ἐν οἷσιν ἀναπαυόμενοι διατρίβοιμεν ἄν*. Vult enim ipse quoque in amoenis illis cupressetis atque pratis recumbere ac disserendo fallere tempus. Hunc vero illius assensum Clinias ita excipit, ut respondeat *Πάνυ μὲν οὖν*, atque suam ipsius sententiam denuo confirmet. Nam ad *Πάνυ μὲν οὖν* apparet repetendum esse *ὀρθῶς λέγω*. Addit autem consilium suum amico magis etiam probatum iri, ubi longius processerint atque nemorum amoenitatem propius fuerint conspicati. Itaque equidem non exputo, quid Astium commoverit, ut in utraque editione sua partes personarum hunc in modum distribueret: — *διατρίβοιμεν ἄν. ἈΘ. Ὀρθῶς λέγεις. πάνυ μὲν οὖν· ἰδόντες δὲ μᾶλλον φήσομεν· ἀλλ' ἴωμεν ἀγαθῇ τύχῃ. ΚΛ. Ταῦτ' εἴη. ἈΘ. Καί μοι λέγε, κ. τ. λ.* Quam distinctionem nullo modo

Cap. II. *ΑΘ.* *Ταῦτ' εἴη. καί μοι λέγε, κατὰ τί τὰ ξυσσίτιά τε ὑμῖν συντέταχεν ὁ νόμος καὶ τὰ γυμνάσια καὶ τὴν τῶν ὅπλων ἕξιν;*

ΚΛ. *Οἶμαι μέν, ὦ ξένε, καὶ παντὶ ῥᾴδιον ὑπολαβεῖν εἶναι τά γε ἡμέτερα. τὴν γὰρ τῆς χώρας πά-*
D *σης Κρήτης φύσιν ὁρᾶτε, ὡς οὐκ ἔςι, καθάπερ ἡ τῶν Θετταλῶν, πεδιάς. διὸ δὴ καὶ τοῖς μὲν ἵπποις ἐκεῖνοι χρῶνται μᾶλλον, δρόμοισι δὲ ἡμεῖς· ἥδε γὰρ ἀνώμαλος αὖ καὶ πρὸς τὴν τῶν πεζῇ δρόμων ἄσκη-*

Cap. II. D. *φύσιν ὁρᾶτε*] *ὁρᾶς* r.
χρῶνται μᾶλλον] *μόνον* o. f. In cod. r. *μᾶλλον* om.
πεζῇ δρόμων] *πεζοδρόμων* f. Mox cod. v. mutato ordine: *ἐν τῷ τοιούτῳ ἀναγκαῖον.*
τῶν δὴ τόξων] *δὲ* f. In Par. B. *καὶ τοξευμάτων* om.
ἐξήρτυνται] Ald. Bas. 1. 2. *ἐξήρτηται*, ut est in Par. B.

tolerandam censemus. Nam primum quidem verba: *ἰδόντες δὲ μᾶλλον φήσομεν*, haudquaquam in hospitem Atheniensem, sed unice in Cretensem conveniunt, ut qui illarum regionum notitiam habeat. Deinde illud *Ὀρθῶς λέγεις, πάνυ μὲν οὖν*, loquendi consuetudini mirifice adversatur, siquidem scribi certe debuit: *Πάνυ μὲν οὖν ὀρθῶς λέγεις.* Multo minus etiam probandam putamus coniecturam Winckelmanni: *διατρίβοιμεν ἄν. ΑΘ. Πάνυ μὲν οὖν ὀρθῶς λέγεις· ἰδόντες δὲ — τύχῃ. ΚΛ. Ταῦτ' εἴη. ΑΘ. Καί μοι λέγε κ. τ. λ.* Quae coniectura et nimis audax est et non necessaria.

Cap. II. *κατὰ τί τὰ ξυσσίτιά τε ὑμῖν* —] Tria sciscitatur quae constat Cretensibus cum aliis Doriensibus maximeque Spartanis fuisse communia. Vult enim scire cur convivia, gymnasia et armorum gestatio in illorum civitate instituta sint. Nam *κατὰ τί* est cur, quamobrem; v. ad Phaedon. p. 61. E. De *συσσιτίοις* Cretensium, quae Spartae *φιλίτια* ac *φειδίτια*, et utrobique *ἀνδρεῖα* appellata sunt, uberrime exposuerunt Müller. Dorr. T. II. p. 274 sqq. Hoeck. De Creta insula T. III. p. 120 sqq. conf. ipsum Platonem infra libr. VI. c. 21. p. 780. B. Gymnasia narrant a Cretensibus primum instituta esse, de qua re v. Perizon. ad Ael. V. H. III. 9. Müller. Dorr. II. p. 304. De re militari eorum v. quae disputavit Hoeck. l. c. T. III. p. 102 sqq. coll. p. 442.

καὶ παντὶ ῥᾴδιον] vel cuique. Nam sic *καὶ* ante *πᾶς* et *πολὺς* ponitur. v. Elmslei. ad Med. v. 513. et 871. Fritsche. Quaestionn. Lucian. p. 6 sq.

D. *ὡς οὐκ ἔστι — πεδιάς*] Cretam fuisse montuosam et sylvestrem satis constat. v. Homer. Odyss. *τ'*. v. 172. Strab. X. p. 457. conf. Hoeck. T. I. p. 31 sqq. Thessalia contra campestris erat et pascuorum fertilitate insignis.

τοῖς μὲν ἵπποις ἐκεῖνοι χρῶνται] Quocirca Thessali

σιν μᾶλλον σύμμετρος. ἐλαφρὰ δὴ τὰ ὅπλα ἀναγκαῖον ἐν τῷ τοιούτῳ κεκτῆσθαι καὶ μὴ βάρος ἔχοντα θεῖν· τῶν δὴ τόξων καὶ τοξευμάτων ἡ κουφότης ἁρμόττειν δοκεῖ. ταῦτ' οὖν πρὸς τὸν πόλεμον ἡμῖν ἅπαντα ἐξήρτυται, καὶ πάνθ' ὁ νομοθέτης, ὥς γ' ἐμοὶ φαί- E νεται, πρὸς τοῦτο βλέπων συνετάττετο· ἐπεὶ καὶ τὰ ξυσσίτια κινδυνεύει ξυναγαγεῖν ὁρῶν, ὡς πάντες, ὁπόταν στρατεύωνται, τόθ' ὑπ' αὐτοῦ τοῦ πράγματος ἀναγκάζονται φυλακῆς αὑτῶν ἕνεκα ξυσσιτεῖν τοῦτον τὸν χρόνον. ἄνοιαν δή μοι δοκεῖ καταγνῶναι τῶν

Ven. Ξ. et libris h. c. δ.

E. ὥς γ' ἐμοὶ φαίνεται] γέ μοι Par. B. conf. De Rep. p. 417. D. V. p. 480. E. Ion. p. 533. B. Nimirum ὡς non extollendum magis quam pronomen fuit.

ὁπόταν στρατεύωνται] Sic A. Ω. v. f. h. r. a. c. δ. x. pro vulg. ὅταν στρ.

re equestri vehementer delectati sunt, de qua re v. ad Hipp. mai. p. 284. A. et Menon. in. Hinc nec quidquam illustrius Thessalico equitatu. Quem quum Philippus Macedo suis copiis addidisset, Macedonum exercitus omnibus superiores visi sunt. Quod autem ante omnia τοὺς δρόμους memorat, in gymnasiis apud Cretenses id maxime spectabatur, ut adolescentes ad currendi facultatem exercerentur. Quocirca Suidas in Δρόμοι narrat Cretes adeo gymnasia sua δρόμων nomine appellavisse, atque Hesychius auctor est eum, qui per decennium gymnicis exercitationibus interfuisset, vocatum esse δεκάδρομον; v. Müller. Dorr. T. II. p. 314. Hoeck. l. c. III. p. 102. Frustra Stephanus voc. δρόμοισι in corruptelae suspicionem vocavit.

ἐν τῷ τοιούτῳ κεκτ.] H. e. in tali rerum conditione, ut II. p. 657. C. p. 671. B. al. conf. ad Menexen. p. 288. B. Verba καὶ μὴ βάρος ἔχοντα θεῖν, ab interpretibus male intellecta, sic interpretamur: atque currere nihil grave et ponderosum gestantem. Nam ἔχοντα non pertinet ad τὰ ὅπλα, sed masculino genere est accipiendum, ut infinitivo θεῖν more loquendi haudquaquam infrequenti subiectum indefinitum τινὰ contineri putari debeat. — ἁρμόττειν δοκεῖ, sc. τῷ τοιούτῳ. Ceterum schol. τόξα ὁ βιός, τοξεύματα τὰ βέλη.

πρὸς τὸν πόλεμον — ἐξήρτυται.] ad bellum comparata sunt. Male alii ἐξήρτηται.

E. ἐπεὶ καὶ τὰ ξυσσοίτια] Gymnasia τῶν δρόμων mentione significavit; deinde locutus est de levitate armorum. Recte igitur nunc transit ad convivia, de quibus hospes Atheniensis item erat sciscitatus. Itaque nihil est in hoc loco, quod legentes ullo modo possit offendere.

ἄνοιαν δή μοι δοκεῖ κ.] Non assentior Astio ἄγνοιαν corrigendum existimanti. Quod enim vulgus caussam rei non intelligit, ea non tantum est

πολλῶν, ὡς οὐ μανθανόντων, ὅτι πόλεμος ἀεὶ πᾶσι διὰ βίου ξυνεχὴς ἐςὶ πρὸς ἁπάσας τὰς πόλεις· εἰ δὴ πολέμου γε ὄντος φυλακῆς ἕνεκα δεῖ ξυσσιτεῖν καί
626 τινας ἄρχοντας καὶ ἀρχομένους διακεκοσμημένους εἶναι φύλακας αὐτῶν, τοῦτο καὶ ἐν εἰρήνῃ δραςέον· ἣν γὰρ καλοῦσιν οἱ πλεῖςοι τῶν ἀνθρώπων εἰρήνην, τοῦτ' εἶναι μόνον ὄνομα, τῷ δ' ἔργῳ πάσαις πρὸς πάσας τὰς πόλεις ἀεὶ πόλεμον ἀκήρυκτον κατὰ φύσιν εἶναι. καὶ σχεδὸν ἀνευρήσεις οὕτω σκοπῶν τὸν Κρητῶν νομοθέτην, ὡς εἰς τὸν πόλεμον ἅπαντα δημο-

εἰ δὴ πολέμου γε ὄντος] Astius correxit δέ, quod est in uno Voss. x.

P. 626. A. ἣν γὰρ καλοῦσιν] Laudat usque ad τῶν νικώντων γίγνεσθαι Stob. Flor. Tit. L. 14. T. II. p. 320. ed. Gaisf. Lips.

B. φαίνει μοι γεγυμν.] V. φαίνῃ, quod servat Schneider. Sed praestantissimi libri Par. A. et Vat. Ω. Bastio quidem teste ut hic ita fere ubique a pr. aut sec. m. scriptum habent ει, exceptis locis Libr. IX. p. 861. C. et X. 900. A. ubi ταράττῃ. ut dubium non sit, quo iure Bekkerus etiam in hoc opere eam formam ubique restituerit. Nam falsi sunt opinione sua, qui virum eximium hac in re mero arbitrio versatum esse putarunt ideoque Platonem opinati sunt modo hac modo altera forma usum esse. Nimirum praestantissimi codices quum constanter fere terminationem in ει servaverint aut saltem eius vestigia ubique osten-

ἄγνοια, sed etiam ἄνοια, quod nos dicimus: Unverstand. Recte Schol.: ὅτι δὴ λανθάνει αὐτούς, ὡς ἀνάγκη καὶ τὰς πόλεις καὶ πάντας ἀνθρώπους πολεμεῖν διὰ βίου, ὁ Μίνως ἀνοήτους ἐκείνους ἐνόμιζεν, ὅσοι μὴ τὸν πόλεμον τὸ τέλος ποιοῦνται. conf. Libr. III. p. 688. E. p. 689. B. p. 691. C. p. 700. E. IV. p. 716. A. VII. p. 794. D.

ὅτι πόλεμος ἀεὶ — πόλεις] Loquitur ut Cretensis, siquidem illius insulae cives perpetuo in armis erant; v. Hoeck. l. c. T. III. p. 442. Unde supra ἕξις τῶν ὅπλων.

εἰ δὴ πολέμου γε ὄντος —] si igitur belli tempore custodiae causa oportet communiter coenare milites et quosdam principes ac subditos dispositos illorum esse custodes ctr. In his δή, igitur, unice verum, quod Astius perperam in δὲ commutavit. Dein ad δεῖ συσσιτεῖν ex antecedentibus facile intelligas τοὺς στρατευομένους: quorsum refertur pronomen αὐτῶν. Denique ad δραστέον, etsi εἶναι cum Astio intelligi liceat, tamen usus loquendi minime impedit, quominus ἐστὶν intelligamus. Nondum enim satis cognita grammaticis nostris illa ratio est, qua rectae et obliquae orationis forma etiam in hoc sermonis genere repente permutatur; v. ad Lachet. p. 198. B. 186. B. Alcibiad. II. p. 147. E. ex quibus locis perspicies etiam post rectam orationem rursus inferri infinitivum.

σίᾳ καὶ ἰδίᾳ τὰ νόμιμα ἡμῖν ἀποβλέπων συνετάξατο, καὶ κατὰ ταῦτα οὕτω φυλάττειν παρέδωκε τοὺς νόμους, ὡς τῶν ἄλλων οὐδενὸς οὐδὲν ὄφελος ὄν, οὔτε B κτημάτων οὔτ' ἐπιτηδευμάτων, ἂν μὴ τῷ πολέμῳ ἄρα κρατῇ τις· πάντα δὲ τὰ τῶν νικωμένων ἀγαθὰ τῶν νικώντων γίγνεσθαι.

Cap. III. *ΑΘ.* Καλῶς γε, ὦ ξένε, φαίνει μοι γεγυμνάσθαι πρὸς τὸ διειδέναι τὰ Κρητῶν νόμιμα. τόδε δέ μοι φράζε ἔτι σαφέςερον· ὃν γὰρ ὅρον ἔθου τῆς εὖ πολιτευομένης πόλεως, δοκεῖς μοι λέ-

dant, quid inde consequatur, qui Grammaticorum hac de re testimonia non neglexerint, facile ipsi pervidebunt. Quod vero rem reddidit controversam, illud ipsum est, quod Bekkerus factu indignum iudicavit, rem semel iterumque animadversam omnibus ac singulis locis repetere et inculcare; id quod perspicue ex Bastii et Gaisfordi schedis intelleximus; intelligitur item ex collatione codicis Parisini A. nuper ad libros Reipublicae a Turicensibus in editione min. anni 1847. publicata, unde discimus eum librum etiam in Republica hanc scripturam tueri. Hoc igitur non reputavit C. E. Chr. Schneiderus, qui quae ea de re ad Civit. T. I. p. XLVIII sqq. exposuit, ea cassa nuce inaniora sunt. Pertraxit tamen in fraudis societatem quum alios viros doctos, tum nuper etiam Kühnerum ad Xenoph. Memor. p. 487. Dein Voss. cum aliis quibusdam τὰ τῶν Κρητῶν.

P. 626. τοῦτ' εἶναι μόνον ὄνομα] Eurip. Orest. v. 455: ὄνομα γάρ, ἔργον δ' οὐκ ἔχουσιν οἱ φίλοι, οἱ μὴ 'πὶ ταῖσι ξυμφοραῖς ὄντες φίλοι. Phoeniss. 556: τί δ' ἔστι τὸ πλέον; ὄνομ' ἔχει μόνον. Plutarch. De Fort. II. p. 345: οὐδὲν ἄρα τῆς ἀρετῆς ἔργον ἐστὶν, ἀλλ' ὄνομα τοῦτο καὶ λόγος ἔχων δόξαν. Dein πόλεμος ἀκήρυκτος nunc nec interpretandum cum Astio bellum crudele, saevum, ac perpetuum, de quo usu loquendi v. Abresch. Dilucidatt. Thucyd. p. 555. nec genus bellorum a Cretensibus inter se gestorum peculiare, quale suspicatus est Hoeck. l. c. T. III. p. 442. Nimirum intelligitur omnino bellum non denunciatum et indictum.

καὶ κατὰ ταῦτα οὕτω φυλάττειν π. τ. ν.] et hactenus ita leges servandas tradidisse, ac si nullum esset ceterarum rerum pretium, nec opum nec studiorum, nisi quis bello esset superior. De κατὰ ταῦτα οὕτως v. ad Libr. XI. p. 914. E. Deinde infertur accusativus cum infinitivo πάντα δὲ — γίγνεσθαι, quoniam ὡς ante participium positum opinionis facit indicium. Eadem prorsus constructio est Charmid. p. 164. D. ubi v. ann. et particulae ἅτε ante participium positae Legg. III. p. 686. A. Frustra igitur est Stephanus, qui aut γίγνεται malebat aut φιλεῖ et εἴωθε intelligendum esse opinabatur.

Cap. III. B. ὃν γὰρ ὅρον ἔθου—] Quod enim defini-

C γειν οὕτω κεκοσμημένην οἰκεῖν δεῖν, ὥςτε πολέμῳ νικᾶν τὰς ἄλλας πόλεις. ἦ γάρ;

ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν· οἶμαι δὲ καὶ τῷδε οὕτω ξυνδοκεῖν.

ΜΕ. Πῶς γὰρ ἂν ἄλλως ἀποκρίναιτο, ὦ θεῖε, Λακεδαιμονίων γε ὁςτιςοῦν;

ΑΘ. Πότερ' οὖν δὴ πόλεσι μὲν πρὸς πόλεις ὀρθὸν τοῦτ' ἐςί, κώμῃ δὲ πρὸς κώμην ἕτερον;

ΚΛ. Οὐδαμῶς.

ΑΘ. Ἀλλὰ ταὐτόν;

C. *Πότερ' οὖν δὴ π.*] V. *πότερον οὖν*, invitis A. B. Ξ Ω. v. s. r. a. b. c. o. δ. et editt. Ald. Bas. 1. 2.

ταὐτὸν ἔτι;] Voss. *ἐστι;* quod olim cum Astio dedimus. Sed hoc *ἔτι* iam tanquam praeparamur ad alterum istud *ἔτι* in

tionem civitatis bene constitutae a te propositam attinet, videris mihi dicere, eam administrari oportere ita ordinatam, ut reliquas civitates bello vincat. De Rep. VIII. p. 551. A: *οὐκοῦν τότε δὴ νόμον τίθενται ὅρον πολιτείας ὀλιγαρχικῆς*, i. e. legem ferunt, quae paucorum dominationem definiat. Male schol. *ὅρον ἀντὶ τοῦ τέλος τῆς νομιζομένης παρά σοι πολιτείας.* Verbum *οἰκεῖν* intransitive positum, ut sit institutum esse, administrari, habitari; v. ad Remp. VIII. p. 534. A. Menex. p. 238. B. et quae ex his ipsis libris attulit Astius, III. p. 702. A. p. 693. A. IX. p. 853. B. conf. Sturz. Lexic. Xenoph. III. p. 248.

C. *Πῶς γὰρ ἂν ἄλλως ἀπ. ὦ θεῖε*] Schol.: *ἡ ἀπόκρισις ἔνδειξιν ἔχει τοῦ Λακωνικοῦ τρόπου, σύντομος οὖσα καὶ συνεστραμμένη, ἅμα δὲ καὶ κατὰ τὴν λέξιν τραχύτητα ὑποφαίνουσα. καὶ τὸ ὦ θεῖε Λακωνικόν, πλὴν ὅτι τὸ θ̄ ἐνήλλακται. σεῖε γὰρ τὸ θεῖε παρ' αὐτοῖς.* conf. Valcken. ad Theocriti Adoniaz. p. 286. A. Boeckhius in Min. p. 70. non solum *ὦ θεῖε* Laconismum redolere putat, sed etiam *Λακεδαιμονίων ὁςτιςοῦν*. Certe idem Megillus infra p. 633. B: *ἔγωγε εἴποιμ' ἂν καὶ Λακεδαιμονίων ὁςτιςοῦν.*

κώμῃ δὲ πρὸς κώμην ἕτερον;] Sc. *ὀρθόν ἐστιν, καὶ οὐχὶ τοῦτο.* Eodem modo mox ad *ταὐτόν ἐστιν* intelligas *ὀρθόν*: quod monemus, quia res leviuscula magni erroris caussa extitit.

D. *Αὐτῷ δὲ πρὸς αὐτὸν — διανοητέον;*] Laudat haec Euseb. Praep. Ev. XII. 27. p. 600. B. respexit Themist. Orat. X. p. 229. Est autem sententia verborum haec: Ipsi vero adversus semetipsum utrum sicuti hosti adversus hostem sentiendum est, an quomodo iam censemus? Fallitur enim

ΚΛ. Ναί.

ΑΘ. Τί δέ; πρὸς οἰκίαν οἰκίᾳ τῶν ἐν τῇ κώμῃ, καὶ πρὸς ἄνδρα ἀνδρί, ἑνὶ πρὸς ἕνα, ταὐτὸν ἔτι;

ΚΛ. Ταὐτόν.

ΑΘ. Αὐτῷ δὲ πρὸς αὐτὸν πότερον ὡς πολεμίῳ πρὸς πολέμιον διανοητέον; ἢ πῶς ἔτι λέγομεν; D

ΚΛ. Ὦ ξένε Ἀθηναῖε — οὐ γάρ σε Ἀττικὸν ἐθέλοιμ' ἂν προσαγορεύειν· δοκεῖς γάρ μοι τῆς θεοῦ ἐπωνυμίας ἄξιος εἶναι μᾶλλον ἐπονομάζεσθαι· τὸν γὰρ λόγον ἐπ' ἀρχὴν ὀρθῶς ἀναγαγὼν σαφέςερον ἐποίησας, ὥςτε ῥᾷον ἀνευρήσεις, ὅτι νῦν δὴ ὑφ'

verbis: ἢ πῶς ἔτι λέγομεν.

D. ἢ πῶς ἔτι λέγομεν;] Sic H. et X. pro vulg. λέγωμεν. C. Fr. Hermann. de suo dedit: πῶς; τί λέγομεν; Nos cum libris facimus.

Astius, qui commate post πρὸς αὐτὸν posito dativum αὐτῷ ex praegresso ὀρθὸν s. ταὐτὸν εἶναι pendere censet. De indicativo: ἢ πῶς ἔτι λέγομεν v. ad Hipp. mai. p. 302. E. Phaed. p. 75. B. De Rep. II. p. 377. E. VII. p. 530. V. p. 461. E.

Ὦ ξένε Ἀθηναῖε —] Negat se eum Atticum appellaturum, quum propter sapientiam potius Atheniensis vocandus videatur, quippe quod vocabulum ad ipsius Ἀθηνᾶς nomen propius accedat. — ἐπωνυμίας ἄξιος εἶναι μᾶλλον ἐπονομάζεσθαι nota constructionis forma dictum pro δοκεῖς γάρ μοι ἄξιος εἶναι μᾶλλον ἐπονομάζεσθαι τῇ θεοῦ ἐπωνυμίᾳ aut δοκεῖς γὰρ — εἶναι, ὥςτε μᾶλλον αὐτῇ ἐπονομάζεσθαι. de qua explicavimus ad Remp. I. p. 342. C. III. 407. C. IV. p. 437. C. Phaedr. p. 242. B. Charmid. p. 161. A. Gorg. p. 513. E. Legg. VII. 790. D. III. 700. C. XI. 933. A. B. Tim. p. 33. C. ubi quod genus quoddam attractionis in hac constructione agnovimus, id stolide nuper et arroganter vituperavit ineptus minutiarum captator, cuius nomen hic iuvabit honoris caussa tacuisse. Deinde in verbis: τὸν γὰρ λόγον ἐπ' ἀρχὴν ὀρθ. rursus infertur γάρ, propterea quod scriptor hanc sententiam nunc cum proxime praecedenti coniunxit. Proprie esse debebat: ὦ ξένε Ἀθ., τὸν λόγον ἐπ' ἀρχὴν ὀρθῶς ἀν. κ. τ. λ. nam reliqua per parenthesin sunt interposita. Sed nimirum nunc primariam sententiam apparet cum parenthesi coniungi arctissime ideoque γὰρ habere interpositum. Omnino saepe ita fit, ut ad compellationem per vocativum deinde in sequentibus non amplius respiciatur; v. Seidler. ad Eurip. Electr. v. I.

ἐπ' ἀρχὴν — ἀναγ.] Schol. τῇ ἀναλύσει χρησάμενος καὶ ἐφ' ἕνα ἕκαστον ἀναγαγὼν ἐκ τῆς πόλεως.

ἡμῶν ὀρθῶς ἐῤῥήθη τὸ πολεμίους εἶναι πάντας πᾶσι δημοσίᾳ τε καὶ ἰδίᾳ ἑκάςους αὐτοὺς σφίσιν αὐτοῖς.

E *ΑΘ.* Πῶς εἴρηκας, ὦ θαυμάσιε;

ΚΛ. Κἀνταῦθα, ὦ ξένε, τὸ νικᾶν αὐτὸν αὐτὸν πασῶν νικῶν πρώτη τε καὶ ἀρίςη, τὸ δὲ ἡττᾶσθαι αὐτὸν ὑφ' ἑαυτοῦ πάντων αἴσχιςόν τε ἅμα καὶ κάκιςον. ταῦτα γὰρ ὡς πολέμου ἐν ἑκάςοις ἡμῶν ὄντος πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς σημαίνει.

ΑΘ. Πάλιν τοίνυν τὸν λόγον ἀναςρέψωμεν.
627 ἐπειδὴ γὰρ εἷς ἕκαςος ἡμῶν ὁ μὲν κρείττων αὐτοῦ, ὁ δὲ ἥττων ἐςί, πότερα φῶμεν οἰκίαν τε καὶ κώμην καὶ πόλιν ἔχειν ταὐτὸν τοῦτο ἐν αὐταῖς, ἢ μὴ φῶμεν;

ΚΛ. Τὸ κρείττω τε ἑαυτῆς εἶναι λέγεις τινά, τὴν δ' ἥττω;

ΑΘ. Ναί.

ΚΛ. Καὶ τοῦτο ὀρθῶς ἤρου· πάνυ γὰρ ἔςι καὶ σφόδρα τὸ τοιοῦτον, οὐχ ἥκιςα, ἐν ταῖς πόλεσιν. ἐν

ἰδίᾳ ἑκάστους] Ante ἑκάστους Astius καὶ ex cod. Voss. marg. inseruit. Stephano teste in cod. quodam legitur etiam: ἰδίᾳ ἑκάστους καὶ αὐτοὺς σφ. α. Nec tamen a vulg. recedit Eusebius Praep. Ev. XII. 27. p. 600. B. ubi verba: ὦ ξένε Ἀθ. — αὐτοῖς laudantur.

E. ὡς πολέμου] ὡς om. v.

τὸ πολεμίους εἶναι — ἰδίᾳ ἑκάστους αὐτοὺς σφίσιν] Recte opinor, καί ante ἑκάστους ab Gottlebero desideratum, ab Astio autem aliisque restitutum est. Nam hoc dicit Clinias: vere a nobis dictum est omnes omnibus privatim et publice esse hostes, ac singulos quosque sibimet ipsis. Omisso καὶ sententia haec est: omnes quum publice omnibus, tum privatim singulos sibi ipsis hostes esse.

τὸ νικᾶν αὐτὸν αὐτὸν π. ν.] Egregie Plato hunc ipsum locum tractat. De Rep. IV. p. 430 sqq. Mox κἀνταῦθα est: etiam hic in uno homine; ταῦτα autem refertur ad τὸ νικᾶν et τὸ ἡττᾶσθαι, hoc sensu: nam haec in unoquoque nostrum adversus semet ipsum bellum inesse significant. De ὡς cum participio v. ad Theaetet. p. 157. E.

P. 627. B. Τὸ μὲν τοίνυν —] „Alterum igitur, (male enim Steph. coni. τὸ μέσος νῦν) num fieri unquam possit, ut peius meliore fiat potius, missum faciamus nec vocemus in disceptationem; illud vero, quod modo dicebas, intelligo

ὁπόσαις μὲν γὰρ οἱ ἀμείνονες νικῶσι τὸ πλῆθος καὶ τοὺς χείρους, ὀρθῶς ἂν αὕτη κρείττων τε ἑαυτῆς λέγοιθ' ἡ πόλις ἐπαινοῖτό τε ἂν δικαιότατα τῇ τοιαύτῃ νίκῃ· τοὐναντίον δέ, ὅπου τἀναντία.

ΑΘ. Τὸ μὲν τοίνυν εἴ ποτέ ἐςί που τὸ χεῖρον B
κρεῖττον τοῦ ἀμείνονος ἐάσωμεν· μακροτέρου γὰρ λόγου· τὸ δὲ ὑπὸ σοῦ λεγόμενον μανθάνω νῦν, ὥς ποτε πολῖται ξυγγενεῖς καὶ τῆς αὐτῆς πόλεως γεγονότες ἄδικοι καὶ πολλοὶ ξυνελθόντες δικαίους ἐλάττους ὄντας βιάσονται δουλούμενοι, καὶ ὅταν μὲν κρατήσωσιν, ἥττων ἡ πόλις αὑτῆς ὀρθῶς αὕτη λέγοιτ' ἂν ἅμα καὶ κακή, ὅπου δ' ἂν ἡττῶνται, κρείττων τε καὶ ἀγαθή.

ΚΛ. Καὶ μάλα ἄτοπον, ὦ ξένε, τὸ νῦν λεγό- C
μενον· ὅμως δὲ ὁμολογεῖν οὕτως ἀναγκαιότατον.

Cap. IV. *ΑΘ. Ἔχε δή· καὶ τόδε πάλιν ἐπισκεψώμεθα. πολλοὶ ἀδελφοί που γένοιντ' ἂν ἑνὸς ἀνδρός τε καὶ μιᾶς υἱεῖς, καὶ δὴ καὶ θαυμαςὸν οὐ-*

P. 627. *Τὸ κρείττω τε αὑτῆς* —] Steph. *δὲ* pro *τε* scripsit, invitis codd. — *ἑαυτῆς* Par. A. Pro *ὥς ποτε πολῖται* Steph. mavult ex vet. cod. *ὡς εἴποτε πολῖται.*

B. *ξυνελθόντες*] V. *συνελθόντες*, invitis codd. Ω. v. f. h. r. o. δ. Dein Stephanus *καί* ante *ὅταν μὲν κρ.* delendum censuit. Sed v. interpr. nostram.

nunc, fieri posse interdum, ut cives cognati eiusdem civitatis iniusti et magno congressi numero iustis, qui sint pauciores, vim afferant eosque in servitutem redigant, ac si superiores evaserint, civitatem recte et semet ipsa inferiorem et vero etiam pravam appellatum iri; ubi vero superentur, superiorem et bonam.“ Quod quidem Clinias censet *μάλα ἄτοπον* esse propterea, quod ita deterius *κρεῖττον* videtur meliore, h. e. potentius. Recte enim Scholiastes: *ἐπειδὴ κρεῖττον οὐ μόνον λέγεται τὸ βέλτιον, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐπικρατέστερον· ἐπειδὰν τὸ χεῖρον νικᾷ, καὶ κρεῖττόν ἐστιν. ὃ καὶ αἰνίγματι ἔοικεν, εἶναι το χεῖρον κρεῖττον. ἀλλ' ἐστὶ τὸ χεῖρον κρεῖττον οὐχ ὡς βέλτιον ἀλλ' ὡς ἐπικρατέστερον ὂν τηνικαῦτα.* In alia omnia abiit Zellerus Platon. stud. p. 108 sq. cuius sententiam refutare non attinet. Praeterea etiam talis civitas, etiamsi maior pars pravorum civium vincat, tamen *ἥττων ἑαυτῆς* erit.

Cap. IV. C. *ἑνὸς ἀνδρός τε καὶ μιᾶς υἱεῖς*] Ad *μιᾶς* ex *ἀνδρὸς* intelligendum est *μητρός*. Notum est illud Sophocl. Antig. v. 509: *ὅμαιμος ἐκ μιᾶς τε καὶ ταὐτοῦ πατρός.*

δὲν τοὺς πλείστους μὲν ἀδίκους αὐτῶν γίγνεσθαι, τοὺς δὲ ἐλάττους δικαίους.

ΚΛ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΑΘ. Καὶ οὐκ ἂν εἴη γε πρέπον ἐμοί τε καὶ ὑμῖν τοῦτο θηρεύειν, ὅτι νικώντων μὲν τῶν πονηρῶν ἥ τε οἰκία καὶ ἡ ξυγγένεια αὕτη πᾶσα ἥττων
D αὐτῆς λέγοιτ' ἄν, κρείττων δὲ ἡττωμένων· οὐ γὰρ εὐσχημοσύνης τε καὶ ἀσχημοσύνης ῥημάτων ἕνεκα τὰ νῦν σκοπούμεθα πρὸς τὸν τῶν πολλῶν λόγον, ἀλλ' ὀρθότητός τε καὶ ἁμαρτίας πέρι νόμων, ἥτις ποτέ ἐςι φύσει.

ΚΛ. Ἀληθέςατα, ὦ ξένε, λέγεις.

ΜΕ. Καλῶς μὲν οὖν, ὥς γε ἐμοὶ ξυνδοκεῖν, τό γε τοσοῦτον τὰ νῦν.

Cap. IV. C. *τοὺς πλείστους μὲν*] *πλείους*, quod Steph. in marg. notat, Par. A. et h. r. δ. x., ex corr. opinor. Certe *πλείστους* teste Bastio in cod. Ω. a manu sec. correctum. conf. infra p. 627. E.

D. *ἥτις ποτέ ἐστι φύσει*] A. v. *ποτ'*.

τοῦτο θηρεύειν, ὅτι νικώντων —] Boeckhius in Min. p. 85. coniecit: *ἐν τούτῳ ὀνόματα θηρεύειν*. Ficinus: nec mihi modo nec vobis decorum est *in hoc verba* aucupari. Sed *τοῦτο θηρεύειν* nunc eundem sensum habet, quum adiiciatur *ὅτι — λέγοιτο ἄν*. Itaque ne literula quidem adiicienda aut mutanda. Usum verbi *θηρεύειν* de vocabulorum aucupio frequentati persecutus est Gronovius ad Gell. I. 9. conf. etiam Heindorf. ad Gorg. p. 489. B. ubi legitur formula *ὀνόματα θηρεύειν*.

D. *οὐ γὰρ εὐσχημοσύνης* —] non enim de conveniente rectoque verborum usu aut de minus recto nunc quaerimus vulgaris sermonis habita ratione.

ὥς γε ἐμοὶ ξυνδοκεῖν] quantum quidem mihi videtur. Aristoph. Plut. v. 736: *ὥς γέ μοι δοκεῖν*: quod olim corruptum fuit. Plura id genus dabit Matthiae Gr. §. 545. Quocirca non opus est *ὥστε* corrigere, quod Astius legendum proposuit. Ante *τό γε τοσοῦτον* autem retinui distinctionem a nuperis editoribus pravo consilio sublatam. Cohaerent enim inter se haec: *Καλῶς μὲν οὖν τό γε τοσοῦτον τὰ νῦν*, ad quae *ἔχει* intelligendum, frequenti ellipsi. Sympos. p. 199. E: *οὐκοῦν καὶ ἡ μήτηρ ὡσαύτως;* Ibid. p. 205. C: *οὕτω τοίνυν καὶ περὶ τὸν Ἔρωτα*. Sed multa alia id genus indicavimus Indic. ad Protagor. v. Ellipsis. Pro *τό γε τοσοῦτον* fuit qui mallet *τό γε τοιοῦτον*. Quod cave temere arripias. Hoc enim dicit Megillus: Tantum quidem, quantum nunc disputatum ex-

ΑΘ. Ἴδωμεν δὴ καὶ τόδε. τούτοις τοῖς ἄρτι λεγομένοις ἀδελφοῖς γένοιτ' ἄν πού τις δικαςής;

ΚΛ. Πάνυ γε.

ΑΘ. Πότερος οὖν ἀμείνων: ὅςτις τοὺς μὲν ἀπολέσειεν αὐτῶν, ὅσοι κακοί, τοὺς δὲ βελτίους ἄρχειν αὐτοὺς αὐτῶν προςτάξειεν, ἢ ὅδε, ὃς ἂν τοὺς E
μὲν χρηςοὺς ἄρχειν, τοὺς χείρους δ' ἐάσας ζῆν ἄρχεσθαι ἑκόντας ποιήσειε; τρίτον δέ που δικαςὴν πρὸς ἀρετὴν εἴπωμεν, εἴ τις εἴη τοιοῦτος, ὅςτις παραλαβὼν ξυγγένειαν μίαν διαφερομένην μήτε ἀπολέσειε μηδένα, διαλλάξας δὲ εἰς τὸν ἐπίλοιπον χρόνον 628
νόμους αὐτοῖς θεὶς πρὸς ἀλλήλους παραφυλάττειν δύναιτο ὥςτε εἶναι φίλους.

ΚΛ. Μακρῷ ἀμείνων γίγνοιτ' ἂν ὁ τοιοῦτος δικαςής τε καὶ νομοθέτης.

ὥς γε ἐμοὶ ξυνδ.] V. *ὥς γε καὶ ἐμοὶ ξ.* Omisi *καὶ* cum Par. A. et codd. f. h. r. o. δ. Punctis notatum illud est in cod. Ω., sicuti narrat Bastius. Servavit tamen *καὶ* cum aliis Schneider. Mox Voss. cum paucis aliis *παραλαβων συγγένειαι.*

plicatumque est, bene se habet. Quamobrem Atheniensis addit: *Ἴδωμεν δὴ καὶ τόδε.*

ὅστις τοὺς μὲν ἀπολέσειεν αὐτῶν] Vides *ἂν* in priore membro omissum, in posteriore adiectum. Quod cave putes sine idonea causa factum esse. Nam *ὅστις ἀπολέσειεν — καὶ προστάξειεν* est: qui malos pessumdare, meliores vero sibimet ipsis imperare iubere *velit* s. *cupiat.* Sed *ὃς ἂν τοὺς μὲν χρηστοὺς — ποιήσειεν* significat: qui, si fieri possit, probos imperantes et deteriores vita concessa sponte obedientes reddat. Quod etsi non magnam hoc loco sensus efficit diversitatem, tamen nonnihil certe discrepat, ut profecto ab unoquoque debeat intelligi, frustra fuisse, qui in priore membro particulam excidisse suspicatus est. De optativo sine *ἂν* v. Hermann. De Particula *ἂν* p. 154 sqq.

E. *τρίτον δέ που δικαστὴν —*] Sed tertium, opinor, iudicem habita virtutis ratione statuere nobis licet, si quidem talis fere reperiatur, qui quum familiam acceperit unam aliquam inter se discordantem, tamen neminem ullum interficiat, sed conciliet omnes inter se atque legibus latis prospicere possit, ut porro erga se invicem amico sint animo. Pro *μήτε ἀπολέσειε* Stephanus mavult *μήποτε ἀπολέσειε,* quoniam quod isti *μήτε* respondeat, nihil usquam reperiatur. Cui recte adversatus est Astius, quamquam is quoque in postrema, quam fecit, libri editione *μηδὲ*

ΑΘ. Καὶ μὴν τοὐναντίον γε ἢ πρὸς πόλεμον ἂν βλέπων αὐτοῖς τοὺς νόμους διανομοθετοῖ.

ΚΛ. Τοῦτο μὲν ἀληθές.

ΑΘ. Τί δ' ὁ τὴν πόλιν ξυναρμόττων; πρὸς πόλεμον αὐτῆς ἂν τὸν ἔξωθεν βλέπων τὸν βίον κοσμοῖ
B μᾶλλον, ἢ πρὸς πόλεμον τὸν ἐν αὐτῇ γιγνόμενον ἑκάςοτε, ἣ δὴ καλεῖται ςάσις; ὃν μάλιςα μὲν ἅπας ἂν βούλοιτο μήτε γενέσθαι ποτὲ ἐν ἑαυτοῦ πόλει, γενόμενόν τε ὡς τάχιςα ἀπαλλάττεσθαι.

ΚΛ. Δῆλον, ὅτι πρὸς τοῦτον.

ΑΘ. Πότερα δὲ ἀπολομένων αὖ τῶν ἑτέρων εἰρήνην τῆς ςάσεως γενέσθαι, νικησάντων δὲ ποτέρων,

P. 628. *Καὶ μὴν — διανομοθετοῖ*] Hinc incipit Vindob. z. ab initio mutilus.

τὸν ἔξωθεν βλέπων] ἔξω z.

B. *νικησάντων δὲ ποτέρων*] Sic Par. A B. Ven. Ξ. Vat.

refingi voluit. Etenim post μήτε in altero membro δέ infertur, propterea quod, facta orationis conversione quadam, iam affirmando subiunguntur quae servato sermonis tenore cum negatione adiungi debuerunt. Quamobrem hic post μήτε subiicitur δέ pariter atque infra p. 639. C. et Resp. III. p. 388. E. ubi v. annot. Ad διαλλάξας δὲ ex praegresso μηδένα intell. πάντας, de qua loquendi ratione v. ad Sympos. 192. E. Dein πρὸς ἀλλήλους per hyperbaton quoddam positum connectas cum ὥςτε εἶναι φίλους, ut prave vulgo post δύναιτο commate incisa oratio sit. Denique παραφυλάττειν est adhibita cautione efficere, habetque significationem praegnantem, quam vulgo appellare solent.

P. 628. *τοὺς νόμους διανομοθετοῖ.*] Contrario modo quam ad bellum respiciens *eas, quas daturus sit leges*, iis scripserit. Haec enim vis articuli est, quam non assequuti sunt interpretes. Germanice dixeris: würde er ihnen *seine* Gesetze geben. Dein μέν in Τοῦτο μὲν ἀληθές, non habet subsequentem particulam δέ. De quo usu loquendi v. ad Phaedon. p. 58. A. Hermann. ad Viger. p. 841 sq. Matthiae Gr. Gr. §. 1264 sq.

B. *ἣ δὴ καλεῖται στάσις*] Seditionis notionem accuratius definit philosophus De Rep. V. p. 470. B. sq. quem locum apte comparat Astius. De attractione pronominis v. ad Phileb. p. 29. E. Phaedr. p. 255. C.

ὃν μάλιστα μὲν ἅπας — ἀπαλλάττεσθαι.] Vere, opinor, Boeckhius in Min. p. 87. correxit: γενόμενον δὲ, ut istud δέ responderet praecedenti μάλιστα μέν et pro μήτε γίγνεσθαι refinxit μηδὲ γίγνεσθαι. Ita demum oritur sententia recta atque perspicua, quae quidem haec est: Quod quidem bellum unusquisque voluerit in civitate sua *cum maxime* ne exoriri qui-

δέξαιτ' ἄν τις μᾶλλον ἢ φιλίας τε καὶ εἰρήνης ὑπὸ διαλλαγῶν γενομένης οὕτω τοῖς ἔξωθεν πολεμίοις προςέχειν ἀνάγκην εἶναι τὸν νοῦν;

ΚΛ. Οὕτω πᾶς ἂν ἐθέλοι πρότερον ἢ 'κείνως C περὶ τὴν αὑτοῦ γίγνεσθαι πόλιν.

ΑΘ. Οὐκοῦν καὶ νομοθέτης ὡςαύτως;

ΚΛ. Τί μήν;

ΑΘ. Ἆρ' οὖν οὐ τοῦ ἀρίςου ἕνεκα πάντα ἂν τὰ νόμιμα τιθείη πᾶς;

ΚΛ. Πῶς δ' οὔ;

ΑΘ. Τό γε μὴν ἄριςον οὔτε ὁ πόλεμος οὔτε ἡ ςάσις, ἀπευκτὸν δὲ τὸ δεηθῆναι τούτων, εἰρήνη δὲ

Ω. cum reliquis omnibus. Steph. dedit νικησάντων δὲ τῶν ἑτέρων. quod sapit interpretationem. nam πότεροι sunt alterutri.
C. *Τό γε μὴν ἄριστον*] Retulit haec in Strom. II. 5. Clemens Al. p. 369. B. ed. Sylb. T. I p. 441. ed. Pott.

dem, *sin autem* exortum sit, quam citissime extingui. De μάλιστα μέν — δέ, vel εἰ δέ, conf. infra VI. p. 758. C. Reip. VIII. p. 564. B. quos locos laudavit Boeckhius. Adde praeterea De Rep. V. p. 461. C. Sophist. p. 246. D. ibique ann. Ad ἅπας, unusquisque, contulisse iuvabit quae scripsimus ad Phaedon. p. 108. B.

Πότερα δὲ ἀπολομένων —] Sententia huc redit: utrum aliquis malit, facta alterutrius partis internecione, civitati quietem ac tranquillitatem restitui, an potius amicitiam et concordiam revocari vi non adhibita, sed initis pactionibus, ita ut cives animum ad hostes externos advertere possint? Etenim verba hunc in modum iungenda sunt: πότερά τις δέξαιτ' ἂν μᾶλλον εἰρήνην γενέσθαι τῆς στάσεως, i. e. ἢ στάσιν γενέσθαι. Male Astius ante τῆς στάσεως desiderat ἐκ praepositionem. Praeterea tenendum, in φιλίας — γενομένης primariam contineri notionem. Nam quilibet expectaverit sic potius dictum iri: ἢ φιλίαν τε καὶ εἰρήνην ὑπὸ διαλλαγῶν γενέσθαι καὶ οὕτω τοῖς ἔξωθεν — τὸν νοῦν; Sed ea loquendi ratio non debet cuiquam esse offensioni. Similia adscripsimus ad Gorg. p. 483. E. 484. D.

C. *ἢ 'κείνως*] Sic Par. A. Vulgo ἢ κείνως. Sed Ionica forma Attici utique abstinuerunt. Quam quod post vocalem volunt ab iis usurpatam esse, id vix credibile est. Placuit tamen ea ratio quum aliis tum Schaefero ad Demosth. App. I. p. 819. IV. 201. 496. 594. dissentientibus Dindorf. Praef. ad Demosth. p. 60. Baitero ad Isocr. Paneg. §. 14. Schneidero ad Plat. Civ. I. 154.

ἀπευκτὸν δὲ τὸ δ.] Ἀπευκτόν est deprecandum, ὅ τις ἀπεύξαιτ' ἄν. Schol. Theocrit. X. 52: εὐκτὸς δὲ ὁ εὐχῆς ἄξιος, καὶ εὐκταῖος· ἀπευκτὸς

πρὸς ἀλλήλους ἅμα καὶ φιλοφροσύνῃ· καὶ δὴ καὶ τὸ νικᾶν, ὡς ἔοικεν, αὐτὴν αὐτὴν πόλιν οὐκ ἦν τῶν
D ἀρίςων, ἀλλὰ τῶν ἀναγκαίων· ὅμοιον ὡς εἰ κάμνον σῶμα ἰατρικῆς καθάρσεως τυχὸν ἡγοῖτό τις ἄριςα πράττειν τότε, τῷ δὲ μηδὲ τὸ παράπαν δεηθέντι

D. ἄριστα πράττειν τότε, τῷ δὲ] Schneid. distinxit: ἀρ. πράττειν τότε τῷ δὲ κ. τ. λ. vitiose.
πολιτικὸς γένοιτο] πολεμικὸς Ald. Bas. 1. 2. cum Ven.

δὲ καὶ ἀπευκταῖος ὁ μισητός. Vocabulo utitur etiam Aeschyl. Suppl. v. 786. et Agam. v. 621.

οὐκ ἦν τῶν ἀρίστων] Praeterito tempore utitur, quia respicitur ad antegressa. Dici enim poterat etiam sic: οὐκ ἐστὶ τῶν ἀρίστων, ὡς νῦν δὴ ἐλέγομεν. Exempla huius usus loquendi sunt Criton. p. 47. B. D. Apol. p. 79. C. Phaedon. p. 72. C. Gorg. 516. D. De Republica III. p. 406. E. IV. p. 433. D. 436. C. VI. p. 490. A. X. p. 609. B. IX. p. 580. D. Charm. p. 168. D. Cratyl. p. 387. C. Phil. p. 23. E. Soph. p. 263. C. Theaet. p. 156 A. al. Fallitur de hoc usu Heindorfius ad Theaet. p. 156. A. qui ἦν hic pariter atque alibi simpliciter pro ἐστίν positum esse sibi persuasit.

D. ὅμοιον ὡς εἰ κάμνον —] Pertinent haec ad illustrandam sententiam illam, qua nec bellum nec seditionem sed pacem et tranquillitatem civitati unice expetendam esse statuit. Quod si verum est, facile apparet prave nuper auctore Bekkero interpungi coeptum esse sic, ut post καὶ φιλοφροσύνῃ puncto, quod vocant, post ἀναγκαίων autem commate incidatur oratio. At enim vero comparatio haec quum non pertineat ad verba: καὶ δὴ καὶ τὸ νικᾶν — ἀναγκαίων; in propatulo esse arbitramur, ante ὅμοιον ὡς plenius distingui oportere, ita ut ὅμοιον ὡς protasin ordiatur, quam deinde excipit apodosis inde ab ὡςαύτως δὲ καὶ πρὸς πολ. Recte vero et usitate dicitur ὅμοιον ὡς, non addita γάρ particula. Nam solent eae sententiae, quae superioribus per epexegesin et tanquam per appositionem quandam adiiciuntur, sine coniunctionum vinculis accedere: quod quidem etiam sententiis comparationem aliquam continentibus ita fieri solere, multis locis significavimus, de quibus verbo monuimus ad Sophist. p. 258. C. De ὅμοιον ὡς εἰ idem quod ὥςπερ εἰ significante conf. Axioch. p. 369. C: ὅμοιον ὡς εἰ περὶ τῆς Σκύλλης ἢ τοῦ Κενταύρου τις ὀδύροιτο. Plut. Ed. Puer. 4. D. παρόμοιον ὥςπερ ἂν εἰ. Similiter Xenoph. Cyrop. I. 4, 11: ὅμοιον ἔμοιγε δοκεῖ εἶναι, οἷόν περ εἴ τις δεδεμένα ζῶα θηρῴη. Id. I. 5, 7: ὅμοιον, οἷον εἰ. Ad τῷ δὲ μ. τ. π. δεηθέντι intelligas αὐτῆς s. ἰατρικῆς καθάρσεως. In qua sententiae parte praeterea animadversione non indignum est geminatum μηδέ, quod priore loco ad τὸ παράπαν δεηθέντι, posteriore ad προσέχοι τὸν νοῦν referendum. Iam vero ὡςαύτως δὲ et οὕτως δὲ post ὥςπερ, καθάπερ et similia in apodosi subiunctum satis illustrarunt Heindorf. ad Phaedon. p. 73. Schaefer. Melett. Critt. p. 59. Bast. Epist. Crit. p. 227. sq.

σώματι μηδὲ προςέχοι τὸν νοῦν, ὡςαύτως δὲ καὶ πρὸς πόλεως εὐδαιμονίαν ἢ καὶ ἰδιώτου διανοούμενος οὕτω τις οὔτ' ἂν ποτε πολιτικὸς γένοιτο ὀρθῶς, πρὸς τὰ ἔξωθεν πολεμικὰ ἀποβλέπων μόνον καὶ πρῶτον, οὔτ' ἂν νομοθέτης ἀκριβής, εἰ μὴ χά-

Ξ., errore manifesto. Interpungebatur vulgo post γένοιτο. Astius cum Boeckhio scripsit ὀρθός. v. explicatt.
μόνον καὶ πρῶτον] πρῶτον καὶ μόνον r.

Hermann. ad Lucian. De Conscr. Hist. p. 267. qui afferre poterat etiam Nigrin. §. 37. p. 59. ed. Bip. Porro istud διανοούμενος οὕτω deinceps accuratius explicatur verbis hisce: πρὸς τὰ ἔξωθεν πολ. ἀποβλέπων μόνον καὶ πρῶτον. Similem epexegesin notavimus Phaedon. p. 59. A. Proxima: οὔτ' ἂν — πολιτικὸς γένοιτο ὀρθῶς, sic intellige: nunquam vere recteque existet reipublicae gnarus et peritus. Sed pro ὀρθῶς videtur de Boeckhii sententia ὀρθός restitui oportere, quod respondeat νομοθέτῃ ἀκριβεῖ. Pro πολιτικός vett. editt. ante Steph. πολεμικός, quod fuerunt qui amplectendum putarent. At primum quidem ea lectio neutiquam librorum mss. testimoniis confirmatur, ut supra ostendimus. Deinde eadem etiam adversatur ipsi sententiae rationi. Nam qui omnia tantum ad usum militarem refert atque res bellicas ante omnia spectari oportere sibi persuasit, is profecto non potest dici nunquam extiturus esse verus πολεμικός; imo indicandus ille est non futurus esse unquam rectus verusque reipublicae gubernator, s. πολιτικός. Atque hanc lectionem unice veram esse etiam istud νομοθέτης ἀκριβής testatur, quandoquidem legislator cum πολιτικῷ quidem consociatur aptissime; cum πολεμικῷ non recte coniungitur. conf. II. p. 657. A. III. p. 688. A. 693. A. Sic etiam Aristoteles saepissime πολιτικός καὶ νομοθέτης dixit; quam in rem Boeckhius comparat Polit. III. 1. p. 135. IV. 1. p. 217. V. 9. p. 345. VII. 2. p. 433. VII. 4. p. 441. Iam vero si quaeris de alterius lectionis origine, πολεμικός non raro cum πολιτικός a scribis confunditur, sicuti docuit Dorvill. ad Chariton. p. 630. ed. Lips. Quamquam hic quidem illud potuit etiam ab iis proficisci, qui sensum verborum non satis perspexissent. Atque his ita expositis iam tandem licebit universi loci sententiam paucis declarare, utpote paullo obscuriorem. Ea igitur fere huc redit: Quemadmodum *enim* si quis corpus aegrotans, ubi medicam nactum sit purgationem, tum illud existimet sese habere optime, ad corpus autem purgatione ista haudquaquam indigens ne animum quidem advertat; ita etiam si quis de reipublicae vel privati alicuius felicitate eodem modo sentiat, atque ad exteras tantum res bellicas ante omnia respiciat, nunquam vir civilis germanus existet, aut exactus fiet legislator, nisi pacis caussa potius res bellicas legibus constituat, quam rerum militarium gratia

E ριν εἰρήνης τὰ πολέμου νομοθετοῖ μᾶλλον ἢ τῶν πολεμικῶν ἕνεκα τὰ τῆς εἰρήνης.

Cap. V. *ΚΛ.* Φαίνεται μέν πως ὁ λόγος οὗτος, ὦ ξένε, ὀρθῶς εἰρῆσθαι· θαυμάζω γε μήν, εἰ τά τε παρ' ἡμῖν νόμιμα καὶ ἔτι τὰ περὶ Λακεδαίμονα μὴ πᾶσαν τὴν σπουδὴν τούτων ἕνεκα πεποίηται.

629 *ΑΘ.* Τάχ' ἂν ἴσως· δεῖ δὲ οὐδὲν σκληρῶς ἡμᾶς αὐτοὺς διαμάχεσθαι τὰ νῦν ἀλλ' ἠρέμα ἀνερωτᾶν,

Cap. V. Pag. 629. *αὐτοὺς διαμάχεσθαι*] Libri αὐτούς, quod Bekkerus probantibus editt. Turicensibus atque C. Fr. Her-

res ad pacem pertinentes. Quae qui accuratius consideraverint ii facile animadvertent, comparationem esse imperfectam et quasi decurtatam. Nam protasis quidem haec esse debuit: Quemadmodum qui ad aegrotum tantummodo corpus respicit idque unice curandum censet, nunquam ei integram valetudinem restituet. At nimirum scriptor postremam sententiae partem suppressit, quia totam rem sic vere mente et animo suo informaverat: Qui omnia in republica potissimum ad usum militarem refert, is similis est ei, qui semper tantum de corporis morbosi medicamentis cogitet, ideoque nunquam futurus est germanus vir civilis aut perfectus legislator. De viri civilis et legislatoris cum medico comparatione v. IV. 720. A sqq. IX. 837. C. et praeterea Cicero Offic. I. 11, 16. ibique Beier. T. I. p. 80. Ceterum decurtatam comparationem huic non absimilem habes etiam infra p. 636. A.

τὰ πολέμου] Articulum τοῦ omisit, quia dixit χάριν εἰρήνης. Contulit Astius X. 8. in. τὰ ψυχῆς. et c. 10 τούτοις μὲν τοίνυν ἡμῖν τὸ λόγων τέλος ἐχέτω. Addimus Eurip. Phoen. v. 414: τὰ φίλων οὐδέν, ἤν τις δυστυχῇ. Xenoph. Cyr. IV. 1. 4: ὡς ἐργάτην τῶν ἐν πολέμῳ. Mem. II. 1, 32: τῶν ἐν εἰρήνῃ πόνων — τῶν ἐν πολέμῳ σύμμαχος ἔργων. Anacreon. XI. in. τὰ μοίρης.

Cap. V. P. 629. *Τάχ' ἂν ἴσως·*] In his τάχα est forsitan, fortasse; ἴσως autem opinor, puto. Ex quo debet esse perspicuum, cur utrumque vocabulum tam crebro coniungatur; cuius coniunctionis exempla bene multa collegit Heindorf. ad Euthydem. p. 304. qui etiam contulit Legg. I. p. 640. E. III. p. 676. C. p. 686. D. V. p. 744. A. VII. p. 799. E. IX. p. 859. E. X. 900. C. conf. Boissonad. ad Eunap. p. 163. sqq. Jacob. Quaestt. Luciann. p. 9 sq. Nec vero ἂν temere additum, quod pertinet ad optativum ex praegresso πεποίηται assumendum. Nam Astius quidem fallitur egregie, qui illud ipsum πεποίηται, indicativum perfecti, repetendum censet, quae ratio grammaticae praeceptis mirum quantum adversatur. Sic τάχ' ἂν sine verbo positum Phil. p. 23. D. Polit. p. 258. B. Soph. p. 255. C. 257. D. aliis locis innumeris.

σκληρῶς ἡμᾶς αὐτοὺς διαμάχεσθαι τὰ νῦν — ἀνερωτᾶν] Speciose Bekkerus pro αὐτοὺς de coniectura scripsit αὐτοῖς, quod nuper etiam Her-

ὡς μάλιςα περὶ ταῦτα ἡμῶν τε καὶ ἐκείνων σπουδαζόντων. καί μοὶ τῷ λόγῳ ξυνακολουθήσατε. προστησώμεθα γοῦν Τύρταιον, τὸν φύσει μὲν Ἀθηναῖον, τῶνδε δὲ πολίτην γενόμενον, ὃς δὴ μάλιςα ἀνθρώπων περὶ ταῦτα ἐσπούδακεν, εἰπὼν ὅτι

οὔτ' ἂν μνησαίμην οὔτ' ἐν λόγῳ ἄνδρα τιθείμην

οὐδ' εἴ τις πλουσιώτατος ἀνθρώπων εἴη, φησίν, οὐδ' B

manno de coniectura in *αὐτοῖς* mutavit. perperam. v. explicatt. Paullo ante Par. A. *δεῖ δὲ οὐδὲν σκ.*

γοῦν Τύρταιον] *Τυρταῖον* r.

B. *οὐδ' εἴ τις πλουσ.* — *οὐδ' εἰ*] Libri mss. et editt. *οὔτ'* — *οὔτ'*.

mannus et Turicenses susceperunt. Sed libri omnes mordicus tenent accusativum. Atque is sane defensionem utcumque paratam habet. Pendet enim non ex verbo proximo, sed potius ex remotiore *ἀνερωτᾶν*. Quae ratio ideo non est incommoda, quia etiam simpliciter dici potuit sic: *δεῖ δ' οὐδὲν σκληρῶς ἡμᾶς αὐτοὺς ἀνερωτᾶν*, debemus autem non acerbe eos interrogare; sed post *αὐτούς* sententiae dilatandae et exornandae gratia interposita sunt verba: *διαμάχεσθαι τὰ νῦν ἀλλ' ἠρέμα.* Alia id genus exempla v. ad Phaedon. p. 94. D. et apud Lobeck. ad Aiac. v. 475. Matthiae Gr. §. 428. 2.

προστησώμεθα γοῦν Τύρταιον, τὸν φ. μ. Ἀθ.] H. e. Saltem proponamus iis, nam alia lubet mittere: Tyrtaeum, natione Atheniensem, horum autem civem factum. Schol. *ὁ Τύρταιος οὗτος Ἀθηναῖος ἐγένετο, εὐτελὴς τὴν τύχην· γραμματιστὴς γὰρ ἦν καὶ χωλὸς τὸ σῶμα, καταφρονούμενος ἐν Ἀθήναις. τοῦτον Λακεδαιμονίοις ἔχρησεν ὁ Ἀπόλλων μεταπέμψασθαι, ὅτε πρὸς Μεσσηνίους εἶχον τὴν μάχην καὶ ἐν ἀπορίᾳ κατέστασαν πολλῇ, ὡς δὴ ἱκανοῦ αὐτοῖς ἐσομένου πρὸς τὸ συνιδεῖν τὸ λυσιτελές· αὐτῷ γὰρ ἐπέτρεψε χρήσασθαι συμβούλῳ. ἀφικόμενος δὲ οὗτος εἰς Λακεδαίμονα καὶ ἐπίπνους γενόμενος συνεβούλευσε αὐτοῖς ἀνελέσθαι τὸν πρὸς Μεσσηνίους πόλεμον, προτρέπων παντοίως· ἐν οἷς καὶ τὸ φερόμενον εἰπεῖν ἔπος· Μεσσήνην ἀγαθὸν μὲν ἀροῦν, ἀγαθὸν δὲ φυτεύειν. τοῦτον οὖν ἐν τῷ λόγῳ παρέλαβεν ὁ Ἀθηναῖος ξένος, ὡς καὶ αὐτὸν πολέμου σύμβουλον γεγονότα.* Sed res satis nota aliunde. Aliter Suidas, qui Tyrtaeum facit Lacedaemonium. — *μάλιστα ἀνθρώπων*, omnium maxime; V. Hipp. mai. p. 284. A. Theaet. p. 195. B. 148. C. Jon. p. 533. C. al. Similiter superlativus cum *ἀνδρῶν* coniungitur Odyss. I. 219. Aristoph. Plut. v. 79. 684. 788.

οὔτ' ἂν μνησαίμην —] Versiculus etiam libr. II. p. 660. E. commemoratur. Stobaeus, qui eum affert Flor. LI. 1., habet *τιθείην*. Sed verum esse *τιθείμην* ex eo intelligitur, quod non solet dici *ἐν λόγῳ τιθέναι*, sed *ἐν λόγῳ τίθεσθαι*, sicuti post Valcken. ad Herodot. II. p. 372. multis docuit Klotzius ad Tyrtaeum p. 69.

B. *οὐδ' εἴ τις πλουσιώτατος ἀνθρ.*] Apte hic *φησίν* interponitur: nam inde ab hoc loco non iam ipsa Tyrtaei verba ponit, sed tantum eius sententiam refert. Etenim Tyrtaei versus, de quibus v. Schneidewin, Delect. Poes. Elegiac. Gr. p. 9,

εἰ πολλὰ ἀγαθὰ κεκτημένος, εἰπὼν σχεδὸν ἅπαντα, ὃς μὴ περὶ τὸν πόλεμον ἄριςος γίγνοιτ' ἀεί. ταῦτα γὰρ ἀκήκοας που καὶ σὺ τὰ ποιήματα· ὅδε μὲν γάρ, οἶμαι, διακορὴς αὐτῶν ἐςίν.

ΜΕ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΚΛ. Καὶ μὴν καὶ παρ' ἡμᾶς ἐλήλυθε κομισθέντα ἐκ Λακεδαίμονος.

Ἴθι, νῦν δὴ ἀνερώμεθα] Par. A. pr. m. νῦν pro νῦν δή:

fuerunt hi: Οὔτ' ἂν μνησαίμην οὔτ' ἐν λόγῳ ἄνδρα τιθείμην Οὔτε ποδῶν ἀρετῆς οὔτε παλαισμοσύνης, Οὐδ' εἰ Κυκλώπων μὲν ἔχοι μέγεθός τε βίην τε, Νικῴη δὲ θέων Θρηΐκιον Βορέην, Οὐδ' εἰ Τιθωνοῖο φυὴν χαριέστερος εἴη, Πλουτοίη δὲ Μίδεω καὶ Κινυράο πλέον, Οὐδ' εἰ Ταντάλίδεω Πέλοπος βασιλεύτερος εἴη, Γλῶσσαν δ' Ἀδρήστου μειλιχόγηρυν ἔχοι, Οὐδ' εἰ πᾶσαν ἔχοι δόξαν πλὴν θούριδος ἀλκῆς — Οὐ γὰρ ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνεται ἐν πολέμῳ — Εἰ μὴ τέτλαίη μὲν ὁρῶν φόνον αἱματοέντα καὶ δηΐων ὀρέγοιτ' ἐγγύθεν ἱστάμενος. Ex quibus verbis duas res condiscimus. Primum enim apparet, apud Platonem corrigendum fuisse quod libri omnes habent: οὔτ' εἰ — οὔτε εἰ; nam ipsa sententia οὐδ' εἰ — οὐδ' εἰ requirit. Deinde manifestum est, istud εἰπὼν σχέδον ἅπαντα, significare: propemodum omnia ordine enumerans. Dubitari autem licet, num sincera sint verba, οὐδ' εἰ πολλὰ ἀγαθὰ κεκτημένος. Nam etsi πολλὰ ἀγαθά et ἅπαντα ἀγαθά habent fere usum proverbialem adeoque usitatissima est formula πάντα ἀγαθὰ s. καλὰ κεκτῆσθαι, sicuti Boeckhius in Legg. p. 89. docuit, qui contulit aptissime libr. II. p. 633. A. 660. E. 661 C. IV. p 711. D. Euthyd. 280. D. Politic. p. 273. B., tamen propter istud: οὐδ' εἴ τις πλουσιώτατος εἴη, nos quidem desideramus hanc lectionem: οὐδ' εἰ ἄλλα πολλὰ ἀγαθά. Nec tamen codd. huius lectionis vestigium aliquod servarunt.

ὅδε μὲν γάρ, οἶμαι] Megillum, Spartanum, dicit.

Ἴθι, νῦν δὴ ἀνερώμεθα] Bekkerus δή abiecit, utpote in Par. A. a pr. manu omissum. Quod vereor ut recte ab eo factum sit. Nam nec ἴθι νῦν in usu fuit, nec νῦν solum, post ἴθι per se seorsum acceptum, satis commodum videtur. Boeckhius p. 90. corrigendum censuit: Ἴθι δὴ νῦν, sicuti scriptum legitur in Vat. r. Verum nec haec scriptura omnino placet. Solet enim δὴ νῦν praemisso imperativo usurpari, ubi cohortamur alterum, ut aliquid tandem vel ipse solus vel nobiscum communiter faciat, quod nunc ipsum faciendum videtur. Sic III. p. 693. D. ἄκουσον δὴ νῦν. Sophist. p. 224. C. ἴθι δὴ νῦν, συναγάγωμεν αὐτό, h. e. iam igitur age, rem comprehendamus. Apol. Socr. p. 24. D.: ἴθι δὴ νῦν, εἰπὲ τούτοις. Alcib. I. p. 114. D. ἴθι δὴ νῦν, ἐπειδὴ τοῦ αὐτοῦ φαίνεται πολλούς τε καὶ ἕνα πείθειν, ἐν ἐμοὶ ἐμμελέτησον. Praeter haec Platonis attulit Boeckhius etiam Hom. Od. β'. 25. 161. 229. etr. κέκλυτε δὴ νῦν μευ, Ἰθακήσιοι, ὅ ττι κεν εἴπω. Eurip. Hecub. v. 814. Phoen. 918. 1436.

ΑΘ. Ἴθι, νῦν δὴ ἀνερώμεθα κοινῇ τουτονὶ τὸν ποιητὴν οὑτωσί πως· Ὦ Τύρταιε, ποιητὰ θειότατε· δοκεῖς γὰρ δὴ σοφὸς ἡμῖν εἶναι καὶ ἀγαθός, ὅτι C τοὺς μὲν ἐν τῷ πολέμῳ διαφέροντας διαφερόντως ἐγκεκωμίακας· ἤδη οὖν τυγχάνομεν ἐγώ τε καὶ ὅδε καὶ Κλεινίας ὁ Κνώσσιος οὑτοσὶ ξυμφερόμενοί σοι περὶ τούτου σφόδρα, ὡς δοκοῦμεν· εἰ δὲ περὶ τῶν

sed δή, quod expulit Bekker, ab sec. m. superscriptum. — δὴ νῦν r. — In Vat. Ω. legitur ἴθι νῦν δὴ ἀνερώμεθα. Vind. z. ἐρώμεθα.

ἄκουε δὴ νῦν. Arist. Nubb. v. 496. 745. εἰπὲ δὴ νῦν. Thesm. v. 795. φέρε δὴ νῦν. Haec vero si recte diiudicata sunt, facile, opinor, intelligetur formulam ἴθι δὴ νῦν in hunc locum minime convenire. Non enim significatur, nunc tandem eo perventum esse, ut res perficienda sit, sed ipsum illud suscipitur, quod antea verbis paucissimis indicatum est. Quocirca tenendum quod habent libri fere omnes: ἴθι νῦν δὴ ἀνερώμεθα: quod quidem sic intelligendum est, ut νῦν δὴ ad ἀνερώμεθα trahatur, ἴθι autem per se solum exhortationi inservire putetur, unde post Ἴθι commate distinximus. Quamobrem locum sic interpretari consultum videtur: Agite, *nunc igitur* communiter huncce poëtam sic fere interrogemus. De ἴθι et ἴθι δή sic usurpato v. Phileb. p. 27. D. 29. A. 66. D. Protag. 332. D. et de νῦν δή, nunc igitur, nostra ad Phileb. p. 106. ed. 1.

Ὦ Τύρταιε, ποιητὰ θ.] Frequentissimus in hoc opere figurae illius usus est, quam rhetores apostrophen vel sermocinationem appellare solent. Cuius exempla Zellerus in Studiis Platon. p. 79 sq. enumeravit haec: I. p. 637. C. V. 648. A. 649. A. II. 662. C. sqq. III. 690. C. D. 695. D. IV. 709. D. sq. 715. E 719. A. V. 741. A. 746. B. VI. 770. B. 772. E. VII. 809. B. 810. C. 817. A — E. 820. B. 883. D. VIII. 829. E. IX. 854. A. 860. E. X. 885. C. 893. B. 899. D. 904. E. — 905. D. XI. 923. A. XII. 963. B. Nec tamen putare licet usquam inepte hanc figuram esse adhibitam. Qua in re dissentio magnopere cum Zellero, qui ex frequentiore eius usu, quem eundem putat esse parum elegantem, argumentum sententiae suae duxit, qua totum hoc Legum opus Platoni suppositum esse statuit. Nec rarus sane in aliis quibusdam dialogis Platonis huius figurae usus est. Nam in uno Gorgia exempla eius haec sunt: p. 451. A. B C. p. 452. A. B p. 454. D. p. 455. D. p. 469. D. E. p. 481. A. p. 515. A. p. 521. E. Nec multo pauciora in Protagora, Cratylo, Theaeteto, aliis libris reperire possis, siquidem hoc agas, ut illa per omnia sedulo investiges et conquiras. Ex quibus liquidum est, quid de critici sententia existimandum sit. Apparet vero, hoc loco Tyrtaeum ideo loquentem induci, quia sic non modo oratio quodammodo animatur, sed etiam elegantius et urbanius refutatur sententia a Clinia et Megillo de primario legum Doricarum consilio probata. De aliis locis alibi dicetur, si qua opus videbitur.

C. περὶ τῶν αὐτῶν λ. ἀνδρῶν] H. e. num iidem sint, de

αὐτῶν λέγομεν ἀνδρῶν ἢ μή, βουλόμεθα σαφῶς εἰδέναι. λέγε οὖν ἡμῖν, ἆρα εἴδη δύο πολέμου, καθάπερ ἡμεῖς, ἡγεῖ καὶ σὺ σαφῶς; ἢ πῶς; Πρὸς ταῦτ', οἶμαι, κἂν πολὺ φαυλότερος εἴποι Τυρταίου τις τἀ-
D ληθές, ὅτι δύο, τὸ μὲν ὃ καλοῦμεν ἅπαντες στάσιν, ὃς δὴ πάντων πολέμων χαλεπώτατος, ὡς ἔφαμεν ἡμεῖς νῦν δή· τὸ δὲ ἄλλο πολέμου θήσομεν, οἶμαι, γένος ἅπαντες, ᾧ πρὸς τοὺς ἐκτός τε καὶ ἀλλοφύλους χρώμεθα διαφερόμενοι, πολὺ πραότερον ἐκείνου.

ΚΛ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΑΘ. Φέρε δή, ποτέρους καὶ πρὸς πότερον ἐπαινῶν τὸν πόλεμον οὕτως ὑπερεπῄνεσας, τοὺς δὲ ἔψεξας τῶν ἀνδρῶν; ἔοικας μὲν γὰρ πρὸς τοὺς ἐκτός·

D. *οὕτως ὑπερεπῄνεσας*] Steph. *τοὺς μὲν* de suo dedit. E. *μὴ τολμήσουσι*] *τολμήσωσι* Ω. a. pr. m. a. x. et Basilio teste Par. A. quod dederunt Bekkerus, Turicenses, Schneider. Steph. in marg. scribit apud alios esse: *εἰ μὴ τετλαίη μὲν ὁρῶν φ.*; et in sqq. *ὀρέγοιτ' ἐγγύθεν ἱστάμενος*.

quibus dicimus, neque differant inter se, qui in variis belli generibus sese fortes praestent.

D. *ποτέρους καὶ πρὸς πότερον ἐπ.*] utros et utrum belli genus respiciens laude tua alteros quidem adeo extulisti, quum alteros vituperaveris? Ante *ὑπερεπῄνεσας* Stephanus de suo addidit *τοὺς μέν*, quo non opus esse demonstravit Heusdius Specim. Crit. p. 76. conf. nostra ad Protag. p. 330. A. Phileb. p. 36. E. Matthiae Gr. §. 288. 4.

ἔοικας μὲν γὰρ πρὸς τοὺς ἐκτός·] Locus manifesto depravatus. Corrigendum sine dubio est *τοὺς πρὸς τὸν ἐκτός*. Id enim verum esse patet ex seqq. *μάλιστα τοὺς πρὸς τὸν ὀθνεῖον*. Boeckhius reponendum censebat aut *τοὺς πρὸς τοὺς ἐκτός*, aut *πρὸς τὸν πρὸς τοὺς ἐ.* Neutrum placet. Verum, opinor, coniectura assequutus est Astius.

E. *οἳ μὴ τολμήσουσι μὲν ὁρᾶν —*] Animadvertas, quaeso, modorum enallagen. Etenim primum ponitur indicativus futuri, qui rei veritatem ita designat, ut nulla ducatur ratio opinionis, quam de ea re foverit Tyrtaeus; deinde vero ponitur modus optativus qui valet eo, ut res tanquam ex mente et sententia poëtae referatur. Alia id genus exempla collegimus ad Charmid. p. 156. E. et Menex. p. 240. D. ubi v. ann. Prave. Par. A. Vat. Ω. a. pr. m. alii *τολμήσωσι*, quod non debebant cum Bekkero amplecti recentiores critici. Nam futuro quidem tempori in hac modorum enallage locus est, coniunctivo non est locus; accedit quod hic merus coniunctivus sine *ἄν* particula nullo modo ferri potest; neque enim ille eam habet caussam et rationem, ob quam positus est alibi, ubi sermonis epici atque tragici mos et consuetudo imitando exprimitur; v. ad Gorg. p. 484. E.

τοὺς πρὸς τὸν ὀθνεῖόν τε καὶ ἔξωθεν —] Harpocra-

εἴρηκας γοῦν ὧδε ἐν τοῖς ποιήμασιν, ὡς οὐδαμῶς E
τοὺς τοιούτους ἀνεχόμενος, οἳ μὴ τολμήσουσι μὲν *ὁρᾶν φόνον αἱματόεντα, Καὶ δηΐων ὀρέγοιντ' ἐγγύθεν ἱστάμενοι.* Οὐκοῦν τὰ μετὰ ταῦτα εἴποιμεν ἂν ἡμεῖς, ὅτι Σὺ μὲν ἐπαινεῖς, ὡς ἔοικας, ὦ Τύρταιε, μάλιςα τοὺς πρὸς τὸν ὀθνεῖόν τε καὶ ἔξωθεν πόλεμον γιγνόμενον ἐπιφανεῖς. Φαίη ταῦτ' ἂν που καὶ ὁμολογοῖ.

ΚΛ. Τί μήν;

ΑΘ. Ἡμεῖς δέ γε ἀγαθῶν ὄντων τούτων ἔτι φαμὲν ἀμείνους εἶναι καὶ πολὺ τοὺς ἐν τῷ μεγίςῳ 630
πολέμῳ γιγνομένους ἀρίςους διαφανῶς. ποιητὴν δὲ καὶ ἡμεῖς μάρτυρ' ἔχομεν, Θέογνιν, πολίτην τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγαρέων, ὅς φησι·

πόλεμον γιγνόμενον] Steph. cum Ven. Ξ. inverso ordine *γιγνόμενον πόλεμον*. Euseb. Praep. Ev. XII. 2. p. 574. B. *πόλεμον γενομένους*, ex codd. Gaisf. omnibus.

tion s. v. *Ὀθνεῖος ἐν τῷ κατὰ Στρατοκλέους ἀντὶ τοῦ ἀλλότριος, ὡς καὶ παρὰ Πλάτωνι ἐν ά Νόμων.* Eadem fere habent Photius, Suidas, Pollux III. 55. Dein vett. editt. *γιγνόμενον πόλεμον*, quod solus habet Ven. Ξ. Nimirum offendit criticos *γιγνόμενον* post *τὸν ὀθνεῖον πόλεμον* illatum. At enim vero id sic ponitur rectissime, sicuti demonstrasse videmur ad Phileb. p. 20. B. 43. A. Est enim intelligendum sic: si quando exoritur. Eusebius Praep. Ev. XII. p. 574., qui totum hunc locum inde ab *οὐκοῦν τὰ μετὰ ταῦτα κτλ.*, recitat, scriptum habet *πόλεμον γενομένους*. Unde Boeckhius censet *γιγνομένους* ideo recipi oportere, quia non dicatur *ἐπιφανὴς πρὸς πόλεμον*, sed *ἐπιφανὴς γιγνόμενος πρὸς πόλεμον*. Sed *πρός* quum significet ad, s. quod attinet ad, quidni recte cum solo *ἐπιφανής* coniungatur? an quis unquam haesit in *καλὸς πρὸς δρόμον, τέλεος πρὸς ἀρετήν, πολλοῦ ἄξιος πρὸς σοφίαν, διαφέρων πρὸς ἀρετήν*, et similibus? Neque pro *γιγνομένους* facit quod deinde dicitur: *τοὺς ἐν τῷ μεγίστῳ πολέμῳ γιγνομένους ἀρίστους διαφανῶς*. Nam ibi cur participium necessario adponendum fuerit, caussa satis aperta est. Itaque nos quidem codicum lectionem servandam censemus.

P. 630. *ἔτι φαμὲν ἀμείνους εἶναι καὶ πολύ*] In his *καὶ πολύ* dicitur ut *καὶ πάνυ, καὶ σφόδρα*, et similia, significatque permulto, um gar vieles; v. ad Theaet. p. 152. A. Quod autem comparativo suo postpositum est, eodem modo statim post: *τοῦτον δή φαμεν ἀμείνονα ἐκείνου πάμπολυ γίγνεσθαι.* Alia huius collocationis exempla consignavimus ad Politic. p. 275. B. 288. A. Phil. p. 19. A. Alcib. II. p. 143. B.

Θέογνιν, πολίτην τῶν ἐν

πιςὸς ἀνὴρ χρυσοῦ τε καὶ ἀργύρου ἀντερύσασθαι
ἄξιος ἐν χαλεπῇ, Κύρνε, διχοςασίῃ.

τοῦτον δή φαμεν ἐν πολέμῳ χαλεπωτέρῳ ἀμείνονα ἐκείνου πάμπολυ γίγνεσθαι, σχεδὸν ὅσον ἀμείνων δι-
B καιοσύνη καὶ σωφροσύνη καὶ φρόνησις εἰς ταὐτὸν ἐλ-

P. 630. ἐλθοῦσα μετ' ἀνδρείας] His Astius auctore Boeckkhio in Min. p. 90. addidit verba αὐτῆς μόνης τῆς ἀνδρείας ex Proclo in Polit. p. 402. ubi legitur etiam ἐλθοῦσαι. Eandem plane lectionem referunt quattuor codd. Eusebii apud Gaisford. Tom. III. p. 137. = 574. C. ed. Viger. Ceterum etiam his in libris ubique servavimus ἀνδρεία, quod etiam Steph. tuetur. Bekkerus nescio quomodo ubique ἀνδρία dedit non memorata fere codicum suorum scriptura. At enim vero etiam Par. A. Vat. Ω. Ven. Ξ. et Par. B. tueri formam ἀνδρεία, a Bastio didicimus. Neque res aliter sese habet in libris De Republica, in quibus Parisinum A. constanter tueri scripturam ἀνδρεία, perspicue docent quae ex eo pro-

Σικελίᾳ Μεγαρέων,] Harpocration p. 95. ed. Bekker: τοῦ δὲ ποιητοῦ Θεόγνιδος μνημονεύει Ἰσοκράτης ἐν ταῖς πρὸς Νικοκλέα ὑποθήκαις· οὗτος δ' ἦν Μεγαρεύς, ἀπὸ τῶν πρὸς τῇ Ἀττικῇ Μεγάρων· αὐτὸς γάρ φησιν ὁ ποιητής· „ἦλθον μὲν γὰρ ἔγωγε καὶ εἰς Σικελήν ποτε γαῖαν.“ ᾧ μὴ ἐπιστήσας Πλάτων ἐν α' Νόμων τῶν ἐν Σικελίᾳ Μεγαρέων πολίτην ἔφασκεν. κατηκολούθησαν δὲ τῷ Πλάτωνι οὐκ ὀλίγοι. Eandem criminationem in Platonem coniecit etiam Didymus, adversus quem disputat Schol. ad h. l., qui haec habet: Περὶ Θεόγνιδος καὶ τῆς κατ' αὐτὸν ταύτης ἱστορίας ἀμφιβολία πολλὴ ἐγένετο τοῖς παλαιοῖς. καὶ οἱ μέν φασιν αὐτὸν ἐκ Μεγάρων γεγενῆσθαι τῆς Ἀττικῆς· οὕτως ὁ Δίδυμος, ἐπιφυόμενος τῷ Πλάτωνι ὡς παριστοροῦντι· οἱ δὲ ὅτι ἐκ Σικελίας. εἰ δὲ καὶ μὴ εἴη ἐκ Σικελίας, οὐδὲν λυμαίνεται τὸ προκείμενον, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον. οὐ γὰρ ὑπὲρ Ἀττικοῦ, ὡς Ἀθηναῖος λέγει, ἀλλὰ καίτοι πρὸς Ἀθηναῖον αὐτὸν παραβάλλων τὸν Τύρταιον, τὸ ἀληθὲς περὶ τὴν κρίσιν ἐφύλαξε, καὶ τὸν Θέογνιν καὶ ξένον ὄντα προέκρινε. τί δὲ ἐκώλυεν αὐτὸν ἐκ ταύτης μὲν εἶναι τῆς Μεγαρίδος, ἀπελθόντα δὲ εἰς Σικελίαν, ὡς ἡ ἱστορία ἔχει, γενέσθαι νόμῳ Μεγαρέα ἐκεῖ, ὡς καὶ τὸν Τύρταιον Λακεδαιμόνιον; Nimirum res sic diiudicanda videtur. Natus fuit Theognis Megaris. Sed quum optimatibus faveret, a populo patria expulsus migravit in Siculam urbem, cui item nomen Megara fuit, quaeque fuit patriae urbis colonia. v. Suidas p. 1838. ed. Gaisford. et quae disputavit Welckerus Prolegg. ad Theognidis Rell. p. XII. sqq. Adde Corsini Fast. Attic. T. III. p. 109. sq. Passow. ad Theognid. v. 773. ed. Bekker. De fragmento Theognidis hic allato v. verss. 77 sqq. Ἀντερύσασθαι est sibi redimere; nihili est quod habet Theodoret. De Cur. Gr. Aff. I. p. 13. ἀνταρύσασθαι.

σχεδὸν ὅσον — ἐλθοῦσα μετ' ἀνδρείας] H. e. prope quanto praestantior est iustitia et temperantia et sapientia in unum coniuncta cum fortitudine, sc. quam sola fortitudo. Nam id ipsum latet in εἰς ταὐτὸν ἐλθοῦσα μετ' ἀνδρείας. Ex supplemento igitur ortum putamus,

ϑοῦσα μετ' ἀνδρείας. πιςὸς μὲν γὰρ καὶ ὑγιὴς ἐν ςάσεσιν οὐκ ἄν ποτε γένοιτο ἄνευ ξυμπάσης ἀρετῆς· διαβάντες δ' εὖ καὶ μαχόμενοι ἐθέλοντες ἀποθνήσκειν ἐν τῷ πολέμῳ, φράζει Τύρταιος, τῶν μισθοφόρων εἰσὶ πάμπολλοι, ὧν οἱ πλεῖστοι γίγνονται θρασεῖς καὶ

tulerunt Turicenses ad edit. min. Reipublicae a. 1847. in Praefatione. Res ut ad liquidum perducatur omnes locos enumeravisse iuvabit, ubi vocabulum his in libris scriptum reperitur, ac deinde indicavisse, ubinam libri a Bastio collati (nam alios nunc mittimus utpote minus accurate excussos) a recepta scriptura aliquam faciant discessionem. Itaque vocabulum his Legum locis reperitur I. p. 631. C. extr. bis 632. D. in. 633. C. extr. 634. A. in. 635. E. extr. 647. D. in. 648. A. med. B. in. 649. C. in. II. 659. A. in. 661. D. extr. 667. A. III. p. 696. B. V. p. 734. C. VII. p. 791. B. bis. 808. C. extr. 815. E. extr. 824. A. extr. VIII. p. 836. D. med. X. p. 900. D. XI. p. 922. A. in. XII. p. 944. C.

quod apud Eusebium, l. c., post μετ' ἀνδρείας additum legitur αὐτῆς ἀνδρείας, et quod in Procli Comm. in Pol. p. 402. αὐτῆς μόνης ἀνδρίας adiectum reperitur. Procli tamen scripturam revocandam censuit Boeckhius, cui Astius adstipulatus est.

B. πιστὸς μὲν γὰρ καὶ ὑγιὴς—ἀρετῆς·] Horum vocabulorum coniunctionem ne mireris; est enim ὑγιής non raro sincerus, in quo nihil est malae fraudis, probus, verus; unde recte cum πιστός et ἀληθής consociatur. Legg. X. p. 358. C. τὸ βέβαιον καὶ πιστὸν καὶ ὑγιές, τοῦτο ἐγὼ φημὶ εἶναι τὴν ἀληθινὴν φιλοσοφίαν. Protag. p. 346. C. Simonides: ἔμοιγε ἐξαρκεῖ ὃς ἂν μὴ κακὸς ᾖ — εἰδώς τ' ὀνησίπολιν δίκαν ὑγιὴς ἀνήρ. Phaedon. p. 89. D. ἀληθῆ εἶναι καὶ ὑγιᾶ καὶ πιστὸν τὸν ἄνθρωπον. Epist. VIII. p 355. E. ἀδόλῳ γνώμῃ καὶ ὑγιεῖ. Censet igitur virum probum atque fidum non posse carere virtute universa, h. e. prudentia, iustitia, temperantia et fortitudine in unum coniuncta, quum ii, qui sola fortitudine bellica excellant, saepenumero sint audaces, iniusti, petulantes atque intemperantissimi. Etenim fidem arbitratur esse virtutum omnium reliquarum tanquam fundamentum. Quamobrem fidem s. πιστότητα, quam Theognis laudaverit, eandem vult esse atque perfectam iustitiam et consummatam virtutem. Platonis hanc sententiam memorant, quos Boeckhius laudavit, Clemens Al. Strom. II. p. 159. = T. I. p. 441. ed. Potter. Theodoret. l. c. Appuleius De habit. doctr. Plat. II. p. 15. ed. Elm. Hanc ille heros *iustitiam* modo nominat, nunc *universae virtutis* nominatione complectitur, et vere fidelitatis vocabulo nuncupat. Procl. in Polit. p. 402. τῆς ὅλης ἀρετῆς, ἣν δὴ πιστότητα κέκληκεν, ἡγεμόνα καὶ σύμβουλον. Et, ὁ μὲν γὰρ τὴν πιστότητα τὴν ἐκ τῶν ἀρετῶν ἁπασῶν συμπεπληρωμένην ἀποδέχεται. Theol. Plat. I. 26. p. 62. εἰ δὲ βούλει, καὶ περὶ τούτων ἀναμνησθῶμεν, ὅτι τὴν συναγωγὸν τῶν διαφερομένων ἀρετὴν καὶ τῶν μεγίστων πολέμων ἀναιρετικὴν πιστότητα προσείρηκεν.

φράζει Τύρταιος] Stepha-

ἄδικοι καὶ ὑβρισταὶ καὶ ἀφρονέστατοι σχεδὸν ἁπάντων, ἐκτὸς δή τινων μάλα ὀλίγων. ποῖ δὴ τελευτᾷ νῦν
C ἡμῖν οὗτος ὁ λόγος, καὶ τί φανερόν ποτε ποιῆσαι βουληθεὶς λέγει ταῦτα; δῆλον, ὅτι τόδε, ὡς παντὸς μᾶλλον καὶ ὁ τῇδε παρὰ Διὸς νομοθέτης, πᾶς τε,

extr. 963. C. et E. bis. 964. B. med. 965. D. in. Horum igitur triginta fere locorum haec ratio est. Servatur scriptura ἀνδρεία in libris Bastii omnibus p. 630. A. 632. E. 633. C. 647. D. 648. B. 661. D. 667. A. 696. B. 734. C. 808. C. 836. D. 900. D. 922. A. 944. C. 963. C.E. 964. B. 965. D. variatur p. 631. C. ubi tamen solus Par. B. bis ἀνδρία. 634. A. ubi Vat. Ω. superscr. habet ἀνδρίαν, ut factum etiam p. 635. E. 648. A. 649. C. Postremo loco etiam Par. B. ἀνδρία. P. 659. A. Vat. Ω. a sec. m. et Par. B. ἀνδρίας Libro VII., ubi Bastianae copiae desunt, p. 791. B. ἀνδρίας habent Flor. c. δ. ο. Bekkerus de suis solito more tacet, quantumvis credibile sit Par. A. hic quoque, ut ubique apud Bastium, ἀνδρείας tueri. Eadem ratio est p. 808. C. ubi nec Florennus: „Legitur etiam φράζοι, quod fuerit pro φράζοι ἄν. » Iniuria. Fortasse scribendum: ὥς φράζει Τύρταιος. Respiciuntur enim Tyrtaei versus hi ap. Schneidewin. Del. p. 6 sq.: ὅςτις ἀνὴρ διαβὰς ἐν προμάχοισι μένῃ et mox: ἀλλά τις εὖ διαβὰς μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι Στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς, χεῖλος ὀδοῦσι δακών. Ibid. θυμῷ γῆς περὶ τῆςδε μαχώμεθα καὶ περὶ παίδων, θνήσκωμεν ψυχέων μηκέτι φειδόμενοι. Nisi forte φράζει absolute positum est, ut p. 629. B. φησίν et Menon. p. 77. C. λέγεις. Gorg. p. 473. D. εἶπες. Sed utut est, certe quod Hermannus et Turicenses de Winckelmanni coniectura dederunt, ἐν τῷ πολέμῳ, ᾧ φράζει T., id nullo modo probandum videtur. Nam ᾧ ad unum πολέμῳ quod refertur, id non convenit cum totius loci sententia. Εὖ διαβάντες vocantur milites, qui gradum bene composuerunt altero pede protenso, ut impetum adversariorum excipiant; v. Klotz. ad Tyrt. p. 29 sq. Intpp. ad Lycurg. adv. Leocr. p. 214. ed. Reisk. ad Homer. Iliad. μ. v. 458. Salmas. ad Solin. p. 663. Dein ἐθέλοντες ἀποθνήσκειν sic dicitur, ut promta et parata moriendi voluntas significetur, quae a Tyrtaeo aliis verbis indicata est. De quo usu verbi ἐθέλειν v. Markland. ad Lys. p. 616. ed. Reisk. et Heindorf. ad Theaet. p. 143. D. Denique de eo, quod mercenarii putabantur, quo fortius pugnarent, eo etiam esse ferociores ac petulantiores, Astius conferri iussit Diodor. Sic. V. 11. et Appian. Bell. Civ. IV. p. 1885.

ἐκτὸς δή τινων μ. ὀλ.] Ad δή τις v. ann. ad Phaedon. p. 107. D. 115. D. Symp. p. 179. C.

ποῖ δὴ τελευτᾷ —] Notum est Platonem saepenumero interrogationibus uti, ut orationi vigorem quendam et alacritatem conciliet. v. ad Protag. p. 343. B. et Sympos. p. 178. D. al. Ex Legum opere rei exempla ad h. l. congessit Astius. Conf. Lib. II. c. 1. in. Platonicum etiam est, quod ὁ λόγος per prosopoeiam

οὐ καὶ σμικρὸν ὄφελος, οὐκ ἄλλο ἢ πρὸς τὴν μεγίστην ἀρετὴν μάλιστα βλέπων ἀεὶ θήσει τοὺς νόμους· ἔστι δέ, ὥς φησι Θέογνις, αὕτη πιστότης ἐν τοῖς δεινοῖς, ἥν τις δικαιοσύνην ἂν τελέαν ὀνομάσειεν. ἣν δ' αὖ Τύρταιος ἐπήνεσε μάλιστα, καλὴ μὲν καὶ κατὰ

tini ἀνδρίαν praebent, sed ἀνδρείαν tuentur, et p. 815. E. ubi Flor. c. δ. ἀνδρίαν. p. 824. A. quo loco Flor. c. δ. o. ἀνδρίας. Sed inde a libro VIII. rursus suppetunt copiae Bastii; qui lectiones Par. A. et Vat. Ω. diligentissime enotavit. Ibi vero ne semel quidem forma ἀνδρία obvia est, semper ἀνδρεία scriptum legitur. Iam vero ex his quid consequatur, vix opus est significare. Ceterum conf. ann. ad Gorg. p. 492. A. Cratyl. p. 413. D. sq.

τινων μάλα ὀλίγων] τ. εὖ μάλα ὀλ. libri Eusebii.

C. ἥν τις δικαιοσύνην ἂν τ.] Steph. cum Ven. Ξ. Flor. c. ἣν δικαιοσύνην ἄν τις τ. Paullo ante libri Eusebii: καὶ ὁ τῇδε ὁ παρὰ Διὸς νομοθ.

dicitur βούλεσθαι λέγειν κτλ. de qua ratione v. Indicc. ad Rempublic. et Phileb.

ὁ τῇδε παρὰ Διὸς νομοθ.] Minos, qui leges suas a Jove accepisse putabatur.

οὐ καὶ σμικρὸν ὄφελος] Loquutionem illustravimus ad Euthyphron. p. 4. C.

οὐκ ἄλλο ἢ πρὸς τὴν μ.] Stephanus coniecit: οὐ πρὸς ἄλλο ἢ πρ. τ. Heindorfius Specim. Crit. p. 29. maluit: οὐκ ἄλλοσε ἢ πρὸς τ. μ. comparato loco Theaeteti p. 202. ed. Steph. ἢ οἴει ἄλλοσέ ποι βλέποντα ταῦτα εἰπεῖν τὸν εἰπόντα ἃ λέγομεν; Atque ἄλλοσε istud Platoni impertiit Hermannus. Nec tamen codd. a vulgata scriptura vel tantillum recedunt. Et ferri illa profecto potest. Nam οὐκ ἄλλο ἢ — θήσει τοὺς νόμους noto breviloquentiae genere dicitur sic, ut idem sit quod οὐκ ἄλλο ποιήσει ἢ θήσει τοὺς νόμους, h.e. unice ad maximam virtutem respiciens leges feret; v. intpp. ad Xenoph. Cyrop. I. 4, 24. I. 6, 39. Mem. II. 3, 17. Oecon. 9, 1. Matthiae Gr. §. 488. n. et de simili ratione Latinorum Ducker. ad Flor. III. 23, 3. Ernesti ad Sueton. Jul. 20. nihil aliud (fecit) quam per edicta obnuntiaret. Gronov. ad Liv. XXI. 24. Veram rationem iam Gottleberus perspexit.

αὕτη πιστότης ἐν τοῖς δεινοῖς] Heindorfius πιστότης τις ἐν τ. δ. maluit. Quod ad rem praesentem minus aptum. Nam Plato universam virtutem omnino in πιστότητι inesse statuit, non tantum πιστότητά τινα esse voluit.

ἥν τις δικαιοσύνην ἂν τελέαν —] En, iustitiam philosophus hic quoque censet esse perfectam virtutem, ut fecit in Republica; v. Prolegg. nostra ad Remp. p. XXXV. et ann. ad libr. IV. p. 433. B. Quanquam ea sententia quibus caussis nitatur, id nunc non ostendit subtilius. Hoc unum significat talem iustitiam eandem esse atque fidem, quippe quum, sicuti antea

καιρὸν κεκοσμημένη τῷ ποιητῇ, τετάρτη μέντοι ὅμως
D ἀριθμῷ τε καὶ δυνάμει τοῦ τιμία εἶναι λέγοιτ' ἂν ὀρθότατα.[3]

Cap. VI. *ΚΛ.* Ὦ ξένε, τὸν νομοθέτην ἡμῶν ἀποβάλλομεν εἰς τοὺς πόῤῥω νομοθέτας;

ΑΘ. Οὐχ ἡμεῖς γε, ὦ ἄριστε, ἀλλ' ἡμᾶς αὐτούς, ὅταν οἰώμεθα πάντα τά τ' ἐν Λακεδαίμονι καὶ τὰ

τετάρτη μέντοι] Pro *μέντοι* Steph. habet *δέ*, iuvitis codd. mss. omnibus.

E. *ἐτίθει βλέπων*] Sic libri omnes. Bekkerus de suo dedit *ἐτίθη*. conf. mox p. 631. A. ubi ea forma pariter certam habet sedem. Nec memoria formae in *ει* apud Platonem omnino abolita.

ait, *πιστὸς ἀνὴρ οὐκ ἂν γένοιτο ἄνευ ξυμπάσης ἀρετῆς*. conf. p. 631. C.

τετάρτη μέντοι ὅμως —] Stephanus quod pro *μέντοι* de suo dedit *δέ*, fecisse id videtur, quia in *μέντοι ὅμως* offendit. Nec tamen horum verborum coniunctionem moleste ferendam arbitramur, quae certe non plus habet offensionis quam *ἀλλὰ μέντοι*.

καὶ δυνάμει τοῦ τιμία εἶναι,] h. e. et propter vim, quam habet ad honorem dignitatemque sibi vindicandam. Etenim fortitudinem bellicam antea ostendit non necessario cum aliis virtutibus iunctam esse atque copulatam, quoniam fieri possit, ut qui fortissime in pugnis dimicent, iidem petulantes, iniusti, intemperantes, denique improbi, videantur.

Cap. VI. D. *τὸν νομοθέτην ἡμῶν — νομοθέτας;*] h. e. deiicimusne legislatorem nostrum ad inferiores legislatores? Sunt enim haec mirantis ac prope indignantis. De *ἡμῶν* post *τὸν νομοθέτην* illato conf. Aristoph. Equitt. v. 565. *εὐλογῆσαι βουλόμεσθα τοὺς πατέρας ἡμῶν, ὅτι κτλ.* Ibid. v. 814. *ὃς ἐποίησεν τὴν πόλιν ἡμῶν μεστήν.* — *οἱ πόῤῥω νομοθέται* intelliguntur qui longius remoti sunt, h. e. qui longius absunt a sapientiae laude. Vellem tamen istud *νομοθέτας* abesset, quod certe propter repetitionem nescio quid molestiae affert. Et fieri potest, ut in eo aliud quid lateat, quo notio verborum *τοὺς πόῤῥω* accuratius finita fuerit. Nam aperte fateor etiam istud *πόῤῥω* sic indefinite positum mihi displicere.

Οὐχ ἡμεῖς γε] Int. *τὸν νομοθέτην ἡμῶν ἀποβάλλομεν εἰς τοὺς πόῤῥω*. Dein quod medium verbum ponitur in formula *τίθεσθαι τὰ νόμιμα*, quum et antea et statim post activum usurpetur, id ne cui mirum accidat, promiscue fere de legislatore dicitur *τιθέναι* et *τίθεσθαι τοὺς νόμους*. Etenim *τιθέναι τοὺς νόμους* ille dicitur, quatenus leges ferre cogitatur, quibus alii obediant; sed idem *τίθεσθαι τοὺς νόμους* iudicatur, quum quas aliis tulit leges, iisdem ipse quoque parere velle existimandus est. Itaque verbum medium de legislatore positum habes, I. p. 645. B III. 695. C. 702. C. IV. 714. C. al.; quod eodem modo etiam alii usurparunt, sicuti post Dresigium De Verbis Med. p. 151. docuit Boeckhius p. 94. Activum autem sexcentis fere locis usurpatur, ut exemplorum enumeratione haudquaquam opus sit. Facile vero apparet, saepis-

τῇδε πρὸς τὸν πόλεμον μάλιστα βλέποντας Λυκοῦργόν τε καὶ Μίνω τίθεσθαι τὰ νόμιμα.

ΚΛ. Τὸ δὲ πῶς χρῆν ἡμᾶς λέγειν;

ΑΘ. Ὥςπερ τό τε ἀληθές, οἶμαι, καὶ τὸ δίκαιον ὑπέρ γε θείας διαλεγομένους λέγειν, οὐχ ὡς πρὸς ἀρετῆς τι μόριον, καὶ ταῦτα τὸ φαυλότατον, E
ἐτίθει βλέπων, ἀλλὰ πρὸς πᾶσαν ἀρετήν, καὶ κατ'

Lysid. p. 222. B. ἠφίει. Lach. p. 183. E. ἐφίει. De Rep. VII. p. 528. D. ἐτίθεις. al. Quid quod codd. in Euthydem. p. 293. A. servarunt ἠφίειν, primam personam ad secundae et tertiae analogiam formatam, de qua vide Herodianum in Bekkeri Anecdot. p. 1292. qui ἐτίθειν et ἵειν tribuit paradosi.

sime a scribentis pendere arbitrio, hac an altera loquendi ratione usurus sit. Sed haec tanquam per occasionem, ne rem plane neglexisse videremur.

ὑπέρ γε θείας διαλ.] Ad θείας in Voss. adscriptum δῆλον ὅτι πολιτείας: Quod ipsum Stephanus putavit errore excidisse. Ac plene ita scriptum est infra XII. p. 965. C. extr. Atqui πολιτείας hic quidem ab ipsa sententia alienum videtur. In Ven. Ξ. teste Bastio scriptum extat ὑπέρ γε θείου διαλεγ. Fortasse igitur scribendum θείου τινός, unde errore natum est θείας. Sic Libr. II. p. 657. A. ἢ θείου τινὸς ἂν εἴη, ubi critici perperam post τινὸς putarunt excidisse ἀνδρός. Ceterum vix mentione dignum critici commentum est, qui κεφαλῆς excidisse ac de Minoe cogitari oportere iudicavit.

καὶ κατ' εἴδη ζητεῖν — ζητοῦσιν] Mutata hic verborum constructio est. Nam pro ζητεῖν subiungi debebat ἐζήτει, quod item ex ὡς suspensum esset. Pro eo autem liberius infertur infinitivus, quippe qui et ipse per se recte post διαλεγομένους λέγειν poni potuit. Utriusque constructionis similiter ita coniunctae exempla suppeditat Matthiae Gr. §. 539. conf. nostra ad Phileb. p. 50. C. sq. Itaque non est cur invitis libris mss. cum Stephano ἐζήτει reponendum arbitremur. Dein iungas verba sic: καὶ ζητεῖν κατ' εἴδη αὐτῶν κτλ. ut αὐτῶν ad κατ' εἴδη referatur. Positum enim per synesin est, quandoquidem ex praecedenti πρὸς πᾶσαν ἀρετήν intelligi debet τῶν ἀρετῶν. Nihil igitur vidit Astius, qui αὐτόν scribendum censuit; quo suscepto loci sententia misere corrumpitur. Enimvero isti κατ' εἴδη αὐτῶν deinde rectissime opponitur: οὐδ' ἅπερ οἱ τῶν νῦν — ζητοῦσιν. Dici enim hic simpliciter potuit sic: οὐδὲ καθ' ἅπερ οἱ τῶν νῦν ζητοῦσιν (τοὺς νόμους). Sed pro καθ' ἅπερ plenius scriptum habes: ἅπερ εἴδη προτιθέμενοι: quod cur ita factum sit, perspicuum est ex iis, quae ordine deinceps subiiciuntur. Quamquam fateor vel sic pro οὐδ' ἅπερ scribendum οὐδὲ καθ' ἅπερ videri; alioquin enim sententia manca est et imperfecta. Pro οὐδὲ recte Schneider. οὐ δέ. Iam vero οἱ τῶν νῦν sunt ii, qui aequalibus s. nostris scribunt leges. Erravit enim Stephanus, qui πλεῖστοι vel πολλοί excidisse sibi persuaserat. Neque audiendus est Astius τῶν νῦν pro feminino accipien-

εἴδη ζητεῖν αὐτῶν τοὺς νόμους, οὐ δ' ἅπερ οἱ τῶν νῦν εἴδη προτιθέμενοι ζητοῦσιν· οὗ γὰρ ἂν ἕκαστος ἐν χρείᾳ γίγνηται, τοῦτο ζητεῖ νῦν παραθέμενος, ὁ μὲν τὰ περὶ τῶν κλήρων καὶ ἐπικλήρων, ὁ δὲ τῆς αἰκίας πέρι, ἄλλοι δὲ ἄλλα ἄττα μυρία τοιαῦτα.
631 ἡμεῖς δέ φαμεν εἶναι τὸ περὶ νόμους ζήτημα τῶν εὖ ζητούντων, ὥςπερ νῦν ἡμεῖς ἠρξάμεθα. καὶ σοῦ τὴν μὲν ἐπιχείρησιν τῆς ἐξηγήσεως περὶ τοὺς νόμους παντάπασιν ἄγαμαι· τὸ γὰρ ἀπ' ἀρετῆς ἄρχεσθαι, λέγοντα ὡς ἐτίθει ταύτης ἕνεκα τοὺς νόμους, ὀρθόν· ὅτι δὲ πάντα εἰς μόριον ἀρετῆς, καὶ ταῦτα τὸ σμι-

κατ' εἴδη ζητεῖν] Steph. cum h. ἐζήτει.

P. 631. ὡς ἐτίθει] Bekkerus de suo dedit ἐτίθη.

B. ΑΘ. Ὦ ξένε, ἐχρῆν εἰπεῖν —] Sic recte Par. A. Ω. et Steph. In aliis libris, quos sequutus est Bekkerus, verba ὦ ξένε

dum et τῶν πολιτειῶν intelligendum esse existimans. Denique ad προτιθέμενον ζητοῦσιν intell. αὐτοὺς τοὺς νόμους. Nam προτιθέμενοι non recte cum εἴδη connectunt. Itaque universi loci sententia haec est: Ut consentaneum est atque iustum eos iudicare, qui de divino disserunt, eum (legislatorem) non ad unam aliquam virtutis particulam, eamque vilissimam, respicientem leges tulisse, sed ad universam virtutem, atque secundum harum (virtutum) genera leges invenisse (investigasse), nec vero secundum ea genera, secundum quae qui nunc sunt legislatores, leges exquirere solent, dum eas publice proponunt.

E. οὐ γὰρ ἂν ἕκαστος — τοιαῦτα] Τὰ περὶ τῶν κλήρων, quae pertinent ad hereditates; sed τὰ περὶ τῶν ἐπικλήρων sunt quae spectant ad heredes ex asse, ad quos universa hereditas pertinet, h. e. qui nullos habent cohaeredes. Schol. ἐπίκληρος δέ ἐστιν ἡ ἐπὶ κλήρῳ παντὶ καταλελειμμένη παῖς, ὀρφανὴ πατρὸς καὶ μητρός, ἀδελφῶν τε οὖσα ἔρημος. τινὲς δὲ ταύτην καὶ ἐπιπαματίδα καὶ πατροῦχον καλοῦσιν. Eadem habent Suidas in v. et Schol. Aristoph. ad Vesp. v. 581. Alii etiam aliter. v. Intpp. ad Hesych. T. I. p. 1358. ed. Alberti, Ruhnken. ad Tim. p. 209. Valckenar. ad Herodot. p. 463. Intpp. ad Aristoph. Avv. v. 1652. et ad Thom. Mag. p. 345. qui haec habet: Ἐπίκληρος καὶ ἐπὶ ἀρσενικοῦ καὶ ἐπὶ θηλυκοῦ, ὁ ἐπὶ πάσῃ τῇ πατρικῇ περιουσίᾳ κληρονόμος καταλελειμμένος παῖς, μὴ ὄντος αὐτῷ δηλονότι ἀδελφοῦ.

τῆς αἰκίας πέρι] Αἰκία· ὕβρεως δίκη Tim. Gloss. p. 15. conf. ad Libr. IX. p. 869. B. et p. 879. B. quo loco Plato leges de crimine αἰκίας promulgat.

P. 631. εἶναι τὸ περὶ νόμους ζήτημα τῶν εὖ ζ.] H. e. quaestionem de legibus tum esse bene quaerentium, si suscipia-

κρότατον, ἐπαναφέροντα ἔφησθα αὐτὸν νομοθετεῖν, οὔτε ὀρθῶς ἔτι μοι κατεφάνης λέγων, τόν τε ὕστερον νῦν λόγον τοῦτον πάντα εἴρηκα διὰ ταῦτα. πῇ δὴ οὖν σε ἔτ' ἂν ἐβουλόμην διελόμενον λέγειν αὐτός τε B *ἀκούειν; βούλει σοι φράζω;*

ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΑΘ. Ὦ ξένε, ἐχρῆν εἰπεῖν, οἱ Κρητῶν νόμοι οὐκ εἰσὶ μάτην διαφερόντως ἐν πᾶσιν εὐδόκιμοι τοῖς Ἕλλησιν· ἔχουσι γὰρ ὀρθῶς, τοὺς αὐτοῖς χρωμένους εὐδαίμονας ἀποτελοῦντες· ἅπαντα γὰρ τὰ ἀγαθὰ πορίζουσι. διπλᾶ δὲ ἀγαθά ἐστι, τὰ μὲν ἀνθρώπινα,

ad praecedentem Cliniae responsionem trahuntur. Mox pro *ἅπαντα γὰρ τὰ ἀγαθὰ* Par. A. *πάντα*, probante Hermanno. Dein *Διττὰ δὲ ἀγαθὰ* Euseb. et Theodoret. qui haec inde a *Διπλᾶ (διττὰ) δὲ ἀγαθά ἐστιν* usque ad sect. D. *νοῦν ξύμπαντα βλέπειν* recitat. v. ann. exeg. — *κἂν μὲν δέξηται* Theodor.

tur sic, ut nos modo instituimus. Mira in Graecis cernitur orationis brevitas, quae sic explicanda est: *ἡμεῖς δέ φαμεν τὸ περὶ τοὺς νόμους ζήτημα εἶναι τῶν εὖ ζητούντων οὕτως, ὥσπερ νῦν ἡμεῖς ἠρξάμεθα.*

ὡς ἐτίθει —] Int. *ὁ νομοθέτης*.

οὔτε ὀρθῶς — τόν τε ὕστερον κτλ.] quemadmodum parum recte mihi visus es iudicare, ita posteriorem huncce sermonem omnem propterea institui. De *οὔτε — τε* v. ad Protag. p. 309. B. Gorg. p. 501. A. al.

B. *διελόμενον λέγειν* —] *Διελέσθαι* est disceptare, explicare; de quo verbi usu exposuit Dorvill. ad Chariton. p. 645.

ἐχρῆν εἰπεῖν, οἱ Κρητῶν νόμοι —] Recta oratio quod infertur, non praemisso eius indice, eius rei alia exempla collegimus ad Gorg. p. 514. D. Polit. p. 293. A.

ἐν πᾶσι τοῖς Ἕλλησιν] inter omnes Graecos; v. Matthiae Gr. §. 577. 2. ed. 3. De laude, qua leges Cretensium florebant, conf. Reip. VIII. p. 544. C. Symp. p. 209. D. Criton. p. 52 D. al.

ἔχουσι γὰρ ὀρθῶς — ἀποτελοῦντες] recte enim sese habent, quum eos, qui ipsis utuntur, beatos reddant; nam omnia iis bona afferunt.

διπλᾶ δὲ ἀγαθά ἐστιν —] Boeckhius l. c. p. 95. ex Euseb. Praep. Ev. XII. p. 589. = Vol. III. p. 765. ed. Gaisf. et Theodoret. Gr. Aff. Cur. VI. p. 859. = p. 246. Gaisford. pro *διπλᾶ* restituendum censet *διττά*. Et sic Plato loquutus est Legg. V. p. 726. A. Reip. IV. p. 439. D. 509. D. Sophist. p. 222. D. 266. D. Tim. p. 88. A. Apol. p. 18. D. Politic. p. 283. E. al. Nec tamen viro egregio credimus *διπλᾶ* abhorrere a Platonici sermonis consuetudine. Quidni enim duplicia bona recte dicantur quae duplicis generis sunt? Certe ita Cratyl. p. 408. C. *διπλοῦς* (*ὁ*

τὰ δὲ θεῖα· ἤρτηται δ' ἐκ τῶν θείων θάτερα, καὶ ἐὰν μὲν
C δέχηταί τις τὰ μείζονα πόλις, κτᾶται καὶ τὰ ἐλάττονα, εἰ δὲ μή, στέρεται ἀμφοῖν. ἔστι δὲ τὰ μὲν ἐλάττονα, ὧν ἡγεῖται μὲν ὑγίεια, κάλλος δὲ δεύτερον, τὸ δὲ τρίτον ἰσχὺς εἴς τε δρόμον καὶ εἰς τὰς ἄλλας πάσας κινήσεις τῷ σώματι, τέταρτον δὲ δὴ πλοῦτος, οὐ τυφλός, ἀλλ'

C. ὧν ἡγεῖται μὲν ὑγ.] μὲν om. Euseb. et Theodoret. Idem Theod. mox: τὸ δὲ τέταρτον, πλοῦτος κτλ.

ἡγεμονοῦν ἐστὶν ἀγαθῶν] Vulgo ἀγαθόν, quod emen-

λόγος), ἀληθής τε καὶ ψευδής. Symp. p. 186. A. B. διπλοῦς Ἔρως κτλ. Quocirca non est profecto, quod scripturam codicum Platonicorum mutemus.

ἤρτηται δ' ἐκ τῶν θείων θάτερα] H. e. ex divinis suspensa sunt. Frequens apud Platonem haec dictio est, ut Menon. 88. E. infra V. 732. E. VI. 782. E. X. in. De varia verbi structura vid. intpp. ad Thom. Mag. p. 327. ed. Bern. et Creuzer. ad Plotin. De Pulcritud. p. 310. Deinde auctor Anonymus apud Stobaeum pro πόλις κτᾶται habet παρίστασθαι. Unde Badham. ad Phileb. Plat. p. 104. corrigit παρίσταται.

C. ἔστι δὲ τὰ μὲν ἐλάττονα —] Ob oculos hic philosophus habuit vulgarem illam de bonis opinionem, qua putabant, ὡς ἄριστον μὲν ὑγιαίνειν, δεύτερον δὲ κάλλος, τρίτον δὲ ἰσχύς, τέταρτον δὲ πλοῦτος, ut ipse ait Legg. II. p. 661. A. De eius opinionis origine v. ad Gorg. p. 451. E. Menon. p. 87. E. et quae commentati sumus ad Phileb. p. 48. D. sqq.

κινήσεις τῷ σώματι] Dativus instrumenti cum nominibus substantivis iunctus apud Platonem non infrequens est; v. Polit. p. 306. D. Remp. III. p. 397. B. Cratyl. p. 423. A. Phileb. p. 46. A. Sic infra p. 633. B. αἱ ταῖς χερσὶ μάχαι.

πλοῦτος, οὐ τυφλός, ἀλλ' ὀξὺ βλ.] Pluti coecitas significatur etiam De Rep. VIII. p. 554. B. οὐ δοκῶ, ἔφη· οὐ γὰρ ἂν τυφλὸν ἡγεμόνα τοῦ χοροῦ ἐστήσατο. quem locum mira iudicii perversitate nuper aliter explicandum sibi persuasit vir quidam doctus, qui scilicet ad Platonem intelligendum ex Aristophane demum rei notitiam assumendam esse sibi persuasit. Quasi vero ea Pluti imago non diu ante Aristophanis tempora inter Graecos fuerit nota ac prope pervulgata. Sed v. quae ad h. l. exposuit Boeckhius. De formula loquendi: ὀξὺ ὁρᾶν, ὀξὺ βλέπειν, ὀξὺ ἀκούειν, al. v. ad Remp. X. p. 595. E.

ὃ δὴ πρῶτον αὖ τῶν θείων —] Nam hoc rursus princeps est divinorum bonorum, dico sapientiam. Pro ἀγαθῶν quod vulgo scribebatur ἀγαθόν, correximus id praeeuntibus aliis ex libris quibusdam. Solet enim in talibus nomen substantivum concordare cum genitivo partitivo adiectivorum. Legg. V. p. 731. D. πάντων δὲ μέγιστον κακῶν. ubi vulgo erat κακόν. Gorg. p. 482. B. ἁπάντων ἔσχατον κακῶν. ubi v. Heindorf. Deinde ἡ φρόνησις ne cui ex glossemate ortum videatur, conf. Cratyl. p. 437. C. Gorg. p. 476. E. Protagor. p. 323. B. 351. A. Reip. X. p. 604. D. al.

ὀξὺ βλέπων, ἄνπερ ἅμ' ἕπηται φρονήσει. ὃ δὴ πρῶτον αὖ τῶν θείων ἡγεμονοῦν ἐςὶν ἀγαθῶν, ἡ φρόνησις· δεύτερον δὲ μετὰ νοῦν σώφρων ψυχῆς ἕξις· ἐκ δὲ τούτων μετ' ἀνδρείας κραθέντων τρίτον ἂν εἴη δικαιοσύνη, τέταρτον δὲ ἀνδρεία. ταῦτα δὲ πάντα D ἐκείνων ἔμπροσθεν τέτακται φύσει, καὶ δὴ καὶ τῷ νομοθέτῃ τακτέον οὕτω· μετὰ δὲ ταῦτα τὰς ἄλλας

datum ex codd. A. x. z. et Euseb. Praep. Ev. XII. 16. p. 574. B. Theodoret. Serm. VI. p. 567. C. D., qui locum exscripserunt. Dein Voss. μετὰ νοῦ et τρίτον δ' ἄν.

Matthiae Gr. §. 288. 5. Prorsus ut h. l. Protagor. p. 313. A: ὃ δὲ περὶ πλείονος τοῦ σώματος ἡγεῖ, τὴν ψυχήν, κτλ. et Reip. IX. p. 583. E: ὃ μεταξὺ ἄρα νῦν δὴ ἀμφοτέρων ἔφαμεν εἶναι, τὴν ἡσυχίαν, τοῦτο κτλ.

ἐκ δὲ τούτων μετ' ἀνδρείας κρ.] V. ann. ad p. 630. C.

D. μετὰ δὲ ταῦτα τὰς ἄλλας προστάξεις —] Sententia verborum haec est: His de bonorum rationibus explicatis, civibus (a legislatore) etiam ostendendum est, reliqua quoque, quae ipsis imperentur, eodem spectare nec ad alium finem referri, ita quidem, ut imprimis divinorum bonorum ducenda sit ratio. Dativum τοῖς πολίταις cum προστάξεις iungas; quae ratio constructionis etiam his in libris creberrima est. conf. I. p. 633. C. αὐτοῖς ἑαυτῶν διακονήσεις, quod dictum ut Reip. VI. p. 493. D: διακονία πόλει. II. p. 657 C: τὴν τῇ μουσικῇ καὶ τῇ παιδιᾷ — χρείαν. Ibid. p. 670. A: φιλῷ δ' ἑκατέρῳ τῆς χρήσεως. quod sane insolentius dicitur. I. p. 640. B: ὁμιλίαι τοῖς ἐχθροῖς. II. p. 668. B: τὴν ὁμοιότητα τῷ μιμήματι, quod concinit cum ὁμοιότης ἑαυτῷ. Phaedon. p. 109. A: ὁμοίωσις θεῷ Theaet. p. 176. B. et aliis, veluti cum Reip. III. p. 401. D. IV. 444. B. Charmid. p. 166. B. Cratyl. p. 434. B. Porro libr. II. p. 671. A. habes τὴν τῷ χόρῳ βοήθειαν, quod item concordat cum aliis locis, ut Parmen. p. 128. C: βοήθεια τῷ λόγῳ. Alcib. I. p. 116. A: τοῖς φίλοις βοήθεια. De Rep. V. p. 465. B. Pertinent huc porro XI. p. 927. D: νομοθεσία ἐπιτρόποις. XII. p. 949. E: ἡ πόλεων ἐπιμιξία πόλεσιν. p. 956. E: καὶ ὑπηρεσιῶν ἑκάσταις τῶν ἀρχῶν καταστάσεις. In his omnibus igitur nihil est quod quem iure offendat; neque assentimur Zellero in Studiis Platonicis p. 95. ita scribenti: „eine „Härte anderer Art finden wir im Gebrauche „des Dativs, wenn derselbe ebenso, wie sonst „von Verbis, auch von „Substantiven abhängig „gemacht wird, deren „Stammverba den Dativus „regieren." Qui si vel ea recordatus esset, quae de hoc loquendi genere Graecis omnibus communi exposuit A. Matthiae Gr. Gr. §. 390., certe cautius erat iudicaturus. Alia rei exempla dedimus ad Phileb. p. 30. ed. 1. Euthyphron. p. 15. A. Alcibiad. I. p. 116. A. Charm. p. 166. B. Cratyl. p. 434. B. 437. B. etr. Plura si desideres, adeas quaeso Duker. ad Thucyd. V. 46. VII. 50. VIII. 21.

προςτάξεις τοῖς πολίταις εἰς ταῦτα βλεπούσας αὐτοῖς εἶναι διακελευςέον, τούτων δὲ τὰ μὲν ἀνθρώπινα εἰς τὰ θεῖα, τὰ δὲ θεῖα εἰς τὸν ἡγεμόνα νοῦν ξύμπαντα βλέπειν· περί τε γάμους ἀλλήλοις ἐπικοινουμένους, μετά τε ταῦτα ἐν ταῖς τῶν παίδων γεννήσεσι καὶ τροφαῖς, ὅσοι τε ἄῤῥενες καὶ ὅσοι θή-
— E λειαι, νέων τε ὄντων καὶ ἐπὶ τὸ πρεσβύτερον ἰόντων μέχρι γήρως, τιμῶντα ὀρθῶς ἐπιμελεῖσθαι δεῖ καὶ ἀτιμάζοντα· ἐν πάσαις ταῖς τούτων ὁμιλίαις τάς τε λύπας αὐτῶν καὶ τὰς ἡδονὰς καὶ τὰς ἐπιθυμίας

D. *ἀλλήλοις ἐπικοινουμένους*] Sic cum Aldin. et Bas. 1. scriptum exhibet Par. A. a pr. m. teste Bekkero. Stephanus cum Bas. 2. scripsit *ἐπικοινωνουμένους*, in quo ceteri libri conspirare videntur.

μετά τε ταῦτα ἐν ταῖς] Vulgo *μετὰ* **δὲ** *ταῦτα*. Correximus Wesseling. ad Herod. VII. 16. Porson. ad Eur. Phoen. v. 948. Wyttenbach. ad Plut. Mor. p. 213 sq. — *διακελευστέον*, h. e. adhibita cohortatione monendum atque docendum est.

εἰς τὸν ἡγεμόνα νοῦν] Nam *τὸ πρῶτον τῶν θείων ἡγεμονοῦν ἀγαθῶν ἐστιν ἡ φρόνησις.*

βλέπειν· περί τε γάμους — μετά τε ταῦτα —] Haec superioribus per epexegesin subiiciuntur, quandoquidem sententia antegressa nunc per partes illustratur allatis rerum singularum exemplis. Quo non perspecto viri docti locum tractarunt parum feliciter. Est vero sententiarum ordo hic: Haec omnia, quae de bonorum generibus et rationibus explicata sunt, legislator ob oculos habeat necesse est. Quocirca et in legibus de nuptiis pariter atque de liberorum procreatione vel educatione curare debet ut recte cuique tribuatur honos atque ignominia, et in iis, quae ad aestimandas in vita communi animi aegritudines, voluptates, cupiditates denique pertinent, id curabit, ut eas legibus suis recte vituperet ac laudet; et vero etiam si quando fortunae vicissitudine et inconstantia variae animorum affectiones et perturbationes moveantur, docere conabitur, quid in cuiusque affectionis statu pulcrum et honestum sit, quidve turpe videatur, ctr. Etenim his omnibus facile apparet id effici, ut cives ipsi intelligant atque sentiant, omnes legum publicarum rationes non aliorsum referri nisi ad praestantissima illa bona, de quibus antea explicatum est. Haec igitur quum sit sententiarum coniunctio atque series, primum quidem apertum esse debet omnibus, cur asyndeto admisso scriptum sit: *περί τε γάμους κ. τ. λ.* nec potius legatur: *περί τε δὴ γάμους κ. τ. λ.* Etenim in epexegesi particula explicativa non opus esse satis constat. Deinde etiam apparet, vitiosum esse quod vulgo exaratum fuit: *μετὰ δὲ ταῦτα,* puncto ante *μετὰ* illato. Nam ipsa sententia requirit particu-

ξυμπάντων τε ἐρώτων τὰς σπουδὰς ἐπεσκεμμένον καὶ 632
παραπεφυλαχότα ψέγειν τε ὀρθῶς καὶ ἐπαινεῖν δι᾽ αὐτῶν τῶν νόμων· ἐν ὀργαῖς τε αὖ καὶ ἐν φόβοις, ὅσαι τε διὰ δυςτυχίαν ταραχαὶ ταῖς ψυχαῖς γίγνονται καὶ ὅσαι ἐν εὐτυχίαις τῶν τοιούτων ἀποφυγαί, ὅσα τε κατὰ νόσους ἢ κατὰ πολέμους ἢ πενίας ἢ τὰ τούτοις ἐναντία γιγνόμενα προςπίπτει τοῖς ἀνθρώποις παθήματα, ἐν πᾶσι τοῖς τοιούτοις τῆς ἑκάςων διαθέσεως διδακτέον καὶ ὁριςέον τό τε καλὸν καὶ μή. μετὰ δὲ ταῦτα ἀνάγκη τὸν νομοθέτην τὰς κτή- B

vitium ex Par. A. Voss. et em. Ω. itemque ex quinque Eusebii codd. ap. Gaisford. Vol. III. p. 166. Vide explicationem.

ξυμπάντων τε ἐρώτων] δὲ x. f. et pr. Ω.

P. 632. *ὅσα τε κατὰ νόσους*] *ὅσαι* Ald. Bas. 1. 2. cum Flor. c.

lam connectendi; adversandi voculam plane aversatur.

ἀλλήλοις ἐπικοινουμένους] Intelligit nuptias mutuo initas et quasi inter eos communicatas. Legebatur vulgo *ἐπικοινωνουμένους*, quod minus placet. Ceterum *περί τε γάμους* est, quod ad nuptias attinet, atque cohaeret cum *ἐπιμελεῖσθαι δεῖ*. conf. Fischer. ad Phaedon. p. 276.

E. *νέων τε ὄντων — γήρως*] Cave hunc genitivum ad praegressum *τῶν παίδων* retuleris. Pendet enim ille ex *γεννήσεσι καὶ τροφαῖς*, quae nomina duplicem sibi adiunctam genitivum habent. Itaque verba sic interpretanda sunt: atque in liberorum procreatione et educatione, sive ea fiat a iunioribus, sive ab iis, qui iam sunt aetate provecti usque ad senectutem.

ἐν πάσαις ταῖς τούτων ὁμιλίαις] In edd. omissa post *ἀτιμάζοντα* interpunctione haec ad antegressa referuntur sic, ut inde a *τάς τε λύπας αὐτῶν* novum comma ordiatur. Quam rationem falsam esse arguunt proxima, in quibus *ψέγειν τε ὀρθῶς καὶ ἐπαινεῖν δι᾽ αὐτῶν τῶν νόμων* et *διδακτέον καὶ ὁριστέον τό τε καλὸν καὶ μή*, item in clausula positum legitur. Quocirca hic quoque consentaneum est, ista: *τιμῶντα ὀρθῶς ἐπιμελεῖσθαι δεῖ καὶ ἀτιμάζοντα*, quippe quae plurimum ponderis habent, in ipso membri exitu collocata esse. Hoc autem si ita est, locum aliquid labis contraxisse facile ab omnibus concedetur. Quippe excidit, nisi fallor, post *ἐν πάσαις* vocula *τε*, qua restituta iustam habebis membrorum copulationem per *τε — τε — τε αὖ* factam, qualem profecto usus loquendi omnino flagitat.

P. 632. *ψέγειν τε ὀρθῶς καὶ ἐπαινεῖν*] Ad hos infinitivos ex antegressis referendum est *δεῖ*, sc. *τὸν νομοθέτην*.

καὶ ὅσαι ἐν εὐτυχίαις τῶν τοιούτων ἀποφυγαί] *τῶν τοιούτων* est *τῶν ταραχῶν τῆς ψυχῆς*.

B. *μετὰ δὲ ταῦτα ἀνάγκη — ἐν οἷς ἐλλείπει*] Fi-

σεις τῶν πολιτῶν καὶ τὰ ἀναλώματα φυλάττειν, ὅντιν' ἂν γίγνηται τρόπον, καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους πᾶσι τούτοις κοινωνίας καὶ διαλύσεις ἑκοῦσί τε κας ἄκουσι, καθ' ὁποῖον ἂν ἕκαστον πράττωσι τῶν τοιούτων πρὸς ἀλλήλους, ἐπισκοπεῖν τό τε δίκαιον καὶ μή, ἐν οἷς ἔστι τε καὶ ἐν οἷς ἐλλείπει, καὶ τοῖς μὲν εὐπειθέσι τῶν νόμων τιμὰς ἀπονέμειν, τοῖς δὲ δυσπει-
C θέσι δίκας τακτὰς ἐπιτιθέναι, μέχρι περ ἂν πρὸς τέλος ἁπάσης πολιτείας ἐπεξελθὼν ἴδῃ τῶν τελευτη-

B. *πρὸς ἀλλήλους πᾶσι τούτοις*] Steph. coni. *ἐν πᾶσι τ.* Vide explicationem. Vitium ortum ex *πᾶσιν τούτοις*, nam *ν̄ ἐφελκ.* addunt libri quidem etiam in talibus, veluti Par. A.

καθ' ὁποῖον ἂν ἕκαστον πρ.] *ἕκαστος* Ξ. f. v. a. c. o. cum Ald. Bas. 1. 2. Contra *ἕκαστοι* h. r. z. δ. Steph. coni. *κἀθ'*

cinus: post haec necesse est, ut legislator quaestus impensasque civium diligenter observet, et, quomodo fiant, agnoscat; commercia item in his omnibus ac solutiones, quas vel sponte vel coacte faciant quidquid horum inter se contraxerunt, ubi iustitia adsit, ubi absit, animadvertat. Periodus hiulca ac lacera est. Neque enim post *φυλάττειν* deinde sine copulae alicuius ligamento subiungi potuit alter infinitivus, *ἐπισκοπεῖν*. Quamobrem Stephanus pro *καθ' ὁποῖον ἂν ἕκαστον* scribendum censuit *κἀθ' ὁποῖον ἂν ἕκ.*, idque Astius quoque ita probavit, ut pro *καθ'* nihil nisi simplex *καί* requisiverit. Sed dubitamus vehementer de huius emendationis veritate. Nam verba *καθ' ὁποῖον ἂν — ἀλλήλους*, nullo modo divelli possunt ac segregari ab istis: *καὶ τὰς πρὸς ἀλλ. — ἄκουσι.* Duplex vero suppetit vulneris remedium. Aut enim pro *φυλάττειν* reponi potest *φυλάττονθ'*, aut post *ἐπισκοπεῖν* vocula *τε* interponi debet. quae propter insequens *τε* facile extrudi potuit. Quanquam ne sic quidem omnia integra videntur. Probabiliter enim Stephanus arbitratur ante *πᾶσι τούτοις* excidisse *ἐν* praepositionem, cuius omissionem editor Bipontinus perverse excusavit sic, ut dativum ex *κοινωνίας* suspensum esse diceret. At enimvero *πᾶσι τούτοις* non pro masculino accipiendum est, quod cohaereat cum *ἑκοῦσί τε καὶ ἄκουσι*, sed haberi debet potius pro neutro, sicuti antegressum illud: *ἐν πᾶσι τοῖς τοιούτοις*. Itaque *ἐν* abesse nullo pacto potest, nisi *πᾶσι τούτοις* neutro genere acceptum pro ablativo instrumenti habeatur, qui nominibus *κοινωνίας* et *διαλύσεις* adiunctus sit. Haec enim una restat expediendae difficultatis ratio. Dicitur vero per synesin *ἐν πᾶσι τούτοις*, quandoquidem refertur ad *τὰς κτήσεις καὶ τὰ ἀναλώματα* civium, quorum mentio antea est iniecta, ideoque nihil aliud significat quam *καὶ ἐν τῷ κτᾶσθαι καὶ ἐν τῷ ἀναλίσκειν*. Ceterum *κοινωνίαι* intelliguntur coniunctiones ac necessitudines, quae opibus acquirendis vel sumtibus faciendis fiunt; *διαλύσεις*

σάντων τίνα δεῖ τρόπον ἑκάςοις γίγνεσθαι τὰς ταφὰς καὶ τιμάς, ἅςτινας αὐτοῖς ἀπονέμειν δεῖ. κατιδὼν δὲ ὁ θεὶς τοὺς νόμους ἅπασι τούτοις φύλακας ἐπιςήσει, τοὺς μὲν διὰ φρονήσεως, τοὺς δὲ δι' ἀληθοῦς δόξης ἰόντας, ὅπως πάντα ταῦτα· ξυνδήσας ὁ νοῦς ἑπόμενα σωφροσύνῃ καὶ δικαιοσύνῃ ἀποφήνῃ, ἀλλὰ μὴ πλούτῳ μηδὲ φιλοτιμίᾳ. οὕτως, ὦ ξένοι, ἔγωγε ἤθελον ἂν ὑμᾶς, καὶ ἔτι νῦν βούλομαι, διεξελθεῖν, D πῶς ἐν τοῖς τοῦ Διὸς λεγομένοις νόμοις τοῖς τε τοῦ

ὁποῖον ἄν. Astius corr.: καὶ ὁποῖον ἄν. v. infra interpret.
C. φύλακας ἐπιστήσει] ἐπιστήσεται Par. A. pr. m. Voss. ἐπιστήσοιτο adscripto ἐπιστάσεται.
ὅπως πάντα ταῦτα] ταῦτα πάντα pr. m. Ω. et h. v. r. Deia ἀποφαίνει Ang. superscripto ἀποφήνῃ.

autem sunt disiunctiones, quae inter eiusmodi negotia locum habere possunt.
καὶ τοῖς μὲν εὐπειθέσι τῶν νόμων] Stephanus τοῖς νόμοις vel τῷ νόμῳ corrigendum censet. Sic enim libr. IV. p. 715. C: νόμοις εὐπειθέστατος. Sed v. Matthiae Gr. §. 362. ann. unde nihil mutandum esse facile apparebit. Mox notabis verbi δεῖ iterationem, in qua tamen non est haerendum.
κατιδὼν δὲ ὁ θεὶς τοὺς νόμους —] Istud κατιδὼν δέ repetit quodammodo praegressum ἴδῃ: est enim: his autem perspectis. Memorat locum Euseb. Praep. Evang. XII. 16. p. 589. D. ed. Viger. ut iam Astius monuit. — τοὺς μὲν διὰ φρονήσεως κ. τ. λ. partim prudentiae ac sapientiae, partim verae opinionis capaces ac participes. Loquendi formulam ἰέναι διὰ φρονήσεως κ. τ. λ. post Heindorfium illustravimus ad Protagor. p. 323. A. Alia multa suppeditabunt quos laudavit A. Matthiae Gr. Gr. §. 580. c. De his custodibus reipublicae copiosius explicatur Libr. XII. p. 960. B.—969. D.

ὅπως πάντα ταῦτα — ἀποφήνῃ] ut mens haec omnia tanquam uno constringens vinculo eadem reddat temperantiae et iustitiae consentanea. Pro ἀποφήνῃ, quod libri omnes tuentur, Boeckhius in Min. p. 62. atque Astius reponendum censuerunt ἀποφαίνῃ, quoniam ὅπως post Dawesium sibi persuaserant non posse cum coniunctivo aoristi consociari. Sed illam critici acutissimi regulam cassa nuce esse inaniorem hodie tam certo exploratum habemus, ut vix opus sit memorare ea, quae de hac re exposuit A. Matthiae Gr. Gr. §. 519. 8. Usum verbi ἀποφαίνειν ac verborum similium, quo significant exhibere, reddere, efficere, copiosissime illustravit Wyttenbach. ad Phaedon. p. 179 sqq. = 181. ed. Lips. conf. Menex. p. 237. B. Gorg. p. 516. C. al. Ceterum non a re alienum erit, hic quoque paucis significasse, quae inde a pag. 631. D. περί τε γάμους κ. τ. λ. exposita leguntur, ea tanquam lineamenta quaedam exhibere eorum, quae septem libris posterioribus copiose ex-

Πυθίου Ἀπόλλωνος, οὓς Μίνως τε καὶ Λυκοῦργος ἐθέτην, ἔνεστί τε πάντα ταῦτα, καὶ ὅπῃ τάξιν τινὰ εἰληφότα διάδηλά ἐστι τῷ περὶ νόμων ἐμπείρῳ τέχνῃ εἴτε καί τισιν ἔθεσι, τοῖς δὲ ἄλλοις ἡμῖν οὐδαμῶς ἐστὶ καταφανῆ.

Cap. VII. *ΚΛ.* Πῶς οὖν, ὦ ξένε, λέγειν χρὴ τὰ μετὰ ταῦτα;

ΑΘ. Ἐξ ἀρχῆς πάλιν ἔμοιγε δοκεῖ χρῆναι διε-
E ξελθεῖν, καθάπερ ἠρξάμεθα, τὰ τῆς ἀνδρείας πρῶ-

Cap. VII. E. *ὅπως δ' ἂν τὸ πρῶτον δ.*] Voss. x. *ἂν* ignorat.

πειρασώμεθα αὐτὸ] Editt. vulg. *πειρασόμεθα*. Veram lectionem cum Ald. Bas. 1. 2. tuentur Par. A. Bekkeri pr. m., Ven. Ξ. et Voss. sive x. Vide explicationem.

plicata sunt. Habemus igitur hic quasi designationem quandam et adumbrationem universi operis: quod mirum est praeteriisse eos, qui artem et rationem in his Legum libris omnino desiderari censuerunt. Sed de his uberius explicavimus in Prolegomenis.

D. *ἔνεστί τε πάντα ταῦτα καὶ ὅπῃ τάξιν* —] Mutata hic est inchoata verborum constructio; nam pergi, nisi fallor, sic debebat: *πῶς ἐν τοῖς — νόμοις ἔνεστί τε πάντα ταῦτα καὶ τάξιν τινὰ εἰληφότα διάδηλά ἐστιν κ. τ. λ.* Nunc aut *τε* aut *ὅπῃ* otiose illatum vides. Est vero sententia haec: Expositum a vobis velim, quomodo haec omnia in legibus Cretensium et Spartanorum conspicua sint, et quomodo eae quendam ordinem acceperint, evidentem nimirum ei, qui vel arte vel usu quodam legum peritiam habeat, nobis autem reliquis neutiquam manifestum. Postrema ista, *τοῖς δὲ ἄλλοις — καταφανῆ*, ab Atheniensi cum urbana quadam irrisione adduntur, quippe qui se suique similes homines (nam *ἡμῖν* non item de Cretensi et Megillo accipiendum) talis sapientiae possessione destitutos esse simulet, eoque ipso familiares suos facete pungat. Hanc urbanitatem non sentiens Zellerus l. c. p. 76. subabsurdum dixit quod elegantiae laudem commeretur. De *τέχνῃ* dativo v. ad Phaedr. p. 267. B. et de *εἴτε* semel tantum posito ad Sophist. p. 224. D. Pol. 283. E. quibus adde quae ex Legum libris huc attulit Astius, VI. p. 758. C. 784 A. VIII. p. 844. D. XI. p. 928. A. et quae larga manu suppeditavit Krügerus ad Dionys. Historiogr. p. 5.

Cap. VII. E. *ὅπως δ' ἂν τὸ πρῶτον δ.*] Hoc dicit: quemadmodum ab initio rem explicaverimus, ita etiam postmodo facere conemur, hoc tanquam exemplum disputationis nobis proponentes, eoque modo confabulantes viae molestiam sermonibus nostris levemus s. fallamus. In his pro vulg. *πειρασόμεθα* reposui nunc coniuncti-

τον ἐπιτηδεύματα· ἔπειτα ἕτερον καὶ αὖθις ἕτερον εἶδος τῆς ἀρετῆς διέξιμεν, ἐὰν βούλησθε· ὅπως δ' ἂν τὸ πρῶτον διεξέλθωμεν, πειρασώμεθα αὐτὸ παράδειγμα θέμενοι καὶ τἆλλα οὕτω διαμυθολογοῦντες παραμύθια ποιήσασθαι τῆς ὁδοῦ· ὕστερον δὲ ἀρετῆς πάσης καὶ ἅ γε νῦν δὴ διήλθομεν ἐκεῖσε βλέποντα ἀποφανοῦμεν, ἂν θεὸς ἐθέλῃ.

ΜΕ. Καλῶς λέγεις. καὶ πειρῶ πρῶτον κρίνειν 633
τὸν τοῦ Διὸς ἐπαινέτην τόνδε ἡμῖν.

πάσης καὶ ἅ γε νῦν δὴ διήλθ.] Sic vulgo. Sed A. Ω. v. a. f. h. r. o. δ. *πάσης· τά γε νῦν δὴ διήλθ.* de qua lectionis depravatione sine dubio ex voc. *καὶ* compendio scripturae exorta quid iudicandum sit, ex interpretatione verborum patebit. Ven. Ξ. Par. B. Flor. c. *πάσης ἅ γε νῦν δ. δ.* Dein Flor. h. *καὶ ἐκεῖσε.*

vum, iam ab Aldo, Bas. 1. et 2. susceptum. Nam indicativus futuri, quem inde a Stephano propagarunt, non convenit cum antegresso *ὅπως δ' ἂν τὸ πρ. διεξέλθωμεν;* sicuti sponte videbunt qui rem ponderaverint accuratius. Fraudi fuit, quod antecedit *διέξιμεν* et sequitur deinde *ἀποφανοῦμεν.* *Διαμυθολογεῖν* dicitur nunc de iis, qui de re proposita ita disserunt, ut disputatio ipsorum familiaris confabulationis facilitatem referat. Ad *παραμύθια τῆς ὁδοῦ* conf. libr. IV. p. 704. D. *νῦν δὲ παραμύθιον ἔχει τὸ τῶν ὀγδοήκοντα σταδίων.*

ὕστερον δὲ ἀρετῆς πάσης —] In his posterius *universa virtute* dicitur breviter pro: posteaquam de universa virtute explicaverimus. Itaque sententia verborum haec est: absoluta de universa virtute disputatione, etiam haec, quae modo commemoravimus, (inde a p. 631. D. *περί τε γάμους,* usque ad p. 632. C. extr.), illuc (ad virtutem) spectare docebimus, siquidem deo ita placuerit. Pro *καὶ ἅ γε* multi codd. *τά γε,* unde nuper Turicenses et Schneider. cum Ven. Ξ. al. extruso *καὶ* scripserunt *ἅ γε νῦν δὴ δ.* Sed illud *τά γε* errore ex *καὶ ἅ γε* natum est. Itaque *καὶ* servari oportet, quod etiam ipsa sententiae ratione requiritur ac paene flagitatur. Mire Car. Fr. Hermann. de suo scripsit: *ὕστερον δὲ πάσης τῆς ἀρετῆς τά γε νῦν δὴ ἃ διήλθομεν* ctr.

P. 633. *ΜΕ. Καλῶς λέγεις. καὶ πειρῶ* —] Haec verba et proximum *Ναί* vulgo Cliniae Cretensi tribuuntur. Sed recte vidit Boeckhius assignari ea oportere Megillo Lacedaemonio. Qui quem vocat *τὸν τοῦ Διὸς ἐπαινέτην,* est is Clinias, qui utpote Cretensis legum Creticarum originem ad Iovem auctorem refert. Huic igitur Megillo apte respondet Atheniensis: Conabor (non modo istum sed) etiam te atque memet ipsum taxare: communis enim omnium haec quaestio est, quippe quae non ad unam alteramve tantum civitatem pertinet, sed omnino ad indicandam cuiusque civita-

ΑΘ. Πειράσομαι, καὶ σέ τε καὶ ἐμαυτόν· κοινὸς γὰρ ὁ λόγος. λέγετε οὖν· τὰ ξυσσίτιά φαμεν καὶ τὰ γυμνάσια πρὸς τὸν πόλεμον ἐξευρῆσθαι τῷ νομοθέτῃ;

ΜΕ. Ναί.

ΑΘ. Καὶ τρίτον ἢ τέταρτον; ἴσως γὰρ ἂν οὕτω χρείη διαριθμήσασθαι καὶ περὶ τῶν τῆς ἄλλης ἀρε-

P. 633. *εἴτε μερῶν*] *εἴτε δὴ μ.* Vat. r. Dein vulgo *ἅττ' ἂν αὐτὰ*, quod ex A. B. Ξ. Ω. v. f. h. r. a. c. o. δ. x. z. mutatum est. Tum pro vulg. *ὃ λέγει* iidem fere libri *ἃ λέγει* suppeditarunt.

B. *Τέταρτον δὲ ἢ π.*] His praefiximus nomen Atheniensis praestantiam refertur.

Καὶ τρίτον ἢ τέταρτον;] Ne quis *τι* desideret, v. ad Sympos. p. 175. B. Phaed. 98. C. Repetendum vero ex antecedentibus est *φαμὲν πρὸς τὸν πόλεμον ἐξευρῆσθαι τῷ νομοθέτῃ;*

ἴσως γὰρ ἂν οὕτω χρείη —] H. e. nam fortasse non tantum habita fortitudinis ratione singula enumeranda erunt, sed idem opus erit etiam de reliquae virtutis sive partibus sive quocunque alio nomine utendum est ei, qui nihil aliud nisi declarare conetur, quod velit. Quod dicit *εἴτε μερῶν εἴτε ἅττ' αὐτὰ καλεῖν χρεών ἐστι*, respicitur, nisi fallor, ad litem et controversiam a Sophistis motam, qui quum unam tantum virtutem esse concederent, quid de singulis eius formis statui oporteret, vehementer dubitabant. De qua re in Protagora inprimis exponitur. Loquendi rationem eandem habes Tim. p. 28. B: *ὁ δὴ πᾶς οὐρανὸς ἢ κόσμος ἢ καὶ ἄλλο ὅ τι ποτὲ ὀνομαζόμενος μάλιστ' ἂν δέχοιτο, τοῦθ' ἡμῖν ὠνομάσθω.* Criton. p. 50. A: *ἐνθένδε εἴτ' ἀποδιδράσκειν εἴθ' ὅπως δεῖ ὀνομάσαι τοῦτο.* Sympos. p. 212. B: Legg. IX. p. 872. D: *ὁ γὰρ δὴ μῦθος ἢ λόγος ἢ ὅ τι χρὴ προσαγορεύειν αὐτὸν, ἐκ παλαιῶν ἱερέων εἴρηται σαφῶς.* — Formulam loquendi *ἅττα καλεῖν*, nomine quopiam appellare, attigimus ad Cratyl. p. 406. B. al. — Accusativus *δηλοῦντα* refertur ad notionem pronominis indefiniti *τινα*, quae continetur infinitivo *καλεῖν* aliunde suspenso. Atque indidem explicationem suam habet *λέγει*, tertia verbi persona, de cuius usu v. ad Apolog. Socr. p. 29. A. Sympos. p. 187. C. Gorg. p. 456. D. 457. E. al.

B. *τὴν θήραν εὗρε*] „Venatio enim praecipua corporis exercitatio habebatur. v. Crag. de rep. Laced. III. 2. p. 311. Manso in Sparta Vol. I. P. I. p. 152." *Astius.*

ΜΕ. Ἔτι τοίνυν καὶ τὸ τ.] Ante *Τέταρτον δὲ ἢ πέμπτον* vulgo omissa est notatio personae Atheniensis, et ante *Ἔτι τοίνυν* desideratur nomen Megilli. Qui error nuper Winckelmannum adeo transversum egit, ut verba *Τέταρτον δὲ — πειρώμεθα* eiicienda putaret. Veram rationem dudum perspexit Astius, quem nunc tanto

τῆς εἴτε μερῶν εἴτε ἅττ' αὐτὰ καλεῖν χρεὼν ἐστι, δηλοῦντα μόνον ἃ λέγει. — γ.π.

ΜΕ. Τρίτον τοίνυν, ἔγωγε εἴποιμ' ἄν, καὶ Λακεδαιμονίων ὁςτιςοῦν, τὴν θήραν εὗρε. B

ΑΘ. Τέταρτον δὲ ἢ πέμπτον εἰ δυναίμεθα λέγειν, πειρώμεθα.

ΜΕ. Ἔτι τοίνυν καὶ τὸ τέταρτον ἔγωγε πειρῴμην ἂν λέγειν, τὸ περὶ τὰς καρτερήσεις τῶν ἀλγηδόνων πολὺ παρ' ἡμῖν γιγνόμενον ἔν τε ταῖς πρὸς

in omnibus libris temere omissum. Verum perspexit Ast. Verae rationis vestigia in Voss. extaut.

Ἔτι τοίνυν καὶ τὸ τ.] His Megilli nomen praefigendum fuisse, ipsa verborum sententia evincit. Et habent ante ἔτι personae novae indicem (:) A. Ω. Ξ. v. h. et B.

lubentius sequuti sumus, quod Bekkeri atque Bastii testimoniis certo exploratum habemus, in optimis codd. ante ἔτι τοίνυν indicem mutatae personae, hoc est duo puncta (:), perscriptum legi.

τὸ περὶ τὰς καρτερήσεις —] Cum his conferenda sunt quae narrant Xenophon. De republ. Laced. c. 2. et Strabo X. p. 735. qui sua hausit ex Ephoro. Ex recentioribus, qui de his rebus exposuerunt, inprimis legendi sunt Manso in Sparta T. I. P. II. p. 183 sqq. et Otfr. Müller Doriens. T. II. p. 312. Schol. ad h. l. haec habet: τὰς διαμαστιγώσεις φησί. ἐγένοντο δὲ αὗται πρὸς τῷ βωμῷ τῆς Ὀρθωσίας Ἀρτέμιδος, τῆς τὴν πολιτείαν ἀνορθούσης. παρεστήκει γὰρ ἡ ταύτης ἱέρεια φέρουσά τι ἐπὶ τῆς χειρὸς κεκρυμμένον, ὃ μέχρι τοῦ νῦν ἄγνωστόν ἐστι, καὶ εἰ μὲν ἧττον τοῦ δέοντος ἐμαστιγοῦντο — κινεῖν γὰρ τὰς χεῖρας οὐκ ἐτόλμα ἔχων ταύτας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ὁ μαστιγούμενος —, ἐβαρεῖτο ἐκείνη ὑπὸ τοῦ φερομένου, δεόντως δὲ τὴν δίκην εἰ ὑπεῖχε, κούφως ἡ ἱέρεια διετίθετο.

πολὺ παρ' ἡμῖν γιγνόμενον] Gorg. p. 465. D: τὸ τοῦ Ἀναξαγόρου ἂν πολὺ ἦν. ubi v. intpp. Plura collegit Hermann. ad Lucian. De conscr. histor. p. 112. Pertinet huc etiam Reip. VIII. p. 562. C: λέγεται γὰρ δὴ — καὶ πολὺ τοῦτο τὸ ῥῆμα. Politic. p. 280. C: ἧς πλείστη σκυτοτομική. Ibid. p. 282. A. Sophist. p. 234. B.

ἔν τε ταῖς πρὸς ἀλλήλους ταῖς χερσὶ μάχαις] Schol.: ταῖς γυμνοπαιδίαις λέγει. γυμνάζοντες γὰρ τοὺς παῖδας ἐν ἡλίῳ τύπτειν ἀλλήλους ἐποίουν μέχρι νίκης. ἐνίοτε δὲ καὶ σφαῖραν ἤ ἄλλο τι ἐῤῥίπτουν, ὥστε τὸν πρῶτον ἁρπάσαντα νικᾶν. καὶ πολὺς αὐτοῖς οὗτος ὁ ἄγων. De gymnopaediis statim post videbimus. Hic praeterea animadvertas quaeso dativum instrumenti cum nomine αἱ μάχαι coniunctum. In quo ne quis haereat, conf. ann. ad p. 631. B: κινήσεις τῷ σώματι. Orta tamen ex huius structurae insolentia videtur scriptura χερσιμαχίαις, quod vocabulum ex hoc libro afferunt Moer. 406. et Harpocration p. 213. 6. ed. Bekker. ubi est: χερσιμαχίας Πλάτων Νόμων ᾱ. Nimirum hi pro Platonico venditant, quod

ἀλλήλους ταῖς χερσὶ μάχαις καὶ ἐν ἁρπαγαῖς τισὶ διὰ πολλῶν πληγῶν ἑκάστοτε γιγνομένων. ἔτι δὲ καὶ κρυπτεία τις ὀνομάζεται θαυμαστῶς πολύπονος πρὸς
C τὰς καρτερήσεις, χειμώνων τε ἀνυποδησίαι καὶ ἀστρωσίαι καὶ ἄνευ θεραπόντων αὐτοῖς ἑαυτῶν διακονήσεις, νύκτωρ τε πλανωμένων διὰ πάσης τῆς χώρας

C. *ἐν ταῖς γυμνοπαιδιαῖς*] γυμνοπαιδίαις B. Ω. v. f. h. r. et pr. Ξ. c. z. Sed Ald. Bas. 1. 2. et corr. Ven. Ξ. γυμνοπαιδείαις. Scribendum utique γυμνοπαιδίαις. De orthographia voc. ex mala fraude duxit originem; v. etiam Lobeckium ad Phrynich. p. 688. Accedit quod, si χερσιμαχίαις rescribere volueris, id quod placuit Piersono ad Moer. l. c., invitis codd. omnibus etiam ταῖς articulum delere ideoque violentius agere coactus eris.

καὶ ἐν ἁρπαγαῖς — γιγνομένων] „Nam furari iubebantur pueri, ut in calliditate exercerentur; deprehensi vero verberibus afficiebantur. v. Xenoph. l. c. §. 8. 9. et Crag. III. 12. Manso l. l. p. 185 sqq.“ Astius. Res in vulgus nota. Praeterea locus foede corruptus. Scribendum est enim γιγνομέναις, id quod etiam Astius in altera editione operis legendum proposuit et C. Fr. Hermann. probavit. Iam vero hac lectione restituta sensum patet oriri hunc: et in rapinis, quae semper inter multa verbera (rapientium) fieri solent. Nam διὰ πολλῶν πληγῶν γίγνεσθαι dictum ut infra p. 640. B: εἴπερ ἔσται (ἡ τοιαύτη συνουσία) διὰ μέθης. Sympos. p. 176. E: διὰ λόγων ἀλλήλοις συνεῖναι. Ibid. p. 176. D: διὰ μέθης ποιήσασθαι τὴν συνουσίαν. al.

ἔτι δὲ καὶ κρυπτεία τις ὀνομάζεται] Nota loquendi ratio pro: ἔτι δὲ καὶ κρυπτεία τίς ἐστιν, ἣ δὴ ὀνομάζεται; v. ad Phaedon. p. 107. C. De κρυπτείᾳ v. infra libr. VI. p. 763. B. Manso Sparta Vol. I. P. II. p. 141 sqq. Müller. Geschichte der Hellen. Stämme Vol. II. P. II. p. 42 sq. Krause Gymnastik u. Agonistik der Griech. I. p. 54. II. 674. Hermann. De vestigiis institutt. vett. inprimis Atticorum per Platonis de Legibus libros investigandis p. 31. et Antiquitt. Att. §. 48. Schömann. Antiquitt. iuris publ. Graec. p. 111. Quae Plato de ea narrat, ea certe docent luculentissime spectasse illam potissimum ad exercitationes militares, neque coniunctam fuisse cum immani ista crudelitate, quam posterioris aetatis scriptores ei propriam fuisse volunt.

C. *χειμώνων τε ἀνυποδησίαι*] Fallitur Astius ad χειμώνων ratus διὰ intelligi oportere. Imo χειμώνων ex ἀνυποδησίαι et ἀστρωσίαι pendet, ita ut intelligantur ἀνυποδησίαι καὶ ἀστρωσίαι etiam hiemis tempestate usitatae. Exposuimus de his Prolegg. ad Legg. Similia collegit etiam Matthiae Gr. Gr. §. 380. ann. 3. Quae si meminisset Zellerus Stud. Plat. I. p. 93. fortasse in his minus erat offensurus. De re v. Xenoph. l. c. §. 3 sq. Nicol.

καὶ μεθ' ἡμέραν. ἔτι δὲ κἀν ταῖς γυμνοπαιδιαῖς δειναὶ καρτερήσεις παρ' ἡμῖν γίγνονται τῇ τοῦ πνίγους ῥώμῃ διαμαχομένων, καὶ πάμπολλα ἕτερα, σχεδὸν ὅσα οὐκ ἂν παύσαιτό τις ἑκάστοτε διεξιών.

ΑΘ. Εὖ γε, ὦ Λακεδαιμόνιε ξένε, λέγεις. τὴν ἀνδρείαν δέ, φέρε, τί θῶμεν; πότερον ἁπλῶς οὕτως

v. Toup. Emend. in Suid. T. I. p. 73. Sintenis ad Plut. T. IV. p. X.

φέρε, τί θῶμεν;] Male vett. editt. *τιθῶμεν πότερον*.

Damasc. Historiar. Exc. p. 158. ed. Orell. *καὶ θήρας καὶ δρόμους ἀνάντεις ἀνυπόδητοι κατανύοντες.* conf. Bekkeri Charicl. II. p. 365.

αὐτοῖς ἑαυτῶν διακονήσεις] De dativo *αὐτοῖς* ex *διακονήσεις* suspenso v. ad p. 631. D. Astius scribendum censebat *αὐτοῖς αὐτῶν*. Sed ea mutatione haudquaquam opus est. Nam *ἑαυτῶν διακονήσεις* sunt sua ipsorum ministeria s. *σφέτεραι διακονήσεις*, ut recte addatur *αὐτοῖς*. Dativo vitato scribi potuit etiam *σφέτεραι αὐτῶν διακονήσεις*. Errore vero Schneider. *διαπονήσεις*. Mox de voc. *νύκτωρ* v. Thom. Mag. p. 250. ed. Ritsch. cuius tamen praeceptis multa multorum testimonia adversari docuit Mätznerus ad Antiphont. p. 221.

κἂν ταῖς γυμνοπαιδιαῖς—] Gymnopaediae celebrabantur in honorem Spartanorum, qui olim ad Thyream cecidissent, ideoque non potuerunt ante a. 546. ante Chr. publice introduci; eo enim anno Othryades cruentam illam de Argivis victoriam ad Thyream reportavit. v. Herodot. I. 82. Strab. VIII. 17. Pausan. III. 11, 7. In horum vero festorum solemnitate nudi pueri atque viri choros ducebant atque saltantes laetos paeanas cantabant. Quod quoniam fieri solebat mense Hecatombaeone, hoc est, eo tempore, quo maximus erat solis aestus, propterea hic aptissime ludorum istorum mentio iniicitur. Descripserunt eos, examinatis etiam veterum scriptorum testimoniis, Manso in Sparta l. c. p. 210 sqq. Schneider. Saxo, ad Xenoph. Hellen. VI. 4, 16. p. 439. ed. rec. Müller. Dor. I. p. 158. II. p. 312 sqq. Krause Gymnast. u. Agonistik der Hellenen T. II. p. 828 sqq. Bode Geschichte der lyr. Dichtkunst der Hellen. I. p. 57 sq. Hermann. Antiquitatt. Laconic. p. 83. Et Müllerus quidem Dor. II. p. 313. hic non ludos solemnes, sed omnino nudorum exercitationes intelligendas censet. Quod si vere iudicavit, pro *γυμνοπαιδιαῖς*, quae forma nihili esse videtur, siquidem festum vocatur *γυμνοπαιδία*, cum C. Fr. Hermanno Antiquitatt. Lacon. p. 85. *γυμνοπαιδείαις* revocabis. — *τῇ τοῦ πνίγους ῥώμῃ* si cui insolentius dictum videatur, sicuti visum est Zellero, is Megillum Lacedaemonium loqui secum reputet ac certe animi sui molestia levabitur.

Εὖ γε — ποιοῦσιν;] Recte haec verba Grouius vindicavit Atheniensi. Olim tribuebantur Cliniae.

D εἶναι πρὸς φόβους καὶ λύπας διαμάχην μόνον, ἢ καὶ πρὸς πόθους τε καὶ ἡδονὰς καί τινας δεινὰς θωπείας κολακικάς, αἳ καὶ τῶν σεμνῶν οἰομένων εἶναι τοὺς θυμοὺς μαλάττουσαι κηρίνους ποιοῦσιν;

ΜΕ. Οἶμαι μὲν οὕτω, πρὸς ταῦτα ξύμπαντα.

ΑΘ. Εἰ γοῦν μεμνήμεθα τοὺς ἔμπροσθεν λόγους, ἥττω τινὰ ὅδε καὶ πόλιν ἔλεγεν αὐτὴν αὑτῆς καὶ ἄνδρα. ἦ γάρ, ὦ ξένε Κνώσιε;

D. *πρὸς πόθους*] πρὸς om. Ξ.
μαλάττουσαι κηρ.] μαλάττουσαι om. A. Ξ. Ω. v. h. r. z. probante C. Fr. Hermanno. Praeterea κηρίνους in marg. ponunt sec. Bekkerum A. Ω., post ποιοῦσι collocat r., omittunt Ξ. v. f. et pr. h. z. Post ποιοῦσιν autem vulgo addita leguntur verba: πρὸς ταῦτα ξύμπαντα, quae ex sqq. huc temere translata sunt. Omisimus ea cum A. pr. et Ven. Ξ. praeeunte Bekkero.

D. *καί τινας δεινας θωπείας κ.*] Obscurius haec ita dicuntur. Nam quaenam tandem intelliguntur pravae istae blanditiae et adulationes, quae hic a cupiditatibus et voluptatibus discernuntur? Nimirum tota, quae hic ab Atheniensi suscipitur disputatio, eo pertinet, ut doceatur, fortitudinem non modo in eo positam esse, ut quis gnaviter adversus hostes pugnet, sed etiam in eo cerni, ut nosmet ipsos, hoc est, animi nostri cupiditates ac perturbationes, superare condiscamus. Itaque vide an scribendum sit: *καὶ ἡδονὰς ὥς τινας δεινὰς θωπείας κολακικὰς* ctr. Etenim ita voluptates ipsae comparantur cum *θωπείαις τισὶ κολακικαῖς*, quemadmodum *ἡδονὴ* in Timaeo p. 69. D: *μέγιστον κακοῦ δέλεαρ* appellatur. Deinde *μαλάττουσαι* cum Par. A. non pauci libri omittunt. In quibusdam etiam *κηρινοὺς* desideratur, quod tamen Par. A. cum Vat. Ω. teste Bekkero in margine adscriptum habent. Quae res permovit Winckelmannum, ut in Praefat. ad edit. min. p. X. legendum coniiceret: *θωπείας, αἳ καὶ τῶν σεμν. οἰομ. εἶναι τοὺς θυμοὺς πείθουσι*, reliquis verbis eiectis utpote ortis ex glossemate. At primum quidem *κηρινοὺς*, si Bastium audimus, in Par. A. et Vat. Ω. neutiquam desideratur, sed post *ποιοῦσι* positum legitur; quae quidem varietas effecisse videtur, ut vocabulum in Ven. Ξ. et aliis quibusdam temere omissum sit. Deinde *πείθουσι* recepto protenus perit metaphorae elegantia. Denique istud *μαλάττουσαι* videtur a fastidiosioribus criticis eiectum esse, qui illud non viderent emolliendae et amplificandae metaphorae gratia interpositum esse, ut ne audacius illatum videretur *κηρινοὺς ποιοῦσιν*. Itaque nihil omnino loco movendum aut sollicitandum arbitramur. Apte vero Astius comparavit Horatii illud in Art. Poët. v. 163.: Cereus in vitium flecti. Post *ποιοῦσιν* quod vulgo additum legitur *πρὸς ταῦτα ξύμπαντα*, id recte omittunt. Ven. Ξ. et Par. A. pr. Est enim temere huc ex proximis invectum.

ΚΛ. Καὶ πάνυ γε.

ΑΘ. Νῦν οὖν πότερα λέγομεν τὸν τῶν λυπῶν ἥττω κακὸν ἢ καὶ τὸν τῶν ἡδονῶν μᾶλλον; E

ΚΛ. Ἔμοιγε δοκεῖ, τὸν τῶν ἡδονῶν· καὶ πάντες που μᾶλλον λέγομεν τὸν ὑπὸ τῶν ἡδονῶν κρατούμενον τοῦτον τὸν ἐπονειδίστως ἥττονα ἑαυτοῦ, πρότερον ἢ τὸν ὑπὸ τῶν λυπῶν.

Οἶμαι μὲν οὕτω πρ. τ. ξύμπαντα.] Desunt haec in v. f. et pr. Ω. In Ven. Ξ. et Par. B. om. *οἶμαι μὲν οὕτω.* Hinc fit apertum, quid statuendum sit de verbis antegressis.

ὦ ξένε Κνώσιε;] *κνωσιε* Par. A. ut fere solet. v. ad p. 25. B.

E. *πότερα λέγομεν*] *λέγωμεν* per. A. Ω. Dein vulgo vitiose *λοιπῶν.* Recte *λυπῶν* A. B. Ξ. Ω. v. f. h. r. x. rel.

Sed unde orta confusio sit, id luculenter apparet ex schedis Bastii, qui nonnihil a Bekkero discrepans narrat in Ven. Ξ. et Par. B. sic scriptum extare: *τοὺς θυμοὺς ποιοῦσι: πρὸς ταῦτα ξύμπαντα: εἰ γοῦν κ. τ. λ.*

Οἶμαι μὲν οὕτω, πρὸς ταῦτα ξύμπαντα] Vocabulo *οὕτω* per epexegesin additur *πρὸς ταῦτα ξύμπαντα*, ad quod ex antegressis repetendum *εἶναι αὐτὴν διαμάχην.* Sic Sympos. p. 215. A: *Σωκράτη δ' ἐγὼ ἐπαινεῖν οὕτως ἐπιχειρήσω, δι' εἰκόνων.* Aristoph. Rann. v. 624. ed. Brunck.: *οὕτω δὲ βασάνιζ', ἀπαγαγών.* Cicero De Orat. I. 23, 108. nam ars *ita* definitur, ut paulo ante exposuit Antonius, *ex rebus perceptis planeque cognitis.*

ἥττω τινὰ ὅδε καὶ πόλιν ἔλεγεν] Clinias. Vide p. 626. C. sqq.

E. *Νῦν οὖν πότερα λέγομεν* —] utrum censemus eum ignaviorem, qui doloribus succumbat, an illum potius, qui voluptatibus vincitur? Male hic in quibusdam codd. *λέγωμεν* scriptum legitur. Nimirum sexcenties critici Platonis indicativum illum perperam acceperunt. Pro *κακὸν* Boeckhius *κακίον'* restituendum putabat. Quem Astius ita refellere conatur, ut *μᾶλλον* censeat etiam ad *κακὸν* referri oportere. Neuter, opinor, verum pervidit. Nam aliam esse loci rationem, arguit particula *καί* ante *τὸν τῶν ἡδονῶν* interposita. Nimirum dicturus erat Atheniensis simpliciter haec: *πότερα λέγομεν τὸν τῶν λυπῶν ἥττω κακόν, ἢ καὶ τὸν τῶν ἡδονῶν;* intell. *λέγομεν κακόν.* Sed alteri membro, oratione liberius conformata, iam addit istud *μᾶλλον*, significaturus alterum potius locum esse habiturum. Itaque *μᾶλλον* postremis verbis tanquam extrinsecus accessit.

μᾶλλον λέγομεν τὸν ὑπὸ τῶν ἡδ. — ἥττονα ἑαυτοῦ] Perperam hic post *κρατούμενον* interpungunt. Nam verba sic intelligenda sunt: atque omnes, opinor, potius censemus, eum qui a voluptatibus superetur, hunc esse *il-*

ΑΘ. Ὁ Διὸς οὖν δὴ καὶ ὁ Πυθικὸς νομοθέτης
634 οὐ δήπου χωλὴν τὴν ἀνδρείαν νενομοθετήκατον, πρὸς τὰ ἀριςερὰ μόνον δυναμένην ἀντιβαίνειν, πρὸς τὰ δεξιὰ καὶ κομψὰ καὶ θωπευτικὰ ἀδυνατοῦσαν· ἢ πρὸς ἀμφότερα;

ΚΛ. Πρὸς ἀμφότερα ἔγωγε ἀξιῶ.

ΑΘ. Λέγωμεν τοίνυν πάλιν, ἐπιτηδεύματα ποῖα ἔσθ᾽ ὑμῖν ἀμφοτέραις ταῖς πόλεσιν, ἃ γεύοντα τῶν ἡδονῶν καὶ οὐ φεύγοντα αὐτάς, καθάπερ τὰς λύπας οὐκ ἔφευγεν, ἀλλ᾽ ἄγοντα εἰς μέσας ἠνάγκαζε καὶ
B ἔπειθε τιμαῖς, ὥςτε κρατεῖν αὐτῶν; ποῦ δὴ τοῦτ᾽ ἔςι ταὐτὸν περὶ τὰς ἡδονὰς συντεταγμένον ἐν τοῖς νόμοις; λεγέσθω, τί τοῦτ᾽ ἐςίν, ὃ καὶ ἀπεργάζεται ὑμῖν ὁμοίως πρός τε ἀλγηδόνας καὶ πρὸς ἡδονὰς τοὺς αὐτοὺς ἀνδρείους νικῶντάς τε ἃ δεῖ νικᾶν, καὶ

P. 634. *πρὸς τὰ δεξιὰ*] Vulgo post *πρὸς* interpositum *δὲ* om. A. B. Ξ. Ω. v. f. h. r. Ante *κομψὰ* Par. A. *καὶ* pr. omittit. Ad *ἢ πρὸς ἀμφότερα* in Voss. adscriptum est *ἀλλά*.
B. *ἀπεργάζεται ὑμῖν*] *ἡμῖν* v. f. h. r. a. δ. et rec. Ω.

lum turpiter sibi ipsi succumbentem, magis quam qui vincatur a doloribus. Pronomen *οὗτος* post participium articulo iunctum non rari est usus. Charmid. p. 163. C. *τὸν τὰ ἑαυτοῦ πράττοντα τοῦτον σώφρονα καλεῖν*; ubi v. ann. De articulo etiam cum praedicato coniuncto diximus ad Gorg. p. 491. E. ubi hunc ipsum locum comparavimus. Dein *πρότερον* iterat et tanquam denuo inculcat praegressum *μᾶλλον*. v. ad Hipp. maior. p. 285. A. Gorg. p. 487. A.

Ὁ Διὸς οὖν δὴ καὶ ὁ Πυθικὸς νομ.] Itaque legislatores Cretensis et Lacedaemonius non, opinor, sanxerunt claudam fortitudinem, quae sinistris tantum possit resistere (h. e. doloribus), dum dextris et blandis et adulatoriis (h. e. voluptatum illecebris,) non possit. An vero illam adversus utraque pugnare voluerunt? In his *χωλόν* similiter dictum atque in Phaedon. p. 71. E: *ἀλλὰ ταύτῃ χωλὴ ἔσται ἡ φύσις, κ. τ. λ.* De voc. *κομψόν* exposuit Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 161 sq. ubi inter alia docuit, *κομψὸν* vocari etiam quidquid venustate sua placeat. Ex quo liquido apparet, aptissime hic eo nomine voluptates eiusque illecebras significari. Ceterum auctoribus codd. optimis consentiente Schneidero Ind. Lectt. Uratisl. a. 1854. *δέ* ante *τὰ δεξιὰ* expunximus.

P. 634. *ἃ γεύοντα τῶν ἡδονῶν —*] instituta, quae quum gustum praebeant voluptatum neque eas re-

οὐδαμῶς ἥττους πολεμίων τῶν ἐγγύτατα ἑαυτῶν καὶ χαλεπωτάτων.

ΜΕ. Οὕτω μὲν τοίνυν, ὦ ξένε, καθάπερ πρὸς τὰς ἀλγηδόνας εἶχον νόμους ἀντιτεταγμένους πολλοὺς εἰπεῖν, οὐκ ἂν ἴσως εὐποροίην κατὰ μεγάλα μέρη καὶ διαφανῆ λέγων περὶ τῶν ἡδονῶν· κατὰ δὲ C *σμικρὰ ἴσως εὐποροίην ἄν.*

ΚΛ. Οὐ μὴν οὐδ' ἂν αὐτὸς ἔγωγε ἐν τοῖς κατὰ Κρήτην νόμοις ἔχοιμι ἐμφανὲς ὁμοίως ποιεῖν τὸ τοιοῦτον.

ΑΘ. Ὦ ἄριστοι ξένων, καὶ οὐδέν γε θαυμαστόν. ἀλλ' ἂν ἄρα τις ἡμῶν περὶ τοὺς ἑκάστων οἴκοι νόμους ψέξῃ τι, βουλόμενος ἰδεῖν τό τε ἀληθὲς ἅμα καὶ τὸ βέλτιστον, μὴ χαλεπῶς ἀλλὰ πράως ἀποδεχώμεθα ἀλλήλων.

C. *ἀλλ' ἂν ἄρα τις ἡμῶν*] Vulgo pro *ἡμῶν* scribebatur *ἡμᾶς*. Genitivum habent A. f. r. a. c. o. x. superscriptum veteri lectioni praebent Ω. v. Accusativus unde ortus sit, ostendit marg. A. Ω. Voss. (x.) et Flor. a. o. ubi annotatum: *γρα. ἐξήτει.* quod ipsum in v. f. pro *ψέξῃ τι* scriptum legitur.

fugiant, sicuti nec dolores refugerunt, sed potius in medias illas ducant, tum cives necessitate adigunt aut praemiis alliciunt, ut illas (voluptates) vincant? Nam *γεύειν* verbum activum est gustandum praebere; de qua re iam Stephanus monuit. Mox *συντεταγμένον* pro *ἐπιτεταγμένον* dictum est sic, ut significet: *una cum* ceteris, quae superandi doloris et periculi caussa publice instituta sunt, institutum ac publice sancitum. Quod monere placet, ne quis morosior verbi usum temere vituperet.

B. *λεγέσθω, τί τοῦτ' ἐστίν,*] Fortius urget Megillum et Cliniam interrogando, ideoque tertium idem repetit, haec sciscitans: dicatur (a vobis), quidnam illud sit, quod pariter adversus dolores atque voluptates homines eosdem fortes reddat, atque tales, qui omnino vincere possint quae vinci oporteat neque succumbant hostibus sibi proximis iisdemque gravissimis, h. e. voluptatibus, quae unicuique in suo ipsius animo tanquam insidiantur. Prave haec ante Stephanum distincta fuerunt.

C. *ἀποδεχώμεθα ἀλλήλων*] Int. *λεγόντων.* Constructionem eandem habes Protagor. p. 324. C: *ἀποδέχονται οἱ σοὶ πολῖται καὶ χαλκέως καὶ σκυτοτόμου συμβουλεύοντος τὰ πολιτικά.* Isocr. c. Euth. p. 403. B: *εἰ ἀποδέξεσθε τῶν τὰ τοιαῦτα λεγόντων.* conf. Matthiae Gr. §. 373. ann.

ΚΛ. Ὀρθῶς, ὦ ξένε Ἀθηναῖε, εἴρηκας, καὶ πειςέον.

D ΑΘ. Οὐ γὰρ ἄν, ὦ Κλεινία, τηλικοῖςδε ἀνδράσι πρέποι τὸ τοιοῦτον.

ΚΛ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΑΘ. Εἰ μὲν τοίνυν ὀρθῶς ἢ μή τις ἐπιτιμᾷ τῇ τε Λακωνικῇ καὶ τῇ Κρητικῇ πολιτείᾳ, λόγος ἂν ἕτερος εἴη· τὰ δ' οὖν λεγόμενα πρὸς τῶν πολλῶν ἴσως ἐγὼ μᾶλλον ἔχοιμ' ἂν ὑμῶν ἀμφοτέρων λέγειν. ὑμῖν μὲν γάρ, εἴπερ καὶ μετρίως κατεσκεύασαι τὰ τῶν νόμων, εἷς τῶν καλλίςων ἂν εἴη νόμων, μὴ ζητεῖν τῶν νέων μηδένα ἐᾶν, ποῖα καλῶς αὐτῶν ἢ μὴ κα-

E λῶς ἔχει, μιᾷ δὲ φωνῇ καὶ ἐξ ἑνὸς ςόματος πάντας συμφωνεῖν, ὡς πάντα καλῶς κεῖται θέντων θεῶν, καὶ ἐάν τις ἄλλως λέγῃ, μὴ ἀνέχεσθαι τὸ παράπαν

D. *τὰ δ' οὖν λεγόμενα*] Edd. γοῦν. Par. A. Vat. Ω. γ' οὖν. unde fecimus δ' οὖν. vid. explicat.

E. *καλῶς κεῖται*] V. κεῖνται, quod ex A. h. r. δ. et libris Eusebii ap. Gaisf. l. c. p. 135. mutatum.

μὴ ἀνέχεσθαι] ἀνέσθαι pr. A.

D. *τηλικοῖςδε ἀνδράσι*] H. e. adeo aetate provectis; conf. I. p. 635. A. E. II. 657. D. III. 685. A. al.; nam creberrime mentio fit senectutis, quam colloquentes habent.

Εἰ μὲν τοίνυν ὀρθῶς —] Ad haec Boeckhius: „Delendus, inquit, articulus ὁ ante λόγος, omittente etiam Eusebio Praep. Ev. XII. p. 573. C. (Vol. III. p. 135. ed. Gaisf. ubi codd. omnes articulum ignorant). Plane geminum Aristot. Pol. III. 2. p. 145: εἰ δὲ δίκαιον διαλύειν ἢ μὴ διαλύειν, ὅταν εἰς ἑτέραν μεταβάλλῃ πολιτείαν ἡ πόλις, λόγος ἕτερος." Poterat vir egregius ex ipso Platone afferre Apolog. Socr. p. 34. E: ἀλλ' εἰ μὲν θαῤῥαλέως ἐγὼ ἔχω πρὸς θάνατον ἢ μή, ἄλλος λόγος, πρὸς δ' οὖν δόξαν καὶ ἐμοὶ καὶ ὑμῖν καὶ ὅλῃ τῇ πόλει οὔ μοι δοκεῖ καλὸν εἶναι ἐμὲ τοῦτων οὐδὲν ποιεῖν. Qui locus etiam alio nomine ad hunc praesentem recte tractandum valet. Firmatur enim inde non mediocriter, quod Bekkerus de coniectura scripsit: τὰ δ' οὖν λεγόμενα πρὸς τῶν πολλῶν, pro quo libri mss. omnes τὰ γοῦν λεγ. κ. τ. λ. scriptum exhibent. Utroque igitur loco librorum scripturam deseruimus, re ipsa flagitante. De ἄλλος λόγος v. etiam Demosthen. Philipp. III. §. 16. De Coron. §. 44. Defendit tamen nuper C. Fr. Hermann. vulg. ὁ λόγος ἂν ἕτ. εἴη collato Tim. c. 20. ubi articulus codd. auctoritate omittendus.

ὑμῖν μὲν γάρ, εἴπερ καὶ μετρίως —] vobis enim, siquidem recte leges constitutae sunt, una ex praestantissimis videtur

ἀκούοντας· γέρων δὲ εἴ τίς τι ξυννοεῖ τῶν παρ' ὑμῖν, πρὸς ἄρχοντά τε καὶ πρὸς ἡλικιώτην μηδενὸς ἐναντίον νέου ποιεῖσθαι τοὺς τοιούτους λόγους.

ΚΛ. Ὀρθότατά γε, ὦ ξένε, λέγεις, καὶ καθάπερ μάντις ἀπὼν τῆς τότε διανοίας τοῦ τιθέντος αὐτὰ 635 νῦν ἐπιεικῶς μοι δοκεῖς ἐστοχάσθαι καὶ σφόδρα ἀληθῆ λέγειν.

ΑΘ. Οὐκοῦν ἡμῖν τὰ νῦν ἐρημία μὲν νέων, αὐτοὶ δ' ἕνεκα γήρως ἀφείμεθ' ὑπὸ τοῦ νομοθέτου διαλεγόμενοι περὶ αὐτῶν τούτων μόνοι πρὸς μόνους μηδὲν ἂν πλημμελεῖν;

ΚΛ. Ἔςι ταῦτα οὕτως, εἰς ἃ καὶ μηδέν γε ἀνῇς ἐπιτιμῶν τοῖς νόμοις ἡμῶν· οὐ γὰρ τό γε γνῶναί τι τῶν μὴ καλῶν ἄτιμον, ἀλλὰ ἴασιν ἐξ αὐτοῦ συμ-

τῶν παρ' ὑμῖν] V. ἡμῖν, quod correctum ex Eus. et codd. Par. A. x. et pr. Ω. Vulgatum ἡμῖν retinuit Schneider.

πρὸς ἡλικιώτην] πρὸς hic insertum est ex A. r. x. et rec. Ω. Omittunt tamen etiam codd. Eusebii.

ctr. De *μετρίως* v. ad Criton. p. 46. C. Phaedon. p. 96. D. Euseb. l. c. et Theodoret. Gr. Aff. Cur. I. p. 711. *εἰ καὶ μετρίως*. De re ipsa v. Wachsmuth. Hellen. Alterthumskunde Vol. I. P. I. p. 211. unde etiam Charondam et Zaleucum simile quid sanxisse intelliges. Dein *ἐξ ἑνὸς στόματος συμφωνεῖν* dictum ut Reip. II. p. 364. A. *πάντες γὰρ ἐξ ἑνὸς στόματος ὑμνοῦσιν, ὡς καλὸν μὲν ἡ σωφροσύνη, κ. τ. λ.* Pro vulg. *καλῶς κεῖνται* optimus Par. A. cum aliis nonnullis *κεῖται*. Quamquam 'numeri pluralis exempla non desunt; v. praeter Astium ad h. l. Reitz. Ind. Lucian. p. 360. Iacobs Act. Mon. Vol. I. Fasc. II. p. 166. Zell. ad Aristot. Eth. p. 4. Krüger. ad Dionys. Historiogr. p. 247. Bernhardy. Synt. p. 419. et nostra ad Remp. p. 353. B. Cratyl. p. 425. — *εἴ τίς τι ξυννοεῖ τῶν παρ' ὑμῖν*, si quis de quapiam legum vestrarum aliquid cogitet, h. e. eam taxet aut reprehendat.

P. 635. *ἀφείμεθ' ὑπὸ τοῦ ν. — μηδὲν ἂν πλημμελεῖν;*] H. e. permissum est nobis a legislatore, ut nihil peccantibus de his ipsis colloqui inter nos liceat. De Rep. V. p. 451. B: *ἀφίεμέν σε ὥςπερ φόνου καθαρὸν εἶναι καὶ μὴ ἀπατεῶνα.* Phileb. p. 50. C: *ἀφεῖναί με μηκέτι ἐπ' ἐκεῖνα ἰόντα δεῖν μηκύνειν τοὺς λόγους.*

εἰς ἃ καὶ μηδέν γε ἀνῇς] quapropter etiam nihil remittas leges nostras vituperans. De *εἰς ἅ*, quare, v. Matthiae Gr. §. 578. e. extr. p. 1348. ed. 3.

B βαίνει γίγνεσθαι τῷ μὴ φθόνῳ τὰ λεγόμενα ἀλλ' εὐνοίᾳ δεχομένῳ.

Cap. VIII. *ΑΘ.* Καλῶς. οὐ μὴν ἐπιτιμῶν γε ἐρῶ τοῖς νόμοις πως, πρὶν βεβαίως εἰς δύναμιν διασκέψασθαι, μᾶλλον δὲ ἀπορῶν. ὑμῖν γὰρ ὁ νομοθέτης μόνοις Ἑλλήνων καὶ βαρβάρων, ὧν ἡμεῖς πυνθανόμεθα, τῶν μεγίστων ἡδονῶν καὶ παιδιῶν ἐπέταξεν ἀπέχεσθαι καὶ μὴ γεύεσθαι, τὸ δὲ τῶν λυπῶν καὶ φόβων, ὅπερ ἄρτι διεληλύθαμεν, ἡγήσατο εἴ τις
C ἐκ παίδων φευξεῖται διὰ τέλους, ὁπόταν εἰς ἀναγκαίους ἔλθῃ πόνους καὶ φόβους καὶ λύπας, φευξεῖ-

P. 635. Cap. VIII. B. *οὐ μὴν ἐπιτιμῶν γε ἐρῶ*] Vulgo scribebatur: *οὐ μήν γε ἐπιτιμ. ἐρῶ.* Sed recte A. B. Ω. v. f. h. r. a. o. δ. x. z. *γε* post *ἐπιτιμῶν* ponunt. Dein ex Vind z. *πως* pro *πω* dedi, quod edidit etiam Schneider.

Cap. VIII. B. *οὐ μὴν ἐπιτιμῶν — νόμοις πως*] Vulgo *πω*, Quod subabsurdum putamus. Nam *οὔ πω* dicens significaret, se leges Cretensium et Spartanorum aliquando esse reprehensurum. Multo modestius igitur loquitur, si *οὐ — πως*, non aliquo modo, dicit, quod scriptum extat in codice Vindobonensi.

C. *φευξεῖσθαι τοὺς ἐν ἐκ.*] Mutata est periodi constructio. Expectabas enim post *εἴ τις* subiectum iri *φευξεῖσθαι αὐτόν;* sed pro eo fortius et ponderosius ponitur *τοὺς ἐν ἐκείνοις γεγυμνασμένους.* Dein pro *καὶ δουλεύσειν αὐτοῖς* aliquis putet reponendum esse: *καὶ μὴ δουλεύσειν αὐτοῖς.* Sed nihil sollicitandum esse docent quae mox inferuntur: *δουλεύσουσι τρόπον ἕτερον καὶ ἔτ' αἰσχίω.* Itaque *δουλεύειν αὐτοῖς* nunc est: iis inservire, h. e. toleranter perpeti, patienter concedere necessitati.

λέγοντα αὐτὸν πρὸς ἑαυτὸν] ita secum animo cogitantem: „si nobis inde a pueris imperiti erunt maximarum voluptatum cives nostri neque exercitati ad constantiam (temperantiam) in voluptatibus percipiendis aut ad vitandam turpiter agendi necessitatem, propter mollem teneramque animorum ad voluptates inclinationem idem iis accidet, quod eis, qui succumbunt timoribus. — *γιγνόμενοι ἐν ταῖς ἡδοναῖς* proprie est: dum versantur in voluptatibus; sic enim *εἶναι* et *γίγνεσθαι ἔν τινι* usurpari solet, id quod praeter Astium ad h. l. docuerunt Abresch. Dilucid. Thucyd. Auct. p. 405. Villoison. ad Long. p. 242. Erfurdt. ad Oed. T. v. 561. Heindorf. ad Plat. Protagor. p. 317. C. Phaedon. p. 50. A. Matthiae Gr. Gr. §. 577. p. 1342. ed. 3. — Verba, *ἕνεκα τῆς γλυκυθυμίας — τὰς ἡδονάς*, inepte vulgo cum antegressis *ἀναγκάζεσθαι ποιεῖν* coniunguntur, commate post *ποιεῖν* omisso et post *ἡδονὰς* interposito; quam rationem miramur etiam

σθαι τοὺς ἐν ἐκείνοις γεγυμνασμένους καὶ δουλεύσειν αὐτοῖς. ταὐτὸν δὴ τοῦτ', οἶμαι, καὶ πρὸς τὰς ἡδονὰς ἔδει διανοεῖσθαι τὸν αὐτὸν νομοθέτην, λέγοντα αὐτὸν πρὸς ἑαυτόν, ὡς ἡμῖν ἐκ νέων εἰ ἄπειροι τῶν μεγίςων ἡδονῶν οἱ πολῖται γενήσονται, καὶ ἀμελέτητοι γιγνόμενοι ἐν ταῖς ἡδοναῖς καρτερεῖν καὶ μηδὲν τῶν αἰσχρῶν ἀναγκάζεσθαι ποιεῖν, ἕνεκα τῆς γλυκυθυμίας τῆς πρὸς τὰς ἡδονὰς ταὐτὸν πείσονται D τοῖς ἡττωμένοις τῶν φόβων· δουλεύσουσι τρόπον ἕτερον καὶ ἔτ' αἰσχίω τοῖς γε δυναμένοις καρτερεῖν ἐν ταῖς ἡδοναῖς καὶ τοῖς κεκτημένοις τὰ περὶ τὰς

D. *δουλεύσουσι τρόπον ἕτερον*] V. *δουλεύσουσί τε.* Verum *τε*, ineptum criticorum emplastrum, recte reiiciunt A. B. Ω. Ξ. v. f. h. r. a. c. o. δ. x. z.

a Bekkero ac triumviris Turicensibus esse servatam. Apertum est enim ex ipsa sententia, verissime Astium iudicavisse, distinctionem post *ποιεῖν* faciendam et post *ἡδονάς* tollendam fuisse. Est autem *γλυκυθυμία* quasi dulcis quaedam atque suavis animi affectio, quam sentiunt qui voluptatibus fruuntur; qua quidem facillime fieri potest, ut quis penitus voluptatibus dedatur. Plutarch. Moral. p. 476. D: *ἡ περὶ τὸ ῥᾷστον ἀεὶ διατρίβουσα καὶ πρὸς τὸ ἥδιστον ἀναχωροῦσα γλυκυθυμία τῆς ψυχῆς.*

D. *δουλεύσουσι τρόπον ἕτερον* —] Mireris hic Stephanum post *δουλεύσουσι* voculam *τε* inculcantem, quasi vero ea in hac epexegesi necessario requiratur. Nubem exemplorum, quibus haec loquendi ratio illustretur, contraximus ad Apolog. Socrat. p. 22. A. Politic. p. 291. B. al. — *τοῖς γε δυναμένοις καρτ.* certe iis, qui ad voluptatum fructum constantes sunt, etiamsi iidem aliis nominibus ipsis sint deteriores. Non erat igitur, cur Zellerus Stud. Plat. p. 92. in usu hoc particulae *γε* haereret. Quae sicuti hic, ita nec alibi vi sua caret. Neque enim ea redundat in his: L. I. 626. B: *Καλῶς γε.* P. 644. A: *οἵ γε ὀρθῶς πεπαιδευμένοι.* L. III. p. 696. C: *ἐμβεβήκαμεν γε.* L. IV. p. 704. B: *θαλάττης γε.* P. 713. B: *τόν γε ἑξῆς.* P. 716. E: *ὅ γε κακός.* L. V. p. 746. E: *τόν γε νόμον.* P. 747. E: *μέλλοντί γε.* L. VI. p. 752. A: *λέγων γε.* P. 781. C: *τίς γε.* P. 782. D: *ἅ γ' εἴρηκα.* L. VII. p. 793. E: *ἐπὶ τῶν δούλων γ'.* P. 822. D: *τά γε παιδείας.* Iuvabit enim, opinor, haec nunc apposuisse, ne saepius rem attingere cogamur; poterunt enim legentes iam ipsi locos a Zellero allatos comparare accuratiusque excutere.

τοῖς κεκτημένοις τὰ περὶ τὰς ἡδονάς,] iis, qui sibi compararunt quae pertinent ad voluptates; h. e. qui voluptatibus temperanter frui didicerunt; qui adsuefacti sunt ad prudentem rectumque voluptatum fructum.

ἡδονάς, ἀνθρώποις ἐνίοτε παντάπασι κακοῖς, καὶ τὴν ψυχὴν τῇ μὲν δούλην τῇ δὲ ἐλευθέραν ἕξουσι. καὶ οὐκ ἄξιοι ἁπλῶς ἀνδρεῖοι καὶ ἐλευθέριοι ἔσονται προςαγορεύεσθαι. σκοπεῖτε οὖν, εἴ τι τῶν νῦν λεγομένων ὑμῖν κατὰ τρόπον δοκεῖ λέγεσθαι.

E ΚΛ. Δοκεῖ μὲν ἡμῖν γέ πως λεγομένου τοῦ λόγου, περὶ δὲ τηλικούτων εὐθὺς πεπιστευκέναι ῥᾳδίως μὴ νέων τε ᾖ μᾶλλον καὶ ἀνοήτων.

ΑΘ. Ἀλλ᾽ εἰ τὸ μετὰ ταῦτα διεξίοιμεν ὧν προὐ-

ἐλευθέριοι ἔσονται] Sic Par. A. Ω. h. δ. x. z. et Steph. in marg. Ante Bekkerum scribebatur ἐλεύθεροι.

E. μὴ νέων τε ᾖ μ.] Vett. editt. εἴη. Recte Boeckhius coniunctivum requirit, quem liquido scriptum exhibet Par. A.

τῇ μὲν δούλην, τῇ δὲ ἐλευθέραν ἕξουσι] Nam servum habebunt animum, quatenus succumbent voluptatibus; sed eundem liberum habebunt, quatenus in rebus adversis tuebuntur fortitudinem. — ἁπλῶς ἀνδρεῖοι, h. e. sic simpliciter ac sine ulla exceptione. — κατὰ τρόπον, recte, rei convenienter, ut sexcenties; in qua formula recte omittitur articulus, ubi simplicis adverbii munere fungitur, id quod etiam in διὰ τέλους, διὰ βίου, aliis, ita fieri assolet. Recurrit formula infra p. 638. C. 641. B. 681. B. 687. A. 931. A. 942. A. al. Frequentarunt eandem etiam posterioris aetatis scriptores. v. Isocrat. ad Nicocl. c. 2. ibique Coraium. Epist. Socrat. 33. p. 41. ed. Orell. Iamblich. Adhort. ad phil. p. 20. et Vit. Pyth. p. 154. ed. Kiessl. al.

E. Δοκεῖ μὲν ἡμῖν γέ πως —] Nobis certe, nescio quo modo, ita videtur, dum res explicatur; sed in tantis rebus sic statim fidem habere, vide ne iuvenum potius sit et insipientium. De πως, nescio quo modo, v. ad Phaedr. p. 235. C. Cratyl. p. 428. C: ὅτι μοι πως ἐπέρχεται λέγειν κτλ. Men. p. 73. A. 95. E. Tim. p. 37. E. Theaet. p. 144. B. 777. A. Vitiosum εἴη nunc correctum ex codicibus habes.

Ἀλλ᾽ εἰ τὸ μετὰ τ. διεξίοιμεν] Sed si porro, s. deinde, consideremus nonnulla eorum, quae proposuimus — nam post fortitudinem disseramus de temperantia — ecquid inveniemus in istis civitatibus vestris praestabilius, quam in iis quae nulla cum ratione gubernantur, quemadmodum modo in rebus militaribus? Locus paullo obscurior, cui tamen, tenore disputationis diligenter observato, facili negotio optata lux affundi potest. Itaque primum tenendum, ἃ προὐθέμεθα spectare ad superiora illa p. 632. E: ἐξ ἀρχῆς πάλιν ἔμοιγε δοκεῖ χρῆναι διεξελθεῖν, καθάπερ ἠρξάμεθα, τὰ τῆς ἀνδρείας πρῶτον ἐπιτηδεύματα, ἔπειτα ἕτερον καὶ αὖθις ἕτερον εἶδος τῆς ἀρετῆς διέξιμεν κτλ. Vult igitur Atheniensis iam ad alius virtutis consi-

θέμεθα, ὦ Κλεινία τε καὶ Λακεδαιμόνιε ξένε — μετ᾽ ἀνδρείαν γὰρ δὴ σωφροσύνης πέρι λέγωμεν —, τὶ διαφέρον ἐν ταύταις ταῖς πολιτείαις ἢ ταῖς τῶν εἰκῇ πολιτευομένων ἀνευρήσομεν, ὥςπερ τὰ περὶ τὸν πό- 636
λεμον νῦν δή;

ΜΕ. Σχεδὸν οὐ ῥᾴδιον· ἀλλ᾽ ἔοικε γάρ τά τε ξυσσίτια καὶ τὰ γυμνάσια καλῶς εὑρῆσθαι πρὸς ἀμφοτέρας.

ΑΘ. Ἔοικε δῆτα, ὦ ξένοι, χαλεπὸν εἶναι τὸ περὶ

τὶ διαφέρον] Sic recte Ald. Bas. 1. 2. quod Steph. mutavit in τί διαφέρον. Sed v. explicat.

P. 636. Σχεδὸν οὐ ῥᾴδιον — ἀμφοτέρας.] Vulgo: ῥᾴδιον. ΚΛ. Ἀλλ᾽ ἔοικε κτλ. Personae notationem ignorant ΞΩ.

derationem transiri, similiterque quae huc pertineant examinari, atque antea factum sit. Ante ὤν, genitivum partitivum, vulgo τι aut simile quid supplendum statuunt grammatici; v. ad Sophist. p. 232. B. et 247. B. coll. Matthiae Gr. §. 323. — τὶ διαφέρον est: ecquid praestabilius; quamobrem τὶ non fuit cum Stephano, C. Fr. Hermanno et Schneidero in τί mutandum. Nimirum quaerit Atheniensis non *quid* diversitatis, sed *ecquid* diversitatis inventuri sint. De τὶς, ecquis, sic initio membrorum usurpato exposuit God. Hermann. ad Viger. p. 730. ann. 151. — ἐν ταύταις ταῖς πολιτείαις, quae sunt legibus temperatae, ut Cretica et Lacedaemonia. — Formulam διαφέρειν ἤ, melius esse quam, habes etiam Phaedr. p. 228. D: οἷς ἔφη διαφέρειν ἢ τὰ τοῦ ἐρῶντος ἢ τὰ τοῦ μή. Xenoph. Anab. III. 4, 20: πολὺ διέφερε — ὁρμῶντας ἀλέξασθαι ἢ πορευομένους μάχεσθαι. al. v. ad Phaedon. p. 85. B. — Denique τὰ περὶ τὸν πόλεμον pro accusativo accipiendum est, qui rationis indicium faciat: plena enim oratio fuerit haec: ὥςπερ νῦν δὴ ἀνευρήκαμεν διαφέρον τι ἐν αὐταῖς τὰ περὶ τὸν πόλεμον.

P. 636. Σχεδὸν οὐ ῥᾴδιον.] Int. εἰπεῖν. Itaque respondet Megillus haec: Dictu fere difficile est; veruntamen videntur syssitia et gymnasia bene inventa et instituta esse ad utramque virtutem illam, et fortitudinem et temperantiam, iuvandam atque augendam. Perperam vulgo Megillo ista, Σχεδὸν οὐ ῥᾴδιον, ac deinde Cliniae verba: ἀλλ᾽ ἔοικε γὰρ — ἀμφοτέρας tribuuntur.

Ἔοικε δῆτα — γίγνεσθαι] H. e. versari in rebus ad civitatem spectantibus, ita ut nec re nec verbis dubitatio locum habeat, videtur esse difficile. Neque enim Astio fides habenda est, qui ἀναμφισβητήτως censet pro adiectivo positum esse. Qua lege et condicione adverbia cum εἶναι et γίγνεσθαι iungantur, exposuimus ad Euthyphron. p. 2. D. ed. 1. Loquutionem λόγῳ (καὶ ἔργῳ) γίγνεσθαι περί τι ad Libr. III. p. 683. C. illustrabimus. Conf. etiam ad Menex. p. 239. D.

τὰς πολιτείας ἀναμφισβητήτως ὁμοίως ἔργῳ καὶ λόγῳ γίγνεσθαι. κινδυνεύει γάρ, καθάπερ ἐν τοῖς σώμασιν, οὐ δυνατὸν εἶναι προστάξαι τι πρὸς ἓν σῶμα ἓν ἐπιτήδευμα, ἐν ᾧ οὐκ ἂν φανείη ταὐτὸν τοῦτο
B τὰ μὲν βλάπτον τὰ ἡμῶν σώματα, τὰ δὲ καὶ ὠφε-

τὰ μὲν βλάπτον τὰ ἡμῶν σώματα] Sic A. B Ξ. Ω. v. f.

κινδυνεύει γάρ, καθάπερ ἐν σώμασιν —] Rursus hic habes comparationem imperfectam, qualem fere notavimus supra p. 628. D. Etenim accuratius si loqui voluisset, sic potius dicendum fuit: videtur enim, quemadmodum in corporibus fieri non potest, ut uni eidemque corpori una vivendi ratio praescribatur, quin aliquid habeat, quod corporibus partim noceat partim prosit, ita etiam fieri non posse, ut, quae in civitatibus instituuntur, etiamsi valde sint utilia, tamen omnibus incommodis ac detrimentis vacent. Itaque quod comparationis gratia commemorandum fuit, id sic enuntiatur, ut, omissis reliquis, primariam sententiae partem efficere videatur. Quod profecto hic paullo molestius accidit ideo, quia interpositum est καθάπερ ἐν τοῖς σώμασιν. Pro ἐν ᾧ, quippe quod turbaret nexum orationis, Astius de coniectura scripsit ὅ, ut ἐπιτήδευμα subiectum esset. Qua mutatione haudquaquam opus esse putamus, modo verba sic intellexeris, ut antea interpretati sumus.

B. πρὸς δὲ τὰς στάσεις χαλεπά] „Convictus et gymnasia in seditionibus sunt perniciosa, quod inter illos facile coniuratio fit, haec corpora animosque ita roborant, ut nisi externa incidant bella, civitatem ipsam adoriantur. Apud Milesios gravis seditio orta Olymp. XCIII. 4. conf. Diod. Sic. XIII. 104. T. I. p. 624. Boeoti pluribus illa aetate turbis vexati sunt. Postremo apud Thurios, qui notati sunt mali causa regiminis, (v. Bentl. Respons. ad Boyl. p. 191. ed. Lenn.), magnus tumultus fuit Olymp. LXXXIII. 3. v. Diod. Sic. XII. 11. T. I. p. 485; apud quos nimia exercitatione iuvenes ad pugnam facti erant proniores (Aristot. Pol. V. 7. p. 331.)“ *Boeckh.* De Boeotis v. Hermann. Antiquittatt. Graec. §. 180. annot. 8. et de Milesiis Cramer: Geschichte der Erziehung. P. I. p. 251. coll. Aristoph. Plut. v. 1003. ibique Schol.

καὶ δὴ καὶ παλαιὸν νόμιμον —] In his miris modis turbarunt interpretes atque critici. Nam, ut mittamus scripturae varietatem ex codd. enotatam, Boeckhius scribi voluit πάλαι ὂν νόμιμον; Astius ὂν intelligendum atque παλαιὸν pro ἐκ παλαιοῦ accipiendum arbitratus est; triumviri Turicenses παλαιὸν νόμον dederunt; denique alii etiam alia excogitarunt, quibus loci difficultates scilicet expedirentur, in quibus fuit nuper etiam C. Fr. Hermann. qui de suo scripsit: παλαιῷ νόμῳ, ac deinde cum Astio et Boeckhio τὰς pro καὶ κατὰ φύσιν edidit. Nobis quid videatur, paucis ostendisse iuvabit. Censuimus igitur καὶ vulgo ante κατὰ φύσιν inculcatum auctoritate cod. Vin-

λοῦν· ἐπεὶ καὶ τὰ γυμνάσια ταῦτα καὶ τὰ ξυσσίτια πολλὰ μὲν ἄλλα νῦν ὠφελεῖ τὰς πόλεις, πρὸς δὲ τὰς στάσεις χαλεπά· δηλοῦσι δὲ Μιλησίων καὶ Βοιωτῶν καὶ Θουρίων παῖδες. καὶ δὴ καὶ παλαιὸν νόμιμον

h. r. a. c. δ. o. x. z. Vett. editt. ἡμῶν τὰ σ.
B. παλαιὸν νόμιμον δοκεῖ] Par. A. et Ω. pr. cum v.

dob. et Par. B. deleri oportere, atque comma non ut vulgo post κατὰ φύσιν sed post τὸ ἐπιτήδευμα interponendum esse. Quo facto omnia habent explicationem facillimam. Nam ita ordo et nexus verborum hic est: καὶ δὴ καὶ τοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα (h. e. istud conventuum et gymnasiorum institutum) δοκεῖ διεφθαρκέναι παλαιὸν νόμιμον, τὰς κατὰ φύσιν περὶ τὰ ἀφροδίσια ἡδονὰς, οὐ μόνον ἀνθρώπων κτλ. Etenim τοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα nominativo casu accipiendum et pro subiecto, quod dicere solent, habendum est. Cavendum vero, ne cum eo iungas παλαιὸν νόμιμον, quod potius obiecti indicium facit. Nam νόμιμον usum habet nominis substantivi, quod qui non tenuerunt, temere νόμον posuerunt. Conf. VII. p. 793. B: ἀρχαῖα νόμιμα. VIII. p. 839. B. p. 841. B. p. 860. B. p. 871. B. Xenoph. Hell. III. 2, 16: ὡς τὸ ἀρχαῖον εἴη οὕτω νόμιμον, μὴ χρηστηριάζεσθαι. Ibid. V. 2, 32: ἀρχαῖον εἶναι νόμιμον. Plat. Phaedr. p. 265. A. τῶν εἰωθότων νομίμων, ubi v. ann. Itaque sententia haec est: videtur istud institutum corrupisse morem priscum et antiquissimae aetatis commendationem habentem. Iam vero quinam ille mos intelligatur, id declaratur verbis per appositionem adiunctis: κατὰ φύσιν τὰς περὶ τὰ ἀφροδίσια ἡδονάς, h. e. naturae convenientes amorum voluptates, quae quidem in eo cernuntur, quod non viri cum viris aut mulieres cum mulieribus, sed promiscue viri et mulieres rem habent. Verba κατὰ φύσιν cum vi praemissa sunt propterea, quod naturales amoris appetitiones opponuntur iis, quae contra naturam sunt. Isocrat. Areopag. §. 11: ἀλλ' ἐκεῖνα μόνον ἐτήρουν, ὅπως μηδὲν μήτε τῶν πατρίων καταλύσουσι μήτε ἔξω τῶν νομιζομένων προσθήσουσι. Xenoph. Cyrop. II. 1. 26: εἶχον γὰρ οἱ μὲν ταξίαρχοι ὑφ' ἑαυτοῖς τὰς τάξεις κεκοσμημένας, i. e. τὰς ὑφ' ἑαυτοῖς τ. κ. Aristoph. Eccles. v. 873. ὅπως τὰ μὲν ὄντα χρήμαθ' ἕξω, τοῖσδε δὲ τῶν ματτομένων κοινῇ μεθέξω πως ἐγώ, ubi iunge: τῶν κοινῇ ματτομένων. Nec abludunt talia. Xenoph. Symp. II. 4: μύρῳ ὁ ἀλειψάμενος. Cyrop. V. 3, 19: παῖδας τὸ ποιεῖσθαι. Plat. Parmenid. p. 128. B: ὑμῖν τὰ εἰρημένα. Isocr. Paneg. c. 23: τῷ ποιεῖν εὖ, i. e. τῷ εὖ ποιεῖν. Sed alia id genus suppeditabunt intpp. ad Phaedon. p. 88. A. Schaefer. ad Demosth. Appar. Vol. III. p. 494. Matthiae Gr. §. 277. b. et §. 279. ann. 2. — Ceterum quod Plato scripsit οὐ μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ θηρίων; est profecto ea hyperbole plane accommodata ad describendas istas nequitias, quas philosophus etiam alibi verbis gravissimis detestatus est. v. De Republ. III. p. 403. A. B. ubi quid rectus honestusque amor ab ista lubidine differat, elegan-

δοκεῖ τοῦτο τὸ ἐπιτήδευμα, κατὰ φύσιν τὰς περὶ τὰ ἀφροδίσια ἡδονάς, οὐ μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ θηρίων, διεφθαρκέναι. καὶ τούτων τὰς ὑμετέρας πόλεις πρώτας ἄν τις αἰτιῷτο καὶ ὅσαι τῶν ἄλλων μά-
C λιστα ἅπτονται τῶν γυμνασίων· καὶ εἴτε παίζοντα εἴτε σπουδάζοντα ἐννοεῖν δεῖ τὰ τοιαῦτα, ἐννοητέον, ὅτι τῇ θηλείᾳ καὶ τῇ τῶν ἀῤῥένων φύσει εἰς κοινωνίαν ἰούσῃ τῆς γεννήσεως ἡ περὶ ταῦτα ἡδονὴ κατὰ φύσιν ἀποδεδόσθαι δοκεῖ, ἀῤῥένων δὲ πρὸς ἄῤῥενας ἢ θηλειῶν πρὸς θηλείας παρὰ φύσιν, καὶ τῶν

παλαιὸν νόμον. Par. A. corr. παλαιῶν νόμων, quod est etiam in Voss. perscriptum. Sed idem Par. A. marg. habet νόμιμον. Boeckhius coni. πάλαι ὂν νόμιμον. v. expl. Praeterea Voss. οὐ μόνων.
κατὰ φύσιν τὰς π.] Editt. τὸ ἐπιτήδευμα καὶ κατὰ φύσιν, τὰς περὶ τὰ ἀφροδίσια οὐ μόνον κτλ. Eieci καὶ cum cod. Vindob. z.

ter exposuit. De hyperbole ipsa commode attulit Boeckhius Reip. VIII. p. 562. E. p. 563. C. coll. Legg. XII. p. 942. D: τὴν δ' ἀναρχίαν ἐξαιρετέον ἐκ παντὸς τοῦ βίου ἁπάντων τῶν ἀνθρώπων τε καὶ τῶν ὑπ' ἀνθρώπους θηρίων. Addimus Phileb. p. 16. A: φειδόμενος οὔτε πατρὸς οὔτε μητρὸς οὐδὲ ἄλλου τῶν ἀκουόντων οὐδενός, ὀλίγου δὲ καὶ τῶν ἄλλων ζώων, οὐ μόνον τῶν ἀνθρώπων, sc. οὐδενὸς φειδόμενος.

τὰς περὶ τὰ ἀφροδίσια ἡδονὰς] Pervulgata fuit apud veteres opinio, amorem puerorum in gymnasiis et natum et educatum esse. Cicero Tusc. IV. 13.: mihi quidem haec in Graecorum gymnasiis nata consuetudo videtur, in quibus isti liberi et concessi amores sunt. conf. Symp. p. 182. C. Theaet. p. 162. B. Thucyd. I. 6. Aristoph. Nubb. v. 973. Avv. v. 140 sqq. Plutarch. Amat. p. 751. F. sq. Athen. XIII. p. 602. D. Lactant. Institutt. Div. I. 20. v. Perizon. ad Ael. Varr. Hist. III. 35. coll. III. 12. Vulpius ad Catull. 62, 65. Interprett. ad Theocrit. 23, 5. Alii tamen eum a Persis in Graeciam invectum crediderunt. v. Herodot. I. 135. ibique intpp.

πρώτας ἄν τις αἰτιῷτο] Nam inter Cretenses et Lacedaemonios studia gymnastica maxime floruerunt. Sed fuerunt apud eos etiam amores puerorum et virorum omnino honesti et legitimi. v. Maxim. Tyr. XXVI. 8. p. 317. ed. Davis. Et apud Cretenses quidem hic vigebat mos, ut qui puerum quempiam amare coepisset, is eum per speciem raptum secum in montium secessus abduceret ibique per duos fere menses, amicis comitantibus, una cum eo ludos faceret et venationem exerceret. Quo tempore exacto puer reducebatur et ab amatore muneribus ornatus Jovi sacrificium atque amicis epulum dabat. Poenis autem gravissimis erat interdictum, ne quis puerum in bimestri illo secessu male haberet: adversus quam legem tamen non raro videtur fuisse peccatum. Rem ex Ephoro ap. Strabon. X. p. 639. sq.

*πρώτων τὸ τόλμημα εἶναι δι' ἀκράτειαν ἡδονῆς.
πάντες δὲ δὴ Κρητῶν τὸν περὶ Γανυμήδη μῦθον
κατηγοροῦμεν, ὡς λογοποιησάντων τούτων· ἐπειδὴ
παρὰ Διὸς αὐτοῖς οἱ νόμοι πεπιστευμένοι ἦσαν γε-* D
*γονέναι, τοῦτον τὸν μῦθον προςτεθεικέναι κατὰ τοῦ
Διός, ἵνα ἑπόμενοι δὴ τῷ θεῷ καρπῶνται καὶ ταύ-
την τὴν ἡδονήν. τὸ μὲν οὖν τοῦ μύθου χαιρέτω·
νόμων δὲ πέρι διασκοπουμένων ἀνθρώπων ὀλίγου
πᾶσά ἐστιν ἡ σκέψις περί τε τὰς ἡδονὰς καὶ
τὰς λύπας ἔν τε πόλεσι καὶ ἐν ἰδίοις ἤθεσι.*

atque Par. B. et post *κατὰ φύσιν* sustuli interpunctionem. Sed vide infra explicatt.

C. *τὸν περὶ Γανυμήδη μῦθον*] Sic teste Bastio Par. A.B. et Ω. ac praeterea f. h. r. a. c. o. δ. z. Vett. editt. *τὸν περὶ τὸν Γανυμήδη μ.*

D. *καὶ ἐν ἰδίοις ἤθεσι*] Vulgo *ἔθεσι*, quod iam Stepha-

Heraclide Pont. c. 3. Aristotel. Pol. II. 7, 4. Athenaeo XIII. p. 602. abunde illustrarunt Hoeck. De Creta Vol. III. p. 115 sqq. Müller. Doriens. Vol. II. p. 294 sqq. Schömann. Antiquitatt. Gr. iur. publ. p. 156 sq.

C. *πάντες δὲ δὴ Κρητῶν —*] De *κατηγορεῖν τί τινος* nota res est. Legas tamen, si placet, Hemsterhus. ad Lucian. Dial. Deor. IV. et Matthiae Gr. §. 370. ann. 2. Dicit igitur a Cretensibus perhiberi, fabulam de Ganymede a Jove rapto inventam esse, ut scilicet flagitiis suis ipsius Jovis exemplo pararent aliquam excusationem. Idem crimen teste Athenaeo XIII. p. 691. E. F. etiam in Chalcidenses coniiciebatur; Neumann. Rerum Cretic. Specim. p. 7. *Hoeck.* De Creta insula T. III. p. 117 sq. *Bekker.* in Charicle T. I. p. 350. et 352. Alia de Ganymedis raptu, quem nonnulli etiam a Minoe perpetratum esse voluerunt, exposuit Hemsterhus. ad Lucian. T. I. p. 210. Heynius ad Apollodor. T. II. p. 214. et Iliad. XX. v. 234. T. VIII. p. 57. Excurs. ad Aen. V. 112. intpp. ad Pindar. Olymp. I. 69 sqq. Boeckhius in Min. et Legg. p. 106 sq. ubi de hoc loco disputat.

ὡς λογοποιησάντων τούτων] Suidas: *λογοποιῶν· πλάττων λόγους ψευδεῖς.* Xenoph. Cyrop. II. 2, 6: *ἐν ᾠδαῖς καὶ λόγοις οἰκτρὰ ἄττα λογοποιοῦντες εἰς δάκρυα πειρῶνται ἄγειν.*

D. *ἐπειδὴ παρὰ Διὸς — προστεθεικέναι*] Haec per epexegesin adduntur sic, ut infinitivus *προςτεθεικέναι* itidem ex *κατηγοροῦμεν* pendeat. Stephanus: „Videri possit deesse *καὶ* ante *ἐπειδὴ*, ut intell. *κατηγοροῦμεν, ὡς λογοποιησάντων, καὶ προςτεθεικέναι* pro *προςτεθεικότων*: vel subaud. *φαμὲν* sive *λέγομεν.*“ Sed falli eum manifestum putamus.

ἔν τε πόλεσι καὶ ἐν ἰδίοις ἤθεσι.] Sic codd. pro vulg. *ἔθεσι.* Veram lectionem iam Stephanus coniectura assecutus est, qui recte interpretatur: in privatis sedibus, h. e. in privatis civium institutis ac moribus. De hoc usu vocabuli etiam ab Atticis frequentato v. intpp. ad Gre-

δύο γὰρ αὗται πηγαὶ μεθεῖνται φύσει ῥεῖν, ὧν ὁ μὲν ἀρυτόμενος ὅθεν τε δεῖ καὶ ὁπότε καὶ ὁπόσον E *εὐδαιμονεῖ, καὶ πόλις ὁμοίως καὶ ἰδιώτης καὶ ζῶον ἅπαν, ὁ δ' ἀνεπιστημόνως ἅμα καὶ ἐκτὸς τῶν καιρῶν τἀναντία ἂν ἐκείνῳ ζῴη.*

Cap. IX. *ΜΕ. Λέγεται μὲν ταῦτα, ὦ ξένε, καλῶς πως· οὐ μὴν ἀλλ' ἀφασία γ' ἡμᾶς λαμβάνει, τί ποτε χρὴ λέγειν πρὸς ταῦτα. ὅμως δ' ἔμοιγε ὀρθῶς δοκεῖ τὸ τὰς ἡδονὰς φεύγειν διακελεύεσθαι τόν γε ἐν Λακεδαίμονι νομοθέτην· περὶ δὲ τῶν ἐν Κνώσῳ νό-*

nus in *ἤθεσι* mutandum vidit. Et ita liquido scriptum in Par. A. B.Ω. v. f. h. r. a. c. δ. x. z. Tenuit tamen *ἔθεσι* Schneider. De scriptura verbi v. Valcken. ad Thom. M. p. 150. in Epistolis ad Aug. Ernesti, a Tittmanno editis; et Porson. ad Eurip. Phoen. 463.

ὁ μὲν ἀρυτόμενος] V. *ἀρυττόμενος*, praeter fidem librorum A.Ω. (corr.) v. f. r. a. c. o. δ. z. De scriptura verbi v. Valcken. ad Thom. M. p. 150. in Epistolis ad Aug. Ernesti, a Tittmanno editis, et Porson. ad Eurip. Phoen. 463.

gor. Corinth. p. 236. et 495. ed. Schaefer. Ruhnken. ad Callimach. Hymn. in Del. 297. Boissonad. ad Philostr. Her. p. 431. Bekker. Lectt. Philostr. p. 10 sqq. Leopold. ad Plut. Lucull. p. 337. Sic infra IX. p. 865. E.

δύο γὰρ αὗται πηγαὶ μεθεῖνται —] In legibus scribendis censet item maxime ad voluptates et dolores hominum respiciendum esse, ex quorum tanquam fortibus prouti quis recte aut importune hauserit, ita eius felicitatem comparatam esse solere. Phileb. p. 61. C: *καὶ μήν, καθάπερ ἡμῖν οἰνοχόοις τισί, παρεστᾶσι κρῆναι· μέλιτος μὲν ἀπεικάζοι τις τὴν τῆς ἡδονῆς, τὴν δὲ φρονήσεως νηφαντικὴν καὶ ἄοινον — ἃ προθυμητέον ὡς κάλλιστα συμμιγνύναι.* Mox *καὶ ζῶον ἅπαν* est: *denique* unumquodque animal. Ob oculos habuerunt hunc Legum locum non pauci scriptores aetatis posterioris, de quibus v. Wyttenbach. ad Plutarchi Moral. Vol. I. p. 241. ed. Lips. Exscripsit eundem Grammaticus in Bekkeri Anecdot. I. p. 448. vers. 25. ubi *δή* pro *δεῖ* et *ὁπόσον καὶ ὁπότε* exaratum. Ibidem et apud Suid. s. v. *ἀρύτομαι* recte scriptum extat *ἀρυτόμενος* pro vulg. *ἀρυττόμενος*, quod prudenter correxerunt Porsonus ad Eurip. Phoeniss. v. 463. Valckenar. ad Thom. Mag. p. 150. in Epistolis a Tittmanno evulgatis. Ceterum Zellerus Stud. Plat. p. 110. haec censet ex Gorgia p. 493. D. — 404. A. consarcinata esse. Quod certe viro docto neutiquam credent, qui Platonem suis ipsi oculis propius inspexerint. Nam imitationis nec vola nec vestigium hic cernitur.

Cap. IX. E. *Λέγεται μὲν ταῦτα —*] Nexus sententiarum hic est: Dicuntur quidem haec praeclare quodammodo; quamquam ita comparata sunt, ut quid ad ea nobis dicendum sit, dubitare liceat. Verumtamen Lacedaemonius quidem le-

μων ὅδε, ἂν ἐθέλῃ, βοηθήσει. τὰ δ' ἐν Σπάρτῃ κάλλιστ'
ἀνθρώπων δοκεῖ μοι κεῖσθαι τὰ περὶ τὰς ἡδονάς· 637
οὗ γὰρ μάλιστ' ἄνθρωποι καὶ μεγίσταις προςπίπτου-
σιν ἡδοναῖς καὶ ὕβρεσι καὶ ἀνοίᾳ πάσῃ, τοῦτ' ἐξέβα-
λεν ὁ νόμος ἡμῶν ἐκ τῆς χώρας ξυμπάσης, καὶ οὔτ'
ἂν ἐπ' ἀγρῶν ἴδοις οὔτ' ἐν ἄστεσιν, ὅσων Σπαρτιά-
ταις μέλει, συμπόσια οὐδ' ὁπόσα τούτοις ξυνεπόμενα
πάσας ἡδονὰς κινεῖ κατὰ δύναμιν, οὐδ' ἔστιν ὅςτις
ἂν ἀπαντῶν κωμάζοντί τινι μετὰ μέθης οὐκ ἂν τὴν
μεγίστην δίκην εὐθὺς ἐπιθείη, καὶ οὐδ' ἂν Διονύσια B

Cap. IX. *ἂν ἐθέλῃ, βοηθ.*] Vett. editt. *ἐθελήσῃ*, quod mutatum ex A. B. Ω. v. f. h. r. a. c. o. δ. x.

P. 637. *οὗ γὰρ μάλιστ'*] Astius coni. *ὑφ' οὗ γ.*

ὅσων Σπαρτιάταις μέλει] Ven. Ξ. *ὅσον*. Recte, opinor.

ὅστις ἂν ἀπαντῶν κωμ.] *ἀπάντων* A. Ξ. f. al. errore manifesto. Laudat locum Athenaeus IV. 43.

B. *καὶ οὐδ' ἂν Διονύσια*] Libri omnes *οὔτ' ἄν*. Correxit Schweighäuserus, non tamen assentiente Schneidero.

gislator ad spernendas fugiendasque voluptates recte mihi cohortari videtur. Itaque cohibito de Atheniensis opinionibus iudicio in eo perseverat, ut Lycurgum censeat sapienter cives suos ad voluptates fugiendas instituisse. — *Ἀφασία* de dubitatione, qua quis non reperit, quid dicat vel faciat, usurpari solitum illustravimus ad Phileb. p. 21. D: *εἰς ἀφασίαν παντάπασί με, ὦ Σώκρατες, οὗτος ὁ λόγος ἐμβέβληκε τὰ νῦν.* Herodian. II. 12, 3: *Ἰουλιανὸς δὲ πολλῇ καταλαμβανόμενος ἀφασίᾳ καὶ ἀπορίᾳ.*

τὸ τὰς ἡδονὰς φεύγειν διακελεύεσθαι] Iunge: *ὅμως δ' ἔμοιγε δοκεῖ ὀρθῶς τόν γε ἐν Λακεδαίμονι νομοθέτην διακελεύεσθαι τὸ τὰς ἡδονὰς φεύγειν.* Cavendum est enim, ne *τὸ* articulum ad *διακελεύεσθαι* trahamus, qui pertinet potius ad *φεύγειν*. Cur additus sit, perspicue docuit A. Matthiae Gr. Gr. §. 543. ann. 2. p. 1262. ed. 3. Idem vir doctus etiam monuit, *διακελεύεσθαι* similiter accusativo iungi, atque dicatur *ἐπισκήπτειν τινά τι*, de quo v. §. 421. ann. 1., atque de accusativo cum infinitivo formulae *ἔμοιγε δοκεῖ* subiuncto exposuit §. 537. p. 252. Dein *περὶ δὲ τῶν ἐν Κν. νόμων* absolute ponitur: quod autem ad Cnosiorum leges pertinet; de quo usu loquendi v. ad Phaedr. p. 250. C.

P. 637. *οὗ γὰρ μάλιστ' ἄνθρωποι —*] Astius *ὑφ' οὗ* legendum coniecit. Eleganter profecto. Quamquam librorum lectio non videtur attrectanda esse. Nam *οὗ* est ubi, ad quod per synesin refertur pronomen *τοῦτο*.

ὅσων Σπαρτιάταις μέλει] quae Spartiatis curae cordique sunt; h. e. quae parent eorum imperio. Sed melius cum Ven. Ξ. legeris *ὅσον*. Nam altera illa dictio videtur ab usu loquendi aliquantum abhorrere nec huic loco satis accommodata esse.

καὶ οὐδ' ἂν Διονύσια —] Verissime Schweighäuserus ad Athen. Animadv. T. II.

πρόφασιν ἔχοντ' αὐτὸν λύσαιτο, ὥςπερ ἐν ἁμάξαις εἶδόν ποτε παρ' ὑμῖν ἐγώ. καὶ ἐν Τάραντι δὲ παρὰ τοῖς ἡμετέροις ἀποίκοις πᾶσαν ἐθεασάμην τὴν πόλιν περὶ τὰ Διονύσια μεθύουσαν· παρ' ἡμῖν δ' οὐκ ἔστ' οὐδὲν τοιοῦτον.

C. τῶν παρ' ἡμῶν ἀμυνόμενος] Vett. editt. ἡμῖν, invitis p. 513., ubi locum hunc, utpote a Deipnosophista IV. 43. p. 106 sq. exscriptum, examinat, communem librorum omnium lectionem καὶ οὔτ' ἂν in καὶ οὐδ' ἂν mutandum esse iudicavit. Nam sententia haec est: ac ne Dionysia quidem, quae temulentiam excusare videantur, eum ab ista poena liberaverint. Frustra vulgatae lectionis patrocinium suscepit Engelhardtus ad Lachet. p. 70. Veram scripturam primus restituit Astius.

B. ὥςπερ ἐν ἁμάξαις — ἐγώ.] Abrupte loquitur. Repeti ex antegressis licet τὰ Διονύσια πρόφασιν τῶν τοιούτων παρέχειν aut simile quiddam. De re ipsa Astius aptissime comparavit verba Schol. ad Lucian. Jov. Tragoed. §. 44. T. II. p. 140. ed. Schmieder: ἐν τῇ ἑορτῇ τῶν Διονυσίων παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ἐπὶ ἁμαξῶν καθήμενοι ἔσκωπτον ἀλλήλους καὶ ἐλοιδοροῦντο πολλά. Παροιμία οὖν ἐκράτησεν ἐπὶ τῶν ὑβριστικῶς χρωμένων τὸ ἐξ ἁμάξης. v. Erasmi Adagg. VII. p. 212. in v. De plaustris loqui et quae exposuerunt Intpp. ad Demosth. De corona p. 268. in Schaeferi Apparat T. II. p. 181. ubi est: βοᾷς ῥητὰ καὶ ἄῤῥητα ὀνομάζων, ὥσπερ ἐξ ἁμάξης.

B. τοῖς ἡμετέροις ἀποίκοις] Res nota vel ex Horatio, qui Carm. II. 6, 9 sqq.: Unde si Parcae prohibent iniquae, dulce pellitis ovibus Galaesi flumen et regnata petam Laconi rura Phalanto, h. e. Tarentum; ubi v. intpp. conf. Hermann. Antiquitatt. Gr. §. 80. et quos laudavit Heynius Opuscul. Acad. T. II. p. 217 sqq. De Tarentinis luxuria et mollitie perditis v. intpp. ad Horat. Satyr. II. 4, 34. Pectinibus patulis iactat se molle Tarentum et Epist. I. 7, 45: imbelle Tarentum. Adde Strab. VI. 4. p. 280. Aelian. Varr. Hist. XII. 30. Plutarch. Vit. Pyrrhi 16. Theopompum et Clearchum ap. Athen. IV, p. 166. D. sqq. XII. p. 522. D. et quae disputavit Heynius Opuscul. II. p. 225 sqq. et p. 133 sqq. ubi inter alia praeclare: „Ad animos luxu et mollitie frangendos soli mirifica ubertas coelique clementia marisque opportunitas in littoribus his Italiae extremae insigniter comparata est. Nam nulla est Graeciae magnae urbs, quae non opibus et luxu inclaruerit. Quis Tarenti effeminata ingenia ignorat? Ipsa Croton tandem deliciis diffluxit. v. Athen. XII. p. 522."

Ὦ Λακεδαιμόνιε ξένε, ἐπαινετὰ —] Nexus sententiarum, si quid video, hic est: Haec omnia, quae tu omnino vituperanda esse censes, h. e. voluptates, laude non indigna sunt, ubi coniuncta sunt cum quadam moderatione et continentia: quae ubi desideratur, stoliditatis crimen subeunt; id quod etiam in mulieribus Lacedaemoniis arguere licebit. Parata quidem istiusmodi vitiis excusatio esse solet ex moribus et institutis, quae in singulis civitatibus regnent. Sed ea excusatio ad nos

ΑΘ. *Ὦ Λακεδαιμόνιε ξένε, ἐπαινετὰ μὲν πάντ' ἐστὶ τὰ τοιαῦτα, ὅπου τινὲς ἔνεισι καρτερήσεις, ὅπου δὲ ἀνεῖνται, βλακικώτερα· ταχὺ γάρ σου λάβοιτ' ἂν* C
τις τῶν παρ' ἡμῶν ἀμυνόμενος, δεικνὺς τὴν τῶν γυναικῶν παρ' ὑμῖν ἄνεσιν. ἅπασι δὴ τοῖς τοιούτοις,

libris mss. A.B.Ω.Ξ. v. f. h. a. c. o. δ. x. z.

certe nihil pertinet, qui non de hominum opinionibus sed de ipsorum legislatorum pravitate et virtute quaerere instituimus. Quamobrem quaesivisse iuvabit, utrum ebrietati indulgendum sit, sicuti apud multos barbaros fieri accepimus, an ea omnino sit abstinendum, id quod apud Lacedaemonios moris esse narratis. Haesit in his Zellerus Stud. Platon. p. 59.; nec negari potest locum minus polite et eleganter scriptum esse.

ὅπου δὲ ἀνεῖνται] Int. *καρτερήσεις*. Stephanus *ἀνεῖται* malebat, quod dictum esset impersonaliter atque significaret idem quod *ὅπου ἄνεσίς ἐστιν*. Sed non opus est mutatione. Apte comparat Astius Xenoph. Cyrop. VII. 5, 70: *ὅπως μὴ ἀνήσουσι τὴν τῆς ἀρετῆς ἄσκησιν.* et §. 75: *ὁπόταν τις αὐτῶν ἀνῇ τὴν ἄσκησιν.* Schol. Thucyd. III. 10: *ἀνιέντας· ἐνδιδόντας, παρορῶντας.* — *Βλακικόν* non modo bardum et stupidum significat, sed etiam attribuitur ei, qui tarde, ignave, denique segniter ac molliter agit; unde Politic. p. 307. B. *δειλὰ καὶ βλακικὰ* iunguntur. Sed eleganter de hoc vocabulo disputavit Ruhnken. ad Tim. Glossar. p. 60 sqq.

C. *σου λάβοιτ' ἄν τις*] te corripiat, reprehendat. Dein *τῶν παρ' ἡμῶν* pendet ex *ἀμυνόμενος*, nostra instituta defendens, h. e. ab iis malas criminationes propulsans. Constructionem tetigit Matthiae Gr. §. 354. γ'. p. 831. ed. 3. oblitus tamen consimilem locum ex prosae orationis scriptoribus comparare, qualis est Thucyd. I. 96: *ἀμύνεσθαι ὧν ἔπαθον*, ab Astio memoratus. Pro vulg. *τῶν παρ' ἡμῖν* praestantissimi quique codd. *τῶν παρ' ἡμῶν*, quod displicuit Bernhardyo Syntax. Gr. p. 256. ob sequens *παρ' ἡμῖν*. Sed genitivus paratam habet defensionem ex illa loquendi ratione, qua casus cum praepositione iunctus verbi notioni accommodatur. v. ad Apolog. Socr. p. 32. B. Phaedon. p. 76. D. Itaque genitivum positum putamus, quia in *ἀμυνόμενος* continetur avertendi significatio.

τὴν τῶν γυναικῶν παρ' ὑμῖν ἄνεσιν.] Lacaenarum licentiam, quum ex aliis institutis patriis tum ex gymnicarum exercitationum usu repetendam, Plato carpit etiam infra libr. VI. p. 781. A. VII. p. 816. C. p. 814. A. De Rep. VIII. p. 548. B. taxavit item Aristoteles Politic. II. 6, 5. et 9. Rhetor I. 5. 6. Euripid. Androm. v. 596 sqq. inter alia: *οὐδ' ἂν, εἰ βούλοιτό τις, σώφρων γένοιτο Σπαρτιατίδων κόρη, αἳ ξὺν νέοισιν, ἐξερημοῦσαι δόμους, γυμνοῖσι μηροῖς καὶ πέπλοις ἀνειμένοις δρόμους παλαίστρας τ', οὐκ ἀνασχετοὺς ἐμοί, κοινὰς ἔχουσι. κᾆτα θαυμάζειν χρεών, εἰ μὴ γυναῖκας σώφρονας παιδεύετε;* Dionys. Halicarn. Archaeolog. II. 24. conf. Müller. Doriens. Vol. II. p. 287 sq. Fischer. ad Anacreont. p. 404. Böttiger. Raub der Cassandra p. 61. ann. et in libro: Andeutungen zu Vorlesungen über Archaeologie. p. 82. Welcker. ad Theogn. p. 126.

καὶ ἐν Τάραντι καὶ παρ' ἡμῖν, καὶ παρ' ὑμῖν δέ, μία ἀπόκρισις ἀπολύεσθαι δοκεῖ τοῦ μὴ κακῶς ἔχειν, ἀλλ' ὀρθῶς. πᾶς γὰρ ἀποκρινόμενος ἐρεῖ θαυμάζοντι ξένῳ, τὴν παρ' αὐτοῖς ἀήθειαν ὁρῶντι, Μὴ θαύμαζε, ὦ ξένε· νόμος ἔσθ' ἡμῖν οὗτος, ἴσως δ' ὑμῖν περὶ αὐτῶν τούτων ἕτερος. ἡμῖν δ' ἐστὶ νῦν, ὦ φίλοι ἄν-
D δρες, οὐ περὶ τῶν ἀνθρώπων τῶν ἄλλων ὁ λόγος, ἀλλὰ περὶ τῶν νομοθετῶν αὐτῶν κακίας τε καὶ ἀρετῆς. ἔτι γὰρ οὖν εἴπωμεν πλείω περὶ ἁπάσης μέθης· οὐ γὰρ σμικρόν ἐστι τὸ ἐπιτήδευμα οὐδὲ φαύλου διαγνῶναι νομοθέτου. λέγω δὲ οὐκ οἴνου πέρι πόσεως τὸ παράπαν ἢ μή, μέθης δὲ αὐτῆς πέρι, πότερον, ὥςπερ Σκύθαι χρῶνται καὶ Πέρσαι, χρηστέον, καὶ ἔτι Καρχηδόνιοι καὶ Κελτοὶ καὶ Ἴβηρες καὶ Θρᾷκες, πολεμικὰ ξύμπαντα ὄντα ταῦτα γένη, ἢ καθάπερ ὑμεῖς.

D. πολεμικὰ ξύμπαντα] Vulg. editt. ξύμπαντα ignorant, quod restitutum ex Par. A.B.Ω. v. f. h. r. a. c. o. δ. x. z. Habent etiam Athenaeus et Clemens Al. Dein ταῦτα τὰ γένη B. v. h. f. a. c. o. δ. z. et pr. Ω. de quo Bastius. Praeterea Par. B. Vind. ὄντως ταῦτα τὰ γένη.

καὶ παρ' ὑμῖν δὲ] et vero etiam apud vos. De καὶ — δέ v. Criton. p. 51. A. ibique ann.

μία ἀπόκρισις ἀπολύεσθαι δοκεῖ] Ἀπολύεσθαί τινί τινος putamus ita dici, ut ἀπολύεται idem sit quod ἀπόλυσίς ἐστιν. Itaque verba interpretamur sic: Omnibus igitur his (moribus et institutis) una videtur responsio liberationem (excusationem) afferre (proprie: liberatio esse), ut non prave sed recte se habere videantur. Similiter Criton. p. 43. C: ἀλλ' οὐδὲν αὐτοῖς ἐπιλύεται ἡ ἡλικία τὸ μὴ οὐχὶ ἀγανακτεῖν τῇ παρούσῃ τύχῃ. ubi tamen cavendum ne τοῦ μὴ οὐχὶ rescribendum putes. Nec contendisse poenitebit locum XII. p. 948. D: καὶ μεγάλων σφᾶς ἐκλύονται κατὰ πολλὰ ζημιῶν, unde genitivi ratio cognoscitur.

D. περὶ ἁπάσης μέθης] de ebrietate in universum. Proxima iungas hunc in modum: τὸ γὰρ ἐπιτήδευμα οὐ σμικρόν ἐστιν, οὐδὲ φαύλου νομοθέτου (ἐστὶ) διαγνῶναι (αὐτό).

λέγω δὲ οὐκ — ἢ μή,] neque vero disputo, vinum an omnino bibendum sit necne. Nam ad ἢ μή dictum pro ἢ περὶ μὴ πόσεως.

πότερον, ὥσπερ Σκύθαι — χρηστέον] Ad χρῶνται et χρηστέον intelligas licet αὐτῇ, qui est usus loquendi propemodum legitimus; v. ad Sophist. p. 217. C. De Scythis eorumque ebrietate confert Boeckhius Maxim. Tyr. XXVII. p. 327.; de Thracibus Xenoph. Anab. VII. 3, 16. Suid. s. v. κατασκεδάζειν, all. Torrent. ad Ho-

ὑμεῖς μὲν γάρ, ὅπερ λέγεις, τὸ παράπαν ἀπέχεσθε, E Σκύθαι δὲ καὶ Θρᾷκες ἀκράτῳ παντάπασι χρώμενοι, γυναῖκές τε καὶ αὐτοί, καὶ κατὰ τῶν ἱματίων καταχεόμενοι καλὸν καὶ εὔδαιμον ἐπιτήδευμα ἐπιτηδεύειν νενομίκασι. Πέρσαι δὲ σφόδρα μὲν χρῶνται καὶ ταῖς ἄλλαις τρυφαῖς, ἃς ὑμεῖς ἀποβάλλετε, ἐν τάξει δὲ μᾶλλον τούτων.

ΜΕ. Ὦ λῷστε· διώκομεν δέ γε ἡμεῖς πάντας τούτους, ὅταν ὅπλα εἰς τὰς χεῖρας λάβωμεν.

ΑΘ. Ὦ ἄριστε, μὴ λέγε ταῦτα· πολλαὶ γὰρ δὴ φυγαὶ καὶ διώξεις ἀτέκμαρτοι γεγόνασί τε καὶ ἔσον-

P. 638. ΜΕ. Ὦ λῷστε, διώκομεν δέ γε —] Verba ὦ λῷστε, vulgo ad sermonem Atheniensis relata Astius tribuit Megillo. Eam rationem commendat etiam marg. Flor. c. Mox ad καὶ ἧττον λέγοντες Steph. in marg. γρα. βλέποντες. Atque id ipsum in marg. annotatum habet Voss., quem litera x. signare solemus.

rat. Carm. I. 27, 2. Spanhem. ad Julian. p. 124. sqq.; de Carthaginiensibus v. II. p. 674. A. De Persis denique legas libr. III. p. 694. A. sqq. De reliquis v. Athen. IV. 34 sqq. Locum exscripserunt Athenaeus X. p. 432. A. et Clemens Al. Paedag. II. p. 68.32. unde Boeckhius lectionem πολεμικὰ ξύμπαντα ὄντα firmavit.

E. γυναῖκές τε καὶ αὐτοί,] Usitatius fuit dicere αὐτοί τε καὶ γυναῖκες. v. ad Criton. p. 50 E. Apolog. p. 42. A. Remp. III. p. 414. D. Ibid. IX. p. 578. E. ἄρας ἐκ τῆς πόλεως αὐτόν τε καὶ γυναῖκα καὶ παῖδας. Gorg. p. 511. D. σώσασα—καὶ αὐτὸν καὶ παῖδας καὶ χρήματα καὶ γυναῖκας.

κατὰ τῶν ἱματίων καταχεόμενοι] Narrat Suidas T. II. p. 264. ed. Küster. Thracum fuisse morem in conviviis, ut, postquam convivae tantum vini bibissent, quantum potuissent, reliquum in compotorum vestes effunderent: in cuius rei fidem Lexicographus hunc ipsum Platonis locum attulit. Dicebatur id proprie καταασκεδάσαι, quo verbo in ea re utitur Xenoph. Anabas. VII. 3, 32. Illustravit hanc loquendi rationem egregie Pierson. ad Moer. p. 216 sqq. = 159. ed. Lips. Lacedaemoniorum frugalitatem et abstinentiam descripsit, adhibitis veterum testimoniis, Meursius Miscell. Lacon. I. 14. ab Astio laudatus.

ἐν τάξει δὲ μᾶλλον τούτων] sed magis certo modo et ordine. Proximum: ὦ λῷστε, recte Astius tribuit Megillo; vulgo enim ad Atheniensis orationem trahebatur, quam rationem mirari licet etiam ab J. Bekkero servatam esse.

P. 638. ἀτέκμαρτοι γεγόνασί τε —] H. e. tales quarum caussas easque certas afferre non liceat, ut nec ex earum eventu certi quid colligi possit. Xenoph. Mem. I. 4, 4: τῶν δὲ

ται. διὸ φανερὸν ὅρον τοῦτον οὐκ ἄν ποτε λέγοιμεν, ἀλ-
λὰ ἀμφισβητήσιμον, περὶ καλῶν ἐπιτηδευμάτων καὶ μή,
νίκην τε καὶ ἧτταν λέγοντες μάχης. ἐπειδὴ γὰρ αἱ
μείζους τὰς ἐλάττους πόλεις νικῶσι μαχόμεναι καὶ κα-
B ταδουλοῦνται, Συρακόσιοι μὲν Λοκρούς, οἳ δὴ δο-
κοῦσιν εὐνομώτατοι τῶν περὶ ἐκεῖνον τὸν τόπον γεγο-
νέναι, Κείους δὲ Ἀθηναῖοι· μυρία δὲ ἄλλα τοιαῦτ'
ἂν εὕροιμεν. ἀλλὰ περὶ αὐτοῦ ἑκάστου ἐπιτηδεύματος
πειρώμεθα λέγοντες πείθειν ἡμᾶς αὐτούς, νίκας δὲ
καὶ ἥττας ἐκτὸς λόγου τὰ νῦν θῶμεν, λέγωμεν δέ,

Συρακόσιοι μὲν Λ.] V. *συρακούσιοι.* Unus Vat. Ω. a. pr. m. *συρακόσιοι.* Quod ipsum revocavit Bekkerus. Codd. h. v. *συῤῥακούσιοι.* Flor. a. δ. Vind. *συρακούσσιοι.* Quae varietas scripturae etiam alibi reperitur. Formam *Συρακοσίαν* De Rep. III. 404. D. meliores libri tuentur; quo minus dubitavimus eandem hic vel unius libri auctoritate restituere, praesertim quum Boeckhius Praefat. ad Simon. Socrat. Praef. p. XXXI. et in annotat. crit. ad Pindari Olymp. VI. 6. verisimiliter disputaverit Platonis et Xenophontis aetate diphthongum in penultima syllaba nominis urbis non fuisse

ἀτεκμάρτως ἐχόντων, ὅτου ἕνεκα ἐστι, καὶ τῶν φανερῶς ἐπ' ὠφελείᾳ ὄντων, πότερα τύχης καὶ πότερα γνώμης ἔργα κρίνεις;

ἐπειδὴ γὰρ αἱ μείζους—] *Ἐπειδὴ γὰρ* quum semper ita usurpetur, ut exordiatur protasin, ad *Συρακόσιοι μέν—Ἀθηναῖοι* intelligendum videtur *ἐνίκησαν καὶ κατεδουλώσαντο.*

B. *εὐνομώτατοι τῶν περὶ ἐκεῖνον*] Tim. p. 20. A. *Τίμαιός τε γὰρ ὅδε, εὐνομωτάτης ὢν πόλεως, τῆς ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρίδος, κ. τ. λ.* De legibus Locrensium Zaleuco auctore promulgatis disputavit Heynius Opusc. Acad. II. p. 12 sqq. 119. conf. etiam Hermannus Antiquitatt. Graec. §. 88. sqq. De Locrensibus a Syracusiis regnante Dionysio minore devictis v. Bentleius Opuscul. Philol. p. 342. sq. ubi eam victoriam Olymp. 106. 1. = 356. a. Chr. n. reportatam esse docet. Quod si vere ita statuitur, victoria Syracusanorum quattuor ferme annis post tertium Platonis ex Sicilia reditum, qui incidit in Olymp. 105. 1. = 360., reportata est. Iam vero philosophum constat Olymp. 108. 1. = 348. diem supremum obiisse. Itaque Leges intra hoc octennium scriptae sunt.

Κείους δὲ Ἀθηναῖοι] De bonis Ceorum moribus et institutis v. ad Protagor. p. 341. E. Müller Doriens. II. 226. Aeginet. p. 132. Meineck. ad Menandr. Fragm. 135. Subiecti sunt Atheniensium imperio, posteaquam fortissime libertatem suam defenderant, incertum, quo tempore. v. Strabo X. p. 486. Steph. in marg. *Χίους*, de qua permutatione v. ad Protagor. l. c.

περὶ αὐτοῦ ἑκάστου] de uno quoque instituto per se spectato, nulla habita aliarum rerum ratione.

Cap. X. C. *οἱ λόγῳ τι λαβόντες*] Non credo interpretes verum pervidisse, qui

ὡς τὸ μὲν τοιόνδε ἐστὶ καλόν, τὸ δὲ τοιόνδε οὐ καλόν. πρῶτον δὲ ἀκούσατέ τί μου περὶ αὐτῶν τούτων, ὡς δεῖ τό τε χρηστὸν καὶ τὸ μὴ σκοπεῖν.

ΜΕ. Πῶς οὖν δὴ λέγεις; C

Cap. X. ΑΘ. Δοκοῦσί μοι πάντες οἱ λόγῳ τι λαβόντες ἐπιτήδευμα καὶ προθέμενοι ψέγειν αὐτὸ ἢ ἐπαινεῖν εὐθὺς ῥηθὲν οὐδαμῶς δρᾶν κατὰ τρόπον, ἀλλὰ ταὐτὸν ποιεῖν, οἷον εἰ δή τις ἐπαινέσαντός τινος πυρούς, βρῶμα ὡς ἀγαθόν, εὐθὺς ψέγοι, μὴ διαπυθόμενος αὐτοῦ μήτε τὴν ἐργασίαν μήτε τὴν προς-

usitatam. Quamquam fatendum est, codices manuscriptos fere ubique adeo fluctuare, ut eorum auctoritati parum aut nihil tribuendum videatur. v. Poppo ad Thucyd. III. 86. Goettling. ad Aristot. Polit. p. 293. al. Mox pro *Κείους* Voss. *Χείους*, frequenti permutatione.

B. *τοιόνδε ἐστὶ καλόν,*] *ἔτι* Steph. praeter fidem librorum omnium.

C. *μήτε τὴν ἐργασίαν*] Steph. *μήτε μὲν ἐργ.* errore. In marg. tamen verum pervidit.

λαμβάνειν τι λόγῳ explicant: mente aliquid complecti, cogitare, animadvertere, percipere. Quae formulae significatio etsi alibi fere locum habet, tamen hic quidem ab ipsa sententia aliena est. Imo *λόγῳ* de oratione vel disputatione accipiendum, ut *λαμβάνειν τι λόγῳ* sit: aliquid disputatione tractandum sumere. Sic Ion. p. 532. E: *λάβωμεν γὰρ τῷ λόγῳ.* Articulus *τῷ* cur non adiectus sit, caussa in promtu est. Similiter simplex *λαμβάνειν* usurpatur Phil. p. 23. B. Soph. p. 261. C. Confirmant hanc explicationem proxima: *προθέμενοι ψέγειν αὐτὸ ἢ ἐπαινεῖν.* — *εὐθὺς ῥηθέν,* statim ut dictum est, v. Matthiae Gr. §. 565. 2. et ann. ad Phaedon. p. 70. A.

ἐπαινέσαντός τινος πυρούς] Cornarius in Eclogis p. 117. ed. Fischer. legendum censet *τυρούς*, h. e. caseos, quam coniecturam nuper C. F. Hermann. palmariam vocavit. Non enim, inquit ille, de tritico, sed de caseo loqui Platonem, ex Hippocrate colligitur, qui in libro de veteri medicina idem de caseo tradit; unde etiam Platonem transscripsisse verisimile est. Verba Hippocratis haec sunt: *καὶ μὴ ἁπλῶς οὕτως δοκέειν, ὅτι πονηρὸν βρῶμα τυρός· πόνον γὰρ φέρει τῷ πληρωθέντι αὐτέου· ἀλλὰ τίνα τε πόνον καὶ διὰ τί καὶ τίνι τῶν ἀνθρώπῳ ἐνεόντων; ἀνεπιτήδειον."* Speciosa profecto coniectura ac fortasse vera. Certe de tritico, hoc est, cibo prorsus innoxio, quique non dubium habeat effectum, vix sermo esse potest. Codd. tamen veterem scripturam constanter tuentur. Ceterum Platonem Hippocrateis usum esse, Thierschius Specim. in Symp. p. 13 sq. ex Eryximachi oratione docere conatus est.

μήτε τὴν ἐργασίαν] H. e. *τὴν ἐξεργασίαν*, s. effectum. Protag. p. 354. D: *ὅτι οὐ κατὰ*

φοράν, ὅντινα τρόπον καὶ οἷστισι καὶ μεθ' ὧν καὶ ὅπως ἔχοντα καὶ ὅπως προςφέρειν ἔχουσι. νῦν δὴ D ταὐτόν μοι δοκοῦμεν ἡμεῖς ἐν τοῖς λόγοις ποιεῖν· περὶ μέθης γὰρ ἀκούσαντες τοσοῦτον μόνον εὐθὺς οἱ μὲν ψέγειν αὐτό, οἱ δ' ἐπαινεῖν, καὶ μάλα ἀτόπως· μάρτυσι γὰρ καὶ ἐπαινέταις χρώμενοι ἐπαινοῦμεν ἑκάτεροι, καὶ οἱ μέν, ὅτι πολλοὺς παρεχόμεθα, ἀξιοῦμέν τι λέγειν κύριον, οἱ δέ, ὅτι τοὺς μὴ χρωμένους αὐτῷ ὁρῶμεν νικῶντας μαχομένους· ἀμφιςβητεῖται δ' αὖ καὶ τοῦτο ἡμῖν. εἰ μὲν δὴ καὶ περὶ ἑκάστων οὕτω καὶ τῶν ἄλλων νομίμων διέξιμεν, οὐκ E ἂν ἔμοιγε κατὰ νοῦν εἴη. τρόπον δὲ ἄλλον, ὃν ἐμοὶ

καὶ ὅπως προςφέρειν ἔχουσι] Vulgo: *καὶ ὅπως ἔχουσι προςφέρειν δεῖ.* Receptam scripturam firmant codd. omnes excepto uno Par. B. et F., qui scriptum exhibent: *προςφέρειν ἔχουσι δεῖ.*

ταὐτόν μοι δοκοῦμεν] *μοι* vulgo abest, invitis codd. omnibus.

D. *ἐπαινέταις χρώμενοι*] *χρώμενοι* om. Par. A. Mox *καίριον* Steph. invitis codd. omnibus, qui *κύριον* tuentur.

τὴν αὐτῆς τῆς ἡδονῆς τῆς παραχρῆμα ἐργασίαν κακά ἐστιν. — *ὅπως ἔχοντα.* int. *πυρόν* aut *τυρόν.* — *ψέγειν αὐτό,* int. *τὴν μέθην;* ut I. p. 645. D. II. p. 653. A. 672. E. V. p. 729. B. XI. p. 931. E. v. ad Phileb. p. 28. A

D. *ἐπαινοῦμεν ἑκάτεροι*] Ad haec Boeckhius: „Ebrietatem damnavit Megillus, Atticus non improbavit: ille criminis, hic laudationis produxit auctores. Quinam igitur dici poterat: *μάρτυσι γὰρ καὶ ἐπαινέταις χρώμενοι ἐπαινοῦμεν ἑκάτεροι,* praesertim quum modo dictum esset: *περὶ μέθης γὰρ ἀκούσαντες τοσοῦτον μόνον, εὐθὺς οἱ μὲν ψέγειν αὐτό, οἱ δ' ἐπαινεῖν?* Vel furca expellendum istud *ἐπαινοῦμεν,* quod mali est glossatoris. Ad *μάρτυσι γὰρ καὶ ἐπ. χρώμενοι ἑκάτεροι* ita ex antecedentibus intelligendum *ἐπαινεῖν τε καὶ ψέγειν,* notissima ellipsi.“ Haec igitur Boeckhius. Quae quo minus comprobemus, quum alia prohibent, tum illud imprimis impedit, quod *ἐπαινοῦμεν* satis idoneam habet explicationem. Neque enim intelligendum est *τὴν μέθην,* sed cogitandum de eo, quod quisque pro se probavit tanquam verum et rectum, sicuti proxima verba docent. Hanc vero sententiam etiam Astius amplexus est qui opportune monet, *ἐπαινέτης* et *ἐπαινεῖν* dici de iis, qui alicuius sententiam et rationem comprobant; v. Reip. IV. p. 426. B. Phaedr. p. 257. E. 258. A. Ion. p. 536. D. Protagor. p. 309. A. Aristoph. Avv. v. 1603. Dixit vero *ἐπαινοῦμεν* per facetam urbanitatem, propterea quod respexit antegressum *ἐπαινέταις χρώμενοι.*

τι λέγειν κύριον] H. e. aliquid quod tanquam ratum sit, h. e. certum, indubium.

ὁρῶμεν νικῶντας μαχο-

φαίνεται δεῖν, ἐθέλω λέγειν περὶ αὐτοῦ τούτου, τῆς μέθης, πειρώμενος, ἂν ἄρα δύνωμαι τὴν περὶ ἁπάντων τῶν τοιούτων ὀρθὴν μέθοδον ἡμῖν δηλοῦν, ἐπειδὴ καὶ μυρία ἐπὶ μυρίοις ἔθνη περὶ αὐτῶν ἀμφισβητοῦντα ἡμῖν πόλεσι δυεῖν τῷ λόγῳ διαμάχοιτ' ἄν.

ΜΕ. Καὶ μὴν εἴ τινα ἔχομεν ὀρθὴν σκέψιν τῶν τοιούτων, οὐκ ἀποκνητέον ἀκούειν.

ΑΘ Σκεψώμεθα δή πῃ τῇδε· φέρε, εἴ τις αἰ- 639
γῶν τροφὴν καὶ τὸ ζῶον αὐτό, κτῆμα ὡς ἔστι καλόν,
ἐπαινοῖ, ἄλλος δέ τις ἑωρακὼς αἶγας χωρὶς νεμομένας
αἰπόλου ἐν ἐργασίμοις χωρίοις δρώσας κακὰ διαψέγοι,
καὶ πᾶν θρέμμα ἄναρχον ἢ μετὰ τῶν κακῶν ἀρχόν-

E. *ἡμῖν πόλεσι δυεῖν*] Recte Steph. eum Bass. *ἡμῖν*. Sed *ὑμῖν* cum Aldo Par. A. B. Ω. Ξ. v. f. h. r. o. x. δ., quod Bekker. Herm. et Schneider. receperunt. Dein *δυεῖν* pro vulg. *δυοῖν* Par. A. Ω. h. r. a. δ. o. x. z.

V. 639. *μετὰ τῶν κακῶν*] In Steph. *τῶν* errore deest. Itaque perperam C. Fr. Herm. de suo dedit *μετά τινων κακῶν*. Dein Voss. *τὸν τοιοῦτον ψόγον*.

μένους] Infra p. 641. C: *νικῷεν τοὺς πολεμίους μαχόμενοι*. Pag. 647. C: *νικᾶν δεῖ ποιεῖν διαμαχόμενον*. Ibid. D: *διαμεμαχημένος καὶ νενικηκώς*. Libr. III. p. 699. B.: *ὡς ἐξ ἀπόρων ἐφαίνετο γενέσθαι τὸ νικῆσαι μαχομένους*. Andocid. Or. I. §. 106: *νικήσαντες μαχόμενοι τοὺς τυράννους*. Lycurg. adv. Leocr. 70. *μαχόμενοι νικῶντες*. ubi v. Sauppium.

E. *ἐπειδὴ καὶ μυρία ἐπὶ μυρίοις ἔθνη*] quandoquidem innumerabiles nationes de his controversiam moventes cum duabus nostris civitatibus orando contendent. Basilius M. De legend. prof. scriptor. p. 62. ed. Sturz. *μυρία παθόντες ἐπὶ μυρίοις*. Synesius De provident. p. 41. ed. Krabinger: *πολλῶν δὲ ἐπὶ πολλοῖς μέτρα ποιούντων*, ubi v. editoris praestantissimi annotationem.

P 639. *Σκεψώμεθα δή πῃ τῇδε·*] Astius correxit *τῇδε πῃ*, ut est VI. p. 767. C. Reipub. I. p. 351. A. Cratyl. p. 410. B. Sophist. p. 229. B. Alcibiad. II. p. 139. D. Dialog. De iusto p. 372. E. De virtute p. 378. C. al. Nec tamen librorum scripturam mutare ausim.

φέρε, εἴ τις αἰγῶν —] Locum exscripsit Eusebius Praep. Ev. XII. p. 609. C. et Theodoretus Therap. Serm. II. p. 688. A. B. Ex Eusebio Boeckhius censuit pro *ἡγώμεθα* rescribendum esse *ἡγούμεθα*, propterea quod praecedente optativo pendente a particula *εἰ*, non inferatur coniunctivus cum vocula *ἄν*, sed aut nudus indicativus aut optativus voculae *ἄν* iunctus. Recte vero. Nec tamen inde consequitur, ut hic aliquid loco movendum sit. Nam apodosis inest in *ψέξαι ἄν*, quod vicem sustinet optativi cum *ἄν* coniuncti. Ea autem apodosis suspensa est ex *ἡγώμεθα*, con-

των ἰδὼν οὕτω μέμφοιτο, τὸν τοῦ τοιούτου ψόγον ἡγώμεθα ὑγιὲς ἄν ποτε ψέξαι καὶ ὁτιοῦν;

ΜΕ. Καὶ πῶς;

ΑΘ. Χρηστὸς δὲ ἄρχων ἔσθ' ἡμῖν ἐν πλοίοις πό-
B τερον ἐὰν τὴν ναυτικὴν ἔχῃ ἐπιστήμην μόνον, ἄν τ' οὖν ναυτιᾷ ἄν τε μή; ἢ πῶς ἂν λέγοιμεν;

ΜΕ. Οὐδαμῶς, ἄν γε πρὸς τῇ τέχνῃ ἔχῃ καὶ τοῦτο τὸ πάθος, ὃ λέγεις.

B. *τὴν ναυτικὴν ἔχῃ ἐπιστήμην*] V. *τὴν ναυτικὴν ἔχῃ τὴν ἐπιστήμην.* Alterum *τὴν* recte om. Par. A. et Vat. Ω. corr. Sic statim post libri omnes: *ἐὰν τὴν πολεμικὴν ἔχῃ ἐπιστήμην.*

iunctivo deliberativo, sollen wir glauben, ad quem ἂν nihil pertinet. Boeckhii rationem etiam Astius et Hermannus sequuti sunt, quia coniunctivo deliberativo nunc non locus sit. Quidni vero? an perverse dictum putabimus: hancce reprehensionem num *arbitremur* vel tantillum sani continere? Conf. p. 658. D. De *καὶ ὁτιοῦν* v. ad Apolog. Socrat. p. 35. B. — *ὑγιὲς ψέξαι* i. q. *λέγοντα ψέξαι;* v. ad p. 639. C.

Χρηστὸς δὲ ἄρχων ἔσθ' ἡμῖν —] Demonstraturus est exemplorum commemoratione, si quis de societate quapiam recte iudicaturus sit, eum debere illam tum cognovisse, quum et prudente moderatore utatur et ipsa bene instituta sit; alioquin enim pravum extiturum esse de ea iudicium. Quod quidem transfert ad compotationes, de quarum utilitate neminem arbitratur recte statuere posse, qui eas viderit tantummodo prudente magistro carentes atque intemperanter habitas; recte sapienterque institutas nunquam viderit. Hoc igitur universae disputationis argumentum est. Iam vero illuc ut perveniatur, Atheniensis his utitur exemplis. Primum de capris ostendit, eum, qui illas pariter atque omne pecus protenus vituperet ac vilipendat ideo, quia eas aliquando viderit, nullo pastore duce, libere dispalantes atque agros consitos et bene cultos misere depascentes, praepostere et inepte esse iudicaturum. Iam vero disputator pergit sic: Bonus vero navis moderator num is est, qui artem quidem nauticam tenet, sed itidem nausea laborat? Aut num is est bonus exercitus dux, qui quum sit ad imperandum idoneus, tamen in periculis timidus est et tanquam prae metus ebrietate nauseat? Et nonne is omnino pravus est, qui quum artem non teneat, tum etiam ignavia opprimitur? Quae quorsum pertineant, etsi primo adspectu difficile est definire, tamen re accuratius perpensa videbis referri eo, ut cuiusque societatis moderatorem, praeterquam quod idoneam habeat scientiam, etiam mentis suae compotem et nulla morbi alicuius aut perturbationis vi inquietatam esse oportere doceatur. Verum sunt haec omnia tam obscure tamque abrupte exposita, ut vix huc spectare videantur. Nimirum per-

ΑΘ. *Τί δ' ἄρχων στρατοπέδων; ἆρ' ἐὰν τὴν πολεμικὴν ἔχῃ ἐπιστήμην, ἱκανὸς ἄρχειν, κἂν δειλὸς ὢν ἐν τοῖς δεινοῖς ὑπὸ μέθης τοῦ φόβου ναυτιᾷ;*

ΜΕ. *Καὶ πῶς;*

ΑΘ. *Ἂν δὲ αὖ μήτε ἔχῃ τὴν τέχνην, δειλός τε ᾖ;*

ΜΕ. *Παντάπασί τινα πονηρὸν λέγεις, καὶ οὐδαμῶς ἀνδρῶν ἄρχοντα, ἀλλά τινων σφόδρα γυναικῶν.*

κἂν δειλὸς ὢν] Pro *κἂν* Par. A. B. Vat. Ω. Ven. Ξ. alii *καὶ δ.*

turbatus nonnihil est argumentationis tenor. Nam primum exemplum a caprarum grege repetitum spectat ad ea, quae mox disseruntur inde a verbis: *Τί δὲ ἐπαινέτην ἢ ψέκτην κοιν. κ. τ. λ.* Quae vero de gubernatore navis ac de duce exercitus exponuntur, ea scriptor iam hic, haud sane opportune, inseruit, quia subiuncturus erat quae p. 640. A sqq. de magistro compotationum disseruntur. Itaque ordo sententiarum utique paullo liberior est, ut totus locus severiorem limam desiderasse videatur. Praeterea illud, *ὑπὸ μέθης τοῦ φόβου ναυτιᾷ*, primo saltem adspectu valde affectatum videatur. Nam ebrietatis imago audacter ad metum transfertur, quandoquidem recte quidem se habent *μεθύειν τρυφῇ* s. *ὑπὸ τρυφῆς*, *ὑπὸ φιλοτιμίας*, *ὑφ' ἡδονῆς*, et quae sunt similia, in quibus cupiditatis et voluptatis cogitatio locum habet; sed raro quis dixerit ebrium esse metu, madere timore etc. propterea quod metus ac timor sunt potius in animi perturbationibus quam in cupiditatibus aut voluptatibus numerandi. Quamobrem recte Horatius Carm. I. 37, 14 sq. scripsit: Mentemque *lymphatam Mareotico* Redegit in veros timores Caesar; perverse scripturus erat: ebriam Mareotico, siquidem metum ac pavorem designare his verbis voluisset. Quamquam Lucretius quidem alicubi dixit ebrius curis h. e. plenus. At nimirum facile apparet, qui factum sit, ut scriptor isto modo loqueretur. Nam primum quidem istud *ναυτιᾷ*, quo usus est de navis gubernatore, etiam ad ducem exercitus transtulit, idque fecit non sine causa. Deinde huic verbo addidit *ὑπὸ μέθης*, tecte scilicet significaturus, hanc comparationem ad disputationem mox de ebrietate instituendam translatum iri. Huic autem vocabulo, invitatus nimirum dulci specie pulcritudinis, denique adiecit etiam istud *τοῦ φόβου*. Nimirum ita sibi visus est apte depingere imperatorem, in summo rerum discrimine instar ebrii alicuius capitis tanquam vertigine correptum.

τινων σφόδρα γυναικῶν.] Pertinet *σφόδρα* ad *γυναικῶν*, in quo latet notio adiectivi imbellis, ignavus, timidus. Sic *κάρτα μάντις* Aeschyl. Choëph. v. 921. *πάνυ φύσις*. Id Pers. v. 922. *μάλα στρατηγός*. Xenoph. Hellen. VI. 2, 39. *μάλα χειμών*. Ibid. V. 4, 14.

C *ΑΘ.* Τί δ' ἐπαινέτην ἢ ψέκτην κοινωνίας ἡςτινοσοῦν, ἣ πέφυκέ τε ἄρχων εἶναι, μετ' ἐκείνου τε ὠφέλιμός ἐστιν· ὁ δὲ μήτε ἑωρακὼς εἴη ποτ' ὀρθῶς αὐτὴν αὑτῇ κοινωνοῦσαν μετ' ἄρχοντος, ἀεὶ δὲ ἄναρχον ἢ μετὰ κακῶν ἀρχόντων ξυνοῦσαν· οἰώμεθ' ἄν ποτε τοὺς τοιούτους θεωροὺς τῶν τοιούτων κοινωνιῶν χρηστόν τι ψέξειν ἢ ἐπαινέσεσθαι;

ΜΕ. Πῶς δ' ἄν; μηδέποτέ γε ἰδόντας μηδὲ ξυγγενομένους ὀρθῶς γενομένῳ μηδενὶ τῶν τοιούτων κοινωνημάτων;

C. *οἰώμεθ' ἄν ποτε τοὺς*] Bekkerus et Schneiderus: *οἰόμεθα δή ποτε τ.* Nimirum Par. A. corr. *οἰόμεθα δή* [ἂν] *ποτε.* Vat. Ω. *οἰώμεθ' ἂν* [δή] *ποτε.* Ang. v. et Vat. r. *ἂν δή ποτε.* Voss.

Alia id genus commemoravit G. Bernhardy Syntax. Graec. p. 338. Paullo alius generis sunt haec: Aristoph. Nubb. v. 1104.: *ὥςτε μήτ' αὐχμὸν πιέζειν μήτ' ἄγαν ἐπομβρίαν.* Plat. Reip. VIII. p. 564. A. *οὐκ εἰς ἄλλο τι ἢ εἰς ἄγαν δουλείαν μεταβάλλειν.* quam scripturam nunc unice veram putamus, defensam illam etiam, sed parum robuste defensam, a nupero editore. Sed perperam huc retuleris Plat. Symp. p. 212. C. *πάνυ σφόδρα συμπότην·* nam ibi *πάνυ σφόδρα* ad antegressum *μεθύοντα* pertinet.

C. *ἣ πέφυκέ τε ἄρχων εἶναι —*] quae quum natura sua moderatorem sibi exigat, tum illius ductu et auspicio demum utilis esse potest s. est. Nam *μετ' ἐκείνου τε ὠφέλιμός ἐστιν* sic ponitur, ut ex praecedenti *ἣ* nominativus intelligendus relinquatur. perinde ac si dictum sit: *καὶ ἣ μετ' ἐκείνου* (*τοῦ ἄρχοντος*) *ὠφέλιμός ἐστιν.* conf. Matthiae Gr. §. 474. d. coll. §. 5. 428. 2. Sed genus hoc loquendi in vulgus notum.

ὁ δὲ μήθ' ἑωρακὼς εἴη —] Haec turpiter corrupta videntur. Locus, nisi fallor, hunc in modum corrigendus: *Τί δ' ἐπαινέτην — ὠφέλιμός ἐστιν; ὃς δὴ μήθ' ἑωρακὼς εἴη — ξυνοῦσαν, οἰώμεθ' ἄν ποτε τοὺς τοιούτους θ. — ἐπαινέσεσθαι;* Quid vero dicamus de laudatore aut vituperatore societatis cuiuscunque, quae et moderatorem sibi postulat et eius ope utilis evadit? Nimirum si quis eam nunquam viderit recte sibi sociatam moderatoris opera, sed semper moderatore carentem aut utentem malis moderatoribus, putemusne istiusmodi talium societatum spectatores rectum quidquam vituperando aut laudando prolaturos esse? De *τί δὲ* cum accusativo sic reliquae sententiae praemisso v. ad Sophist. p. 266. C. Phaedr. p. 265. C. Gorg. p. 474. Deinde *ὃς δὴ μήθ' ἑωρακὼς εἴη* dicitur, quia *ὃς δὴ* idem est quod *εἴ δή τις*; de quo constructionis genere v. ad Phaedrum p. 276. B. et ad Phileb. p. 60. C. Atque hinc intelligi licet, cur deinceps scriptum sit: *οἰώμεθ' ἄν ποτε — ψέξειν ἢ ἐπαινέσεσθαι;* Con-

ΑΘ. Ἔχε δή· τῶν πολλῶν κοινωνιῶν ξυμπότας D καὶ ξυμπόσια θεῖμεν ἂν μίαν τινὰ συνουσίαν εἶναι;

ΜΕ. Καὶ σφόδρα γε.

ΑΘ. Ταύτην οὖν μῶν ὀρθῶς γιγνομένην ἤδη τις πώποτε ἐθεάσατο; καὶ σφῷν μὲν ἀποκρίνασθαι ῥᾴδιον, ὡς οὐδεπώποτε τὸ παράπαν· οὐ γὰρ ἐπιχώριον ὑμῖν τοῦτο οὐδὲ νόμιμον· ἐγὼ δ' ἐντετύχηκά τε πολλαῖς καὶ πολλαχοῦ, καὶ προσέτι πάσας, ὡς ἔπος εἰπεῖν, διηρώτηκα, καὶ σχεδὸν ὅλην μὲν οὐδεμίαν ὀρ- E

οἰόμεθα δήποτε. Euseb. οἰόμεθα δή ποτε.

D. *μῶν ὀρθῶς γιγνομένην*] Pro μῶν A. Ω. et x. in marg. ὑμῶν.

πώποτε ἐθεάσατο] Sic A. Ω. f. h. r. a. c. o. δ. x. z. pro ποτε.

tinent enim haec apodosin eodem modo subiectam, quo factum est paullo ante p. 639. A. Quocirca ἂν infinitivis additum est, quippe qui libera oratione per optativum cum ἂν enuntiandi fuerunt. De ἂν cum infinitivo futuri copulato disputavit Hermann. De partic. ἂν p. 180 sqq. Par. A. a prima manu scriptum habet οἰώμεθα δή ποτε, superscripto ἂν. Unde Bekkerus, Schneiderus, Turicenses ἂν extruso scripserunt: οἰώμεθα δή ποτε τοὺς τ. praeter rectam rationem, opinor. Praeterea Par. A. ex corr. pro οἰώμεθα scriptum habet οἰόμεθα, quod placuit Boeckhio in Min. p. 111. qui ita ex cod. Voss. et Eusebio Praep. Evang. XII. p. 609. reponendum censebat. Sed cur nihil putemus praeter fidem reliquorum librorum novandum esse, ad p. 639. A. declaravimus. Eadem ratio est loci Legg. II. p. 658. B. ubi cur ἡγώμεθα ferri non possit, haud sane intelligimus. Iam vero pro eo, quod in apodosi dicendum fuit: οἰώμεθ' ἂν ποτε *τοῦτον θεωρὸν* τῶν τοιούτων κοιν. — ἐπαινέσεσθαι; numero plurali dicitur: οἰώμεθ' ἂν τούτους θεωρούς κ. τ. λ. quod in sententia communi factum esse rectissime, vix eget admonitione. Ita vero facile apparet totam hanc orationis partem facta levi verborum emendatione integritati suae restitui posse. Supersunt tamen, de quibus aliquid admonuisse non erit a proposito alienum. Ac primum quidem animadvertas eleganti quodam lusu dictum esse: *κοινωνία ὀρθῶς αὐτὴ αὐτῇ κοινωνοῦσα*. Deinde observandum est, particulae μήθ' ante ἑωρακὼς εἴη respondere in altero membro δέ post ἀεί interpositum; quem usum loquendi illustrarunt Schaefer. ad Dionys. De Comp. Verb. p. 297. Boeckh. in Min. p. 96. Matthiae Gr. Gr. §. 609 c. δ'. a'ii. Denique χρηστόν τι ψέξειν καὶ ἐπαινέσεσθαι breviter dictum pro χρηστόν τι λέγοντας ψέξειν καὶ ἐπαινέσεσθαι ut p. 639. A. ὑγιὲς ψέξαι, aliquid sani dicendo reprehendere.

D. *ὡς οὐδεπώποτε τὸ παράπαν·*] Int. ἐθεάσασθε.

οὐ γὰρ ἐπιχώριον — νομιμόν·] De Cretensibus v. Hoeck. Creta Vol. III. p.

ϑῶς γιγνομένην ἑώρακα οὐδ' ἀκήκοα, μόρια δ' εἴ που σμικρὰ καὶ ὀλίγα, τὰ πολλὰ δὲ ξύμπανϑ', ὡς εἰπεῖν, διημαρτημένα.

ΚΛ. Πῶς δὴ ταῦτα, ὦ ξένε, λέγεις; εἰπὲ ἔτι σαφέστερον· ἡμεῖς μὲν γάρ, ὅπερ εἶπες, ἀπειρίᾳ τῶν
640 τοιούτων, οὐδὲ ἐντυγχάνοντες ἂν ἴσως εὐϑύς γε γνοῖμεν τό τε ὀρϑὸν καὶ μὴ γιγνόμενον ἐν αὐτοῖς.

ΑΘ. Εἰκὸς λέγεις· ἀλλ' ἐμοῦ φράζοντος πειρῶ μανϑάνειν. τὸ μὲν γὰρ ἐν πάσαις τε ξυνόδοις καὶ κοινωνίαις πράξεων ὡντινωνοῦν ὡς ὀρϑὸν πανταχοῦ ἑκάστοις ἄρχοντ' εἶναι, μανϑάνεις;

ΚΛ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΑΘ. Καὶ μὴν ἐλέγομεν νῦν δή, μαχομένων ὡς ἀνδρεῖον δεῖ τὸν ἄρχοντα εἶναι.

ΚΛ. Πῶς δ' οὔ;

E. *μόρια δ' εἴ που*] V. *μόρια δέ που*. quod emendatum ex A. B. Ω. v. f. h. r. a. δ. o. x. Dein *σμικρὰ* A. B. al. pro *μικρά*.

ὡς εἰπεῖν] *ὡς ἔπος εἰπεῖν* Ω. f. r. a. ο. vocabulo *ἔπος* tamen punctis notato.

Πῶς δὴ ταῦτα] *δὲ* Steph. invitis codd. plerisque omnibus.

437 sq. De Spartanis ipse Plato supra exposuit.

E. *μόρια δ' εἴ που σμικρὰ καὶ ὀλίγα*] Intelligas: *ἑώρακα ἢ ἀκήκοα ὀρϑῶς γιγνόμενα*. Nam hoc dicit: sin autem alicubi parvas aut exiguas partes (compotationum) recte institutas esse vidi aut comperi, saltem plerumque omnia propemodum erant perversa. In vett. editt. *εἴ* deest, quod recte ex codd. revocavit Bekkerus. Nimirum turbas dedit *δέ* in apodosi post *τὰ πολλά* cum vi repetitum. Ceterum *τὰ πολλὰ* est instar adverbii, significatque maximam partem, plerumque; quam in rem Astius contulit Legg. II. 1. III. p. 695. E. IV. p. 720. C. VIII. p. 842. D. IX. p. 872. D. XII. p. 952. D. Soph. p. 218. B. ubi plura Heindorf. collegit. Addimus Thucyd. I. 78. IV. 56. VI. 89. VII. 67. Formula *ὡς εἰπεῖν* eodem modo atque *ὡς ἔπος εἰπεῖν* usurpatur, pertinetque hic ad *ξύμπαντα*, cuius vocabuli notio modeste restringitur. Fallitur enim Astius Lex. Plat. Vol. I. p. 632. *ὡς εἰπεῖν* connectens cum *διημαρτημένα* atque haec verba interpretans: reapse perversa. Vide nostra ad Symp. p. 179. A. Remp. I. p. 341. B. Gorg. p. 450. B.

P. 640. *ἐμοῦ φράζοντος πειρῶ μανϑάνειν*] Sic Reip. II. p. 370. A: *ἐννοῶ καὶ αὐτὸς εἰπόντος σοῦ*. Ibid. p. 383. A: *οὕτως, ἔφη, ἔμοιγε καὶ αὐτῷ φαίνεται σοῦ λέγοντος*. Euthyphr. p. 7. C: *ἀλλ' ἐμοῦ λέγοντος σκόπει*. Ibid. p. 9. C: *τόδε δὲ σοῦ*

ΑΘ. Ὁ μὴν ἀνδρεῖος τῶν δειλῶν ὑπὸ φόβων ἧττον τεθορύβηται.

ΚΛ. Καὶ τοῦτο οὕτως. B

ΑΘ. Εἰ δ' ἦν τις μηχανὴ μηδὲν τὸ παράπαν δεδιότα μηδὲ θορυβούμενον ἐπιστῆσαι στρατοπέδῳ στρατηγόν, ἆρ' οὐ τοῦτ' ἂν παντὶ τρόπῳ ἐπράττομεν;

ΚΛ. Σφόδρα μὲν οὖν.

ΑΘ. Νῦν δέ γε οὐ στρατοπέδου περὶ λέγομεν ἄρξοντος ἐν ἀνδρῶν ὁμιλίαις ἐχθρῶν ἐχθροῖς μετὰ πολέμου, φίλων δ' ἐν εἰρήνῃ πρὸς φίλους κοινωνησόντων φιλοφροσύνης.

ΚΛ. Ὀρθῶς.

ΑΘ. Ἔστι δέ γε ἡ τοιαύτη συνουσία, εἴπερ ἔσται μετὰ μέθης, οὐκ ἀθόρυβος. ἢ γάρ; C

ΚΛ. Πῶς γάρ; ἀλλ' οἶμαι πᾶν τοὐναντίον.

P. 640. *τῶν δειλῶν ὑπὸ φόβων*] V. τοῦ δειλοῦ. B. Ξ. Ω. v. f. r. a. c. o. δ. *τὸν δειλὸν ὑπ. φ.* Sed *τῶν δειλῶν* cum Ald. Bass. recte Par. A. h. x. Mox Voss. *μηχανὴ καὶ μ.*

B. *οὐ στρατοπέδου περὶ λ.*] Vitiose editt. *πέρι.* Vide explicationem.

C. *εἴπερ ἔσται μετὰ μ.*] *ἔστι* x. Pro *ἔστι δέ γε* Steph. *ἔσται δέ γε* maluit.

ἐνενόησα λέγοντος. Alcib. I. p. 119. B: *καίτοι ἐννοῶ σοῦ εἰπόντος καὶ συγχωρῶ.* Infra p. 643. libr. II.: *λέγοντος τοίνυν ἐμοῦ — σκέψασθε.* Dein ordo verborum intricatior sic expediendus: *μανθάνεις μὲν γάρ, ὡς ὀρθόν (ἐστι) ἐν πάσαις τε ξυνόδοις καὶ κοινωνίαις πράξεων ὠντινωνοῦν τὸ πανταχοῦ ἑκάστοις ἄρχοντα εἶναι.*

B. *Νῦν δέ γε οὐ στρατοπέδου περὶ λέγομεν*] Perperam scribunt *πέρι*, quod vitium dudum sustulimus probantibus etiam criticis Turicensibus. Nam *περὶ* pertinet ad *ἄρξοντος*, quandoquidem verba sic iungenda sunt: *νῦν δέ γε οὐ λέγομεν περὶ ἄρξοντος στρατοπέδου κ. τ. λ.* nunc autem non loquimur de futuro exercitus duce. Vitium primus animadvertit Astius, qui praepositionis sic a nomine suo divulsae exempla attulit Libr. III. p. 676. C: *ταύτης δὴ περὶ λάβωμεν — τῆς μεταβολῆς τὴν αἰτίαν.* Ibid. p. 697. C: *ἡ Περσῶν περὶ διάσκεψις τῆς πολιτείας.* VIII. p. 834. D: *θηλείας δὲ περὶ τούτων νόμοις μὲν καὶ ἐπιτάξεσιν οὐκ ἄξια βιάζεσθαι τῆς κοινωνίας.* conf. Matthiae Gr. §. 595. 3. Demosth. c. Aphob. fals. test. p. 859. 51.: *περὶ μὲν τοίνυν, ἔφην ἐγώ, τούτου.* ubi v. Schaefer. Wasse ad Thucyd. V. 5. Hanc vero rationem diligenter tenendum est apud Atticos prosae orationis scriptores fere in unius *περὶ* praepositionis usu admitti. Dein *ἐχθροῖς* pendet ex *ὁμιλίαις*; de quo v. ann. ad p. 631. D. Nec sine caussa *ἐχθρῶν* post *ὁμιλίαις* positum

ΑΘ. Οὐκοῦν πρῶτον μὲν καὶ τούτοις ἄρχοντος δεῖ;

ΚΛ. Τί μήν; ὡς οὐδενί γε πράγματι.

ΑΘ. Πότερον οὖν ἀθόρυβον, εἰ δυνατὸν εἴη, τὸν τοιοῦτον ἄρχοντα ἐκποριζεσθαι δεῖ;

ΚΛ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΑΘ. Καὶ μὴν περί γε συνουσίας, ὡς ἔοικεν, αὐτὸν φρόνιμον εἶναι δεῖ. γίγνεται γὰρ φύλαξ τῆς τε ὑπαρχούσης φιλίας αὐτοῖς, καὶ ἔτι πλείονος ἐπιμελητὴς ὅπως ἔσται διὰ τὴν τότε ξυνουσίαν.

D *ΚΛ.* Ἀληθέστατα.

ΑΘ. Οὐκοῦν νήφοντά τε καὶ σοφὸν ἄρχοντα μεθυόντων δεῖ καθιστάναι, καὶ μὴ τοὐναντίον; μεθυόντων γὰρ μεθύων καὶ νέος ἄρχων μὴ σοφός, εἰ μὴ κακὸν ἀπεργάσαιτό τι μέγα, πολλῇ χρῷτ' ἂν ἀγαθῇ τύχῃ.

ΚΛ. Παμπόλλη μὲν οὖν.

ΑΘ. Οὐκοῦν εἰ μὲν γιγνομένων ὡς δυνατὸν ὀρθότατα τούτων ἐν ταῖς πόλεσι τῶν ξυνουσιῶν μέμ-

E φοιτό τις, ἐπικαλῶν αὐτῷ τῷ πράγματι, τάχ' ἂν ὀρθῶς ἴσως μέμφοιτο· εἰ δὲ ἁμαρτανόμενον ὡς οἷόν

D. ἐπικαλῶν αὐτῷ τῷ πράγματι] αὐτῶν A. Ω. x. errore manifesto.

E. τάχ' ἂν ὀρθῶς ἴσως μέμφοιτο] ἂν post ἴσως vulgo male repetitum omittunt codd. omnes, nisi forte Voss. illud habet, de quo siletur.

P. 641. τοὐπὶ τῷδε] V. τὸ ἐπὶ τ. Crasin agnoscunt A. Ω.

est; solent enim vocabula sic diversis casibus repetita iuxta collocari. Phaed. p. 71. C: μεταξὺ δύο δυοῖν ὄντοιν. Phileb. p. 60. C: χωρὶς ἑκάτερον ἑκατέρου θέντες. Tim. p. 33. A: ἓν ὅλον ὅλων ἐξ ἁπάντων τελέων τέλεον ξυνέστησεν. v. ann. nostra ad Menex. p. 299. D.

C. Τί μήν; ὡς οὐδενί γε πρ.] Mireris Stephanum τί μή; desiderantem. Creberrimus enim hic usus est formulae τί μήν; Vide, si tanti est, ad Phileb. p. 17. B. et 44. B. Proxima sic interpreteris: Utrum igitur talem magistrum perturbatione liberum exquiri oportet? De πότερον non subsequente ἤ v. ad Menon. p. 98. D. et Sophist. p. 264. D.

φύλαξ τῆς τε ὑπαρχούσης φιλίας] Sic τε collocatum perinde ac si subsequeretur καὶ τῆς ἐσομένης. Mutatus igitur structurae tenor, atque notanda est verborum anacoluthia.

D. ἐπικαλῶν αὐτῷ τῷ πράγματι] ipsam rem reprehendens nec potius vitia cum ea coniuncta.

τε μάλιστα ἐπιτήδευμά τις ὁρῶν λοιδορεῖ, πρῶτον
μὲν δῆλον, ὡς ἀγνοεῖ τοῦτ' αὐτὸ γιγνόμενον οὐκ
ὀρθῶς, εἶθ' ὅτι πᾶν τούτῳ τῷ τρόπῳ φανεῖται πο-
νηρόν, δεσπότου τε καὶ ἄρχοντος νήφοντος χωρὶς
πραττόμενον. ἢ οὐ ξυννοεῖς τοῦθ', ὅτι μεθύων κυ-
βερνήτης καὶ πᾶς παντὸς ἄρχων ἀνατρέπει πάντα 641
εἴτε πλοῖα εἴτε ἅρματα εἴτε στρατόπεδον, εἴτε ὅ τί
ποτ' εἴη τὸ κυβερνώμενον ὑπ' αὐτοῦ;

Cap. XI. *ΚΛ.* Παντάπασι τοῦτό γε ἀληθὲς
εἴρηκας, ὦ ξένε· τοὐπὶ τῷδε δ' ἡμῖν λέγε, τί ποτ',
ἂν γίγνηται τοῦτο ὀρθὸν τὸ περὶ τὰς πόσεις νόμι-
μον, ἀγαθὸν ἂν δράσειεν ἡμᾶς; οἷον, ὃ νῦν δὴ ἐλέ-
γομεν, εἰ στράτευμα ὀρθῆς ἡγεμονίας τυγχάνοι, νίκη
πολέμου τοῖς ἑπομένοις ἂν γίγνοιτο, οὐ σμικρὸν ἀγα-
θόν· καὶ τἄλλ' οὕτω· συμποσίου δὲ ὀρθῶς παιδα- B
γωγηθέντος τί μέγα ἰδιώταις ἢ τῇ πόλει γίγνοιτ' ἄν;

ΑΘ. Τί δέ; παιδὸς ἑνὸς ἢ καὶ χοροῦ παιδαγω-
γηθέντος κατὰ τρόπον ἑνὸς τί μέγα τῇ πόλει φαῖμεν
ἂν γίγνεσθαι; ἢ τοῦτο οὕτως ἐρωτηθέντες εἴποιμεν
ἄν, ὡς ἑνὸς μὲν βραχύ τι τῇ πόλει γίγνοιτ' ἂν ὄφε-
λος, εἰ δ' ὅλως ἐρωτᾷς παιδείαν τῶν παιδευθέντων,

v. f. h. r. a. c. δ. o. z. In Ven. Ξ. extat τὸ 'πὶ τ.

βραχύ τι τῇ πόλει] Vulgo: βραχύ τι πόλει. Par. A. v. f. h. r. δ. o. x. z. βραχὺ τῇ πόλει, quod receperunt Turr. Herm. Schneid. Vat. Ω. Flor. a. βραχὺ [τῇ] τι πόλει. Hinc cum Bekkero effinximus: βραχύ τι τῇ πόλει. v. explicat.

Cap. XI. P. 641. *τοὐπὶ τῷδε δ' ἡμῖν λέγε*] Apol. Socr. p. 27. B: *ἀλλὰ τὸ ἐπὶ τούτῳ ἀπόκριναι, ἔσθ' ὅστις κ. τ. λ.* Gorg. p. 512. E: *τὸ ἐπὶ τούτῳ σκεπτέον, τίν' ἂν τρόπον τοῦτον κ. τ. λ.* Quod pro vulg. *τὸ ἐπὶ* auctoritate codicum *τοὐπὶ* scripsimus, eandem crasin habes in *τοὐπ' ἐμέ, τοὐπί σε,* qua formula utitur Eurip. Hecub. v. 514. Orest. v. 1338. ubi v. Porsonus. — *τοῖς ἑπομένοις,* sc. *τῷ ἡγουμένῳ.*

B. *ὀρθῶς παιδαγωγηθέντος*] *Παιδαγωγεῖν* latiore significatione positum omnino est regere, gubernare, moderari. Eodem modo infra X. p. 897. B. Tim. p. 89. D. ubi v. ann. nostr. Reip. X. p. 600. E. Alcib. I. p. 135. D. Theaet. p. 167. C. al.

ὡς ἑνὸς μὲν βραχύ τι τῇ π.] Ad *ἑνὸς μὲν* int. *κατὰ τρόπον παιδαγωγηθέντος.* Dein *τι* post *βραχὺ* omittunt codd. plerique omnes. Iniuria, opinor. Iungendum: *ὡς ἑνὸς μὲν γίγνοιτ' ἂν ὄφελος βραχύ τι.* Tim. p.

τί μέγα τὴν πόλιν ὀνίνησιν, οὐ χαλεπὸν εἰπεῖν, ὅτι παιδευθέντες μὲν εὖ γίγνοιντ' ἂν ἄνδρες ἀγαθοί, C γενόμενοι δὲ τοιοῦτοι τά τε ἄλλα πράττοιεν καλῶς, ἔτι δὲ κἂν νικῷεν τοὺς πολεμίους μαχόμενοι. παιδεία μὲν οὖν φέρει καὶ νίκην, νίκη δ' ἐνίοτε ἀπαιδευσίαν· πολλοὶ γὰρ ὑβριστότεροι διὰ πολέμων νίκας γενόμενοι μυρίων ἄλλων κακῶν δι' ὕβριν ἐνεπλήσθησαν, καὶ παιδεία μὲν οὐδεπώποτε γέγονε Καδμεία, νῖκαι δὲ ἀνθρώποις πολλαὶ δὴ τοιαῦται γεγόνασί τε καὶ ἔσονται.

ΚΛ. Δοκεῖς ἡμῖν, ὦ φίλε, τὴν ἐν τοῖς οἴνοις D κοινὴν διατριβὴν ὡς εἰς παιδείας μεγάλην μοῖραν τείνουσαν λέγειν, ἂν ὀρθῶς γίγνηται.

ΑΘ. Τί μήν;

D. Ἔχοις ἂν οὖν τὸ μ.] Inserui οὖν etiam ab Schneidero neglectum ex Par. A., qui teste Bastio ita scriptum habet, et Ω. v. f. h. r. a. δ. o. z.

E. ἁμωσγέπως ξυντ.] ἁμωσγέπως A Ω, sicuti ubique. Nec vero temere. Alii ἀμωσγέπως. Turr. cum Bekkero: ἀμῶς γέ πως divise. Res eodem redit. Parisinum et Vat. secuti sumus locis omnibus.

51. E: ἀνθρώπων — γένος βραχύ τι. De Rep. VII. p. 526. D: βραχύ τι ἂν ἐξαρκοῖ γεωμετρίας μόριον. Et sic sexcenties βραχύ τι, βραχέα ἄττα, σμικρόν τι et σμίκρ' ἄττα, usurpatur. Eiectum videtur τι ob sequens τῇ.

C. νικῷεν τοὺς πολ. μαχόμενοι] V. ad p. 638. E.

διὰ πολέμων νίκας γ.] Sic paullo ante p. 641. A: νίκη πολέμου. P. 638. A: νίκην τε καὶ ἧτταν λέγοντες μάχης. Sed infra p. 647. A. est: τὴν ἐν τῷ πολέμῳ νίκην. al.

παιδεία μὲν οὐδεπώποτε γέγονε Καδμεία] H. e. eam possidentibus exitiosa. Nam νίκη Καδμεία in proverbio dicebatur victoria ipsis victoribus inutilis ac damnosa; v. Pausan. IX. 9, 3. Suidas T. II. p. 217. Zenobius Prov. IV. p. 495. Diogenian. Cent. V. Ad. XXXIV. Apostolius, Erasmus, alii multi, quos laudavit Schottus. Adagg. et ad h. l. Astius. Addas licet etiam Inptt. ad Herodot. I. 166. et Creuzerum ad Proclum in Alcibiad. I. p. 221. ubi hic Platonis locus respicitur.

D. ὡς εἰς παιδείας μεγάλην μοῖραν τ.] tanquam pertinentem ad magnam eruditionis partem, h. e. multum momenti ad eam facientem.

Τὸ μὲν ἀληθές, ὦ ξένε, —] In his verba: ταῦτα οὕτως ἔχειν, per epexegesin addita sunt praecedenti τὸ μὲν ἀληθές, quod itidem ex διϊσχυρίζεσθαι pendet. Quamobrem post διϊσχυρίζεσθαι orationem commate distinxisse iuvabit. Nam dicit Atheniensis hoc: Id, quod verum est, affirmare, hoc est, haec ita se habere contendere, dei fuerit. Similis sententia

ΚΛ. Ἔχοις ἂν οὖν τὸ μετὰ τοῦτ' εἰπεῖν, ὡς ἔστι τὸ νῦν εἰρημένον ἀληθές;

ΑΘ. Τὸ μὲν ἀληθές, ὦ ξένε, διισχυρίζεσθαι, ταῦτα οὕτως ἔχειν, πολλῶν ἀμφισβητούντων, θεοῦ· εἰ δ' ὅπῃ ἐμοὶ φαίνεται δεῖ λέγειν, οὐδεὶς φθόνος, ἐπείπερ ὡρμήκαμέν γε τοὺς λόγους περὶ νόμων καὶ πολιτείας ποιεῖσθαι τὰ νῦν.

ΚΛ. Τοῦτ' αὐτὸ δὴ πειρώμεθα, τὸ σοὶ δοκοῦν, περὶ τῶν νῦν ἀμφισβητουμένων καταμαθεῖν.

ΑΘ. Ἀλλὰ χρὴ ποιεῖν οὕτως, ὑμᾶς τε ἐπὶ τὸ E μαθεῖν καὶ ἐμὲ ἐπὶ τὸ δηλῶσαι πειρώμενον ἀμωσγέπως ξυντεῖναι τὸν λόγον. πρῶτον δέ μου ἀκούσατε τὸ τοιόνδε. τὴν πόλιν ἅπαντες ἡμῶν Ἕλληνες ὑπολαμβάνουσιν ὡς φιλόλογός τέ ἐστι καὶ πολύλογος,

E. *ὡς φιλόλογός τέ ἐστι καὶ πολύλογος*] *φιλόλογος* et *πολύλογος* retracto accentu A. Ξ. Ω. v. f. h. r. z. Dein A. et pr. Ω. etiam *βραχύλογον*. Receperunt Turicenses. Stobaei codd. Floreil. T. XXXV. 11. Vol. II. p. 40. ed Gaisf. Lips. item habent *φιλόλογος* et *πολύλογος*. Perperam alii *φιλολόγος* et *πολυλόγος*, item *βραχυλόγον*.

est, sed in caussa plane alia multumque diversa, Phaedon. p. 63. C: *καὶ τοῦτο μὲν οὐκ ἂν πάνυ διϊσχυρισαίμην· ὅτι μέντοι παρὰ θεοὺς δεσπότας πάνυ ἀγαθοὺς ἥξειν, εὖ ἴστε, ὅτι, εἴπερ τι ἄλλο τῶν τοιούτων, διϊσχυρισαίμην ἂν καὶ τοῦτο.* Quod *θεοῦ* dicitur omisso *ἐστίν*, eam rationem loquendi ad Libr. X. p. 909. E. exemplis firmabimus. — Formulam loquendi: *οὐδεὶς φθόνος*, illustrarunt intpp. ad Phaedon. p. 61. D. — Mox *τοὺς λόγους ποιεῖσθαι* quod dicit, addito articulo, intelligit eos sermones, quos nunc ipsum instituerunt.

Τοῦτ' αὐτὸ δὴ πειρώμεθα —] Referuntur haec verba ad superiora illa: *εἰ δ' ὅπῃ ἐμοὶ φ. δ. λ., οὐδεὶς φθόνος.* Quocirca Clinias hoc dicit: Hoc ipsum iam conemur plane cognoscere, hoc est illud, quod tibi videtur, s. tuam sententiam. Nam *τὸ σοὶ δοκοῦν* facile apparet interpretationis gratia esse interpositum. De *τὸ δοκοῦν* vide, si tanti est, Bernhardy Synt. Gr. p. 327.

E. *ὑμᾶς τε ἐπὶ τὸ μαθεῖν — ξυντεῖναι τὸν λόγον*] Haec per zeugma quoddam explicanda videntur. Nam ex *ξυντεῖναι τὸν λόγον*, quod tantummodo referri potest ad *καὶ ἐμὲ ἐπὶ τὸ δηλῶσαι*, ad superiora intelligendum relinquitur *ἀναφέρειν τὸν λόγον πειρωμένους* aut simile quiddam. De participio *πειρώμενον* v. Matthiae Gr. §. 555. ann. 2. Bernhardy l. c. p. 463.

τὴν πόλιν ἅπαντες ἡμῶν —] In vulgus nota est Spartanorum et Cretensium atque omnino Doricarum gentium breviloquentia, de qua nostra aetate omnium optime disputavit

Λακεδαίμονα δὲ καὶ Κρήτην, τὴν μὲν βραχύλογον, τὴν δὲ πολύνοιαν μᾶλλον ἢ πολυλογίαν ἀσκοῦσαν.
642 σκοπῶ δή, μὴ δόξαν ὑμῖν παράσχωμαι περὶ σμικροῦ πολλὰ λέγειν, μεῖθης πέρι, σμικροῦ πράγματος, παμμήκη λόγον ἀνακαθαιρόμενος. τὸ δὲ ἡ κατὰ φύσιν αὐτοῦ διόρθωσις οὐκ ἂν δύναιτο ἄνευ μουσικῆς ὀρθότητός ποτε σαφὲς οὐδὲ ἱκανὸν ἐν τοῖς λόγοις ἀπολαβεῖν· μουσικὴ δὲ ἄνευ παιδείας τῆς πάσης οὐκ ἂν αὖ ποτε δύναιτο· ταῦτα δὲ παμπόλλων ἐστὶ λόγων. ὁρᾶτε οὖν, τί ποιῶμεν, εἰ ταῦτα μὲν ἐάσαιμεν ἐν τῷ παρόντι,

P. 642. *περὶ σμικροῦ πολλὰ λ.*] σμικρὰ A. et pr. Ω. male.

Otfr. Müllerus Doriens. Vol. II. p. 386 sqq. conf. etiam Hoeck. De Creta insula Vol. III. p. 439 sqq. Quem vulgo huc referunt locum Plat. Protagor. p. 342. D., eum tenendum est urbanissima perfusum esse irrisione, ut caute eo utendum sit. Ceterum non negligendum est, quod Plato hoc loco Lacedaemoniis βραχυλογίαν, Cretensibus autem πολύνοιαν tanquam propriam attribuit.

σκοπῶ δή, μὴ δόξαν ὑμῖν —] Phaedr. p. 260. A: δεῖ — σκοπεῖν, μή τι λέγωσιν. Hipp. mai. p. 300. D: ἐνθυμοῦμαι — μὴ παίζῃς. De Rep. X. p. 609. C: ἐννόει, μὴ ἐξαπατηθῶμεν. Gorg. p. 495. B: ἄθρει, μὴ οὐ τοῦτο ᾖ τὸ ἀγαθόν. Nimirum in σκοπῶ δὴ verendi notio continetur.

P. 642. *παμμήκη λόγον ἀνακαθαιρόμενος.*] perlongum suscipiens sermonem rei tanquam purgandae, h. e. discernendae et extricandae, caussa. Hoc enim sensu istud ἀνακαθαιρόμενος cum Schneidero Saxon. in Lexic. T. I. p. 98. acceperim. Infra libr. III. p. 678. D: ὥστε ἀπορία πᾶσα ἦν τοῦ ἀνακαθαίρεσθαι τὰ τοιαῦτα, (τὰ μέταλλα συγκεχυμένα). Aliter Astius, qui formulam putat significare: sermonem exprimere et perpolire, remotis omnibus, quae eum obscurare aut deformare possint, orationem usque ad liquidum sensum perducere.

τὸ δὲ ἡ κατὰ φύσιν — ἀπολαβεῖν·] In his τὸ δέ per se seorsum accipiendum atque interpretandum est quod contra, verum tamen, at vero; de quo usu loquendi v. ad Apolog. Socr. p. 23. A. — ἡ κατὰ φύσιν αὐτοῦ διόρθωσις, recta eius dispositio, quae sit naturae ipsius consentanea. Nam διόρθωσις quum proprie sit correctio, tum apte dicitur etiam recta alicuius rei constitutio. Itaque hoc dicit: recta compotationum dispositio sine recta musicae ratione non poterit pro sua parte certi quid atque pleni in sermonibus accipere, h. e. satis dilucide atque plene oratione explicari, uti fieri ipsi par est. Quamobrem significat, disputationem de recta compotationum ratione instituendam arctissime cohaerere cum universa animi rite excolendi disciplina. Nam μουσικήν satis constat a Platone saepissime

μετεκβαῖμεν δ' εἰς ἕτερόν τινα νόμων πέρι λόγον.

ΜΕ. Ὦ ξένε Ἀθηναῖε, οὐκ οἶσθ' ἴσως, ὅτι τυγχάνει ἡμῶν ἡ ἑστία τῆς πόλεως οὖσα ὑμῶν πρόξενος. ἴσως μὲν οὖν καὶ πᾶσι τοῖς παισίν, ἐπειδὰν ἀκούσωσιν, ὅτι τινός εἰσι πόλεως πρόξενοι, ταύτῃ τις εὔνοια ἐκ νέων εὐθὺς ἐνδύεται ἕκαστον ἡμῶν τῶν προξένων τῇ πόλει, ὡς δευτέρᾳ οὔσῃ πατρίδι μετὰ τὴν αὑτοῦ πόλιν· καὶ δὴ καὶ ἐμοὶ νῦν ταὐτὸ τοῦτο ἐγγέγονεν· ἀκούων γὰρ ἐκ τῶν παίδων εὐθύς, εἴ τι μέμφοιντο ἢ καὶ ἐπαινοῖεν Λακεδαιμόνιοι Ἀθηναίους, B C

dici orbem doctrinae liberalioris, quae valet ad animum excolendum conformandumque ad humanitatis virtutem. Quod ad *σαφὲς οὐδ' ἱκανόν* non additum est *τι*, id nihil inusitati esse ostendimus ad Sympos. p. 175. B. conf. supra p. 633. B. De v. *ἀπολαβεῖν* v. Hermann. ad Lucian. De conscr. histor. p. 309.

εἰ ταῦτα μὲν ἐάσαιμεν —] Verba: *εἰ ταῦτα μὲν* — *νόμων πέρ. λόγων* pro interpretamento habet et uncis circumscripsit C. Fr. Hermann., de quo nos quidem sentimus aliter. Falso item Astius censet, *εἰ* hoc loco idem esse quod *πότερον*. Quod si verum esset, pro optativo certe item coniunctivus requireretur. At enim vero sententia verborum haec est: videte igitur, quid nobis faciendum sit, si haec in praesenti mittamus et ad aliam de legibus disputationem transeamus.

B. *ἡ ἑστία τῆς πόλεως* —] *Πρόξενοι* vocantur vel hospites publici, qui nomine civitatis peregrinos excipiunt, vel qui publico fruuntur hospitio. Etenim *πρόξενοι* sunt urbium atque populorum, quum *ξένοι* sint singulorum civium, fuitque *προξενία* nihil aliud nisi hospitium publicum, quo nomine utuntur etiam scriptores Latini Liv. V. 28. XXXVII. 54. Cicer. Verr. IV. 65. Nep. Cim. 3, 3. Itaque Megillus ait domum suam hospitio Atheniensium esse usam. Nam *ἑστία* per metonymiam est: domus et familia, ut Libr. XI. 915. A. 919. E. Menex. 249. B. De proxenia v. Spanhem. ad Rann. v. 460. Valckenar. ad Ammon. p. 201 sqq. s. III. 10. ad Herodot. V. 57. p. 463. Kōnius ad Gregor. Corinth. p. 552. Meier et Schōmann. De Lite Attica p. 56. Westermann. De publicis Athenn. honoribus p. 42. Beck. ad Aristoph. Avv. v. 1022. Boeckh. ad Corpus Inscriptt. I. p. 731 sqq. Oeconom. Civit. Athen. I. p. 55. 155. 255. II. p. 48. 77. Meier. De proxenia Att. Halis 1843. 4.

ἴσως μὲν οὖν καὶ πᾶσι τοῖς παισίν —] Oratio est *ἀνακόλουθος*. Nam post *πᾶσι τοῖς παισίν* deinde, verbis pluribus interiectis, repente infertur *ἕκαστον ἡμῶν τῶν προξένων*, adeoque illato verbo *ἐνδύεται* ad accusativum transitur, ita ut dativi nulla amplius ratio habeatur. De *ἐκ νέων εὐθύς* v. Bährium ad Plutarch. Alcibiad. p. 78. et Philopoem. p.

ὡς ἡ πόλις ὑμῶν, ὦ Μέγιλλε, ἔφασαν, ἡμᾶς οὐ καλῶς ἢ καλῶς ἔῤῥεξε, — ταῦτα δὴ ἀκούων καὶ μαχόμενος πρὸς αὐτὰ ὑπὲρ ὑμῶν ἀεὶ πρὸς τοὺς τὴν πόλιν εἰς ψόγον ἄγοντας πᾶσαν εὔνοιαν ἔσχον. καί μοι νῦν ἥ τε φωνὴ προςφιλὴς ὑμῶν, τό τε ὑπὸ πολλῶν λεγόμενον, ὡς ὅσοι Ἀθηναίων εἰσὶν ἀγαθοὶ διαφερόντως

D. *ἀκούσας τε καὶ ἀποδεξάμενος*] Inserui τε ex Par.

11. Ac fortasse etiam in proximis reponendum est: *ἀκούων γὰρ ἐκ τῶν παίδων εὐθύς*, quod placuit Astio. Memoravit autem iam Stephan. *ἐκ τῶν παίδων* tanquam var. lectionem.

C. *ὡς ἡ πόλις ὑμῶν, ὦ Μ., ἔφασαν, ἡμ.*] Fervidius loquens ad rectam transit orationem, interposito *ἔφασαν*. Nam *ὡς*, sicuti *ὅτι*, nunc rectae orationi praemittitur. Istud, *ἡμᾶς οὐ καλῶς ἢ καλῶς ἔῤῥεξε*, iudice Boeckhio p. 70., Laconismum sapit. Nam *ῥέζειν καλῶς, κακῶς, καλά, κακά*, etc. Homericum et Pindaricum est, sicuti docuit Stephanus in Thesauro; ab Attico usu prorsus abhorret. Quamobrem ille verisimiliter statuit, Platonem illud e Laconico Dorismo arripuisse; id quod satis clare interposito *ἔφασαν* significatur.

ὅσοι Ἀθηναίων — λέγεσθαι] Similibus laudibus patriam ac cives suos extollit philosophus etiam Menex. p. 240. C. 237. A. Crit. p. 109. C. p. 112. E. Tim. p. 24. C. quos locos etiam Boeckhius comparavit. Laudes aliorum, qui Athenas ornarunt, memorant Casaubon. ad Theophrast. Char. I. p. 13. Valckenar. ad Lucian. p. 346. 422. Creuzer. Orat. de Athen. p. 33 sqq.

θείᾳ μοίρᾳ ἀληθῶς καὶ οὔτι πλαστῶς] Haec verba videbantur Valckenario Diatrib. in Eurip. Fragm. p. 41. interpretamentum vocis *αὐτοφυῶς* continere ideoque tanquam supervacanea eiicienda esse. Quod quidem viri egregii iudicium si verum esset, supersedere possemus utique molesto negotio examinandi ea, quae de hoc loco nuper disseruit Zellerus Studior. Platon. p. 109 sq. Is enim istud *θείᾳ μοίρᾳ* inepte dici censet, propterea quod ea formula semper significetur virtus, quae quum casu et fortunae beneficio alicui obtigerit, tum careat item recti scientia certaque officii persuasione, eamque ob caussam non in laude sed fere in vitio ponatur. Verum enimvero non puto equidem Valckenarium recte statuisse. Nam ut taceam de auctoritate codicum, qui vulgatam scripturam communi consensione tuentur, primum quidem istud, *ἀληθῶς καὶ οὔ τι πλαστῶς*, quod dicitur ut Sophist. p. 216. C. *μὴ πλαστῶς ἀλλ' ὄντως φιλόσοφος*. Reip. VI. p 485. D. *μὴ πεπλασμένως ἀλλ' ἀληθῶς*, alia similia, longe aliud quid significat quam antegressum *αὐτοφυῶς*, ideoque non potuit nasci ex interpretatione. Deinde etiam *θείᾳ μοίρᾳ* certe plus est quam *αὐτοφυῶς*, quandoquidem divini beneficii facit indicium. Ac discernitur utrumque etiam Menon. extr. *ἀρετὴ ἂν εἴη οὔτε φύσει οὔτε διδακτόν, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ παραγιγνομένη ἄνευ νοῦ οἷς ἂν παραγίγνηται.* Itaque

εἰσὶ τοιοῦτοι, δοκεῖ ἀληθέστατα λέγεσθαι· μόνοι γὰρ ἄνευ ἀνάγκης αὐτοφυῶς θείᾳ μοίρᾳ ἀληθῶς καὶ οὔ D τι πλαστῶς εἰσὶν ἀγαθοί. θαῤῥῶν δὴ ἐμοῦ γε ἕνεκα λέγοις ἂν τοσαῦτα ὁπόσα σοι φίλον.

ΚΛ. Καὶ μήν, ὦ ξένε, καὶ τὸν παρ' ἐμοῦ λόγον ἀκούσας τε καὶ ἀποδεξάμενος θαῤῥῶν ὁπόσα βούλει

A. B. (hi enim teste Bastio voculam exhibent) et Ξ. Ω. v. f. h. r. o. c. ο. δ.

missa **Valckenarii** suspicione accedamus ad considerandam sententiam **Zelleri**. Quae quidem quid veri contineat, ex his fere clarum fiet atque perspicuum. Distinxit Plato, ut alibi ostendimus, varios virtutis tanquam gradus, ita quidem, ut eos diversos esse vellet, prouti ipsa virtus ad scientiae laudem et constantiam propius accederet aut longius ab eadem abesset. Nam alios censuit disciplina, exercitatione et coeca quasi consuetudine, quae rationis lumine careret, ad recte agendum perduci; alios vidit divino quodam naturae beneficio praeclaram ad virtutem indolem nactos esse ideoque ad bonum et laudabile nativo quodam impetu ferri, quibus quidem virtutem arbitratus est *θείᾳ μοίρᾳ* obtingere; alios denique indicavit duce sapientia atque philosophia moderatrice ita bene agere honesteque vivere, ut consiliorum factorumque suorum rationem exploratam haberent vereque sapienter viverent. Et priora quidem virtutis genera, quae vel disciplinae et consuetudinis beneficio vel nativa ad virtutem indole divino munere accepta homini obtingerent, etiam magnae multitudini et hominibus a philosophiae studio alienis concessit; tertium autem genus, quod scientiam haberet adiunctam, unis veris philosophis tanquam proprium vindicavit, sicuti ex iis sermonibus apparet, in quibus de virtutis comparandae ratione subtilius disputatur. Quapropter etiam tam fortuitam quam *τὴν δημώδη ἀρετήν*, h. e. **vulgarem**, a virtute ea distinxit, quae in veris germanisque philosophis esset conspicua: id quod multis locis demonstrari potest, veluti Phaedon. p. 82. A. B. ibique ann. Theaet. p. 176. B. al. Haec igitur tenentes facile opinor intelligemus, cur hic Athenienses ita laudentur, ut iis divino munere dicatur nativa tanquam virtus obtigisse. Neque enim id pertinet ad reprehensionem aut contemtum. Ac si verum quaerimus, ne potuit quidem dici aliter. Quum enim de naturae bonis, quibus Athenienses insignes haberentur, exponendum esset, profecto non potuit iis tribui virtus ea, quae philosophos deceret, sed necessario memoranda fuit virtutis indoles divino beneficio iis praeter ceteros propria. Etsi igitur alibi vulgaris illa virtus, quae non tam scientiam, quam rectae opinionis laudem consectatur, ubi comparatur ad perfectae virtutis excellentiam, saepenumero non sine contemtione commemoratur; tamen hoc loco eam apparet graviter atque serio cum maximi honoris significatione Atheniensibus attribui.

D. *ἐμοῦ γε ἕνεκα*] **quan-**

λέγε. τῇδε γὰρ ἴσως ἀκήκοας, ὡς Ἐπιμενίδης γέγονεν

tum quidem ad me attinet; v. ad Remp. I. p. 329. B.

τῇδε γὰρ ἴσως ἀκήκοας] Scita est Astii coniectura, legendum putantis: ἤδη γὰρ ἴσως ἀκ.

ὡς Ἐπιμενίδης γέγονεν ἀνὴρ θεῖος —] Nodus est admodum difficilis, qui in hoc loco haeret. Quamobrem his quoque verbis nuper usus Zellerus est Stud. Platonn. p. 70. et 111 sq. ad evertendam huius operis fidem et auctoritatem. Etenim quod Epimenides narratur πρὸ τῶν Περσικῶν δέκα ἔτεσι πρότερον Athenas profectus esse, id certe non concordat cum aliorum scriptorum narratione. Nam hi eum memoriae prodiderunt iam post trucem illam internecionem eorum, qui una cum Cylone inter sacra Olympia arcem Athenarum occupassent, iussu oraculi Delphici Athenas vocatum esse, ut Athenienses expiaret pestemque saevissime grassantem averteret. Iam vero tumultus a Cylone moti Megacle Archonte, hoc est Olymp. 42. 1. = 612. a. Chr. n. evenerunt; de quibus v. Herodot. V. 71. Thucydides I. 126. Plutarch. Vit. Solon. c. 12. Diogen. Laërt. I. 110. Adventus autem Epimenidis in Atticam incidit circiter in Olymp. 46. init. h. e. a. 596. a. Chr. n. Quamquam de hac re nonnihil discrepant veterum scriptorum testimonia, de quibus subtiliter exposuit Heinrich in Epimenide p. 15 sqq. quocum conf. etiam Siebelis ad Pausan. I. 28, 5. p. 102. Sed circa illud tempus tamen probabile est eum celebratissimas illas Athenarum lustrationes instituisse, de quibus exponunt Diogen. Laërt. in Vita Epimenid. I. c. 10. §. 109 sqq. Plutarch. Vit. Sol. c. 12. Suidas s. v. Ἐπιμενίδης alii, quorum locos egregie tractavit Heinrich. l. c. p. 87 — 118. Hoeck. Kreta Vol. III. p. 246 — 286. Quod igitur Plato narrat Epimenidem decem annis ante bellorum Persicorum initium Athenas venisse, id mirum quantum ab aliorum narratione recedit. Difficultatem interpretando tollere conatus est Aldobrandinus ad Diogen. Laërt. l. c., qui verba Platonis: πρὸ τῶν Περσικῶν δέκα ἔτεσι πρότερον, explicat: antequam Persae in Lydiam venirent. Ita enim putat cum Laërtio consentire Platonem, siquidem Cyrus res Persarum Sardes ingressus sit victor annis decem postquam Epimenides urbem Athenas purgaverit. At enimvero in irritum cadere hanc rationem, subtiliter demonstravit Hemsterhusius ad Luciani Timon. T. I. p. 111. s. p. 379 sqq. ed. Lehm. Primum enim vir doctus calculos male subduxit, si quidem ipsi pro decem annis rectius dicendum fuit Olympiadas decem. Deinde ne legit quidem proxima: καὶ δὴ καὶ φοβουμένων τὸν Περσικὸν Ἀθ. στόλον, κ. τ. λ. quae quin ad Mardonii in Ioniam, Thraciam ac Macedoniam, aut potius Datis et Artaphernis in Atticam expeditionem pertineant, nullus est dubitandi locus. Itaque Plato manifesto statuit, Epimenidem Athenis fuisse secundo tertiove anno Olymp. LXVIII., hoc est, sex et triginta plus minus annis post occupatas a Cyro Sardes, aut, si mavis sub initium Olymp. LXX. quod postremum placuit etiam Bentleio in Respons. ad Boyl. Opusc. critic. p. 182. conf. Clinton. Fast. Hellen. p. 255. Praeterea phi-

ἀνὴρ θεῖος, ὃς ἦν ἡμῖν οἰκεῖος, ἐλθὼν δὲ πρὸ τῶν

losophus libr. III. p. 677. D. hospitem Atheniensem ita loquentem facit: ἆρ' οἶσθ', ὦ Κλεινία, τὸν φίλον ὅτι παρέλιπες τὸν ἀτεχνῶς χθὲς γενόμενον: is vero Epimenides est, sicuti ex consequentibus patet. Quocirca ex iis, quae secundum Hemsterhusium exposuimus, certissime apparet, de Sardium expugnatione haudquaquam cogitari licere. Non pluris aestimanda est ratio Meursii, qui in Solon. c. 9 pro δέκα ἔτεσι πρότερον legi iubet ρκα, i. e. CXXI. quamquam ea non displicuit Wyttenbachio ad Plutarchi Moral. p. 967. Nam huic quoque coniecturae mirum quantum adversantur quae statim subiunguntur: φοβουμένων — Ἀθηναίων itemque illa Libr. III. p. 677. D. Accedit quod codicum Platon. scripturam confirmant etiam Clemens Alex. Strom. VI. p. 268. ed. Pott. Schol. Thucydidis ad I. 126. Proclus in Hesiod. Opp. et DD. p. 20. ed. Dan. Heins. ut eius auctoritas temere convelli non debeat. Salva igitur est librorum lectio et incolumis, ut hoc unum quaerendum videatur, qua ratione ea sit explicanda. Et Zellerus quidem putat scriptorem libri, hoc est, non Platonem, sed ineptum aliquem tenebrionem, prava imitatione loci Sympos. p. 201. D. deceptum, in turpissimam fraudem incidisse. Eo enim loco Diotima dicitur πρὸ τοῦ λοιμοῦ δέκα ἔτη ἀναβολὴν ποιῆσαι τῆς νόσου. Quemadmodum igitur ibi illa narratur pestem decem annos procrastinasse, ita Zellerus arbitratur nunc Epimenidem dici imminentis belli periculum in decem annos distulisse. Sed quamvis ea coniectura primo adspectu ingeniosa videatur, tamen impetrare a nobis non possumus, ut eam pro vera probemus. Nam perquam est veridissimile, imo prorsus incredibile, scriptorem mera decennii commemoratione eo esse perductum, ut de belli Persici ipsiusque Epimenidis temporibus res plane inauditas comminisceretur. Alia certe rei ratio foret, si etiam pestem memorasset talem, qualis in Symposio commemoratur. Itaque missa hac Zelleri suspicione aliorum rationes videamus. Inter quas inprimis illa memoranda est, quam iniit Heinrichius in Epimenide p. 20. Is enim, Bentleii sequutus auctoritatem, Platonem omnino in definiendis temporibus minus accuratum fuisse ideoque hic quoque sive prudentem sive imprudentem anachronismum admisisse arbitratur. Quam quidem sententiam nuper etiam Hermann. De magistris Socratis p. 18. amplexus est. At enim vero si philosophus prudens temporum rationes conturbavisset, certe in ea re aliquid sequutus esset. Neque enim usquam temere talibus utitur anachronismis, sicuti alibi ostendimus. Hic vero quid aut quale illud sit, quod ea re spectaverit, ne Oedipus quidem divinaverit. Relinqui ergo videtur, ut eum imprudentem tempora neglexisse statuamus. At hoc quoque perquam veridissimile est. Nam quis tandem est qui sibi persuadeat, philosophum tempora Solonis, a quo ipse gentis suae repetebat origines, adeo non cognita habuisse, ut ne Epimenidis quidem res ad illa ipsa pertinentes (vid. Plutarch. Vit. Solon. c. 12.) recordatus sit? Itaque alia rei caussa sit atque ratio, prorsus necesse est. Putamus vero Platonem haec scribentem aliam sequutum esse narrationem in-

Περσικῶν δέκα ἔτεσι πρότερον παρ' ὑμᾶς κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ μαντείαν θυσίας τε ἐθύσατό τινας, ἃς ὁ
E *θεὸς ἀνεῖλε, καὶ δὴ καὶ φοβουμένων τὸν Περσικὸν Ἀθηναίων στόλον εἶπεν, ὅτι δέκα μὲν ἐτῶν οὐχ ἥξουσιν, ὅταν δὲ ἔλθωσιν, ἀπαλλαγήσονται πράξαντες οὐδὲν ὧν ἤλπιζον παθόντες τε ἢ δράσαντες πλείω κακά. τότ' οὖν ἐξενώθησαν ὑμῖν οἱ πρόγονοι ἡμῶν,*

P. 643. *ἔχουσι γονῆς*] V. *γονεῖς*. Formam *γονῆς* in Par. A. pr. repertam esse scribit Bekkerus: sed de eo tacet

ter Graecos item divulgatam. Fieri enim potest, ut rumor sparsus fuerit aut fama aliqua propagata, qua credebant, eundem illum Epimenidem, qui olim Athenas a scelere Cylonio purgasset, etiam brevi ante bellorum Persicorum initium illuc venisse, atque factis publice sacrificiis quibusdam vaticinatum esse, irritum fore Persarum in Graeciam impetum. Qualis quidem rumor eo facilius videtur nasci et propagari potuisse, quod Epimenides inter longaevos est numeratus. Certe quidem teste Theopompo apud Plinium Hist. Nat. VII. 48. et Diogene Laërtio I. §. 111. centum et quinquaginta septem, ac secundum alios 298. annos vixit. v. Wichers ad Theopomp. Fragm. p. 159. Ponamus igitur eum circiter a. 596. ante Chr. n. Athenas venisse, (nam ante Solonem archontem, quem postea in condendis legibus adiuvisse dicitur, id acciderit necesse est) — potuit profecto fieri, ut iterum illuc anno 500. a. Chr. reverteretur, quandoquidem vel secundum Theopompi rationem quo tempore primum Athenas venit, iam sexagenarius esse potuit. Atque ea ratio certe facili negotio conciliari potest cum Diogenis Laërtii et Suidae narratione, qui Epimenidem Athenas a scelere Cylonio purgantem iam senem fuisse et paullo post reditum in patriam mortuum esse scribunt. Nam quidni tum pro sene haberi potuerit, qui sexagesimum aetatis annum iam superavisset? Quod autem non ita multo post reditum in patriam diem supremum obiisse fertur, fieri potest, ut haec narratio exinde duxerit originem, quod quae ad alterum in Atticam iter pertinuerunt, ea errore ad primum relata sunt. Atque haec si probabiliter disputata sunt, haud sane necesse est, ut cum Dodwello De Vett. Graecor. et Romanor. Cycl. Diss. III. sect. XII. extr. p. 148. statuamus, duos vixisse Epimenides, alterum Pythagora aetate superiorem et Soloni coaevum, alterum tempore inferiorem. Quod vero nemo quisquam veterum scriptorum, qui supersunt, duplex Epimenidis iter Atheniense duplicemque expiationem ab eo factam diserte memoravit, id nos quidem minime moratur. Nam quum longe celebratissima esset Cylonii sceleris expiatio, a ceteris scriptoribus huius maxime servata memoria est, praesertim quum alterum eius iter maxime vaticiniis quae de belli Persici eventu edidisset memorabile extitisset. Plato autem cur hoc potius iter commemo-

καὶ εὔνοιαν ἐκ τόσου ἔγωγε ὑμῖν καὶ οἱ ἡμέτεροι 643 ἔχουσι γονῆς.

ΑΘ. Τὰ μὲν τοίνυν ὑμέτερα ἀκούειν, ὡς ἔοικεν, ἕτοιμ' ἂν εἴη· τὰ δ' ἐμὰ βούλεσθαι μὲν ἕτοιμα, δύνασθαι δὲ οὐ πάνυ ῥᾴδια· ὅμως δὲ πειρατέον. πρῶτον δὴ οὖν πρὸς τὸν λόγον ὁρισώμεθα παιδείαν, τί ποτ' ἐστι καὶ τίνα δύναμιν ἔχει· διὰ γὰρ ταύτης φαμὲν ἰτέον εἶναι τὸν προκεχειρισμένον

Bastius, etsi is ἔχουσιν γονεῖς inde enotavit. Sed Ω. habet γονῆς. Liquido scriptum γονῆς extat in lor. a.

randum duxerit, caussa in promtu est. Commemorantem enim Cliniam senem fecit ea, quae non adeo multum ab ipsorum aetate remota essent. Sed haec satis sunto de re admodum controversa. Quae si id effecerint, ut nec Platoni temere errorem vel fraudem aliquam obtrudamus, nec Legum operi hinc porro moveatur controversia, videbimur id consequuti esse, quod maxime voluimus. Ceterum conf. etiam Brucker. Histor. Phil. I. p. 419 sqq. et Fabricii Biblioth. Gr. I. p. 31 sq. De ipso autem superstitionis genere v. Phaedrum p. 244 D. et Lobeck. Aglaoph. p. 315. – De ὅς ἦν ἡμῖν οἰκεῖος, v. Prolegg. ad Charmid. p. 85. Significare igitur Clinias videtur, genti suae aliquid cognationis cum Epimenide intercessisse. Quod si ita est, similis ei cum Epimenide necessitudo fuit atque Platoni cum Solone. Quae res non temere negligenda.

E. τὸν Περσικὸν Ἀθηναίων στόλον] Collocatio verborum in his libris non infrequens. v. p. 648. E. 858. C. 688. B. 730. A. 873. D. 920. E. al.

τότ' οὖν ἐξενώθησαν ἡμῖν —] Ad primum illud Epimenidis iter. quod unum novit, rem retulit Diogenes Laërt. I. 111. Ἀθηναῖοι δὲ τάλαντον ἐψηφίσαντο δοῦναι αὐτῷ (Epimenidi)· ὁ δὲ τὸ μὲν ἀργύριον οὐ προσήκατο, φιλίαν δὲ καὶ συμμαχίαν ἐποιήσατο Κνωσσίων καὶ Ἀθηναίων. De ἐξενώθησαν Harpocratio p. 197. ed. Bekker.: ἐξενώθησαν Ἀττικοί, ὡς Πλάτων Νόμων ά· ἐξενίσθησαν καὶ ἐπεξενώθησαν Ἕλληνες. Eadem habet Moeris, ad quem v. Pierson. p. 167. = 123. ed. Lips. Verbum ἐπιξενοῦσθαι non damnant Pollux III. 58. Thomas. M. in Ξενίζω.

P. 643. Τὰ μὲν τοίνυν ὑμέτερα —] In his τὰ ὑμέτερα pro ὑμεῖς et τὰ ἐμά pro ἐγώ dicitur. De qua loquendi ratione admodum pervulgata vide quos A. Matthiae Gr. Gr. §. 466 3. laudavit.. Adde etiam Stephanum App. de Dialecto Attica p. 115 sq. et Astium ad h. l. Sic infra III. p. 688. A. IV. p. 723. B. VI. p. 778. D. IX. p. 860. C. Gorg. p. 458. D. Lach. p. 181. A. 188. C. 189. B. 194. C. 198. C. De Rep. VII. p. 533. A. al.

ἰτέον εἶναι τὸν — λόγον] Constructionem ad Libr. VII. p. 793. E. illustravimus. Pertinent autem haec eo, quod tota haec legum ferendarum ratio secundum Platonem παιδείᾳ, h. eruditione ac disciplina, niti

ἐν τῷ νῦν λόγον ὑφ' ἡμῶν, μέχρι περ ἂν πρὸς τὸν θεὸν ἀφίκηται.

ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν δρῶμεν ταῦτα, εἴπερ σοί γε ἡδύ.

B ΑΘ. Λέγοντος τοίνυν ἐμοῦ, τί ποτε χρὴ φάναι παιδείαν εἶναι, σκέψασθε, ἂν ἀρέσκῃ τὸ λεχθέν.

ΚΛ. Λέγοις ἄν.

Cap. XII. ΑΘ. Λέγω δή, καὶ φημὶ τὸν ὁτιοῦν ἀγαθὸν ἄνδρα μέλλοντα ἔσεσθαι τοῦτο αὐτὸ ἐκ παίδων εὐθὺς μελετᾶν δεῖν παίζοντά τε καὶ σπουδάζοντα ἐν τοῖς τοῦ πράγματος ἑκάςοις προςήκουσιν· οἷον τὸν μέλλοντα ἀγαθὸν ἔσεσθαι γεωργὸν ἤ τινα οἰκοδόμον, τὸν μὲν οἰκοδομοῦντά τι τῶν παιδείων
C οἰκοδομημάτων παίζειν χρή, τὸν δ' αὖ γεωργοῦντα,

B. σκέψασθε, ἂν ἀρ.] σκέψασθαι Ald. Bas. 1. 2. Mox δεῖν post μελετᾶν om. Euseb. Praep. Ev. p. 590. B. Pro τῶν παιδείων libri Eus. παιδικῶν vel παιδιῶν.

C. προμεμαθηκέναι προμανθάνειν] Vett. editt. μαν-

debet maximeque spectare ad temperantiam, quae quomodo excitanda et colenda sit, scite docetur sic, ut quantum compotationes ac ludorum celebritates ad eam rem valeant copiosius exponatur. conf. De Rep. IV. p. 425. Politic. p. 308. D. E.

μέχριπερ ἂν πρὸς τὸν θεὸν ἀφ.] H. e. πρὸς τὸν Διόνυσον. Nam ad hunc pertinet disputatio de usu vini deque compotationibus recte instituendis. — εἴπερ σοί γε ἡδύ, si tibi volupe est.

B. σκέψασθε, ἂν ἀρ.] Quod Stephanus dedit σκέψασθε pro vet. σκέψασθαι, quod cum Aldo servarunt Bas. 1. et 2.; id codd. manuscripti ad unum omnes confirmant, ut de eius veritate nulla esse possit controversia.

Cap. XII. τοῦτο αὐτὸ ἐκ π. ε. μελετᾶν δεῖν] Referas τοῦτο αὐτὸ ad το ἀγαθὸν εἶναι ὁτιοῦν, ut intelligatur illud ipsum, ut in aliqua re bonus sit. Deinceps ἑκάστοις ante προσήκουσιν masculino genere accipiendum putamus, ut pluralis numerus, qui refertur ad τὸν ὁτιοῦν ἀγαθὸν ἄνδρα μέλλοντα ἔσεσθαι, per synesin loco numeri singularis positus sit. Quod si recte ita fieri potest, sicuti potest, non iam Stephano assentieris corrigendum putanti ἑκάστου, nec Astium probabis verba in hunc modum iungentem: ἐν ἑκάστοις τοῖς προσήκουσι τοῦ πράγματος. Imo locum sic intelligas: hos se exercere debere in iis operis sui partibus, quae cuique conveniant. Nam τὰ προσήκοντα quia nominis substantivi instar est, recte cum genitivo τοῦ πράγματος coniungitur, de qua ratione v. ad Apolog. Socr. p. 34. B.

τῶν παιδείων οἰκοδομημάτων] Qui hunc locum ex-

καὶ ὄργανα ἑκατέρῳ σμικρά, τῶν ἀληθινῶν μιμήματα, παρασκευάζειν τὸν τρέφοντα αὐτῶν ἑκάτερον, καὶ δὴ καὶ τῶν μαθημάτων ὅσα ἀναγκαῖα προμεμαθηκέναι προμανθάνειν, οἷον τέκτονα μετρεῖν ἢ σταθμᾶσθαι καὶ πολεμικὸν ἱππεύειν παίζοντα, ἤ τι τῶν τοιούτων ἄλλο ποιοῦντα, καὶ πειρᾶσθαι διὰ τῶν παιδιῶν ἐκεῖσε τρέπειν τὰς ἡδονὰς καὶ ἐπιθυμίας τῶν παίδων, οἷ ἀφικομένους αὐτοὺς δεῖ τέλος ἔχειν. κεφάλαιον δὴ παιδείας λέγομεν τὴν ὀρθὴν τροφήν, D
ἣ τοῦ παίζοντος τὴν ψυχὴν εἰς ἔρωτα ὅ τι μάλιστα ἄξει τούτου, ὃ δεήσει γενόμενον ἄνδρ' αὐτὸν τέλειον εἶναι τῆς τοῦ πράγματος ἀρετῆς. ὁρᾶτε οὖν, εἰ μέχρι τούτου γε, ὅπερ εἶπον, ὑμῖν ἀρέσκει τὸ λεχθέν.

θάνειν. Compositum verbum tuentur A. Ω. v. f. h. r. a. o. δ. x. z. et codd. omnes Eusebii Praep. Ev. XII. 17. p. 590 C. Mox Voss. διὰ τῶν παδιειῶν.

D. ὑμῖν ἀρέσκει] ἡμῖν A. B. Ξ. r. x.

scripsit Euseb. Praepar. Evang. XII. 17. p. 590. C., is pro παιδείων exhibet παιδικῶν. Quod ne nauci quidem faciendum. Adiectivi παίδειος usum exemplis adstruxerunt Astius ad h. l. et Winckelmannus ad Plutarchi Amatorium p. 203. Infra V. p. 747. B. ἓν οὐδὲν — παίδειον μάθημα. L. VII. p. 810. A. ἄτιμος τῶν παιδείων ἔστω τιμῶν.

C. τὸν δ' αὖ γεωργοῦντα] Assumendum est ex superioribus: τῶν γεωργικῶν τι παίζειν χρή.

ὅσα ἀναγκαῖα προμεμαθηκέναι] H. e. ὅσα προμεμαθηκέναι ἀναγκαῖόν ἐστιν. Sed illud dictum per attractionem, Sophist. p. 242. B. τὴν ὁδὸν ἀναγκαιοτάτην εἶναι ἡμῖν τρέπεσθαι. Gorg. p. 449. B. εἰσὶ μὲν — ἔνιαι τῶν ἀποκρίσεων ἀναγκαῖαι διὰ μακρῶν τοὺς λόγους ποιεῖσθαι. Ibid. p. 448. D. ubi v. ann.

ἤ τι τῶν τοιούτων ἄλλο ποιοῦντα]. Vere, opinor, Boeckhius assentiente Astio legendum coniecit ποιεῖν, quod apud Eusebium margini adscriptum legitur. Hermannus ποιοῦντα eliminandum censuit; minus probabiliter.

D. ὃ δεήσει γενόμενον—] Astius οἷ vel οὗ scribendum coniecit. Dubitamus de huius correctionis necessitate. Nam ὃ est accusativus, qui pendet ex τέλειον εἶναι, perinde ac si καθ' ὃ scriptum sit. Genitivus autem τῆς τοῦ πράγματος ἀρετῆς significat: habita ratione facultatis s. virtutis, quam negotium ipsius postulat. — γενόμενον ἄνδρα, ubi vir factus sit, ubi adoleverit. De genitivo post τέλειον illato dixit Matthiae Gr. §. 339. qui nec huius loci immemor fuit.

ΚΛ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΑΘ. Μὴ τοίνυν μηδ' ὃ λέγομεν εἶναι παιδείαν ἀόριστον γένηται. νῦν γὰρ ὀνειδίζοντες ἐπαινοῦντές θ' ἑκάστων τὰς τροφὰς λέγομεν, ὡς τὸν μὲν πεπαι-
E δευμένον ἡμῶν ὄντα τινά, τὸν δὲ ἀπαίδευτον, ἐνίοτε

E. καὶ ἄλλων τοιούτων] Vat. r. καὶ τῶν ἄλλων. Dein πεπαιδευμένον Vat. f. Pro ἀνθρώπων σφόδρα A. Ω. v. f. h. r. a. o. δ. x. z. σφόδρα ἀνθρώπων.

ὡς τὸν μὲν πεπαιδευμένον — ὄντα] Particulam ὡς cum accusativo participii iunctam illustravimus ad Phaedon. p. 109. D.

E. ἐνίοτε εἴς τε καπηλείας — σφόδρα ἀνθρώπων] Notionem τῆς παιδείας καὶ τροφῆς, h. e. educationis et eruditionis, definiturus accuratius, hominem bene excultum et eruditum non eum dicendum esse arbitratur, qui in aliquo negotio quamvis vili bene versatus sit, quandoquidem etiam inter ἀπαιδεύτους referri soleant, qui in factitanda cauponaria atque nautica aliisque id genus rebus valde sint exercitati: imo παιδείαν intelligi vult eruditionem et cultum a pueritia inde susceptum, qui ad virtutem spectet atque id efficiat, ut quis et perfectus civis fieri cupiat et iuste tam imperare quam parere velit. Sed haec sententia ut e verbis exeat, complura mutanda sunt. Apparet vero ista omnia: ἐνίοτε εἴς τε καπηλείας — σφόδρα ἀνθρώπων, pertinere ad postremum membrum: τὸν δὲ ἀπαίδευτον. Quocirca in genitivis πεπαιδευμένων ἀνθρώπων accusativus lateat necesse est, qui superiori τὸν δὲ ἀπαίδευτον additus sit per appositionem. Atque πεπαιδευμένον certe scriptum extat in uno codice Palat. Vatic. f. sive n. 173., quo usus est I. Bekkerus: qua lectione restituta protenus etiam illud intelligitur, unde pendeant verba εἴς τε καπηλείας καὶ ναυκληρίας. Neque enim Stephanus verum pervidit aut παιδείαν adeo intelligi oportere ratus aut scribendum esse, εἰς τὰ τῆς παιδείας, quandoquidem καπηλείας καὶ ναυκληρίας ideo pro genitivo accipiendum sit, quia καὶ ἄλλων τοιούτων subiungatur. Quod cur fieri nullo modo possit, post Boeckhium denuo ostendere noluimus. Praeterea autem vitium haeret in μάλα et σφόδρα, quorum alterutrum inepte redundat. Quum enim μάλα non possit nisi ad πεπαιδευμένων referri, eodemque etiam σφόδρα pertineat, consequens est, ut alterutrum aut corruptum sit aut temere inculcatum. Credibile est autem μάλα corruptum esse atque ortum ex vocabulo aliquo, unde genitivus τῶν τοιούτων suspensus fuerit. Quod quale sit, anceps sane iudicium est. Quamobrem alii alia coniectarunt. Nam Astius scribendum censuit: τοιούτων πράγματα πεπαιδευμένον σφόδρα ἄνθρωπον. Winckelmannus vero in Praefat. ad minor. edit. Legum p. X. maluit: τοιούτων ἐπιτηδεύματα πεπαιδευμένον σφόδρα ἄνθρωπον., comparato loco XI. p. 918. A. κιβδηλίας δ' ἐπιτηδεύμασιν ἕπεται κατὰ πόδα καπηλείας ἐπιτηδεύματα. Sed huic coniecturae officit

εἴς τε καπηλείας καὶ ναυκληρίας καὶ ἄλλων τοιούτων μάλα πεπαιδευμένων σφόδρα ἀνθρώπων· οὐ γὰρ ταῦτα ἡγουμένων, ὡς ἔοικ', εἶναι παιδείαν ὁ νῦν λόγος ἂν εἴη, τὴν δὲ πρὸς ἀρετὴν ἐκ παίδων παιδείαν, ποιοῦσαν ἐπιθυμητήν τε καὶ ἐραστὴν τοῦ πολίτην

ὁ νῦν λόγος ἂν εἴη — παίδων παιδείαν] Haec verba, vulgo ob homoeoteleuton temere omissa, ex Eusebio et codd. A. Ω. v. f. h. r. a. o. δ. x. nuper restituta sunt. Attulit eadem etiam Stephanus in marg. v. ann.

magnopere mutationis audacia. Equidem in μάλα latere suspicor ἄλλα, quod utrumque vocabulum a scribis potuisse temere permutari, etiam ex eo apparet, quod apud Aristophanem non uno loco pro μὴ ἀλλὰ scriptum extat μάλα. Quamobrem totum locum sic refingendum censeo: καὶ ἄλλων τοιούτων ἄλλα πεπαιδευμένον σφόδρα ἀνθρώπων, h. e. licet nonnunquam ad cauponariam et naviculariam atque alias id genus hominum artes valde institutus sit. Enimvero ita ἄλλων τοιούτων ἀνθρώπων per synesin dictum est, quandoquidem in καπηλείας καὶ ναυκληρίας continetur notio τῶν καπήλων καὶ ναυκλήρων. Poterat sane dici simplicius: καὶ ἄλλα τοιαῦτα πεπ. Sed consulto videtur scriptor καὶ ἄλλων τοιούτων ἀνθρώπων dixisse, quippe quo fortius exprimeretur talium hominum contemtio. Nam de καπηλείᾳ universaque mercatura quam severe Plato statuerit, vel unus locus Legum lib. XI. p. 918. C. sqq. abunde docet, ubi inter alia haec leguntur: διὸ πάντα τὰ περὶ τὴν καπηλείαν καὶ ἐμπορίαν καὶ πανδοκείαν γένη διαβέβληταί τε καὶ ἐν αἰσχροῖς γέγονεν ὀνείδεσιν, κ. τ. λ. conf. ibid. p. 919. E. VIII. p. 847. D. De Republ. VII. p. 525. D: ἐὰν τοῦ γνωρίζειν ἕνεκά τις αὐτὸ ἐπιτηδεύῃ, ἀλλὰ μὴ τοῦ καπηλεύειν. Pluralis numerus non magis aliquem offendat quam libr. III. p. 677. B. εἰς τε πλεονεξίας καὶ φιλονεικίας. Ceterum Eusebius Praep. Ev. XII. 18. p. 591. D. scriptum exhibet εἰς τὰς καπηλείας et ἄλλων τινῶν pro ἄλλων τοιούτων.

οὐ γὰρ ταῦτα ἡγουμένων —] In his vulgo deerant verba: ὁ νῦν λόγος ἂν εἴη usque ad ἐκ παίδων παιδείαν, quae manifestum est ob homoeoteleuton excidisse. Servavit ea Eusebius Praep. Ev. XII. l. c., unde dudum Platoni vindicavit G. Gottl. *Wernsdorf.* in libello: Kritischer Versuch über einige im Platon aus dem Eusebius zu ergänzende Lücken. Wittenberg, 1796. 8. p. 25 sqq. Servarunt item libri meliores, uti in annotatione critica narravimus. Est autem loci sententia haec: Non enim, opinor, nos ii sumus, qui in istis cerni παιδείαν arbitremur, sed intelligimus institutionem ad virtutem ctr. Participium ἡγουμένων sine articulo positum sic interpreteris: denn die ietzige Rede ist doch, wie es scheint, nicht eine Rede von *Leuten*, die da glauben, in diesen Dingen bestehe die Erziehung.

ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι μ. δ.] Notissima est veterum sententia, qua statuebant, eum,

γενέσθαι τέλεον, ἄρχειν τε καὶ ἄρχεσθαι ἐπιςάμενον
644 μετὰ δίκης. ταύτην τὴν τροφὴν ἀφορισάμενος ὁ λόγος οὗτος, ὡς ἐμοὶ φαίνεται, νῦν βούλοιτ' ἂν μόνην παιδείαν προσαγορεύειν, τὴν δὲ εἰς χρήματα τείνουσαν ἤ τινα πρὸς ἰσχὺν ἢ καὶ πρὸς ἄλλην τινὰ σοφίαν ἄνευ νοῦ καὶ δίκης βάναυσόν τ' εἶναι καὶ ἀνελεύθερον καὶ οὐκ ἀξίαν τὸ παράπαν παιδείαν καλεῖσθαι. ἡμεῖς δὴ μηδὲν ὀνόματι διαφερώμεθ' αὐτοῖς, ἀλλ' ὁ νῦν δὴ λόγος ἡμῖν ὁμολογηθεὶς μενέτω, ὡς οἵ γε ὀρθῶς πεπαιδευμένοι σχεδὸν ἀγαθοὶ γίγνον-
B ται, καὶ δεῖ δὴ τὴν παιδείαν μηδαμοῦ ἀτιμάζειν, ὡς πρῶτον τῶν καλλίςων τοῖς ἀρίςοις ἀνδράσι παραγιγνόμενον· καὶ εἴ ποτ' ἐξέρχεται, δυνατὸν δ' ἐςὶν ἐπανορθοῦσθαι, τοῦτ' ἀεὶ δραςέον διὰ βίου παντὶ κατὰ δύναμιν.

P. 644. ὡς ἐμοὶ φαίνεται] Sic A. h. et marg. Ω. a. δ. x. cum Eusebio. Vett. editt. ἐξ ὧν ἐμοὶ φ. Alteram lectionem annotavit etiam Steph.

B. διὰ βίου παντὶ κ. δ.] Pro παντὶ Vat. Ω. pr. et v. f. a. δ. o. z. παντός.

qui bene imperaturus esset, item debere obedire didicisse. Solon ap. Stob. Serm. XLVI. 22: ἄρχε πρῶτον μαθὼν ἄρχεσθαι. ἄρχεσθαι γὰρ μαθὼν ἄρχειν ἐπιστήσει. conf. Aristot. Pol. VII. 13, 4. Cicer. Legg. III. 2. et ibi intpp.

P. 644. ἀφορισάμενος ὁ λόγος οὗτος] Charmid. p. 173. E: ἀλλὰ περί τινων ἐπιστημόνως ζώντων σὺ δοκεῖς μοι ἀφορίζεσθαι τὸν εὐδαίμονα, καὶ ὅπως λέγεις, ὃν νῦν δὴ ἔλεγον, τὸν εἰδότα τὰ μέλλοντα ἔσεσθαι πάντα. ubi scite Heindorfius animadvertit, ἀφορίζεσθαι τὸν εὐδαίμονα fere idem esse atque ἀφορισάμενον χρῆσθαι τῷ τοῦ εὐδαίμονος ὀνόματι. — ἤ τινα πρὸς ἰσχύν, frequenter post disiunctivum ἤ sic τις infertur. Supra p. 643. B. γεωργὸν ἤ τινα οἰκοδόμον. ad quem locum Astius comparavit V. p. 740. C: ἤ τινες ἄῤῥενες. VIII. 838. C: ἤ τινας Οἰδίποδας. IX. p. 867. B. X. p. 898. E: ἤ τινος ἀέρος. XI. p. 933. D: ἤ τισιν ἐπῳδαῖς. P. 934. A: ἤ τισιν ἐπιθυμίαις. III. p. 701. D: ἀπό τινος ὄνου πεσεῖν. IV. p. 710. E: ἔκ τινος δημοκρατίας. al. Addi poterunt non pauca alia, ut VII. p. 792. E. 800. D. 805. E. 806. A. al.

μηδὲν ὀνόματι διαφερώμεθ' αὐτοῖς] Euthydem. p. 285. A: ἐὰν ἐθέλωσι διδόναι καὶ μὴ ὀνόματι διαφέρεσθαι. Apud Euseb. Praep. Ev. XII. 18. p. 591. D. codd. μηδ' ἐν ὀνόματι vel μὴ δὲ ἐν ὀνόμ. Male, opinor. Pro vulg. αὐτοῖς cum Astio ex Ald. Bas. 1. 2. et compluribus codd. mss. revocavimus αὑτοῖς, i. e. ἀλλήλοις. vid. ad Lysid. p. 215. B. ubi

ΚΛ. Ὀρθῶς, καὶ συγχωροῦμεν ἃ λέγεις.

ΑΘ. Καὶ μὴν πάλαι γε συνεχωρήσαμεν ὡς ἀγαθῶν μὲν ὄντων τῶν δυναμένων ἄρχειν αὐτῶν, κακῶν δὲ τῶν μή.

ΚΛ. Λέγεις ὀρθότατα.

ΑΘ. Σαφέϛερον ἔτι τοίνυν ἀναλάβωμεν τοῦτ' αὐτὸ ὅ τί ποτε λέγομεν. καί μοι δι' εἰκόνος ἀποδέξασθε ἐάν πως δυνατὸς ὑμῖν γένωμαι δηλῶσαι τὸ τοιοῦτον. C

ΚΛ. Λέγε μόνον.

Cap. XIII. ΑΘ. Οὐκοῦν ἕνα μὲν ἡμῶν ἕκαϛον αὐτὸν τιθῶμεν;

ΚΛ. Ναί.

ἄρχειν αὐτῶν] Ν. αὐτῶν, quod ex A. Ξ. Ω. et Ald. Bas. 1. 2. emendatum est.

C. ἕκαστον αὐτὸν τιθῶμεν] Editt. αὐτῶν. Unice verum est αὐτὸν, quod Voss. et teste Bastio Par. A. exhibet. Veram lectionem servavit etiam communi codicum consensu Eusebius. Praep. Ev. XII. p. 600. C.

hunc usum loquendi exemplis firmavimus.

B. καὶ εἴ ποτ' ἐξέρχεται —] H. e. a recto aberrat; iustos fines excedit; i. q. ἁμαρτάνει, ut loquitur etiam Plutarch. I. p. 674. C. 678. F. Nymphis. ap. Athen. 536. A. — Dein Bernardus in Actis literar. Societat. Traiect. Vol. I. p. 207. scribendum censebat: διὰ βίου παντὸς παντὶ κατὰ δύναμιν, ut habet Vat. Ω. apud Bastium et Par. B. Sed διὰ βίου iam per se est per totam vitam, diciturque omisso articulo adverbialiter, ut nostrum lebenslänglich. v. ad Phileb. p. 39. E. ubi παντός modo addi modo omitti docuimus.

ξυνεχωρήσαμεν ὡς ἀγαθῶν μὲν ὄντων] H. e. ἀγαθοὺς εἶναι. Nam ὡς cum genitivis participiorum non raro ponitur, ubi accusativum cum infinitivo exspectes. Quod qua lege fiat, cognosces ex iis, quae collegimus ad Phileb. p. 16. C. coll. Matthiae Gr. Gr. §. 569. Addas etiam Phaed. p. 94. E. De Rep. I. p. 327. C. V. p. 470. E. VII. p. 523. C. Gorg. p. 472. D. al.

ἀναλάβωμεν τοῦτ' αὐτό] disquirendum sumamus: Sic Phileb. p. 33. C. 34. D. Politic. p. 261. C. Men. p. 87. Apol. Socr. p. 22. B. ubi v. annot.

Cap. XIII. C. Οὐκοῦν ἕνα μὲν ἡμῶν ἕκαστον αὐτὸν τ.] Nonne igitur quemque nostrum unum per se ponamus? Male vulgo αὐτῶν, quod ex Eusebio, et duobus codd. Platonis correximus auctore Boeckhio. Servavit ta-

ΑΘ. Δύο δὲ κεκτημένον ἐν αὐτῷ ξυμβούλω ἐναντίω τε καὶ ἄφρονε, ὣ προςαγορεύομεν ἡδονὴν καὶ λύπην;

ΚΛ. Ἔςι ταῦτα.

ΑΘ. Πρὸς δὲ τούτοιν ἀμφοῖν αὖ δόξας μελλόντων, οἷν κοινὸν μὲν ὄνομα ἐλπίς, ἴδιον δὲ φόβος μὲν ἡ πρὸ λύπης ἐλπίς, θάῤῥος δὲ ἡ πρὸ τοῦ ἐναν-
D τίου. ἐπὶ δὲ πᾶσι τούτοις λογισμός, ὅ τί ποτ' αὐ-

οἷν κοινὸν μ.] οἷον Flor. δ. cum v. h. et tribus codd. Eus.
D. Καὶ ἐν ἐμοὶ μὴν] Steph. cum Ξ. μέν.
ἡμῶν ἡγησώμεθα] ἡγησόμεθα v. f. h. o. idque etiam in men αὐτῶν Bekkerus, ipsa sententia reluctante, servarunt item Turicenses. Stephanus corrigi volebat ἕκαστον αὖ τιθῶμεν. Is igitur certe sensit errorem hic delituisse.

Δύο δὲ κεκτημένον — ξυμβούλω —] Tim. p. 69. D: πρῶτον μὲν ἡδονὴν (ἔχον τὸ σῶμα ἔδοσαν) μέγιστον κακοῦ δέλεαρ, ἔπειτα λύπας, ἀγαθῶν φυγάς, ἔτι δ' αὖ θάῤῥος καὶ φόβον, ἄφρονε ξυμβούλω, θυμόν τε δυςπαραμύθητον, ἐλπίδα τ' εὐπαράγωγον αἰσθήσει τε ἀλόγῳ καὶ ἐπιχειρητῇ παντὸς ἔρωτι· ξυγκερασάμενοί τ' αὐτὰ ἀναγκαίως τὸ θνητὸν γένος ξυνέθεσαν. Displicuit Zellero in Studiis Plat. p. 106. istud ξυμβούλω ἐναντίω τε καὶ ἄφρονε, quod censet in tali interrogatione (catecheticam vocat) non recte locum suum tueri. At nimirum istud Δύο ξυμβούλω rectissime opponitur praecedenti ἕνα ἕκαστον αὐτόν, ideoque non caret venustate sua atque elegantia.

οἷν κοινὸν μὲν ὄνομα —] Iniuria Stephanus corrigendum censuit μελλόντοιν, quod cum ἀμφοῖν coniungeretur. Nam δόξαι μελλόντων sunt omnino rerum futurarum opiniones, ut μελλόντων pro neutro accipiendum sit. Refertur autem οἷν non ad ἀμφοῖν, sed ad δόξας. Positum enim est per prolepsin quandam, quandoquidem deinde δόξαι istae duplices esse dicuntur, vel φόβος vel θάῤῥος. De οἷν Attice pro αἷν usurpato v. Matthiae Gr. §. 436. Dein ἐλπίς latiore sensu omnino est expectatio; nam etiam in malam partem potuit dici. v. intpp. ad Thom. Mag. p. 299. Markland. ad Eurip. Iphig. Aul. v. 775. intpp. ad Eur. Orest. v. 847. Soph. Aiac. v. 798. Trachin. v. 110. et ad Thucyd. VII. 61. al. Sic etiam Latinum spes et sperare interdum de metu vel omnino de expectatione tam boni quam mali dici, dudum docuerunt Duker. ad Flor. III. 1. Muretus Varr. Lectt. XVIII. c. 17. XII. c. 6. Vechner. Hellenolex. libr. II. c. 7. intpp. ad Sallust. Cat. c. 20. Iugurth. c. 33. et ad Iuvenal. Sat. IV. v. 57. Ernesti Clav. Cic. s. v. sperare. Ac notum est illud Virgil. Aen. v. 449. hunc ego si potui tantum sperare dolorem.

D. ὃς γενόμενος — νόμος ἐπωνόμασται.] Communem de his rebus sententiam, quae tanquam publice sit sancita, legis nomen ait accepisse.

τῶν ἄμεινον ἢ χεῖρον· ὃς γενόμενος δόγμα πόλεως κοινὸν νόμος ἐπωνόμασαι.

ΚΛ. Μόγις μέν πως ἐφέπομαι, λέγε μὴν το μετὰ ταῦτα ὡς ἑπομένου.

ΜΕ. Καὶ ἐν ἐμοὶ μὴν ταὐτὸ τοῦτο πάθος ἔνι.

ΑΘ. Περὶ δὴ τούτων διανοηθῶμεν οὑτωσί. θαῦμα μὲν ἕκαςον ἡμῶν ἡγησώμεθα τῶν ζώων θεῖον,

Ω. et ο. superscriptum legitur. Dein Ang. v. θείων (sic). Vide explicationem.

Quod non ita accipiendum, ac si accuratior aliqua legis definitio exhibeatur. Quo nomine fallitur Zellerus in Studiis Platonicis p. 70. Quamquam illam non temere hic proponi in Prolegomenis disputavimus.

θαῦμα μὲν ἕκαστον ἡμῶν —] Boeckhius, sequutus ducem Cornarium, pro θεῖον, corrigendum censet θείων, primum quidem propterea, quod Plato miraculum, quo dii ludant, vix vocare potuerit θαῦμα θεῖον, quum debuerit dici θαῦμα sive παίγνιον θεοῦ; deinde, quia mire dictum sit ἡμῶν τῶν ζώων de solis hominibus. Quocirca ζῶα θεῖα interpretatur δαίμονας, a quibus reguntur homines, τὸ οὐράνιον θεῶν γένος, comparato loco Timaei p. 39. E sqq. Et sane θείων in cod. Angelico a pr. m. scriptum extat. Nihilominus nos quidem vulgatam lectionem unice veram esse contendimus. Nam primum quidem τῶν ζώων θείων manifesto adversatur consuetudini loquendi. quae flagitat certe τῶν θείων ζώων, respuit et aspernatur, quod vir egregius tanquam verum commendavit, τῶν ζώων θείων. Deinde istud θεῖα ζῶα hic quidem, ubi nihil praecedit aut subsequitur, unde quae vis et significatio sit eius nominis intelligatur, tam insolenter dictum arbitramur, ut id nullo modo ferendum videatur; longe alia certe ratio loci Timaei est, qui cum his eo nomine comparari haudquaquam debuit. Praeterea τῶν ζώων non necesse est ut pronomini ἡμῶν per appositionem additum existimemus. Imo est hic genitivus partitivus, ex ἕκαστον ἡμῶν suspensus. Recte iam Ficinus: Sic autem de his cogitemus, ut miraculum quoddam divinum in animantium genere unumquemque nostrum existimemus. Denique θεῖον pro θεοῦ vel θεῶν positum est a scriptore, ne ex compluribus genitivorum concursu aliquid obscuritatis aut similis molestia oriretur. Et quis est qui negare audeat, θαῦμα θεῖον idem esse posse quod θαῦμα θεῶν? Nimirum id sane rectissime dictum est. Nisi forte etiam illud Νεστορέῃ παρὰ νηΐ, Iliad. β'. 54 aut Γοργείη κεφαλή, Iliad. ε'. 754. aut νόστῳ τῷ βασιλείῳ, Aeschyl. Pers. v. 8., aut filius herilis apud Terentium ab usu loquendi abhorrere existimare volueris. Neque pronomen ἐκείνων eiusmodi est, ut pro θεῖον genitivus θεῶν necessario requiratur, quem desiderabat Muretus

εἴτε ὡς παίγνιον ἐκείνων εἴτε ὡς σπουδῇ τινι ξυνε-
E *στηκός· οὐ γὰρ δὴ τοῦτό γε γιγνώσκομεν· τόδε δὲ ἴσμεν, ὅτι ταῦτα τὰ πάθη ἐν ἡμῖν οἷον νεῦρα ἢ σμήρινθοί τινες ἐνοῦσαι σπῶσί τε ἡμᾶς καὶ ἀλλήλαις ἀνθέλκουσιν ἐναντίαι οὖσαι ἐπ' ἐναντίας πράξεις, οὗ δὴ διωρισμένη ἀρετὴ καὶ κακία κεῖται. μιᾷ γάρ φησιν ὁ λόγος δεῖν τῶν ἕλξεων ξυνεπόμενον ἀεὶ*

E. *ἢ σμήρινθοί τινες*] V. *μήρινθοί*, invitis Par. A. (secundum Bastium) et pr. *Ω.*, quibuscum quattuor optimi codd. Eusebii faciunt.

ἀλλήλαις ἀνθέλκουσιν] *ἀνθέλκουσαι* A. B. *Ξ. Ω.* v. f. h. r. a. o. *δ.* z. errore aperto, cuius fons in vicino *ἐναντίαι οὖσαι* cernitur. Recepit tamen Schneiderus.

Vol. I. p. 646. Oper. ed. Ruhnk. Nam ponitur illud per synesin quandam, quandoquidem in *θεῖον* notio *τῶν θεῶν* comprehenditur. Similia si quae desideres, suppeditabunt Heindorf. ad Theaet. p. 168. A. Porsonus ad Eurip. Hecub. v. 22. Hermann. ad Viger. p. 714. Superest ut aliquid de voc. *θαῦμα* monendum sit. Significantur igitur nunc eo imagunculae praestigiatorum et circulatorum, quae nervis s. fidiculis movebantur et tanquam animabantur, ut imperiti spectatores in stuporem coniicerentur. Nostrates vocant Marionetten. Recte Timaeus Glossar. p. 140. *Θαύματα· νευροσπάσματα*: ubi rem doctissime illustravit Ruhnkenius. conf. etiam Intpp. ad Petron. c. 34. Casp. Hoffmann. Varr. Lect. VI. 25. Casaubon. ad Theophr. Charact. p. 85. ed. Fischer. Gataker. ad Antonin. VII. 3.

ὡς παίγνιον ἐκείνων] Hinc homo frequenter a posterioris aetatis scriptoribus tanquam in proverbio dicitur *παίγνιον θεῶν*, quod Wyttenbachio ad Eunap. p. 82. videtur a Platone ortum latius manavisse. Conf. praeter ea, quae ipse vir doctus hanc in rem congessit, ann. Boissonadii ad Philostrati Heroic. p. 476. et Iunius ad Erasmi Adagia p. 652. Notum est illud Plauti Capt. Prol. v. 23. Enimvero Dii nos homines quasi pilas habent. Omnino vero totum hunc Platonis locum multi ob oculos habuerunt, veluti Porphyrius Sentent. 32. p. 233. Philo T. II. p. 12. Clemens Al. Strom. VII. p. 714. C. quos iam alii laudarunt. Sed pertinet huc inprimis locus Philonis de Abrahamo p. 282. F. *εἰ μὴ νοῦς ἀόρατος καθάπερ θαυματοποιὸς ἔνδοθεν ὑπήχει ταῖς ἑαυτοῦ δυνάμεσιν, ἃς τοτὲ μὲν ἀνιεὶς καὶ ἐπιχαλῶν, τοτὲ δὲ ἀντισπῶν καὶ ἀνθέλκων βίᾳ κίνησιν ἐμμελῆ καὶ πολλὴν ἡσυχίαν παρείχετο τοῖς θαύμασιν κ. τ. λ.*

E. *ἢ σμήρινθοί τινες ἐνοῦσαι*] Vulgo *μήρινθοι*, quod ut minus Atticum nunc correctum habes ex Par. A. secundum Bastium, et Vat. *Ω.* pr. consentiente Theodoret. Therapeut. V. p. 384. A. Eus. De scriptura voc. vide intpp. ad Suid. T. III. p. 125. ed. Kuster. et Lobeck. Paralipom. Vol. I. p. 167.

ἀλλήλοις ἀνθέλκουσιν]

καὶ μηδαμῇ ἀπολειπόμενον ἐκείνης ἀνθέλκειν τοῖς ἄλλοις νεύροις ἕκαςον, ταύτην δ' εἶναι τὴν τοῦ λο- 645
γισμοῦ ἀγωγὴν χρυσῆν καὶ ἱεράν, τῆς πόλεως κοινὸν νόμον ἐπικαλουμένην, ἄλλας δὲ σκληρὰς καὶ σιδηρᾶς, τὴν δὲ μαλακὴν ἅτε χρυσῆν οὖσαν, τὰς δὲ ἄλλας παντοδαποῖς εἴδεσιν ὁμοίας· δεῖν δὴ τῇ καλλίςῃ ἀγωγῇ τῇ τοῦ νόμου ἀεὶ ξυλλαμβάνειν· ἅτε γὰρ τοῦ λογι-

P. 645. ἅτε χρυσῆν οὖσαν] Post οὖσαν cod. h. sive Ricardin. addit καὶ μονοειδῆ, quod expressit Ficinus. Dein post δεῖν addidimus δὴ ex A. B. Ω. v. h. r. a. o. δ. Eusebio.

ἀγωγῇ τῇ τοῦ νόμου] τῇ inserui ex Par. A. B. et Ω. z. habent etiam Ald. Bas. 1. 2.

ἀνθέλκειν de cupiditatibus animum in diversa trahentibus ex hoc Platonis loco repetierunt posterioris aetatis scriptores, de quibus v. Gataker. ad M. Antonin. III. 5. et Creuzer. ad Plotin. de Pulcritud. p. 254. ed. Heidelberg. Illis indidem etiam ἀνθολκῆς vocabulum effictum.

οὗ δὴ διωρισμένη — κεῖται] in qua ipsa re virtutis et improbitatis discrimen positum est; ubi virtutis et pravitatis quasi fines ac termini sunt constituti.

P. 645. τὴν τοῦ λογισμοῦ ἀγωγὴν χρυσῆν —] Rationis tractus quod vocatur aureus, quum alii (h. e. cupiditatum et animi perturbationum) tractus sint asperi atque ferrei; videtur Plato ob oculos habuisse σειρὰν χρυσῆν illam Homeri Iliad. θ'. v. 17 sq. quam memorat etiam Theaet. p. 153. C. Simili imagine usus est etiam De Republica libr. III. p. 415. A sqq. quo loco docet homines natura valde inter se esse diversos, siquidem alii ad imperandum nati videantur, alii ad auxiliandum, alii ad agriculturam et opificia tractanda. Quos omnes poëtico figmento cum auro, argento, aere et ferro comparat. Ex quibus sponte apparet, opinor, in magna similitudine tamen etiam maximam dissimilitudinem utriusque loci deprehendi, ut neutiquam audiendus Zellerus sit, qui in Studiis Platon. p. 110. Legum locum ex Republica imitatione expressum esse arbitratur. Hic ipse vero tractus rationis rursus vocatur κοινὸς νόμος τῆς πόλεως, quia per universam civitatem rationis imperium valere debet.

ἄλλας δὲ σκληρὰς —] Boeckhius p. 119. legendum censuit: τὰς ἄλλας δὲ σκληράς, ut paullo post: τὰς δὲ ἄλλας παντοδαποῖς εἴδεσιν ὁμοίας. Sed quanquam Ficinus quoque vertit: et ceteras duras et ferreas esse; tamen ea lectio librorum destituitur confirmatione. Nimirum articulo hic non opus est propterea, quod verborum oppositio fit liberius, ut omnino dicatur: alias autem duras esse et ferreas.

ἅτε χρυσῆν οὖσαν] Post οὖσαν cod. Ricardin. cum Ficino addit καὶ μονοειδῆ. bene.

δεῖν δὴ τῇ καλλίστῃ ἀγωγῇ τῇ τοῦ νόμου] Errore factum puto, ut in Stephani editione τῇ articulus ante τοῦ

σμοῦ καλοῦ μὲν ὄντος, πρᾴου δὲ καὶ οὐ βιαίου, δεῖσθαι ὑπηρετῶν αὐτοῦ τὴν ἀγωγήν, ὅπως ἂν ἡμῖν τὸ χρυσοῦν γένος νικᾷ τὰ ἄλλα γένη. καὶ οὕτω δὴ περὶ
B θαυμάτων ὡς ὄντων ἡμῶν ὁ μῦθος ἀρετῆς σεσωσμένος ἂν εἴη, καὶ τὸ κρείττω ἑαυτοῦ καὶ ἥττω εἶναι τρόπον τινὰ φανερὸν ἂν γίγνοιτο μᾶλλον ὃ νοεῖ, καὶ ὅτι πόλιν καὶ ἰδιώτην, τὸν μὲν λόγον ἀληθῆ λαβόντα ἐν ἑαυτῷ περὶ τῶν ἕλξεων τούτων τούτῳ ἑπόμενον δεῖ ζῆν, πόλιν δὲ ἢ παρὰ θεῶν τινὸς ἢ παρὰ τούτου τοῦ γνόντος ταῦτα λόγον παραλαβοῦσαν, νόμον θεμένην, αὐτῇ τε ὁμιλεῖν καὶ ταῖς ἄλλαις πόλεσιν.

καὶ οὐ βιαίου] Marg. Ω. Flor. a. δ. καὶ οὐ βεβαίου. Libri Eus. omnes: πρᾴου τε καὶ οὐ β.

καὶ οὕτω δὴ π.] Vitiose Steph. δὲ pro δή. Mox ante μῦθος Eus. ὁ articulum omittit.

B. οὕτω καὶ κακία δὴ] Steph. δέ. Apud Euseb. desideratur καί, uno codice Gaisfordi excepto.

νόμου exciperit. Nam is quum librorum testimoniis firmetur quam maxime, tum etiam sententiae rationi optime convenit. Declaratur enim verbis τῇ τοῦ νόμου per appositionem adiectis accuratius, quidnam significetur isto τῇ καλλίστῃ ἀγωγῇ. Omisso articulo, hoc est, non repetito, appositio, quam dicunt grammatici, non habet locum, sed haec omnia: τῇ καλλίστῃ ἀγωγῇ τοῦ νόμου, in unum coeunt. Dein ξυλλαμβάνειν est adiuvare; unde ξυλλήπτωρ vocatur adiutor; v. ad Sympos. p. 218. D. Reip. I. p. 427. E. VI. p. 488. D.

ὅπως ἂν — νικᾷ τὰ ἄλλα γένη] Quae hic per imaginem declarata leguntur, ea omissis involucris poëticis perspicue exposuit philosopus Reip. IV. p. 431. A sqq. qui locus commentarii instar est. conf. etiam Legg. IX. p. 875. C. D. Ceterum post ὅπως ἂν Boeckhius et Astius ἐν excidisse suspicati sunt.

B. περὶ θαυμάτων ὡς ὄντων ἡμῶν] H. e. περὶ ἡμῶν ὡς θαυμάτων ὄντων. Verborum collocationem attigimus ad Sophist. p. 242. C. Phileb. p. 18. D. Politic. p. 260. C. De loquutione ὁ μῦθος σεσωσμένος ἂν εἴη v. ad Phileb. p. 14. A. Denique quod dictum est ὁ μῦθος ἀρετῆς, id nihil insolentiae habere docuisse videmur ad Apolog. Socrat. p. 26. B. coll. Schaefero ad Sophocl. Antigon. v. 11. Eodem modo Libr. III. p. 678. A: ὧν νῦν ὁ λόγος ἡμῖν παρέστηκεν. XII. p. 952. B: εἴ τινα φήμην τινῶν (i. e. περὶ τινῶν) εὕρέ τινας ἔχοντας. Charmid. p. 156. A: οὐ γάρ τι σοῦ ὀλίγος λόγος ἐστίν.

καὶ ὅτι πόλιν καὶ ἰδιώτην —] Pendent haec quoque ex praecedenti φανερὸν ἂν γίγνοιτο — τὸν μέν, sc. ἰδιώτην. — περὶ τῶν ἕλξεων τούτων, quod ad hos tractus attinet; v. ad Phileb. p. 48. — τούτου τοῦ γνόντος, i. e

οὕτω καὶ κακία δὴ καὶ ἀρετὴ σαφέςερον ἡμῖν διηρθρωμένον ἂν εἴη. ἐναργεςέρου δ' αὐτοῦ γενομένου καὶ παιδεία καὶ τἆλλα ἐπιτηδεύματα ἴσως ἔςαι μᾶλλον καταφανῆ, καὶ δὴ καὶ τὸ περὶ τῆς ἐν τοῖς οἴνοις διατριβῆς, ὃ δοξασθείη μὲν ἂν εἶναι φαύλου πέρι μῆκος πολὺ λόγων περιττὸν εἰρημένον — C

ΚΛ. Φανείη δὲ τάχ' ἂν ἴσως τοῦ μήκους γ' αὐτῶν οὐκ ἀπάξιον.

ΑΘ. Εὖ λέγεις, καὶ περαίνωμεν ὅ τί περ ἂν τῆς γε νῦν διατριβῆς ἄξιον γίγνηται.

ΚΛ. Λέγε δή.

C. ὃ δοξασθείη μὲν ἂν εἶναι —] Stephanus scribi iubebat: φαῦλον, καὶ φαύλου πέρι μῆκος — εἰρημένον, φανείη δὲ κ. τ. λ. ita ut haec: εὖ λέγεις — προςφέροντες Cliniae essent, vel etiam usque ad γίγνηται, atque verba Λέγε δὴ cum sequentibus Atheniensi tribuerentur. Astius οὐ δοξασθείη coniecit. Sed vide explicationem infra positam.

παρ' ἰδιώτου λόγον ἀληθῆ λαβόντος.

C. ἐναργεστέρου δ' αὐτοῦ γενομένου] Int. τοῦ διηρθρωμένον εἶναι κακίαν καὶ ἀρετήν, quomodo virtus et improbitas sit distincta ac seiuncta. — Ad καὶ δὴ καὶ τὸ περὶ τῆς ἐν οἴνοις διατριβῆς int. μᾶλλον ἔσται καταφανές. Proxima hunc in modum iungas: ὃ δοξασθείη μὲν ἂν εἰρημένον εἶναι μῆκος πολὺ λόγων περιττὸν (i. e. ὡς μῆκος πολὺ λόγων περιττόν) φαύλου πέρι, s. φαύλου τινὸς πράγματος πέρι quod alicui videatur quidem de re tanquam per magnas sermonum ambages easque supervacaneas explicatum esse. Astius οὐ δοξασθείη legendum censet, de cuius correctionis veritate habere videmur cur iure dubitemus. Schrammius in progr. Quaestt. de Legg. locis nonnullis part. II. p. 4. pro ὃ reponi iubet οὗ, quo non magis opus. Neque assentimur C. Fr. Hermanno, qui in edit. Teubneriana de suo dedit: — εἰρημένον, φανείη δὲ — ἀπάξιον, Cliniae nomine sublato: proxima autem: Εὖ λέγεις — γίγνηται, non Atheniensi, sed Cliniae tribuit, et sequentia; Λέγε δή — ἀπεργαζόμεθα uni Atheniensi assignavit.

ΚΛ. Φανείη δὲ τάχ' ἂν ἀπάξιον.] Clinias haec dicere putandus est sermone Atheniensis interpellato. Quod enim illum dicturum esse praevidit, id ipse, suscepta protenus oratione, tanquam ex mente eius eloquitur. Ex quo intelligi debet, quorsum μὲν post δοξασθείη pertineat et cur post εἰρημένον abrupti sermonis signum posuerimus. Similiter Phileb. p. 52. A. et Politic. p. 275. D. ubi alia exempla huius rationis suppeditavimus. Perperam igitur in aliquot codd. ante Φανείη colloquentis persona non notata est. Nimirum non viderunt sermonem a Clinia interpellari.

D Cap. XIV. *ΑΘ.* Προςφέροντες τῷ θαύματι τούτῳ τὴν μέθην ποῖόν τί ποτε αὐτὸ ἀπεργαζόμεθα;

ΚΛ. Πρὸς τί δὲ σκοπούμενος αὐτὸ ἐπανερωτᾷς;

ΑΘ. Οὐδέν πω πρὸς ὅ τι, τοῦτο δὲ ὅλως κοινωνῆσαν τούτῳ ποῖόν τι ξυμπίπτει γίγνεσθαι. ἔτι δὲ σαφέςερον ὃ βούλομαι πειράσομαι φράζειν. ἐρωτῶ γὰρ τὸ τοιόνδε· ἆρα σφοδροτέρας τὰς ἡδονὰς καὶ λύπας καὶ θυμοὺς καὶ ἔρωτας ἡ τῶν οἴνων πόσις ἐπιτείνει;

ΚΛ. Πολύ γε.

E *ΑΘ.* Τί δ' αὖ τὰς αἰσθήσεις καὶ μνήμας καὶ δόξας καὶ φρονήσεις; πότερον ὡςαύτως σφοδροτέρας; ἢ πάμπαν ἀπολείπει ταῦτα αὐτόν, ἂν κατακορὴς τις τῇ μέθῃ γίγνηται;

ΚΛ. Ναί, πάμπαν ἀπολείπει.

D. αὐτὸ ἀπεργαζόμεθα;] Steph. ἀπεργασόμεθα, cum Par. A. B. Ω. Ξ.
Οὐδέν πω πρὸς ὅ τι] Stephanus coni. Οὐδέπω.

Cap. XIV. D. ποῖόν τί ποτε αὐτὸ ἀπεργαζόμεθα] Stephan. invitis codd. fere omnibus scripsit ἀπεργασόμεθα. Futurum expressit etiam Ficinus: Si mirae huic rei ebrietatem afferamus, qualem ipsam *reddemus*? Et profecto secundum Bastium ἀπεργασόμεθα in Par. B. scriptum extat. Sed conf. p. 647. C.

Οὐδέν πω πρὸς ὅ τι] In his Astius censet πρός ὅ τι dictum esse pro πρὸς ὁτιοῦν, nondum interrogo ad aliquid respiciens, quodcunque demum sit. Nec negari potest ὅ τι interdum ita usurpari post negationem; cuius generis exempla collegit A. Matthiae Gr. Gr. §. 483. b. Simplicius tamen fuerit atque rectius, ex antegressis ad Οὐδέν πω intelligere ἐρωτῶ, et πρὸς ὅ τι elliptice dictum putare, hoc sensu: nondum interrogo, quorsum id spectet. Οὐδέν πω enim, ut Lat. nihil dum, dictum pro vulgari οὐδέπω, quod post Stephanum Astius sine caussa reponendum censuit. Atque eam rationem confirmant etiam quae deinceps adduntur, τοῦτο δὲ ὅλως, in quibus post τοῦτο δὲ ὅλως item ἐρωτῶ intelligi oportet, quandoquidem sententia verborum haec est: sed hoc in universum quaero, coniunctum hoc cum illo (cum ebrietate) quale sit exiturum, s. quale existat. De neutro τούτῳ ad nomen generis feminini relato conf. annot. ad Libr. I. p. 638. C. Phileb. p. 28. A. Sic etiam mox p. 646. D. II. 653. A. 672. E. V. p. 729. B. XI. p. 937. E. al.

ΑΘ. Οὐκοῦν εἰς ταὐτὸν ἀφικνεῖται τὴν τῆς ψυχῆς ἕξιν τῇ τότε, ὅτε νέος ἦν παῖς;

ΚΛ. Τί μήν;

ΑΘ. Ἥκιστα δὴ τότ' ἂν αὐτὸς αὑτοῦ γίγνοιτο ἐγκρατής.

ΚΛ. Ἥκιστα. 646

ΑΘ. Ἆρ' οὖν πονηρότατος, φαμέν, ὁ τοιοῦτος;

ΚΛ. Πολύ γε.

ΑΘ. Οὐ μόνον ἄρ', ὡς ἔοικεν, ὁ γέρων δὶς παῖς γίγνοιτ' ἄν, ἀλλὰ καὶ ὁ μεθυσθείς.

ΚΛ. Ἄριστα εἶπες, ὦ ξένε.

ΑΘ. Τούτου δὴ τοῦ ἐπιτηδεύματος ἔσθ' ὅστις λόγος ἐπιχειρήσει πείθειν ἡμᾶς ὡς χρὴ γεύεσθαι καὶ μὴ φεύγειν παντὶ σθένει κατὰ τὸ δυνατόν;

ΚΛ. Ἔοικ' εἶναι· σὺ γοῦν φῂς καὶ ἕτοιμος ἦσθα νῦν δὴ λέγειν.

E. *Ναί. πάμπαν ἀπολείπει.*] ναί om. A. et marg. Ω.
P. 646. *Ἔοικ' εἶναι· σὺ γοῦν*] V. ἔοικεν, quod mutatum ex Par. A.

ἄρα σφοδροτέρας τὰς ἡδονὰς — ἐπιτείνει;] H. e. ὥστε σφοδροτέρας γίγνεσθαι. De proleptico adiectivi usu v. ann. ad Protagor. p. 327. C.

E. *Τί δ' αὖ τὰς αἰσθήσεις — φρονήσεις;*] Non recte critici quidam post φρονήσεις sustulerunt interpunctionem. Nam τί δέ cum accusativo non raro sic reliquae interrogationi praemittitur; v. ad Sophist. p. 266. C. Phaedr. p. 265. C. Gorg. p. 474. D. De μνήμας, numero plurali, v. ad Phileb. p. 34. B. Dein ad πότερον ὡσαύτως σφοδροτέρας; intell. αὐτὰς ἐπιτείνει, ut post σφοδροτέρας signum interrogandi loco commatis ponere consultum fuerit. — *ἀπολείπει ταῦτα*, sc. αἱ αἰσθήσεις καὶ μνῆμαι καὶ δόξαι καὶ φρονήσεις.

Οὐκοῦν εἰς ταὐτὸν ἀφικνεῖται —] Brevius dici potuit: οὐκοῦν εἰς ταὐτὸν ἀφικνεῖται τῇ τότε ἕξει τῆς ψυχῆς, ὅτε νέος ἦν παῖς; ἣν εἶχεν ὅτε ν. ἦν π. nonne ad idem revertitur quoad animi habitum, quo erat, quum esset admodum puerulus? De νέος παῖς conf. Sophist. p. 234. B. τοὺς ἀνοήτους τῶν νέων παίδων.

P. 646. *ὁ γέρων δὶς παῖς*] Verba haec in proverbium abierunt, de qua re v. intpp. ad Aristoph. Nubb. v. 1419. Fischer. ad Axioch. p. 113. καὶ τῷ νῷ δὶς παῖδες οἱ γέροντες γίγνονται, inprimisque Valckenar. Schol. ad N. T. II. p. 320. et Cobetus Obss. Critt. in Platonis Comici Reliquias p. 199 sq.

Τούτου δὴ τοῦ ἐπιτηδεύματος] Ebrietatem dicit et compotationis institutum.

B ΑΘ. Ἀληθῆ μέντοι μνημονεύεις. καὶ νῦν γ' εἰμὶ ἕτοιμος, ἐπειδήπερ σφώ γε ἐθελήσειν προθύμως ἔφατον ἀκούειν.

ΚΛ. Πῶς δ' οὐκ ἀκουσόμεθα; κἂν εἰ μηδενὸς ἄλλου χάριν, ἀλλὰ τοῦ θαυμαςοῦ τε καὶ ἀτόπου, εἰ δεῖ ἑκόντα ποτὲ ἄνθρωπον εἰς ἅπασαν φαυλότητα ἑαυτὸν ἐμβάλλειν.

ΑΘ. Ψυχῆς λέγεις. ἦ γάρ;

ΚΛ. Ναί.

ΑΘ. Τί δέ; σώματος, ὦ ἑταῖρε, εἰς πονηρίαν, λεπτότητά τε καὶ αἶσχος καὶ ἀδυναμίαν, θαυμάζοιμεν ἂν εἴ ποτέ τις ἑκὼν ἐπὶ τὸ τοιοῦτον ἀφικνεῖται;

C ΚΛ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΑΘ. Τί οὖν; τοὺς εἰς τὰ ἰατρεῖα αὐτοὺς βαδίζοντας ἐπὶ φαρμακοποσίᾳ ἀγνοεῖν οἰόμεθα ὅτι μετ' ὀλίγον ὕςερον καὶ ἐπὶ πολλὰς ἡμέρας ἕξουσι τοιοῦτον τὸ σῶμα, οἷον εἰ διὰ τέλους ἔχειν μέλλοιεν, ζῆν οὐκ ἂν δέξαιντο; ἢ τοὺς ἐπὶ τὰ γυμνάσια καὶ πόνους ἰόντας οὐκ ἴσμεν ὡς ἀσθενεῖς εἰς τὸ παραχρῆμα γίγνονται;

B. εἴ ποτέ τις ἑκὼν ἐπὶ] Post ἑκὼν quod vulgo additum legitur εἶναι, id omisimus cum A. B. Ξ. Ω. v. f. h. r. a. c. o. δ.

C. ἐπὶ φαρμακοποσίᾳ] φαρμακοποσιαν iota ab eadem manu superscripto Par. A. et Voss. x. Accusativum dedit Bekkerus et Schneider., minus caute, opinor.

D. ἐν τούτοις ὀρθῶς διανοηθῆναι] Hunc verborum

B. εἴ ποτέ τις ἑκὼν —] Vulgo εἶναι post ἑκὼν additum legitur, quod in codd. plerisque omnibus deest. Recte, opinor. Nam ἑκὼν εἶναι non est simpliciter sponte, sed quantum quis sponte faciat; v. Hermann. ad Viger. p. 888. Id vero hic quidem non satis aptum videtur.

C. τοὺς εἰς τὰ ἰατρεῖα αὐτοὺς β.] αὐτούς est sponte; de quo usu voc. conf. Ducker. ad Thucyd. III. 65. Hermann. Viger. p. 733. ann. 166. 3. Dein Voss. Par. A. a pr. m. ἐπὶ φαρμακοποσίαν, probante Bekkero. Sed ἐπὶ c. dativo elegantius est declaratque consilium sic, ut eius eventus vel diuturnitas respiciatur. v. Matthiae Gr. §. 585. B. extr. De ἰατρείοις v. Becker. Charicl. Vol. II. p. 100.

D. Καὶ τῆς περὶ τον οἶνον — διατριβῆς ὡςαύτως διανοητέον] Multis exemplis Boeckhius p. 119 sqq. demonstrat, nusquam διανοεῖσθαί τινος, sed ubivis περί τινος dici, unde corrigendum censet: διατριβῆς πέρι ὡςαύτως διανοη-

ΚΛ. Πάντα ταῦτα ἴσμεν.

ΑΘ. Καὶ ὅτι τῆς μετὰ ταῦτα ὠφελείας ἕνεκα ἑκόντες πορεύονται;

ΚΛ. Κάλλιςα. D

ΑΘ. Οὐκοῦν χρὴ καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων πέρι διανοεῖσθαι τὸν αὐτὸν τρόπον;

ΚΛ. Πάνυ γε.

ΑΘ. Καὶ τῆς περὶ τὸν οἶνον ἄρα διατριβῆς ὡςαύτως διανοητέον, εἴπερ ἔνι τοῦτο ἐν τούτοις ὀρθῶς διανοηθῆναι.

ΚΛ. Πῶς δ' οὔ;

ΑΘ. Ἂν ἄρα τινὰ ἡμῖν ὠφέλειαν ἔχουσα φαίνηται μηδὲν τῆς περὶ τὸ σῶμα ἐλάττω, τῇ γε ἀρχῇ τὴν σωμασκίαν νικᾷ τῷ τὴν μὲν μετ' ἀλγηδόνων εἶναι, τὴν δὲ μή.

ΚΛ. Ὀρθῶς λέγεις· θαυμάζοιμι δ' ἄν, εἴ τι δυναίμεθα τοιοῦτον ἐν αὐτῷ καταμαθεῖν. E

ΑΘ. Τοῦτ' αὐτὸ δὴ νῦν, ὡς ἔοιχ', ἡμῖν ἤδη πειρατέον φράζειν. καί μοι λέγε· δύο φόβων εἴδη σχεδὸν ἐναντία δυνάμεθα κατανοῆσαι;

ordinem commendant A. Ω. v. f. h. r. a. c. o. δ. x. z. Vulgo ὀρθῶς διανοηθῆναι ἐν τούτοις.

τινὰ ἡμῖν ὠφέλειαν] Sic A. Ω. v. f. h. r. a. c. δ. o. x. z. Vett. editt. ἡμῖν post ὠφέλειαν ponunt cum Ven. Ξ. et Par. B. Schneiderus ὠφελίαν dedit, ut Ven. Ξ. scribit.

E. ἡμῖν ἤδη πειρατέον] Steph. ὑμῖν, adversantibus codicibus omnibus.

τέον. Sed quamvis verissime iudicaverit διανοεῖσθαι nusquam cum simplici genitivo construi solere, tamen alia quaestio est, num huic verbo simplex genitivus absolute adiungatur, sicuti aliis verbis fieri solet. Quod nobis quidem non videtur dubium aut incertum esse. Exempla huius usus reperiuntur infra II. p. 653. C. IV. p. 704. C. VII. p. 817. A. quae iam attulit Astius; adde his praeterea V. p. 732. D. p. 745. D. VII. 794. A. Phaedr. p. 265. D. Reip. V. p. 470. A. et confer Matthiae §. 342. Istud πέρι cur hic non sit denuo inculcatum, caussa in promtu est. Itaque sincerissima est codicum scriptura neque assentimur C. Fr. Hermanno ipsum verbum διανοητέον eliminandum iudicanti, utpote ex mala repetitione ortum. Proxima sic intelligas: siquidem hoc in istis (quae ad compotationem pertinent) recte potest animadverti.

τῇ γε ἀρχῇ τὴν σωμασκίαν ν.] certe *initio suo* vincit corporis exercita-

ΚΛ. Ποῖα δή;

ΑΘ. Τὰ τοιάδε. φοβούμεθα μέν που τὰ κακά, προςδοκῶντες γενήσεσθαι;

ΚΛ. Ναί.

ΑΘ. Φοβούμεθα δέ γε πολλάκις δόξαν, ἡγούμενοι δοξάζεσθαι κακοὶ πράττοντες ἢ λέγοντές τι
647 τῶν μὴ καλῶν· ὃν δὴ καὶ καλοῦμεν τὸν φόβον ἡμεῖς γε, οἶμαι δὲ καὶ πάντες, αἰσχύνην.

ΚΛ. Τί δ' οὔ;

ΑΘ. Τούτους δὴ δύο ἔλεγον φόβους· ὧν ὁ ἕτερος ἐναντίος μὲν ταῖς ἀλγηδόσι καὶ τοῖς ἄλλοις φόβοις, ἐναντίος δ' ἐςὶ ταῖς πλείςαις καὶ μεγίςαις ἡδοναῖς.

ΚΛ. Ὀρθότατα λέγεις.

ΑΘ. Ἆρ' οὖν οὐκ ἂν νομοθέτης, καὶ πᾶς, οὗ

ἡγούμενοι δοξάζεσθαι] Steph. coni. δοξάσεσθαι vel δοξασθήσεσθαι.

P. 647. τὸ τούτῳ θάῤῥος ἐναντίον] Vulgo τούτων. Sed tionem eo, quod haec cum doloribus coniuncta est, illa non item. Perperam τῇ ἀρχῇ putarunt hic idem esse quod alibi τὴν ἀρχήν, ab initio, s. omnino plane. Ceterum fallitur Astius, verba ἂν ἄρα — ἐλάττω cum Cliniae oratione coniungenda esse ratus, ut responsio Atheniensis ordiatur inde ab his: τῇ γε ἀρχῇ ctr. Quod cur rectae rationi adversetur, ostendere nolumus; est enim res per se manifesta. — ἐν αὐτῷ, sc. τῇ μέθῃ. v. p. 645. D.

E. ἡγούμενοι δοξάζεσθαι] Stephanus malebat δοξασθήσεσθαι. Non opus. v. ad Phaedon. p. 67. B. E. Sophist. p. 250. E. Criton. p. 52. C. D.

P. 647. οἶμαι δὲ καὶ πάντες] Ne πάντας malis; v. ad Gorg. p. 460. A. Reip. VI. p. 507. D.

Ἆρ' οὖν οὐκ ἂν νομοθέτης — σέβει] Mirum est quod codd. omnes ἂν tuentur. Recte, opinor, in his Astius ἆρ' οὖν οὐ καὶ νομ. corrigendum censet probante etiam G. Hermanno De particula ἂν p. 38. et C. Fr. Hermanno. Sed idem quod deinde corrigi iubet: ἐν τιμῇ μεγίστῃ σέβεται καλῶν αἰδῶ, τὸ δὲ τούτῳ θάῤῥος κ. τ. λ.; nos quidem hic ne litterulam quidem loco movendam censemus. Nam sententia verborum haec est: huncce metum maximo cum honore reveretur, et dum eum verecundiae appellat nomine, confidentiam ei contrariam non modo impudentiam vocat, sed etiam maximum malum privatim ac publice omnibus existimat? Activum verbum σέβειν habes infra VI. p. 777. D. ὁ φύσει καὶ μὴ πλαστῶς σέβων τὴν δίκην. Quanquam Plato

καὶ σμικρὸν ὄφελος, τοῦτον τὸν φόβον ἐν τιμῇ μεγίςῃ σέβει, καὶ καλῶν αἰδῶ τὸ τούτῳ θάῤῥος ἐναντίον ἀναίδειάν τε προσαγορεύει καὶ μέγιςον κακὸν ἰδίᾳ τε καὶ δημοσίᾳ πᾶσι νενόμικεν;

ΚΛ. Ὀρθῶς λέγεις. B

ΑΘ. Οὐκοῦν τά τ' ἄλλα πολλὰ καὶ μεγάλα ὁ φόβος ἡμᾶς οὗτος σώζει, καὶ τὴν ἐν τῷ πολέμῳ νίκην καὶ σωτηρίαν ἓν πρὸς ἓν οὐδὲν οὕτω σφόδρα ἡμῖν ἀπεργάζεται. δύο γὰρ οὖν ἐςὸν τὰ τὴν νίκην ἀπεργαζόμενα, θάῤῥος μὲν πολεμίων, φίλων δὲ φόβος αἰσχύνης πέρι κακῆς.

ΚΛ. Ἔςι ταῦτα.

ΑΘ. Ἄφοβον ἡμῶν ἄρα δεῖ γίγνεσθαι καὶ φοβερὸν ἕκαςον· ὧν δ' ἑκάτερον ἕνεκα, διῃρήμεθα.

ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν. C

τούτῳ Par. A. Angel. v. et marg. Ω. x. Astius legendum coni. αἰδῶ, τὸ δὲ τούτῳ θ. Idem vir doctus antea corr.: Ἀρ' οὖν οὐ καὶ νομοθέτης. Hoc verum putamus.

alibi σέβεσθαι, medium verbum, usurpare solet. Sed conf. Aristoph. Plut. v. 497: πάντας χρηστοὺς καὶ πλουτοῦντας δήπου τά τε θεῖα σέβοντας. Nubb. v. 600: κύραι σε Λυδῶν μεγάλως σέβουσιν. Aeschyl. Prom. v. 543: ἰδίᾳ γνώμῃ σέβει θνάτους ἄγαν. Sophocl. Antig. v. 166: τὰ Λαΐου σέβοντας εἰδὼς εὖ θρόνων ἀεὶ κράτη. Ibid. v. 744: ἁμαρτάνω γὰρ τὰς ἐμὰς ἀρχὰς σέβων; Aiac. v. 667: μαθησόμεσθα δ' Ἀτρείδας σέβειν. Eurip. Iphig. Aul. v. 825: σέβεις τὸ σωφρονεῖν. Med. v. 395. Suppl. 75. Hippol. 1061. Heracl. 628. Hel. 732. Androm. 567. Troad. 309. al. Pro τὸ τούτων θάῤῥος recte vidit Heindorf. Specim. Crit. p. 29: τὸ τούτῳ θάῤῥος, quod nunc libri mss. quidam confirmarunt. Dictionem: οὐ καὶ σμικρὸν ὄφελος illustravimus ad Apol. Socr. p. 28. B. Criton. p. 46. A.

B. ἓν πρὸς ἓν οὐδὲν οὕτω] H. e. unum si ad alterum comparetur. Infra V. p. 738. E: δεῖ δὴ πάντα ἄνδρα ἓν πρὸς ἓν τοῦτο σπεύδειν. Plene Herod. IV. 50. ἓν πρὸς ἓν συμβάλλειν, ad quem locum etiam ab Astio memoratum v. Valckenar. Thucyd. II. 97: οὐδ' ἐν τῇ Ἀσίᾳ ἔθνος ἓν πρὸς ἕν. Athenaeus XIV. p. 652. E. Iamblich. Adhort. ad philosoph. c. 12. p. 172: ὡς ἓν πρὸς ἕν. Epinom. p. 976. E: μία, ὡς εἰπεῖν, πρὸς μίαν. Plura si desideres, adeas quaeso Könium et Schaeferum ad Gregor. Corinth. p. 264.

αἰσχύνης πέρι κακῆς] Addit κακῆς, quia de pudore dictum est antea, qui etiam honestus potest esse. Ceterum θάῤῥος πολεμίων dictum propter insequens istud φίλων δὲ φόβος, ut concinnitas membrorum efficiatur.

ΛΚ. Καὶ μὴν ἄφοβόν γε ἕκαστον βουληθέντες ποιεῖν φόβων, πολλῶν τινῶν εἰς φόβον ἄγοντες αὐτὸν μετὰ νόμου τοιοῦτον ἀπεργαζόμεθα.

ΚΛ. Φαινόμεθα.

ΑΘ. Τί δ', ὅταν ἐπιχειρῶμέν τινα φοβερὸν ποιεῖν μετὰ δίκης, ἆρ' οὐκ ἀναισχυντίᾳ ξυμβάλλοντας αὐτὸν καὶ προςγυμνάζοντας νικᾶν δεῖ ποιεῖν διαμαχόμενον αὐτοῦ ταῖς ἡδοναῖς; ἢ τῇ μὲν διαίτῃ τῇ
D ἐν αὐτῷ προςμαχόμενον καὶ νικῶντα αὐτὴν δεῖ τέλεον οὕτω γίγνεσθαι πρὸς ἀνδρείαν, ἄπειρος δὲ δήπου καὶ ἀγύμναστος ὢν τῶν τοιούτων ἀγώνων ὁςτιςοῦν οὐδ' ἂν ἥμισυς ἑαυτοῦ γένοιτο πρὸς ἀρετήν·

C. ποιεῖν φόβων, πολλῶν τινῶν] Vulgo comma post ποιεῖν positum, quo oritur perissologia intolerabilis. Mox pro προςγυμνάζοντα Steph. mavult προγυμνάζοντα.

ἢ τῇ μὲν διαίτῃ —] Pro διαίτῃ in marg. A. Ω. c. tanquam alia lectio notatur δειλίᾳ, addita annotatione: ἀπ' ὀρθώσεως· οὐκ εὖ. Non bene susceperunt Turr. Herm. Schneider. Astius corrigendum putabat: ἢ οὐ τῇ μὲν διαίτῃ κ. τ. λ.

C. Καὶ μὴν ἄφοβόν γε — φόβων, πολλῶν κ. τ. λ.] Gratiam legentium hic iniisse videmur lenissima facta vulgatae scripturae mutatione. Perperam enim vulgo post ποιεῖν interpungebatur, ut perinepte iungerentur haec: φόβων πολλῶν τινῶν εἰς φόβον ἄγοντες κ. τ. λ. Nimirum sententia verborum nunc haec emergit: Atqui immunem quemque reddere volentes a terroribus, talem certe reddimus in multarum rerum metum eum coniicientes. Itaque φόβον ex ἄφοβον pendet, sicuti solent adiectiva cum alpha privativo composita genitivum casum adsciscere, cuius usus exempla dabunt Valcken. ad Eurip. Phoen. v. 328. Reisig. Enarr. Soph. Oed. Col. v. 670. Novum quiddam suasit Zellerus in Stud. Plat. p. 97. qui comma post ποιεῖν delendum et ante εἰς φόβον interponendum censuit. Astius pro εἰς φόβον legendum putabat εἰς θόρυβον, praeter necessitatem.

καὶ προςγυμνάζοντας] eumque ad illam exercentes, h. e. cum ea in pugnam et certamen committentes. Frustra Stephanus προγυμνάζοντας coniectavit. De νικᾶν διαμαχόμενον v. ad cap. X. p. 638. E.

D. οὐδ' ἂν ἥμισυς ἑαυτοῦ γ.] ne dimidiatus quidem ipse evadet, h. e. ne dimidiam quidem virtutis partem assequetur quam assequi potuerit. Male igitur libri quidam ἥμισυ. Nempe ἥμισυς ἑαυτοῦ opponitur praecedenti τέλεος πρὸς ἀρετήν. Ceterum totum hoc comma inde ab, ἢ τῇ μὲν διαίτῃ usque ad γένοιτο πρὸς ἀρετήν, sic interpretamur: an quum adversus suam ipsi-

σώφρων δὲ ἄρα τελέως ἔσται μὴ πολλαῖς ἡδοναῖς καὶ ἐπιθυμίαις προτρεπούσαις ἀναισχυντεῖν καὶ ἀδικεῖν διαμεμαχημένος καὶ νενικηκὼς μετὰ λόγου καὶ ἔργου καὶ τέχνης ἔν τε παιδιαῖς καὶ ἐν σπουδαῖς, ἀλλ' ἀπαθὴς ὢν πάντων τῶν τοιούτων;

ΚΛ. Οὔκουν τόν γ' εἰκότα λόγον ἂν ἔχοι.

Cap. XV. *ΑΘ.* Τί οὖν; φόβου φάρμακον ἔσθ' E
ὅστις θεὸς ἔδωκεν ἀνθρώποις, ὥστε ὁπόσῳ πλέον ἂν ἐθέλῃ τις πίνειν αὐτοῦ, τοσούτῳ μᾶλλον αὐτὸν νομίζειν καθ' ἑκάστην πόσιν δυστυχῆ γίγνεσθαι, καὶ φοβεῖσθαι τὰ παρόντα καὶ τὰ μέλλοντα αὐτῷ πάντα, καὶ τελευτῶντα εἰς πᾶν δέος ἰέναι τὸν ἀνδρειότατον 648

D. *ἥμισυς ἑαυτοῦ γένοιτο*] Sic A. Ω. f. h. r. o. δ. x. z. Vett. editt. *ἥμισυ*.

πάντων τῶν τοιούτων] *τῶν* om. Steph.

E. *θεὸς ἔδωκεν*] Sic A. Ω. v. f. h. r. a. c. δ. z. Vett. editt. *δέδωκεν*. Dein Par. A. *ἔλῃ τις πίνειν*, ita, ut teste Bastio *ἐθέλῃ* a m. rec. in marg. sit adscriptum; ac recepit *ἔλῃ* nuper Schneider. Nos ampliandum duximus propter ceterorum librorum communem consensionem.

us vivendi rationem pugnare eamque superare debeat, ut ad virtutem existat perfectus, tum quicunque imperitus nec exercitatus in his certaminibus (adversus semet ipsum) fuerit, ne dimidiam quidem virtutem consequetur? Quocirca dubitare licet, an nulla omnino loci mutatione opus sit. Astius tamen scribendum putat: *ἢ οὐ τῇ μὲν διαίτῃ κ. τ. λ.*, idque si in libris perscriptum legeretur, haud cunctanter amplecteremur. Nunc scriptorem putamus simplex *ἢ* posuisse periodum aliter absoluturum.

μετὰ λόγου καὶ ἔργου καὶ τέχνης —] H. e. omni modo. Non inepte hic *ἔν τε παιδιαῖς καὶ ἐν σπουδαῖς* additum videbitur, si de compotationibus atque usu vini sermonem agitari memineris. Pari elegantia supra p. 644. D: *εἴτε ὡς παίγνιον ἐκείνων εἴτε ὡς σπουδῇ τινὶ ξυνεστηκός*. V. p. 732. D: *ἀεὶ κατά τε παιδιὰς καὶ σπουδὰς ἀναμιμνήσκοντα*. VI. p. 771. Accedit quod Graeci omnino *παιδιὰν καὶ σπουδήν* usu tanquam proverbiali iungere et copulare solent. conf. Phaedr. p. 234. D. Politic. p. 288. C. Euthydem. p. 283. B. Gorg. p. 481. B. al. De aliis v. Boissonad. ad Philostrati Heroic. p. 525. Cupidius igitur haec quoque insectatus est Zellerus p. 76 sq.

Cap. XV. *Τί οὖν; φόβου φάρμακον*] Hic et p. 649. A. *φόβου φάρμακον* non est timoris remedium, sed potius pharmacum, quod valet ad timorem efficiendum. Sic Phaedr. p. 230. D: *τῆς ἐμῆς ἐξόδου τὸ φάρμακον εὑρηκέναι*, h. e. rationem et viam, qua me ad urbem deseren-

ἀνθρώπων, ἐκκοιμηθέντα δὲ καὶ τοῦ πώματος ἀπαλλαγέντα πάλιν ἑκάστοτε τὸν αὐτὸν γίγνεσθαι;

ΚΛ. Καὶ τί τοιοῦτον φαῖμεν ἄν, ὦ ξένε, ἐν ἀνθρώποις γεγονέναι πῶμα;

ΑΘ. Οὐδέν· εἰ δ' οὖν ἐγένετό ποθεν, ἔσθ' ὅ τι πρὸς ἀνδρείαν ἦν ἂν νομοθέτῃ χρήσιμον; οἷον τὸ τοιόνδε περὶ αὐτοῦ καὶ μάλα εἴχομεν ἂν αὐτῷ διαλέγεσθαι· Φέρε, ὦ νομοθέτα, εἴτε Κρησὶν εἴθ'
B οἱστισινοῦν νομοθετεῖς, πρῶτον μὲν τῶν πολιτῶν ἆρ' ἂν δέξαιο βάσανον δυνατὸς εἶναι λαμβάνειν ἀνδρείας τε πέρι καὶ δειλίας;

ΚΛ. Φαίη που πᾶς ἂν δῆλον ὅτι.

ΑΘ. Τί δέ; μετ' ἀσφαλείας καὶ ἄνευ κινδύνων μεγάλων ἢ μετὰ τῶν ἐναντίων;

ΚΛ. Καὶ τοῦτο μετὰ τῆς ἀσφαλείας ξυνομολογήσει πᾶς.

P. 648. καὶ τοῦ πώματος] πώματος teste Bekkero Vat. Ω. a pr. m. scriptum habet. Vulgo πόματος. v. ann. ad Gorg. p. 521. E. Phileb. p. 34. E. 35. A.

ἔσθ' ὅ τι πρὸς ἀνδρ.] ὅτε Steph.

C. οἷον σὺ τάττοις] V. τάττεις, quod mutatum ex A. B.

dam commoveres; ad quem locum plura id genus collegimus. Similiter genitivus positus est Menex. p. 238. A: πόνων ἀρωγήν al. Alia suppeditabit Valckenar. ad Phoeniss. p. 291. Dein vett. editt. θεὸς δέδωκεν. Aoristum libri meliores tuentur. Infra quoque p. 649. A: τοῦ μὲν δὴ φόβου σχεδὸν οὔτε θεὸς ἔδωκεν ἀνθρώποις τοιοῦτον φάρμακον οὔτε αὐτοὶ μεμηχανήμεθα.

P. 648. B. ἄφοβον γίγνεσθαι] Int. αὐτόν. Singularem numerum plurali subiunctum iam antea notavimus. Dein ante παρακελευόμενος intelligi licet τὸν μέν: de qua loquendi ratione v. ad Protag. p. 330. A. Phil. p. 36. E. al.

C. κακῶς δὲ ζημίαν ἐπιτιθείς;] Ad κακῶς δὲ int. γυμνασαμένῳ. Pro ἐπιτιθείς alicui corrigendum videatur ἐπιτιθείης, quod etiam Astio placuit. Erunt tamen, qui hic quoque ad anacoluthon confugientes vulgatam lectionem utcunque defendendam suspiciant. Nec vero nos quidem multum reluctamur. Est enim haec orationis a verbo finito ad participium transitio, non ita rara.

μηδὲν ἄλλο ἐγκαλῶν] etiamsi nihil praeterea in potione reprehenderis.

Γυμνασία γοῦν —] Certe quidem exercitatio, ad ea, quae nunc in usu sunt comparata admirabilis erit propter facilitatem, sive paucos sive quot-

ΑΘ. Χρῷο δ' ἂν εἰς τοὺς φόβους τούτους ἄγων καὶ ἐλέγχων ἐν τοῖς παθήμασιν, ὥςτε ἀναγκάζειν ἄφοβον γίγνεσθαι, παρακελευόμενος καὶ νουθετῶν καὶ τιμῶν, τὸν δὲ ἀτιμάζων, ὅςτις σοι μὴ πείθοιτο C εἶναι τοιοῦτος, οἷον σὺ τάττοις ἐν πᾶσι; καὶ γυμνασάμενον μὲν εὖ καὶ ἀνδρείως ἀζήμιον ἀπαλλάττοις ἄν, κακῶς δὲ ζημίαν ἐπιτιθείς; ἢ τὸ παράπαν οὐκ ἂν χρῷο, μηδὲν ἄλλο ἐγκαλῶν τῷ πώματι;

ΚΛ. Καὶ πῶς οὐκ ἂν χρῷτο, ὦ ξένε;

ΑΘ. Γυμνασία γοῦν, ὦ φίλε, παρὰ τὰ νῦν θαυμαςὴ ῥαςώνης ἂν εἴη καθ' ἕνα καὶ κατ' ὀλίγους καὶ καθ' ὁπόσους τις ἀεὶ βούλοιτο· καὶ εἴτε τις ἄρα D μόνος ἐν ἐρημίᾳ, τὸ τῆς αἰσχύνης ἐπίπροσθεν ποιούμενος, πρὶν εὖ σχεῖν ἡγούμενος ὁρᾶσθαι μὴ δεῖν, οὕτω πρὸς τοὺς φόβους γυμνάζοιτο, πῶμα μόνον ἀντὶ μυρίων πραγμάτων παρασκευαζόμενος, ὀρθὸν ἄν τι πράττοι, εἴτε τις, ἑαυτῷ πιςεύων φύσει καὶ

Ξ. Ω. v. h. r. a. c. x. z. Dein vulgo γυμνασάμενος, quod ex A. B. Ξ. Ω. v. f. r. a. c. o. δ. x. z. emendatum habes.

D. ὀρθὸν ἄν τι πράττοι] ὀρθῶς A. h. r. δ. x. et corr. Ω, quod Turr. Schneider. Herm. evulgarunt. Sed iungendum: ὀρθόν τι.

cunque volueris respicimus. De genitivo ῥαστώνης, qui pendet ex θαυμαστή, v. Matthiae Gr. Gr. §. 344. 1. Ante καθ' ἕνα vide an καὶ exciderit.

D. τὸ τῆς αἰσχύνης ἐπίπροσθεν ποιούμενος] pudorem obtendens. Loquutionem ad Gorg. p. 525. D. illustravimus; pluribus exemplis ex Plutarcho petitis confirmavit Wyttenbach. ad Plut. De consolat. ad Apollon. p. 796. = Vol. II. p. 109. ed. Lips. — πρὶν εὖ σχεῖν κ. τ. λ. existimans se non prius in conspectum hominum venire oportere quam quum bonum nactus sit habitum.

εἴτε τις, ἑαυτῷ πιστεύων —] Dativus ἑαυτῷ additus est verbo πιστεύων, quum vulgaris usus exigeret: πιστεύων ἑαυτὸν παρεσκευάσθαι, aut πιστεύων παρεσκευάσθαι. In quo tamen non est cur quis offendat, quandoquidem scriptor hominem viribus suis confidentem voluit significare. De constructionis confusione v. supra ad p. 626. D. — τὴν ἐν τῇ τοῦ πώματος κ. τ. λ., ostendere, posse se superare atque vincere vim, quae insit in mutatione, s. diversitate, quam potus necessario afferat. Sic enim intelligendum quod libri mss. magna consensione tuentur ἀναγκαίᾳ διαφορᾷ. Prave alii διαφθορᾷ, quod ne sententiae quidem satis accommodatum est. De

μελέτῃ καλῶς παρεσκευάσθαι, μηδὲν ὀκνοῖ μετὰ ξυμποτῶν πλειόνων γυμναζόμενος ἐπιδείκνυσθαι τὴν ἐν τῇ τοῦ πώματος ἀναγκαίᾳ διαφορᾷ δύναμιν ὑπερθέων
E καὶ κρατῶν, ὥςτε ὑπ' ἀσχημοσύνης μηδὲ ἓν σφάλλεσθαι μέγα μηδ' ἀλλοιοῦσθαι δι' ἀρετήν, πρὸς δὲ τὴν ἐσχάτην πόσιν ἀπαλλάττοιτο πρὶν ἀφικνεῖσθαι, τὴν πάντων ἧτταν φοβούμενος ἀνθρώπων τοῦ πώματος.

ΚΛ. Ναί· σωφρονοῖ γάρ, ὦ ξένε, καὶ ὁ τοιοῦτος οὕτω πράττων.

ἐν τῇ τοῦ πώματος] Sic pr. Ω. pro πόματος.
ἀναγκαίᾳ διαφορᾷ] Sic cum Aldo A. B. Ω. v. f. h. r. a. c. o. δ. z. et Ficinus. Scribebatur inde a Bass. 1. et 2. διαφθορᾷ, quod retinuit Bekkerus.
E. τὴν πάντων ἧτταν] Vett. editt. et Bekker. ἁπάντων, adversantibus libris A. B. Ω. Ξ. v. h. r. a. c. d. z. Dein πώμαὑπερθεῖν, quod proprie est cursu vincere, deinde omnino superare, v. intpp. ad Eurip. Androm. v. 194.

E. πρὸς δὲ τὴν ἐσχάτην πόσιν —] et priusquam ad extremam potionem pervenerit, discedat, metuens meri in omnes homines vim, qua iis cladem inferre solet, h. e. efficere, ut denique incidant in ebrietatem. Verba πρὸς τὴν ἐσχάτην πόσιν, quum ad ἀφικνεῖσθαι pertineant, tamen quia vi et pondere suo eminent, recte anteponuntur; in quo non erat quod haereret Zellerus Stud. Plat. p. 197. qui hic molestum hyperbaton locum habere sibi persuasit. Nec duo hi genitivi, quorum alter active, alter passive significat, ab usu Platonis abhorrent. Phileb. p. 32. A: ἡ μὲν παρὰ φύσιν τοῦ ζώου τῆς ὑγρότητος πῆξις. ubi v. ann. Reip. I. p. 329. B: τὰς τῶν οἰκείων προπηλακίσεις τοῦ γήρως. Legg. VII. p. 802. B: αὐτῶν ταῖς δυνάμεσι τῆς ποιήσεως. IX. p. 861. E: βλάβαι ἀλλήλων τῶν πολιτῶν. XII. p. 943. C: μαρτύρων πιστώσεις λόγων.

Ναί, σωφρονοῖ γάρ] Legendum σωφρονοῖ γὰρ ἄν. Nam ἂν vix commode possis ex antegressis repetere.

P. 649. τοὺς γὰρ γόητας οὐκ ἐν θοίνῃ λέγω] praestigiatores enim non in convivio commemoro, h. e. non in censum refero. Imitatus est Damasc. apud Suidam v. θοίνη. Loquutionis caussam et rationem cognoscas ex Liban. Epist. 244. p. 118. ed. Wolf. οὓς (λόγους) εἰ μὲν κοινοὺς δεικνύεις κοινῆς θοίνης μεταλήψεται.

τῆς δὲ ἀφοβίας καὶ τοῦ λίαν θαῤῥεῖν] Sed estne potus aliquis, qui efficiat libertatem a metu atque eam vim habeat, ut nimis atque intempestive animis efferamur, in rebus, ubi ita fieri non debeat? Genitivi suspensi sunt, opinor, ex πῶμα, ut constructio verborum respondent praecedenti: τοῦ μὲν δὴ φόβου — τοιοῦτον

ΑΘ. Πάλιν δὴ πρὸς τὸν νομοθέτην λέγωμεν τάδε· Εἶεν, ὦ νομοθέτα, τοῦ μὲν δὴ φόβου σχεδὸν 649 οὔτε θεὸς ἔδωκεν ἀνθρώποις τοιοῦτον φάρμακον οὔτε αὐτοὶ μεμηχανήμεθα. τοὺς γὰρ γόητας οὐκ ἐν θοίνῃ λέγω· τῆς δὲ ἀφοβίας καὶ τοῦ λίαν θαῤῥεῖν, καὶ ἀκαίρως ἃ μὴ χρή, πότερον ἔςι πῶμα, ἢ πῶς λέγομεν;

ΚΛ. Ἔςι, φήσει που, τὸν οἶνον φράζων.

ΑΘ. Ἦ καὶ τοὐναντίον ἔχει τοῦτο τῷ νῦν δὴ λεγομένῳ; πιόντα τὸν ἄνθρωπον αὐτὸν αὑτοῦ ποιεῖ

τος pro πόματος, ut solent Bekkero teste, a pr. m. A. Ω. σωφρονοῖ γάρ,] Sic A. B. Ξ. Ω. f. h. r. a. c. o. δ. x. z. Vulgo σωφρονεῖ.

P. 649. ἢ πῶς λέγομεν;] λέγωμεν marg. Ω. Dein Par. A. x. et corr. Ω. ὁ ante φράζων articulum ὁ om., quem cum Bekkero delevi.

φάρμακον. Dein Heindorfius Specim. Crit. p. 30. legendum censet πότερον ἔστι τι πῶμα; quo non opus esse putamus. Ceterum non obscurum est, quorsum ea, quae inde a p. 647. E. de metus excitandi via et ratione disputata sunt, pertineant. Docuit enim philosophus, prudentem legislatorem non usquequaque aspernaturum esse, si qui potus suppetat qui valeat ad animos metu et timore replendos, sed potius eo ita usurum, ut civium fortitudo et constantia vel exploretur vel exerceatur atque corroboretur. Hoc igitur nunc transfertur ad usum vini atque compotationes. Quamobrem nec hic assentimur Zellero Stud. Plat. p. 77· ita scribenti: „So trägt I. 647. E. — 649. A. die Vergleichung des Weins mit einem Furcht bewirkenden Tranke nichts zur Verdeutlichung bei, da ia iener Trank selbst nur fingirt, somit nur das Unbekannte zur Erklärung des Bekannten gebraucht ist.“ Nimirum argumentatio haec est: Prudens legislator usum talis potionis, quae posset et metum excitare in animis, non repudiaturus esset. Sed nimirum talis potio non suppetit. At vero in promtu est aliud genus potionis: vinum enim contrarios metui affectus movet. Itaque ille tanto minus huius usum aspernabitur, quo salubrius illud adhiberi potest ad animos hominum temperantiae et continentiae assuefaciendos.

πιόντα τὸν ἄνθρωπον —] Libr. II. p. 671. B: αὐτὸς αὑτοῦ κουφότερος αἱρεῖται. VII. p. 797. D: μειζόνως ἀκούσωμεν ἡμῶν αὐτῶν. X. p. 909. D: ἐλάττω — αὐτῶν τοὺς πολλοὺς πλημμελεῖν. Sed notissima haec est Graecorum loquendi ratio, quam affatim illustrarunt Valckenar. ad Herodot. VIII. 86. Boisson. ad Philostr. Heroic. p. 325 sqq. Fischer. ad Weller. II. p. 148. Matthiae Gr. Gr. §. 452. al. Hoc loco singulare est illud, quod post αὑτοῦ μᾶλλον ex abundanti, aut, si ita mavis, per epexegesin

πρῶτον ἵλεων εὐθὺς μᾶλλον ἢ πρότερον, καὶ ὁπόσῳ
B ἂν πλέον αὐτοῦ γένηται, τοσούτῳ πλειόνων ἐλπίδων ἀγαθῶν πληροῦσθαι καὶ δυνάμεως εἰς δόξαν; καὶ τελευτῶν δὴ πάσης ὁ τοιοῦτος παῤῥησίας ὡς σοφὸς ὢν μεςοῦται καὶ ἐλευθερίας, πάσης δὲ ἀφοβίας, ὥςτε εἰπεῖν τε ἀόκνως ὁτιοῦν, ὡςαύτως δὲ καὶ πρᾶξαι;

ΚΛ. Πᾶς ἡμῖν, οἶμαι, ταῦτ' ἂν συγχωροῖ.

ΜΕ. Τί μήν;

Cap. XVI. *ΑΘ.* Ἀναμνησθῶμεν δὴ τόδε, ὅτι δύ' ἔφαμεν ἡμῶν ἐν ταῖς ψυχαῖς δεῖν θεραπεύεσθαι, τὸ μὲν ὅπως ὅ τι μάλιςα θαῤῥήσομεν, τὸ δὲ τοὐναντίον ὅ τι μάλιςα φοβησόμεθα.

C *ΚΛ.* Ἃ τῆς αἰδοῦς ἔλεγες, ὡς οἰόμεθα.

ΑΘ. Καλῶς μνημονεύετε. ἐπειδὴ δὲ τήν τε ἀν-

B. *ἐλπίδων ἀγαθῶν πληροῦσθαι*] Stephanus *πληροῦται* correxit. Codd. tamen mss. omnes *πληροῦσθαι*, praeter Flor. c. δ. et Voss. x. qui *πληροῦται* tueri videntur, quandoquidem ex iis non est enotata scripturae varietas. Sed recte Hermann. *ποιεῖ* repetendum vidit.

Πᾶς ἡμῖν — συγχωροῖ] Haec verba Cornarius et Astius ad orationem Atheniensis trahenda censuerunt, ac deinde *Τί μήν;* Cliniae voluerunt tribui. Id quod C. Fr. Hermannus in edit.

adiicitur *ἢ πρότερον*. Similiter tamen Protagor. p. 350. A: *οἱ ἐπιστήμονες τῶν μὴ ἐπιστημόνων θαῤῥαλεώτεροί εἰσιν, καὶ αὐτοὶ ἑαυτῶν, ἐπειδὰν μάθωσιν, ἢ πρὶν μαθεῖν.*

B. *ἐλπίδων ἀγαθῶν πληροῦσθαι*] Infinitivus pendet ex antegresso *ποιεῖ*, sicuti nuper etiam statuit C. Fr. Hermann. Mox tamen omnes codd. *μεστοῦται*. — *καὶ δυνάμεως εἰς δόξαν*, et potentiae secundum s. quod attinet opinionem, h. e. potentiae opinatae. Quamquam *εἰς δόξαν*, si rem accurate aestimes, non cum *δυνάμεως*, sed cum *πληροῦται δυνάμεως* cohaeret. De sententia conf. Horat. Od. III. 21, 17. Epist. I. 5, 14 sqq.: Potare et spargere flores incipiam, patiarque vel inconsultus haberi. Quid non ebrietas designat? operta recludit; spes iubet esse ratas; in proelia trudit inermem; sollicitis animis onus eximit; addocet artes. Fecundi calices quem non fecere disertum? Varro ap. Nonium in Coagulum p. 28. Vino nihil iucundius quisquam bibit; Hoc aegritudinem ad medendam invenerunt. Aristoph. Equitt. v. 91: *οἴνου γὰρ εὕροις ἄν τι πρακτικώτερον; ὁρᾷς; ὅταν πίνωσιν ἄνθρωποι, τότε πλουτοῦσι, νικῶσιν δίκας, εὐδαιμονοῦσιν, ὠφελοῦσι τοὺς φίλους.* Diphilus ap. Athen. II. 2: *ὦ πᾶσι τοῖς φρονοῦσι προςφιλέστατε Διόνυσε καὶ σοφώταθ', ὡς ἡδύς τις εἶ, ὃς τὸν ταπεινὸν*

δρείαν καὶ τὴν ἀφοβίαν ἐν τοῖς φόβοις δεῖ καταμελετᾶσθαι, σκεπτέον, ἆρα τὸ ἐναντίον ἐν τοῖς ἐναντίοις θεραπεύεσθαι δέον ἂν εἴη.

ΚΛ. Τό γ' οὖν εἰκός.

ΑΘ. Ἃ παθόντες ἄρα πεφύκαμεν διαφερόντως θαῤῥαλέοι τ' εἶναι καὶ θρασεῖς, ἐν τούτοις δέον ἄν, ὡς ἔοικ', εἴη τὸ μελετᾶν ὡς ἥκιςα εἶναι ἀναισχύντους τε καὶ θρασύτητος γέμοντας, φοβεροὺς δὲ εἰς D
τό τι τολμᾶν ἑκάςοτε λέγειν ἢ πάσχειν ἢ καὶ δρᾶν αἰσχρὸν ὁτιοῦν.

ΚΛ. Ἔοικεν.

ΑΘ. Οὐκοῦν ταῦτά ἐςι πάντα ἐν οἷς ἐσμὲν τοιοῦτοι, θυμός, ἔρως, ὕβρις, ἀμαθία, φιλοκέρδεια,

Teubner. sequutus est.

C. *σκεπτέον, ἄρα τὸ ἐν.*] *σκεπτέον ἄρα τὸ ἐν.* A. Ξ. Ω. a. c. o. δ. Sed recte marg. A. cum aliis *ἆρα.*

ὡς ἔοικ', εἴη] Sic A. et marg. Ω. pro vulg. *ὡς ἔοικεν, εἴη.* conf. p. 646. A.

D. *εἰς τό τι τολμᾶν*] *τι* nuper demum restitutum ex A. B. Ξ. v. f. h. r. a. c. δ. x. qui partim *τί* habent, vett. editt. ignorant.

μέγα φρονεῖν ποιεῖς μόνος, τὸν τὰς ὀφρῦς αἴροντα συμπείθεις γελᾶν, τόν τ' ἀσθενῆ τολμᾶν τι, τὸν δειλὸν θρασύν. Homer. Odyss. ξ. v. 463: *οἶνος γὰρ ἀνώγει ἠλεός, ὅς τ' ἐφέηκε πολύφρονά περ μάλ' ἀεῖσαι, καί θ' ἁπαλὸν γελάσαι καί τ' ὀρχήσασθαι ἀνῆκεν, καί τι ἔπος προέηκεν, ὅπερ τ' ἄῤῥητον ἄμεινον.* Aristot. Eth. Nicom. VIII. 4: *εὐέλπιδες γὰρ γίγνονται οἱ μεθυσκόμενοι.* Mox post *εἰπεῖν τε* quod seqnitur *δὲ καί*, id nihil morabitur eos, qui post *τε* non raro *δὲ* inferri meminerint, cuius usus exempla ad Symp. p. 186. D. adscripsimus. Addas licet Legg. I. p. 628. A. IV. p. 715. A. XII. p. 943. E.

Cap. XVI. C. *Ἃ τῆς αἰδοῦς ἔλεγες*] H. e. ea vero dicebas pertinere s. requiri ad pudorem. Omissum enim est *εἶναι.*

ἆρα τὸ ἐναντίον — ἂν εἴη] num contrarium in contrariis coli conveniat.

Ἃ παθόντες ἄρα πεφύκαμεν —] In quibus igitur affectionibus natura sumus maxime confidentes et audaces, in his conveniet, opinor, nos exercere, ut quam minime simus impudentes et audacia pleni, sed potius timore et verecundia impediamur, ne quid turpe vel dicamus vel patiamur vel etiam faciamus.

D. *ἐν οἷς ἐσμὲν τοιοῦτοι*] sc. *θαῤῥαλέοι καὶ θρασεῖς καὶ ἀναίσχυντοι.*

φιλοκέρδεια, δειλία,] Astius et C. Fr. Herman-

[δειλία,] καὶ ἔτι τοιάδε, πλοῦτος, κάλλος, ἰσχύς, καὶ πάνθ' ὅσα δι' ἡδονῆς αὖ μεθύσκοντα παράφρονας ποιεῖ. τούτων δὲ εὐτελῆ τε καὶ ἀσινεστέραν πρῶτον μὲν πρὸς τὸ λαμβάνειν πεῖραν, εἶτα εἰς τὸ μελετᾶν, πλὴν τῆς ἐν οἴνῳ βασάνου καὶ παιδιᾶς τίνα ἔχομεν

καὶ ἔτι τοιάδε] *καὶ ἔτι τὰ τοιάδε* Steph. invitis codicibus.

E. *πότερον ἰόντα* —] Steph. scribit numero plurali: *ἰόντας* — *κινδυνεύοντας* — *ξυγγενομένους* — *ἐπιτρέποντας*. Sed *κινδυνεύοντα* — *ξυγγενόμενον* — *ἐπιτρέποντα* cum Aldo, Bas. 1. et 2. libri ſere omnes tuentur, exceptis solis, opinor, Ven. Ξ. et Par. B., ex quibus Bastius singularem numerum non enotavit, non illa violentius mutanda. Recte enim numerus singularis sese habet, quoniam in infinitivo aliunde pendente comprehensa est notio pronominis indefiniti *τινά*, ad quod numerus participii singularis referendus est. Qui usus quam vim habeat, etiam ex eo intelligitur, quod post eiusmodi infinitivos deinde adeo tertia verbi persona numeri singularis non addito *τις* subiicitur, cuiusmodi exempla apposuimus ad Apolog. Socr. p. 29. A. Symp. p. 187. E. Men. p. 79. B. Phaedr. p. 272. C. al.; atque etiam *ὅς*, pronomen relativum, atque *αὐτός* infertur, quod ad suppressum *τις* tanquam subiectum referatur, id quod exemplis demonstravimus ad Gorg. p. 469. C. Remp. VI. p. 503. D. X. p. 619. A. al. Ex hac igitur observatione explicanda sunt talia: Legg. III. p. 688. B: *ὅτι δή φημι εὐχῇ χρῆσθαι σφαλερὸν εἶναι νοῦν μὴ κεκτημένον.* nam *εὐχῇ χρῆσθαι* idem est quod *εὐχῇ τινα χρῆσθαι.* IV. p. 709. B: *τὸ δ' ἔστι περί τε ναυτιλίαν — πάντα ταῦτ' εἰπόντα δοκεῖν εὖ λέγειν.* Ibid. p. 717. B: *ὡς θέμις ὀφείλοντα ἀποτίνειν.* VI. p. 759. A. B. VII. p. 813. A. De Rep. IV. p. 429. C. Apolog. Socr. c. 19. Sed non ita rara sunt rei exempla. Diversa confuderunt Astius ad Legg. p. 40. et ad Remp.

nus *δειλία* natum esse censent e postremis vocis *φιλοκέρδεια* syllabis, quandoquidem ignavia vel timiditas non possit in earum rerum numerum referri, quae audaces et impudentes nos reddant. Orellius *αὐθάδεια* legendum suspicatus est. Libri nihil variant. Proxima sic iunge: *τίνα δὲ ἔχομεν ἡδονὴν εἰπεῖν μᾶλλον ἔμμετρον πλὴν τῆς ἐν οἴνῳ βασάνου καὶ παιδιᾶς πρῶτον μὲν πρὸς τὸ λαμβάνειν πεῖραν τούτων εὐτελῆ τε καὶ ἀσινεστέραν, εἶτα εἰς τὸ μελετᾶν κ. τ. λ.* De *πλήν* iuncto cum comparativo v. Matthiae Gr. §. 455. et quos ille hanc in rem laudavit. Ad *τῆς ἐν οἴνῳ βασάνου* conf. Alexin. ap. Athen. I. p. 116: *οἶνος Κορίνθιος βασανισμός ἐστιν.* Horat. Art. Poët. v. 434: ubi reges dicuntur torquere mero, quem perspexisse laborant; v. ibi Lambinus.

E. *πότερον ἰόντα εἰς τὰ ξυμβόλαια* —] Stephanus pro *ἰόντα, κινδυνεύοντα, ξυγγενόμενον, ἐπιτρέποντα*, reposuit numerum pluralem *ἰόντας κ. τ. λ.*, sive quia id usum loquendi ita postulare putaret, sive quoniam pro *κινδυνεύσαντα* in libris, quibus utebatur, hoc est in vett. editt. *κινδυνεύσαντας* reperisset. Sed ita postremum corrigendum fuit, quod nunc ex codd. optimae notae factum,

ἡδονὴν εἰπεῖν ἔμμετρον μᾶλλον, ἂν καὶ ὁπωςτιοῦν μετ' εὐλαβείας γίγνηται; σκοπῶμεν γὰρ δή· δυςκόλου ψυχῆς καὶ ἀγρίας, ἐξ ἧς ἀδικίαι μυρίαι γίγνονται, πότερον ἰόντα εἰς τὰ ξυμβόλαια πεῖραν λαμβάνειν, κινδυνεύοντα περὶ αὐτῶν, σφαλερώτερον, ἢ E

nisi quod Ven. Ξ. narrat ξυγγενόμενον item habere. Illud ἰόντας autem in ἰόντα commutari iusserunt Par. A. Ricard. b. Voss. x. et corr. Ω.

σφαλερώτερον ἢ ξυγγ.] Astius coni. ἀσφαλέστερον. Pro περὶ αὐτῶν Bekkerus mavult περὶ αὐτῷ.

p. 430. Matthiae Gr. Gr. §. 271. ann. Verum haec tanquam in transcursu. Progredimur ad difficultates, quibus locus alio nomine laborare videtur. Ac sententia quidem eius manifesto haec est: Durum et agrestem animum, ex quo innumerae proficiscuntur iniuriae, utrum tentare periculosius est in pactis ineundis, ubi de his ipsis (hoc est, de pecunia et opibus.) pericliteris, an Bacchi festis inter compotationem spectare? An veneri obnoxium *periculosius est* tentare ea ratione, ut ei tuos ipsius filios filiasque et coniuges committas, atque ita de carissimis pericliteris, *an in symposiis, ubi nihil omnino pericliteris*, spectare eius ingenium? Haec igitur loci sententia est, qualem etiam Boeckhius p. 123. declaravit. Eam vero considerantibus nobis accuratius facile aliquid videatur ad sermonis integritatem desiderari. Atque id revera ita visum est Boeckhio qui lacunam, quam statuit, sic explendam iudicavit: οὕτως ἐν τοῖς φιλτάτοις κινδυνεύσαντα πότερον σφαλερώτερον, ἢ μετὰ τῆς ἐν τοῖς οἴνοις βασάνου καὶ παιδιᾶς, μηδὲν τὸν παράπαν κινδυνεύσαντα ἦθος ψυχῆς θεάσασθαι. At enim vero non puto equidem necessarium, ut tam multa moliamur. Nam alterum quidem membrum post ἦθος ψυχῆς θεάσασθαι; facili negotio intelligas licet ex superioribus: ἢ ξυγγενόμενον μετὰ τῆς τοῦ Διονύσου θεωρίας, quae huc quoque pertrahenda sunt. Reliqua autem fortasse persanaveris inserta post γυναῖκας particula καί, quam utique desideres; ea enim absente claudicat verborum structura. Quamquam vera verborum interpunctione restituta ne hac quidem mutatione indigebimus. Tollenda enim post γυναῖκας et κινδυνεύσαντα sunt commata; quibus sublatis facile apparet, ista: ἐπιτρέποντα — ψυχῆς θεάσασθαι, praegresso ψυχῆς βάσανον λαμβάνειν per epexegesin subiungi, hoc modo: an periculosius est animum veneri succumbentem explorare sic, ut ei filias filiosque atque mulieres committas, eoque modo iis, quae carissima sunt, in discrimen coniectis, animi indolem spectes? Itaque nos quidem vulgata lectione, quae eadem est codicum mss. omnium, acquiescendum putamus. Nec vero cum Astio pro σφαλερώτερον contrarium ἀσφαλέστερον aut

650 ξυγγενόμενον μετὰ τῆς τοῦ Διονύσου θεωρίας; ἢ πρὸς τἀφροδίσια ἡττημένης τινὸς ψυχῆς βάσανον λαμβάνειν, ἐπιτρέποντα αὐτοῦ θυγατέρας τε καὶ υἱεῖς καὶ γυναῖκας, οὕτως ἐν τοῖς φιλτάτοις κινδυνεύσαντα, ἦθος ψυχῆς θεάσασθαι; καὶ μυρία δὴ λέγων οὐκ ἄν τίς ποτε ἀνύσειεν, ὅσῳ διαφέρει τὸ μετὰ παιδιᾶς τὴν ἄλλως ἄνευ μισθοῦ ζημιώδους θεωρεῖν. καὶ δὴ καὶ τοῦτο μὲν αὐτὸ περί γε τούτων οὔτ' ἂν Κρῆ-
B τας οὔτ' ἄλλους ἀνθρώπους οὐδένας οἰόμεθα ἀμφισβητῆσαι, μὴ οὐ πεῖράν τε ἀλλήλων ἐπιεικῆ ταύτην εἶναι τό τε τῆς εὐτελείας καὶ ἀσφαλείας καὶ τάχους διαφέρειν πρὸς τὰς ἄλλας βασάνους.

P. 650. ἐπιτρέποντα αὐτοῦ θ.] Vett. editt. αὐτῶν. Sed αὑτοῦ vel αὐτοῦ praeter Par. B. habent codd. omnes.

φιλτάτοις κινδυνεύσαντα] Vulgo κινδυνεύσαντας. Libri A. Ω. v. f. h. r. a. c. o. δ. κινδυνεύσαντες. Dedi cum Bekkero quod res ipsa postulare visa est.

καὶ δὴ καὶ τοῦτο] Ald. Steph. Bas. 1. καὶ δὴ τοῦτο. Sed καὶ secundo loco cum Bas. 2. scriptum exhibent A. B. Ξ. Ω. v. f. h. r. a. c. o. x. z.

pro γυναῖκας singularem numerum γυναῖκα desideramus. Nam γυναῖκας quum ob praecedens θυγατέρας τε καὶ υἱεῖς requiratur, tum nec per se ineptum est, propterea quod sententia est generalior. Quod vero σφαλερώτερον attinet, scriptor hoc videtur maluisse quam ἀσφαλέστερον, quia periculorum magnitudinem extollere studuit, quibuscum aliae ingeniorum explorandorum rationes coniunctae essent.

P. 650. μετὰ τῆς τοῦ Διονύσου θεωρίας] Bacchi festis diebus; θεωρία est enim i. q. ἑορτή; Schol. Ruhnk. ad Polit. p. 181. et nostra ad Politiae l. VIII. 8. p. 556. D. Praepositio vero μετά cum genitivo instrumentum indicat, cuius ope aliquid perficitur; v. Fischer. ad Weller. T. III. P. II. p. 199." Astius. Ceterum Dionysiis vino indulgere licentius moris erat apud Athenienses.

ἐν τοῖς φιλτάτοις κινδυνεύσαντα] Τὰ φίλτατα saepissime de liberis et coniugibus usurpari docuit Valcken. ad Eurip. Phoeniss. p. 493. et 162. Wernsdorf. ad Himer. p. 874. Similiter Protagor. p. 313. E: ὅρα ὦ μακάριε, μὴ περὶ τοῖς φιλτάτοις κυβεύῃς τε καὶ κινδυνεύῃς. ubi dictio ad animum transfertur.

B. τό τε τῆς εὐτελείας —] H. e. τήν τε εὐτέλειαν καὶ ἀσφάλειαν διαφέρειν, et facilitate ac securitate et celeritate praestare ceteris explorandi rationibus.

Ἔστι δέ που, ὡς οἶμαι

ΚΛ. Ἀληθὲς τοῦτό γε.

ΑΘ. Τοῦτο μὲν ἄρ' ἂν τῶν χρησιμωτάτων ἓν εἴη, τὸ γνῶναι τὰς φύσεις τε καὶ ἕξεις τῶν ψυχῶν, τῇ τέχνῃ ἐκείνῃ, ἧς ἐστὶ ταῦτα θεραπεύειν· ἔστι δέ που, φαμέν, ὡς οἶμαι, πολιτικῆς. ἢ γάρ;

ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν.

πολιτικῆς] Artis civilis munus esse civium singulorum explorare ingenia, Plato quum alibi docuit, tum in Politico p. 308. A. sqq. ubi copiosius ea de re explicatur.

ARGUMENTUM

LIBRI SECUNDI.

Posteaquam primo libro significatum est, disputatione de compotationum usu tamquam ultro ad eam rem invitante, quanam disciplinae ratione opus sit ad temperantiam civibus impertiendam, secundo hoc sermone id agitur, ut, continuata de compotationibus et vini usu disputatione, omnino de disciplinae publicae ratione disseratur, et quorsum musica atque saltatio spectare debeat, accuratius definiatur. Est vero argumentum libri fere hoc.

Habent compotationes recte institutae non tantum hanc utilitatem, ut earum ope ingeniorum varietatem, qua cives insignes sint, cognoscere liceat; sed eaedem etiam alia eaque multo maiora nobis bona atque commoda afferunt (p. 652. A. B.). Quod ut accuratius intelligatur, explicandum est de omni institutionis et disciplinae ratione. — Cernitur igitur recta educatio ac disciplina in eo, ut infantes ac pueri, quoniam sensus voluptatis ac doloris ab iis primum percipitur seriusque accedit rationis usus, statim a principio consuefiant recte gaudere ac dolere, itemque amare et odisse, et posteaquam usum rationis adepti sint, huius praeceptis et legibus sua sponte obtemperare. In qua quidem rationis et affectuum concordia sicuti universae virtutis, ita etiam verae rectaeque educationis laus contineri videtur (p. 653.

B. C.). Sed quae ratio educationis praescribit atque postulat, ea fere in ipsa hominum vita misere negliguntur. Itaque dii ipsi, genus humanum, ad labores et miserias natum, miserti, mortalibus laborum intermissiones constituerunt, solemnia scilicet et mutua in honorem deorum festa, atque Musas, Apollinem musagetem, et Bacchum festorum praesides dederunt, quorum ope et auxilio depravatos item mores corrigerent et emendarent. Ornaverunt quippe hi dii homines harmoniae et numeri sensu, quo carent reliquae animantes, atque instituerunt choros et saltationes, quibus fieri potest ut, depulsa morum pravitate, virtus et humanitas excitetur atque nutriatur, ut profecto Musis et Apollini prima educatio ac disciplina accepta referatur (p. 653. D. — 654. A.). — Itaque hominem bene institutum et eruditum oportet choreae, hoc est saltationis et cantus, utique esse gnarum et peritum (p. 654. A. B.). Cavendum autem magnopere est, ne belle et venuste canere ac saltare idem esse putemus quod pulcre et bene. Pulcrum enim in saltatione et cantu nihil est aliud nisi id, quod animi corporisve virtutem aliquam exprimit et repraesentat; turpe autem id, quod pravitatem corporis vel animi refert (p. 654. B. — 655. B.). De qua re quod hominum opiniones multum inter se discrepant, eius rei caussa non in ipso pulcro ac turpi sita est, sed potius in eo cernitur, quod homines, confuso boni et iucundi discrimine, facile delectantur iis, quae ipsis mala consuetudine propria extiterunt, aut ad quae naturae suae quadam pravitate vel inviti feruntur (p. 655. B. — 656. B.). — Hoc ipsum autem quoniam honestati valde est periculosum, facile apparet, choreae instituendae licentiam in civitatibus bene moratis non esse ipsis artificibus permittendam, sed coërcendam potius legibus publicis, sicuti praeclaro consilio factum est in Aegypto, ubi poëtis, musicis, pictoribus, aliis, certae leges scriptae sunt, a quibus recedere nefas putatur (p. 656. B. — 657. B.). — Iam vero aliquis dixerit, musicae et saltationi nihil nisi voluptatem et iucunditatis oblectationem esse propositam. At enimvero etsi illae artes plurimum oblectationis atque gaudii afferunt, ut iis et pueri et senes perpetuo deleniamur, tamen ea de re cautius est existimandum. Nam

primum quidem aliis alia grata et iucunda sunt, ut rei iudicium per se anceps videatur atque dubium. Deinde rationi consentaneum est, illud tantum recte pro pulcro haberi, quo viri optimi atque eruditissimi delectentur (p. 657. B. — 658. E.). — Enimvero oportet profecto etiam prudentia et fortitudine ornatum esse eum, qui recte de his rebus iudicaturus sit, quoniam alioquin futurum est, ut aut diffidat suae ipsius auctoritati, aut populi, omnia voluptate metientis, cupiditatibus plus iusto tribuat (p. 658. E. — 659. A.). Decet autem iudicem non populi discipulum, sed magistrum populi esse, pessimusque est mos, qui etiamnunc in Italia et Sicilia regnat, ut de praemio certaminis plurimorum sententiis decernatur. Plurimum enim damni infert civitati, si harum rerum iudicium imperitae multitudini permittitur, quandoquidem ita futurum est ut poëtae et musici usque populi cupiditatibus blandiantur atque arte isto modo corrupta etiam bonos mores corrumpant. Ex quo intelligitur prorsus esse necessarium, ut musicis atque poetis leges scribantur, intra quas artis suae usum contineant. Nam etsi nusquam fere nisi in civitate Cretensi et Lacedaemonia ita factum esse novimus, tamen communi malo fortiter est occurrendum, siquidem fieri non potest ut iuventus ad virtutem et honestatem adsuefiat et perducatur, nisi virorum temperantium, fortium et bonorum exempla ei ob oculos ponantur; quod ipsum maxime etiam a poëtis et musicis fieri debet (p. 658. E. — 660. D.). — Itaque poëtis una virtus debet esse proposita, ita ut fingant ac repraesentent homines probos atque iustos eorumque felicitatem et beatitatem informent. Quod enim Lacedaemone fieri solet, ut qui carmina pangunt, homines virtute insignes, nulla habita externae fortunae ratione, tanquam felicissimos laudent, improbos vero et iniustos, quantumvis abundantes opum ac divitiarum copia, miserrimos esse declarent; idem in quavis civitate bene morata fieri oportet. Corrigenda quippe sunt vulgaria de bonis iudicia, atque cives eo perducendi, ut bonam corporis valetudinem, formositatem, honores, divitiarum possessionem, potentiam, similia, virtuti postponere et in hac una maxime vitae suae felicitatem sitam esse sibi persuadeant. Nam externorum bonorum possessio

ubi coniuncta est cum improbitate et iniustitia, nihil minus solet afferre quam felicitatem; est enim vita honesta eadem quoque iucundissima, ut voluptas nullo modo possit a virtute seiungi atque separari. Id quod hac argumentatione efficitur. Voluptas enim si a virtute seiungenda esset; aut in una voluptate vitam beatam contineri consequeretur, quod absurdum est ideo, quia hac conditione virtutis studio supersedere possemus, aut virtus, etiamsi a iucunditate seiuncta esset, tamen iucunda dici deberet; quod qui dicit, is manifesto pugnantia loquitur. Itaque legum conditor, cuius est cives suos facere quam felicissimos, hoc quidem sedulo debebit iis inculcare, ut ne honestum et iucundum diversum esse censeant, sed ut vitam iniustam sibi persuadeant non modo turpiorem et nequiorem, verum etiam iniucundiorem et acerbiorem esse, quam iustam atque piam. Nam si quidquam aliud, hoc certe plurimum eo valebit, ut pueri et adolescentes non coacti et inviti, sed lubentes ac volentes omnia iusta agant (p. 660. D. — 663. D.). — Iam novimus quidem veritatem non ita facile probari hominibus; at plurimum tamen in iuvenum et puerorum animis posse disciplinam et institutionem, satis certo exploratum habemus. Quocirca etiam legumlatorem oportet maxime curare, quidnam illud sit, quod civibus suis persuaderi debeat, quo universa civitas maximi bonorum omnium particeps fiat, omnique studio exquirere rationem, qua effici queat, ut cives omnes de rebus longe gravissimis idem sentiant et cantibus pariter atque orationibus per omnem vitam patefaciant (p. 663. E. 664. A.). — Atque haec quum ita se habeant, sequitur nunc, ut de musica et saltatione accuratius etiam explicandum sit. Choris igitur hoc propositum esse debet, ut teneris puerorum animis quum omnino pulcra et honesta placeant, tum etiam hoc inprimis persuadeatur, vitam optimam item esse iucundissimam (p. 664. A. B.). — Id autem hoc modo optime perficietur. Primus ingrediatur chorus puerilis, qui talia universae civitati cantet et veluti occinat. Secundus chorus eorum, qui tricesimum aetatis annum agunt, Apollinem Paeana tamquam testem veritatis eorum, quae dicta sint, invocet pieque precetur, ut iuvenibus porro suadela sua propitius adesse velit. Tertius denique chorus,

compositus ille ex iis, qui tricesimum aetatis annum transgressi et sexagesimum nondum egressi fuerint, istis similia cantet. Seniores vero, qui cantus laborem perferre non possunt, de his ipsis rebus iuvabit fabulas narravisse, quae habeantur pro effatis divinis (p. 664. C. — 665. B.). Et tertium quidem chorum quod voluimus constare ex viris aetate provectioribus, id facile alicui mirum accidat. Quare necessarium putamus ea de re aliquid admonere. Si igitur nobis certo persuasum est, omnes cives illa, de quibus diximus, canere maxima cum voluptate oportere, consequens est, ut eadem etiam ii, qui sunt aetate maturiores, cantare debeant, quippe penes quos aetatis et prudentiae nomine maxima est vis persuadendi atque auctoritas. At enimvero qui sunt aetate provectiores quum ad saltandum et canendum minus idonei sint, plerumque solet accidere, ut inde verecundia et pudore quodam prohibeantur. Ut igitur iidem illi nanciscantur necessariam ad choros agendos alacritatem et fiduciam, deponantque aetatis suae tristitiam et severitatem, iis quidem, qui annum aetatis quadragesimum excesserint, vini usus erit permittendus, iunioribus interdictus ille; quo instituto ita eveniet, ut ne seniores quidem inter familiares canere verecundentur (p. 665. C. — 666. C.). — Iam vero si quaeritur de genere carminum, quod viros deceat, ante omnia explicandum videtur, quidnam illud sit, quod universae musicae atque poësi propositum esse conveniat. De qua re ita fere statuendum est. Quaecunque aliqua ex parte iucunda sunt, ea vel ob iucunditatem suam, vel ob veritatem, quam referunt, vel denique propter utilitatem, quam praebent, placere solent. Veluti cibi quum per se iucundi sint, tum etiam propter salubritatem atque utilitatem, quam corpori afferunt, placere possunt. Pariter etiam quae discimus et cognoscimus, si coniuncta sunt cum iucunditate, eo ipso iucunde fiunt, et quatenus nituntur veritate, etiam vera et utilia existimantur. Eadem fere ratio est etiam artium imitatricium. Ad quas si accedit, quae in iis spectatur, voluptas, habent eae sane iucunditatem atque suavitatem; veritatem autem ideo habent, quia in eo elaborare debent, ut quas res imitando exprimunt, eas quam simillime repraesentent atque effingant. Quo-

circa illae neutiquam una voluptate iudicari possunt. Nam sola voluptatis et iucunditatis gratia illud tantum recte iudicabitur, quod neque utilitatem aliquam neque veritatem aut verisimilitudinem habeat. Artes imitatrices autem certe non uno voluptatis sensu absolvuntur, sed interior ipsarum natura posita est in similitudine et aequalitate quadam, quam ad veritatis normam atque legem exigere liceat. Atque id ipsum prorsus convenit etiam in artem musicam, quae inter artes imitatrices numeranda est. Neque enim iudicium eius pendet ex una voluptate, quam affert; quamquam plurimi isto opinionis errore constricti tenentur. Quamobrem etiam choreutae illi aetate provectiores, quos constituimus, quid maxime sequi atque agere debeant, nunc non est difficile accuratius definire; hos enim decet optimum cantum praestantissimamque Musam consectari, quae veritate et rectae rationis laude insignis sit, nec vero eam musicam, quae suis voluptatis illecebris placeat. Consistit autem recta musicae ratio, ut dictum est, non alia in re, nisi in eo, ut res, quae imitatione exprimitur, accurate effingatur et magnitudini atque virtuti suae convenienter exhibeatur. Nam omnia musicae opera boni et pulcri imitatione et quasi adumbratione quadam absolvi quum poëtae tum actores et audientes fateantur necesse est (p. 666. D. — 668. C.). — Atque haec si vere disputata sunt, facile intelligi licebit, quidnam illud sit, quod iure requiramus ab eo, qui recte de aliquo musicae vel poësis opere iudicare videri velit. Debet enim ille primum novisse, quidnam illud sit, quod imitatione effingitur; deinde perspicere, num eius imitatio vera sit; denique quam pulcre artifex rem perfecerit, prudenter existimare (p. 668. C. — 669. B.). — Nec vero per se facile est de musica iudicare; imo postulat ea res maximam cautionem, praesertim quum prava de eius ratione iudicia facillime reipublicae damnum importent maximum, siquidem inde morum corruptio ac depravatio nascitur. Accedit huc ipsorum poëtarum perversitas quaedam, qui in ea exercenda et colenda saepe turpissimos errores admittunt. Faciunt enim illi non raro viros ea loquentes, quae muliebrem prae se ferunt speciem; adhibent ad ingenuorum hominum modos et saltationes numeros servis et

illiberalibus hominibus dignos; iungunt porro numeris generosioribus atque motibus subinde orationem et modum musicum naturae illorum reluctantem; miscent voces bestiarum, hominum et organorum miserrime, ut imitatio prorsus careat unitate; denique violenter divellunt, quae natura sua coniuncta esse debeant, exhibentque numeros et gestus a modis musicis separatos, nudas orationes versibus includentes, ac vicissim modum et numerum ab oratione divulsum, nudo utentes citharae et tibiae cantu: in quibus longe est difficillimum perspicere et intelligere, quid omnia ista habeant proposita et quaenam in iis imitatio cernatur. Nimirum fatendum est sane, totum istud negotium plenum esse turpi inertia ac singulari rusticitate (p. 669. B. — 669. E.). — Sed redimus ad choreutas nostros natu maiores. Hos igitur apertum est vel inprimis exercitatos esse oportere, quo possint quum numeros et harmonias acute sentire ac percipere, tum imitationis veritatem recte sapienterque cognoscere et iudicare. Nam alioquin ne poterunt quidem apte deligere, quae hominibus id aetatis conveniant, quaeque ita comparata esse debent, ut vel ipsi canentes ingenua fruantur oblectatione, vel iuniores ad morum probitatem et honestatem colendam adducantur, quandoquidem ii demum rectum sapientemque carminum et modorum delectum instituent, qui omnes deligendi caussas et rationes perspectas et exploratas habeant (p. 669. E. — 670. E.). — Exposuimus hactenus, quamobrem talis chorus virorum adultiorum, isque Baccho destinatus, necessarius videatur. Itaque nunc porro videamus, quaenam sit eius rei ratio et utilitas. Consentaneum est autem, istiusmodi conventum, qualis est compotantium, paullatim fieri turbulentiorem. Nam unusquisque solito calidior maiore quadam effertur laetitia et alacriore libertatis sensu concitatur, ita ut semet ipsum putet omnium moderatorem posse existere. Sed fiunt item bibentium animi molliores ac teneriores, ut sese perquam faciles ad ducendum praebeant ei, qui ipsos fingere et erudire velit. Talem vero fictorem atque ducem oportet esse legumlatorem, cuius est bonas ferre leges convivales, quibus omnis petulantia et intemperantia prohibeatur pudorisque sensus excitetur. Legum autem illarum custodes par

est eos esse, qui sobrii et quieti permanserint quique sexagesimum aetatis annum superaverint. Quod ubi ita fuerit institutum, compotationes eiusmodi maximam habebunt utilitatem. Conciliabunt enim animos convivarum ad benevolentiam et amorem; dissolvent inimicitias ac simultates; generosum pudorem et verecundiam firmabunt et corroborabunt; denique etiam corporis valetudinem atque robur adaugebunt (p. 670. E. — 672. D.). — Atque haec quidem nunc de rhythmo et harmonia *); pergimus ad alteram choreae partem, quae cernitur in motu corporis sive saltatione; quamquam haec ipsa quoque numeri particeps est. Quemadmodum vero illius (rhythmi et harmoniae) exercitatio, si valet ad virtutem animi, musica appellatur, ita artificiosus corporis motus, ubi conducit ad corporis vim virtutemque augendam et confirmandam, dicitur gymnastica. Ex quo intelligi debet, hanc et ipsam peculiari disputatione dignissimam esse. Est vero origo saltationis repetenda a naturali cuiusque animantis cupiditate et consuetudine saliendi, ad quam in hominis natura accessit sensus numeri divinitus cuique ingeneratus. Sed de gymnastica ordine deinceps [imo: *alio loco* **)] — dicetur. Nunc de vini usu et compotationibus ea addenda sunt, quae ut addantur res ipsa postulat. Itaque compotatione non utendum est ut re ludicra, sed ut temperantiae et moderationis adiutrice. Nam voluptatis ac lubidinis caussa vini potatio si instituatur, tota potius interdicenda publicis legibus fuerit (p. 672. D. — 674.).

---

*) Continuatur et profligatur disputatio de musica Libr. VII. p. 796. D sqq. p. 809. B sqq. usque ad libri exitum, ubi cetera memorantur, quae ad musicam latiore sensu dictam pertinent.

**) Fit enim Libr. VII. demum p. 794. C. — 796. D. et 804. C. sqq. p. 813. B. sqq.

B.

Cap. I. *Τὸ δὴ μετὰ τοῦτο, ὡς ἔοικε, σκεπτέον* 652
ἐκεῖνο περὶ αὐτῶν, πότερα τοῦτο μόνον ἀγαθὸν ἔχει, τὸ κατιδεῖν πῶς ἔχομεν τὰς φύσεις, ἢ καί τι μέγεθος ὠφελείας, ἄξιον πολλῆς σπουδῆς, ἔνεστ' ἐν τῇ κατ' ὀρθὸν χρείᾳ τῆς ἐν οἴνῳ συνουσίας. τί οὖν δὴ

Cap. I. P. 652. *ἔνεστιν ἐν τῇ κ.*] *ἐν*, quod vulgo aberat exhibuerunt A. B. Ω. Ξ. f. h. r. a. c. o. δ. In Voss. et Par. A. *ἔνεστ' ἐν τ.* unde liquet origo erroris. Paullo ante *ὠφελίας* Ven. Ξ. nec tamen Vat. Ω. ut narrat Bekker.

Cap. I. P. 652. *πότερα τοῦτο μόνον* —] num ea (*αὐτὰ*) hoc tantum boni habeant, ut perspiciamus, quomodo natura comparati simus, h. e. ut civium ingenia cognoscamus, an etiam magna quaedam utilitas, non indigna illa multo studio, insit in recto usu compotationis. De accusativo *τὰς φύσεις* cum *πῶς ἔχομεν* iuncto conf. Demosth. De Coron. p. 319: *οὕτως ἔχων τὴν ψυχήν.* Sophocl. Phil. v. 660: *τὸν δ' ἔρωθ' οὕτως ἔχω.* Quae iuxta cum aliis comparavit Bernhardy Syntax. Gr. p. 159. *Μέγεθος ὠφελείας* abstracto pro concreto posito est idem quod *μεγάλη ὠφέλεια*, de quo usu v. ad Libr. I. p. 625. B. *Συνουσία ἐν οἴνῳ* dictum ut *συνεῖναι διὰ μέθης, διὰ λόγων, ἐν οἴνῳ*, et similia, quae attigimus ad Symp. p. 176. D.

τί οὖν δὴ λέγομεν;] quid igitur censemus: Cave igitur *λέγωμεν*, coniunctivum, desideres; v. ad Gorg. p. 479. E. al. Quod vero Atheniensis ipse hanc interrogationem sermoni suo interponit ac protenus ad eandem respondet, prorsus id esse Platonicum iam ad libr. I. c. 5. ostendimus. Vide etiam III. p. 691. C. 701. C. IV. 722. D. VI. 780. A. VIII. 848. B. X. 894. A. Nec prosopopoeia ista, qua *ὁ λόγος* dicitur *βούλεσθαι σημαίνειν*, vel *λέγειν*, vel *αἱρεῖν*, et si quae sunt similia, rara apud Platonem est; v. Indic. nostrum ad

λέγομεν; ἔνεσθ', ὡς ὁ λόγος ἔοικε βούλεσθαι σημαίνειν· ὅπῃ δὲ καὶ ὅπως, ἀκούωμεν προςέχοντες τὸν
B νοῦν, μή πῃ παραποδισθῶμεν ὑπ' αὐτοῦ.

ΚΛ. Λέγ' οὖν.

ΑΘ. Ἀναμνησθῆναι τοίνυν ἔγωγε πάλιν ἐπιθυμῶ, τί ποτε λέγομεν ἡμῖν εἶναι τὴν ὀρθὴν παι-
653 δείαν. τούτου γάρ, ὥς γε ἐγὼ τοπάζω τὰ νῦν, ἔστιν

P. 653. τούτου γάρ, ὥς γ' ἐγὼ τ. τὰ νῦν] τοῦτο A.B. Ω. Ξ. v. f. h. r. a. c. o. δ. qui tamen partim veram lectionem superscriptam habent.

παραγίγνεται πρῶτον, ταῦτ' εἶναι] Perperam Steph.

Remp. et Gorgiam ed. 2. s. v. λόγος, et quae data occasione alibi forsan de ea loquendi ratione exposuimus. Ad ὅπῃ δὲ καὶ ὅπως repetas ἔνεστιν.

παραποδισθῶμεν ὑπ' αὐτοῦ] ne ab eo (τῷ λόγῳ) irretiamur; h. e. ne re minus accurate explorata iudicio nostro hac in caussa fallamur. Usum verbi notavit Pollux On. IX. 134. qui interpretatur: οἷον παρατραπῶμεν ἢ ἐξαπατηθῶμεν: id quod iam Astius annotavit. Sic etiam Epist. Plat. VII. p. 330. B. μή πῃ παραποδισθείη.

P. 653. ὥς γ' ἐγὼ τοπάζω τὰ νῦν] Usum verbi docte illustravit Ruhnken. ad Tim. p. 259.

καλῶς κατορθουμένῳ] H. e. εἰ καλῶς κατορθοῦται. Hoc vero dicit: huius enim (rectae educationis) salus posita est in isto instituto (compotationum) si recte gubernatur. Neutrum τούτου ad nomen generis feminini relatum multis exemplis illustravimus ad Phileb. p. 28. A. attigimus item supra ad I. p. 645. D. 646. D. 638. C.

Μέγα λέγεις] V. ad Symp. 175. B. et Legg. I. 633. A: τρίτον λέγειν p. 642. A. infra 658. B. ubi plura. Vulgo in talibus desiderant τι.

τῶν παίδων παιδικὴν εἶναι —] Hoc prima specie alicui mire dictum videatur. Nec tamen scriptorem putamus sine caussa idonea ita loquutum esse. Is enim, si quid video, hoc voluit significare: puerorum primum sensum, qui *huic aetati tanquam proprius* sit, esse voluptatem et dolorem. Mox Stephanus et Bekkerus post παραγίγνεται interpungunt, ut iungenda sint πρῶτον ταῦτ' εἶναι. Sed recte vidit Astius ea ratione perturbari sententiae rationem. Accedit quod proxima: τὴν παραγιγνομένην πρῶτον παισὶν ἀρετήν, certissime evincunt πρῶτον cum antegressis connecti oportere. Dein pro ταῦτ' εἶναι unus liber Bekkeri τοῦτ' εἶναι. Nec tamen pluralem numerum mutaverim, qui qua caussa et ratione nitatur, ostendisse videmur ad Gorg. p. 447. A. Apol. Socr. p. 19. D. Phaed. p. 70. D. al. Res hodie satis nota. Quam tamen videntur neglexisse qui τοῦτ' εἶναι in alterius lectionis locum suffecerunt.

φρόνησιν δὲ καὶ ἀληθεῖς δόξας] Ad hos accusativos ex superioribus repetas λέγω, ut εὐτυχές sit praedicati instar pro εὐτυχές τι, de quo usu loquendi paullo ante diximus. Nimirum isto modo intelligitur, non absolutos esse hos accusativos, ut putant intpp., sed per attractionem cum vi quadam esse prae-

ἐν τῷ ἐπιτηδεύματι τούτῳ καλῶς κατορθουμένῳ σωτηρία.

ΚΛ. Μέγα λέγεις.

ΑΘ. Λέγω τοίνυν τῶν παίδων παιδικὴν εἶναι πρώτην αἴσθησιν ἡδονὴν καὶ λύπην, καὶ ἐν οἷς ἀρετὴ ψυχῇ καὶ κακία παραγίγνεται πρῶτον, ταῦτ' εἶναι· φρόνησιν δὲ καὶ ἀληθεῖς δόξας βεβαίους εὐτυχές, ὅτῳ

ante πρῶτον distinxit, ut factum est etiam in Ven. Ξ. et Par. B.
δόξας βεβαίους] Steph. correxit βεβαιοῦν, invitis codd. omnibus. Dein Astius εὐτυχής, quam tamen scripturam ipse postea improbavit. v. comm. infra

τυχές, ὅτῳ φρόνησις — παρεγένετο. Quod vero scriptum est: εὐτυχές, ὅτῳ παρεγένετο, more Graeco sic dicitur pro vulgari: εὐτυχές, εἴ τινι — παρεγένετο. Quocirca sententia scriptoris haec est: prudentiam vero et rectas opiniones stabiles atque certas beatum quiddam dico, si cui vel usque ad senectutem (usque dum advenerit senectus) contigerint. Quod patet dici rectissime pro usitato: Si vero alicui etiam in senectute prudentia et verae opiniones obtigerint, id beatum quiddam dico. De ὅς et ὅστις sic pro εἴ τις usurpato exposuimus ad Phaedon. p. 68. B. cap. XIII. in.; exposuit item Schaeferus ad Brunckii Poet. Gnom. p. 186. ubi nec huius loci immemor fuit. Addas vero Homer. Odyss. XV. 72. Eurip. Androm. v. 189. Hippol. v. 643. Herc. Fur. 160. Electr. 821. Xenoph. A. II. 5, 21. Hell. II. 3, 51. ut alia mittamus. His vero ita explicatis primum quidem intelligetur, opinor, falso Astium olim εὐτυχής, masculino genere, reponi iussisse. Deinde nec illud dubium aut incertum videri poterit, quid statuendum sit de scriptura βεβαιοῦν, quam Stephanus pro βεβαίους invexit. Originem enim ea habet ex male sedula loci correctione eaque ad sententiam parum apta. Nam ἀληθεῖς δόξαι βέβαιοι commemorantur rectissime, sicuti Tim. p. 37. B: δόξαι καὶ πίστεις γίγνονται βέβαιοι καὶ ἀληθεῖς. Denique etiam sponte intelligitur prave vulgo ante εὐτυχές commate interpungi solere, quo turbatur structura verborum miserrime. Restat autem, ut de una re adhuc monendum sit. Quod enim παρεγένετο ponitur, numerus singularis, qui pertinet ad φρόνησις καὶ ἀληθεῖς δόξαι, id facile aliquem moretur. At nimirum verbum praedicato εὐτυχές accommodatum videtur, usu haudquaquam raro. Quod si cui minus probetur, certe quidquid est scrupuli eximent, quae ad Phaedon. p. 62. D. Sympos. p. 188. B. et Ibid. p. 190. C. de numero verbi singulari cum pluralii nominum consociato exposuimus. Ceterum Cicero De Fin. V. 21. p. 433. ed. Rath. locum interpretatur hoc modo: Beatum, cui etiam in senectute contigerit, ut sapientiam verasque opiniones assequi possit.

λέγομεν; ἔνεσθ', ὡς ὁ λόγος ἔοικε βούλεσθαι σημαίνειν· ὅπῃ δὲ καὶ ὅπως, ἀκούωμεν προςέχοντες τὸν
B νοῦν, μή πῃ παραποδισθῶμεν ὑπ' αὐτοῦ.

ΚΛ. Λέγ' οὖν.

ΑΘ. Ἀναμνησθῆναι τοίνυν ἔγωγε πάλιν ἐπιθυμῶ, τί ποτε λέγομεν ἡμῖν εἶναι τὴν ὀρθὴν παι-
653 δείαν. τούτου γάρ, ὥς γε ἐγὼ τοπάζω τὰ νῦν, ἔστιν

P. 653. τούτου γάρ, ὥς γ' ἐγὼ τ. τὰ νῦν] τοῦτο A.B. Ω. Ξ. v. f. h. r. a. c. o. δ. qui tamen partim veram lectionem superscriptam habent.

παραγίγνεται πρῶτον, ταῦτ' εἶναι] Perperam Steph. Remp. et Gorgiam ed. 2. s. v. λόγος, et quae data occasione alibi forsan de ea loquendi ratione exposuimus. Ad ὅπῃ δὲ καὶ ὅπως repetas ἔνεστιν.

παραποδισθῶμεν ὑπ' αὐτοῦ] ne ab eo (τῷ λόγῳ) irretiamur; h. e. ne re minus accurate explorata iudicio nostro hac in caussa fallamur. Usum verbi notavit Pollux On. IX. 134. qui interpretatur: οἷον παρατραπῶμεν ἢ ἐξαπατηθῶμεν: id quod iam Astius annotavit. Sic etiam Epist. Plat. VII. p. 330. B. μή πῃ παραποδισθείη.

P. 653. ὥς γ' ἐγὼ τοπάζω τὰ νῦν] Usum verbi docte illustravit Ruhnken. ad Tim. p. 259.

καλῶς κατορθουμένῳ] H. e. εἰ καλῶς κατορθοῦται. Hoc vero dicit: huius enim (rectae educationis) salus posita est in isto instituto (compotationum) si recte gubernatur. Neutrum τούτου ad nomen generis feminini relatum multis exemplis illustravimus ad Phileb. p. 28. A. attigimus item supra ad I. p. 645. D. 646. D. 638. C.

Μέγα λέγεις] V. ad Symp. 175. B. et Legg. I. 633. A: τρίτον λέγειν p. 642. A. infra 658. B. ubi plura. Vulgo in talibus desiderant τι.

τῶν παίδων παιδικὴν εἶναι —] Hoc prima specie alicui mire dictum videatur. Nec tamen scriptorem putamus sine caussa idonea ita loquutum esse. Is enim, si quid video, hoc voluit significare: puerorum primum sensum, qui *huic aetati tanquam proprius* sit, esse voluptatem et dolorem. Mox Stephanus et Bekkerus post παραγίγνεται interpungunt, ut iungenda sint πρῶτον ταῦτ' εἶναι. Sed recte vidit Astius ea ratione perturbari sententiae rationem. Accedit quod proxima: τὴν παραγιγνομένην πρῶτον παισὶν ἀρετήν, certissime evincunt πρῶτον cum antegressis connecti oportere. Dein pro ταῦτ' εἶναι unus liber Bekkeri τοῦτ' εἶναι. Nec tamen pluralem numerum mutaverim, qui qua caussa et ratione nitatur, ostendisse videmur ad Gorg. p. 447. A. Apol. Socr. p. 19. D. Phaed. p. 70. D. al. Res hodie satis nota. Quam tamen videntur neglexisse qui τοῦτ' εἶναι in alterius lectionis locum suffecerunt.

φρόνησιν δὲ καὶ ἀληθεῖς δόξας] Ad hos accusativos ex superioribus repetas λέγω, ut εὐτυχές sit praedicati instar pro εὐτυχές τι, de quo usu loquendi paullo ante diximus. Nimirum isto modo intelligitur, non absolutos esse hos accusativos, ut putant intpp., sed per attractionem cum vi quadam esse prae-

ἐν τῷ ἐπιτηδεύματι τούτῳ καλῶς κατορθουμένῳ σωτηρία.

ΚΛ. Μέγα λέγεις.

ΑΘ. Λέγω τοίνυν τῶν παίδων παιδικὴν εἶναι πρώτην αἴσθησιν ἡδονὴν καὶ λύπην, καὶ ἐν οἷς ἀρετὴ ψυχῇ καὶ κακία παραγίγνεται πρῶτον, ταῦτ' εἶναι· φρόνησιν δὲ καὶ ἀληθεῖς δόξας βεβαίους εὐτυχές, ὅτῳ

ante πρῶτον distinxit, ut factum est etiam in Ven. Ξ. et Par. B. δόξας βεβαίους] Steph. correxit βεβαιοῦν, invitis codd. omnibus. Dein Astius εὐτυχής, quam tamen scripturam ipse postea improbavit. v. comm. infra

τυχές, ὅτῳ φρόνησις — παρεγένετο. Quod vero scriptum est: εὐτυχές, ὅτῳ παρεγένετο, more Graeco sic dicitur pro vulgari: εὐτυχές, εἴ τινι — παρεγένετο. Quocirca sententia scriptoris haec est: prudentiam vero et rectas opiniones stabiles atque certas beatum quiddam dico, si cui vel usque ad senectutem (usque dum advenerit senectus) contigerint. Quod patet dici rectissime pro usitato: Si vero alicui etiam in senectute prudentia et verae opiniones obtigerint, id beatum quiddam dico. De ὅς et ὅστις sic pro εἴ τις usurpato exposuimus ad Phaedon. p. 68. B. cap. XIII. in.; exposuit item Schaeferus ad Brunckii Poet. Gnom. p. 186. ubi nec huius loci immemor fuit. Addas vero Homer. Odyss. XV. 72. Eurip. Androm. v. 189. Hippol. v. 643. Herc. Fur. 160. Electr. 821. Xenoph. A. II. 5, 21. Hell. II. 3, 51. ut alia mittamus. His vero ita explicatis primum quidem intelligetur, opinor, falso Astium olim εὐτυχής, masculino genere, reponi iussisse. Deinde nec illud dubium aut incertum videri poterit, quid statuendum sit de scriptura βεβαιοῦν, quam Stephanus pro βεβαίους invexit. Originem enim ea habet ex male sedula loci correctione eaque ad sententiam parum apta. Nam ἀληθεῖς δόξαι βέβαιοι commemorantur rectissime, sicuti Tim. p. 37. B: δόξαι καὶ πίστεις γίγνονται βέβαιοι καὶ ἀληθεῖς. Denique etiam sponte intelligitur prave vulgo ante εὐτυχές commate interpungi solere, quo turbatur structura verborum miserrime. Restat autem, ut de una re adhuc monendum sit. Quod enim παρεγένετο ponitur, numerus singularis, qui pertinet ad φρόνησις καὶ ἀληθεῖς δόξαι, id facile aliquem moretur. At nimirum verbum praedicato εὐτυχές accommodatum videtur, usu haudquaquam raro. Quod si cui minus probetur, certe quidquid est scrupuli eximent, quae ad Phaedon. p. 62. D. Sympos. p. 188. B. et Ibid. p. 190. C. de numero verbi singulari cum pluralii nominum consociato exposumus. Ceterum Cicero De Fin. V. 21. p. 433. ed. Rath. locum interpretatur hoc modo: Beatum, cui etiam in senectute contigerit, ut sapientiam verasque opiniones assequi possit.

καὶ πρὸς τὸ γῆρας παρεγένετο· τέλεος δ' οὖν ἔστ' ἄνθρωπος ταῦτα καὶ τὰ ἐν τούτοις πάντα κεκτημένος
B ἀγαθά. παιδείαν δὴ λέγω τὴν παραγιγνομένην πρῶ-

τέλεος δ' οὖν] V. *τέλειος*. Receptam scripturam habent A. Ξ. Ω. v. f. h. a. c. o. δ. Dein pro *ἔστιν ἄνθρωπος* A. B. Ξ. *ἔστ' ἄνθρωπος*.

B. *παραγιγνομένην πρῶτον*] *πρώτην* Ω., sed in marg. corr. et f. Mox *ἐὰν ὀρθῶς* Eus. Praep. XII. 18. p. 591. D.

B. *παιδείαν δὴ λέγω* —] Locus perquam difficilis. Qui ut recte explicetur, ante omnia de verborum sententia universe quaerendum est. Redit autem ea, si quid iudicare possumus, fere huc: „Educationem sive disciplinam igitur censeo in eo positam esse, ut pueris primum virtus impertiatur: sed quum id aut sic fieri possit, ut pueri sensus et cupiditates cum ratione concordantes habeant, quamvis ratione in ipsis nondum confirmata et roborata, aut eo modo, ut consensus ille ratione iam adulta in ipsis reperiatur, posterius quidem non videtur ad educationem pertinere, quippe in quo cernatur virtus, quae recta educatione efficitur quidem, nec vero ad ipsius vim naturamque pertinet. Imo educatio subiectam sibi quasi materiam, in qua elaboret, hoc unum habere existimanda est, ut voluptatum ac dolorum sensus recte temperentur atque gubernentur, quo pueri ea discant expetere et aversari, quae conveniat.“ Haec igitur loci sententia est. Quod si vere statuimus, quid de verborum singulorum interpretatione existimandum sit, facilius diiudicari poterit. Itaque primum quidem cavendum est, ne cum Astio aliisque voculam *δέ* in hisce: *ἡδονὴ δὲ καὶ φιλία κτλ.* pro *γάρ* positam esse existimemus. Verissime enim Bremius ad Epistol. Socrat. p. 323. censuit particulam adversativam propria vi ac potestate sua nunquam privari, etiamsi interdum cum *γάρ* permutari posse videatur. Accedit vero, quod non *δὲ* sed *δὴ* legendum esse codd. evincunt, hoc sensu: voluptas *scilicet* et amicitia atque dolor et odium si statim ab initio (*πρῶτον*) recte in animis existant ctr. Itaque istud quidem in aprico est. Sed aliud quid est in proximis, de quo nuper motae sunt controversiae. Nam pro vulg. *δυναμένων λόγῳ λαμβάνειν* Boeckhius ex Euseb. Praep. Ev. XII. 18. p. 591. D. revocari vult: *δυν. λόγον λαμβ.*, quod placuit etiam Vigero ad Euseb. p. Euseb. p. 57. Astio et C. Fr. Hermanno, qui locum ita refictum ediderunt. Ac profecto *λόγον λαμβάνειν* saepissime dicuntur qui caussam et rationem alicuius rei percipiunt et intelligunt, veluti Legg. I. p. 645. B. De Rep. III. p. 401. D. VI. p. 534. B. Theaet. p. 148. B. al. Sed nec *λαμβάνειν λόγῳ*, ratione comprehendere vel intelligere, infrequens est, quam in rem ipse Boeckhius comparat Legg. I. p. 638. C. Sophist. p. 249. D. Jon. p. 532. E. Parmen. p. 135. E. quibus addas licet De Rep. VII. p. 529. D. Tim. p. 29. A. Lachet. p. 194. B. al. Quocirca ubi intellexeris h. l. *αὐτὰ* h. e. *ἡδονὴν καὶ φιλίαν κτλ.* vel

τον παισὶν ἀρετήν, ἡδονὴ δὴ καὶ φιλία καὶ λύπη καὶ μῖσος ἂν ὀρθῶς ἐν ψυχαῖς ἐγγίγνωνται μήπω δυναμένων λόγῳ λαμβάνειν, λαβόντων δὲ τὸν λόγον, συμ-

ἡδονὴ δὴ καὶ φιλία.] ἡδονὴ δὴ κ. A. B. Ω. v. f. h. r. a. o. δ. Vulgo δὲ scribitur. Sed vid. interpretat. nostram.

λόγῳ λαμβάνειν] ἐν λόγῳ r. Euseb. Praep. Ev. XII. 18. p. 592. A. λόγον, probante Boeckhio Astio. Herm. sed v. comment. exeg.

potius αὐτό, sive τὸ ὀρθῶς ἐν ψυχαῖς ἐγγίγνεσθαι ἡδονὴν καὶ φιλίαν κτλ., id quod per loquendi consuetudinem sane rectissime fieri potest, iure meritoque illud locum suum sibi tuebitur. At vero, dixerit aliquis, ita tamen perquam molestum accidit quod continuo subiungitur istud: λαβόντων δὲ τὸν λόγον, quibus verbis manifestum est antegressum λόγῳ λαμβάνειν iterari. Recte vero istud quidem. Veruntamen exinde nondum consequitur, fieri non potuisse, ut scriptor dictionem deinceps variaret. Imo fecit hoc rectissime atque caussis satis idoneis. Nam primum quidem quum denuo dativum esset subiecturus, prudentissime iteratum istud λόγῳ evitavit. Deinde quod nunc dixit: λαβόντων δὲ τὸν λόγον, significatur ea formula loquendi etiam aliud quid, quam antegresso λόγῳ λαμβάνειν. Nam τὸν λόγον λαβεῖν, addito articulo, nunc dicuntur, qui rationem ad ista recte iudicanda necessariam adepti sunt. Itaque caussa aperta est, cur loquendi ratio sit mutata. Iam vero idem nomen cum vi repetitur in his: συμφωνήσωσι τῷ λόγῳ, si cum ratione consentiant, neque eius imperio ac legibus officiant. Quod ipsum quoque est eiusmodi, ut ad veteris scripturae auctoritatem infirmandam nihil quidquam valeat. Itaque haec quidem videmur isto modo satis expedivisse, ut nulla amplius locum habeat dubitatio. Pergimus ad aliud quid. Dubitari enim licet de subiecto, quod ad λαβόντων et συμφωνήσωσι pertineat. De qua quidem re ita statuimus, ut ad λαβόντων putemus intelligi αὐτῶν, i. e. τῶν παίδων, ad συμφωνήσωσι autem non cum Boeckhio et Astio οἱ παῖδες assumamus, sed repetamus superiora illa: ἡδονὴ καὶ φιλία καὶ λύπη καὶ μῖσος. Id enim ipsius sententiae rationes videntur postulare. Sed nova dubitatio nascitur de verbis: ὀρθῶς εἰθίσθαι — ἐθῶν. Venit aliquando in mentem corrigere: συμφωνήσωσι τῷ λόγῳ τῷ ὀρθῶς εἰθίσθαι i. e. eo quod consuefacti sint. Nec tamen opus est correctione. Nam ὀρθῶς εἰθίσθαι pendet sine dubio ex antegresso λέγω, quod hic apud animum est repetendum. Quocirca librorum lectione utique est acquiescendum. Sed longe aliter statuendum est de proximis. Nam inde ab αὐτῆς θ' ἡ ξυμφωνία κτλ. quum exordiatur nova sententia, apertum esse debet, istud θ' ab hoc loco alienum esse. Huc accedit, quod nec αὐτῆς integrum videtur. Etenim dolorum et voluptatum itemque animi affectionum reliquarum consensio cum ratione neutiquam pars iudicatur esse τῆς παιδείας, sed potius virtus ab educationis tanquam ditione seiuncta ac separata. Quocirca manifestum est

φωνήσωσι τῷ λόγῳ, ὀρθῶς εἰθίσθαι ὑπὸ τῶν προσηκόντων ἐθῶν. αὐτῆς θ' ἡ ξυμφωνία ξύμπασα μὲν ἀρετή, τὸ δὲ περὶ τας ἡδονὰς καὶ λύπας τεθραμμένον αὐτῆς ὀρθῶς, ὥςτε μισεῖν μὲν ἃ χρὴ μισεῖν
C εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς μέχρι τέλους, στέργειν δὲ ἃ χρὴ στέργειν, τοῦτ' αὐτὸ ἀποτεμὼν τῷ λόγῳ καὶ παιδείαν

αὐτῆς θ' ἡ ξυμφωνία] αὐτῆς θ' ἡ ξ. Par. A. Vat. Ω. teste Bastio. Eusebius unanimi codd. consensione: αὕτη ἐσθ' ἡ ξ. Ficinus: haec ipsa consensio universa quidem virtus

hic errorem aliquem delituisse, quem nulla anacoluthi alicuius machina excusaveris. Eusebius l. c. scriptum exhibet: αὕτη ἐσθ' ἡ ξυμφωνία: quod expressit etiam Ficinus: *Haec ipsa consensio universa quidem virtus est.* Itaque Boeckhius et Schneid. eam lectionem unice probant. Neque illa per se spectata spernenda est. Sed impedit tamen omnium Platonis librorum auctoritas quominus eam continuo amplectamur. Quorum quum optimi, teste Bastio, scriptum exhibeant αὐτῆς θ' ἡ ξ. locum putamus non sic refingendum esse: αὕτη ἐσθ' ἡ ξυμφ. sed scribendum hunc in modum: ἐθῶν. αὕτη δὲ ἡ ξυμφωνία κτλ. ita ut ad ἡ ξυμφωνία — ἀρετή intelligatur ἐστίν, quae ratio nihil habet difficultatis. Iam vero, his utcunque expeditis, facile intelligitur recte deinde pergi hunc in modum: τὸ δὲ περὶ τὰς ἡδονάς — προσαγορεύοις. Nam quod dehinc novo verbo subiuncto accusativus infertur, id adeo est pervulgatum, ut ne anacoluthi quidem nomine appellandum fuerit. Sequitur iam, ut de consequentibus verbis explicandum sit. Hic vero diligenter animadvertendum est μέν post ξύμπασα esse interpositum. Quippe ξύμπασα μέν opponitur verbis proximis: τὸ δὲ περὶ τὰς ἡδονὰς—τεθραμμένον αὐτῆς. Itaque hoc dicitur: ista quidem consensio (vel sine rationis accessione vel etiam ratione socia et comite locum habens) *tota* quidem (si ea est, in qua etiam rationis sunt partes) *virtus* est, quae non est educationis ac disciplinae pars, quamquam ex ea proficiscitur. Iam vero proxima hunc in modum explicanda esse apparet: sed quod per eam (consensionem s. ξυμφωνίαν) voluptates ac dolores recte sunt quasi conformati et educati, ita ut pueri ab initio usque ad finem aversentur atque appetant, quae oportet hanc partem definitione tanquam (a ceteris) resecans et appellans educationem recte mea sententia eam appellaveris. Etenim τὸ περὶ τὰς ἡδονὰς καὶ λύπας τεθραμμένον nominis substantivi partes agit, unde genitivum αὐτῆς additum habet, qui pertinet ad ξυμφωνία, ita ut τὸ περὶ τ. ἡδ. κ. λ. τεθραμμένον sit, quod ab ea proficiscitur, vel, quod ad eam refertur. Sic Legg. III. p. 689. A. τὸ γὰρ λυπούμενον καὶ ἡδόμενον αὐτῆς. int. τῆς ψυχῆς. — De Rep. X. p. 603. A. τὸ δοξάζον τῆς ψυχῆς. al. Plura similia suppeditabit desiderantibus

προςαγορεύων, κατά γε τὴν ἐμήν, ὀρθῶς ἂν προςαγορεύοις.

ΚΛ. Καὶ γάρ, ὦ ξένε, ἡμῖν καὶ τὰ πρότερον ὀρθῶς σοι παιδείας πέρι καὶ τὰ νῦν εἰρῆσθαι δοκεῖ.

ΑΘ. Καλῶς τοίνυν. τούτων γὰρ δὴ τῶν ὀρθῶς τεθραμμένων ἡδονῶν καὶ λυπῶν, παιδειῶν οὐσῶν, χα-

est. vid. infra explicat.

C. κατά γε τὴν ἐμήν] Post ἐμήν additum vulgo δόξαν, quod omisimus cum A Ω. v. f. h. r. a. c. δ. o. x. Nec habet illud Euseb.

Bernhardy Syntax. p. 327. Quod vero dicitur τὸ τεθραμμένον, id noli cum Vigero ad Eusebium l. c. in τετραμμένον mutare. Hoc enim a re alienum est; illud autem quam apte dicatur, quum de παιδείᾳ disputetur, vix eget ulla admonitione. Nec vero cum Astio corrigendum ἀποτεμὼν τοῦ λόγου, a ratione separans. Nam τῷ λόγῳ est nunc: definitione, qua quia quodnam munus et officium educationis sit, accuratius indicatur, simul quod ei est proprium resecatur quasi atque seiungitur a reliquis. Haec igitur de loci intellectu difficilioris interpretatione. Ceterum de virtutis laude ex voluptatum et dolorum cum ratione concentu efflorescente consulas De Rep. III. p. 401. D. sqq. IV. p. 430. E. sqq. p. 440. E. sqq. Phaedon. p. 93. E. et Morgenstern. Commentatt. De Plat. Rep. p. 108 sqq.

κατά γε τὴν ἐμήν] Int. δόξαν, quod vulgo addebatur. Ellipsin multis exemplis illustrant Heusd. Specim. Crit. p. 102. Toup. Emendatt. in Suid. T. I. p. 71. ed. Lips. Intpp. ad Gregor. Corinth. p. 31. quibus adde nos ad Phileb. p. 41 B. Politic. p. 271. A.

C. τούτων γὰρ δὴ τῶν ὀρθῶς —] ab istis vero recte institutis et quasi bene educatis voluptatibus et doloribus, quae sunt educationis rationes quaedam, in vita mortalium ab hominibus multis in partibus remittitur, eoque (illi) corrumpuntur. Sic enim locus interpretandus, ubi cum libris mss. legitur κατὰ πολλά. Sed alia ratio est, ubi retinetur vulg. τὰ πολλά. Quippe ita iungenda verba hunc in modum: χαλᾶται γὰρ δὴ καὶ διαφθείρεται τοῖς ἀνθρώποις ἐν τῷ βίῳ τὰ πολλὰ τῶν ὀρθῶς τεθραμμένων ἡδονῶν καὶ λυπῶν, παιδειῶν οὐσῶν. Quamquam in alia omnia abiit Astius, qui τὰ πολλὰ significare putat plerumque, genitivos τούτων — λυπῶν pro absolutis habet, et χαλᾶται καὶ διαφθείρεται connectit cum παιδειῶν οὐσῶν. Quorum omnium, perspecta loci sententia, nihil usquequaque probaveris. Numerum pluralem παιδειῶν pro παιδείας positum ideo putamus, quia significantur variae ac multiplices rationes, quibus voluptates varias variosque dolores regere atque moderari liceat: de quo usu nominum abstractorum plurali numero alibi explicavimus. Iam vero dubitaveris fortasse, quorsum istud γὰρ δή pertineat et quam illud vim ha-

λᾶται τοῖς ἀνθρώποις καὶ διαφθείρεται κατὰ πολ-
D λὰ ἐν τῷ βίῳ, θεοὶ δὲ οἰκτείραντες τὸ τῶν ἀνθρώπων ἐπίπονον πεφυκὸς γένος ἀναπαύλας τε αὐτοῖς τῶν πόνων ἐτάξαντο τὰς τῶν ἑορτῶν ἀμοιβὰς [τοῖς

κατὰ πολλὰ ἐν τῷ βίῳ] κατὰ πολλὰ A. B. Ξ. Ω. v. f. h. r. a. c. o δ x. Vulgo τα πολλά.

D. τὰς τροφὰς γενομένας] Hoc ordine A. B. Ξ. Ω. v. f. h. r. a. c. δ. o. x. pro vulg. γενομένας τροφάς. Iidem fere libri post τὰς inserunt voculam τε vulgo omnino absentem. Sed v. interpret. Herbeat. Nimirum hoc ut intelligatur, sententiarum seriem atque connexionem hanc esse teneri oportet: Iam vero res bene habet; quum enim homines rectam disciplinam omittant ac pessumdent, dii mortalibus opem tulerunt; tribuerunt enim iis sensum harmoniae institueruntque festas solemnitates coniunctas illas cum compotationibus. Itaque caussalis sententia, ut fieri saepe solet, praemissa est ei sententiae, cuius rationem indicat. Iuvabit autem meminisse quae Atheniensis antea dixerat: τούτου γὰρ (τῆς ὀρθῆς παιδείας) ἔστιν ἐν τῷ ἐπιτηδεύματι τούτῳ (ἐν τῇ ἐν οἴνῳ συνουσίᾳ) καλῶς κατορθουμένῳ σωτηρία. Id ipsum enim deinceps copiosa disputatione illustratur: unde Atheniensis in superioribus dicebat, compotationum considerationem longiorem sibi deposcere disputationem, quoniam illarum ratio cum universa musica sit coniunctissima.

C. θεοὶ δὲ οἰκτείραντες —] Deos ait, humani generis misericordia commotos, ad sustentandum rectum disciplinae modum hominibus tribuisse harmoniae sensum, quo cetera animalia careant, atque festam instituisse saltationem cum musica coniunctam illam atque compotatione. Locum excerpserunt Clem. Al. Strom. III. p. 432. = I. p. 519. ed. Pott. ubi veterum sententiae de vitae humanae miseriis expromuntur, et Iulian. Or. IV. p. 152. C., id quod iam Boeckhius notavit. Respexit etiam Dionys. Hal. Rhetor. c. I. in.

D. τὰς τῶν ἑορτῶν ἀμοιβὰς τοῖς θεοῖς] Vehementer dubitant interpretes, quomodo istud τὰς ἀμοιβὰς intelligendum sit. Boeckhius p. 127 sq. explicat festorum varietates, h. e. amoenitates, comparato loco Odyss. γ'. 58. et Symp. p. 202. E. Quod falsum esse censemus, quandoquidem in voc. ἀμοιβαί amoenitatis aut iucunditatis notio haudquaquam continetur. Alii interpretantur remunerationes, quasi festi dies in honorem immortalium constituti esse dicantur ad remuneranda beneficia ab iis accepta. Verum nec ipsa verba eam interpretationem ferunt, neque philosophus nunc id agit, ut festos dies doceat tanquam beneficiorum diis remunerandorum gratia institutos esse, qui ostendit potius eos ad levandos mortalium labores et aerumnas introductos esse. Verum unus pervidit Stephanus, qui in Thesauro s. v. interpretatur festorum vicissitudines. Quamquam ut sententia loci percipia-

θεοῖς], καὶ Μούσας Ἀπόλλωνά τε μουσηγέτην καὶ Διόνυσον ξυνεορταστὰς ἔδοσαν, ἵν' ἐπανορθῶνται τὰς τροφὰς γενομένας ἐν ταῖς ἑορταῖς μετὰ θεῶν. ὁρᾶν

mannus effinxit τάς γε τροφάς, quod perperam interpretatur: alimenta certe.

ἐν ταῖς ἑορταῖς —] A. B. Ξ. Ω. v. f. h. r. a. c. δ. o. ἐν ταῖς ἑορταῖς μετὰ θεῶν ὁρᾶν ἃ χρή· πότερον. Schneider. dedit: θεῶν. ὁρᾶν ἃ χρὴ πότερον κτλ. Vulgatam tuetur Flor. c. in marg.

tur penitus, praeterea etiam aliud quid observasse non inutile erit. Positum enim nomen abstractum est pro concreto, siquidem τὰς τῶν ἑορτῶν ἀμοιβὰς dicitur sic, ut idem sit quod: τὰς ἑορτὰς ἀμειβομένας, h. e. dies festos constituerunt in honorem deorum perpetua sese excipientes vicissitudine. Cuiusmodi usum loquendi in his libris frequentem iam ad libr. I. p. 625. B.C. attigimus. Iam vero istud τοῖς θεοῖς, quod subiunctum habes, etsi ex τὰς τῶν ἑορτῶν ἀμοιβὰς aptum esse ac suspensum utique potest, quandoquidem dativus indicare potest dies festos in honorem deorum alternantes, tamen quum praecedat θεοὶ δέ et mox denuo sequatur μετὰ θεῶν, adeo illud molestum accidit, ut aliunde videatur in Platonis orationem invectum esse. Fluxit, opinor, ex glossemate, quod aliquis adscripserat, qui ἀμοιβὰς putaret esse remunerationes. Et omittit certe etiam Clemens Al. III. p. 186. Eiicienda verba statuit etiam Boeckhius. Ceterum quod codd. quidam habent τάς τε τῶν ἑορτῶν ἀμ., id errore natum. Nam ipsas ἀμοιβὰς τῶν ἑορτῶν apparet ἀναπαύλας τῶν πόνων appellari neque ab his distingui aut secerni.

καὶ Μούσας Ἀπόλλωνά τε —] Cur Musis, Apollini et Baccho hoc munus tributum sit, caussa in promtu est. De Apolline Musageta optime exposuit Hugius Mythol. Untersuch. p. 229 sqq. Praeterea conf. Hom. Iliad. I. 603 sqq. Odyss. VIII. 488 sqq. Hymn. in Apollin. v. 146 sqq. coll. Thucyd. III. 104. Orph. Hymn. XXXIV. v. 6. Lucian. De Saltat. §. 16. Schol. ad Pind. Pyth. V. 24. p. 378. ed. Boeckh.

ἵν' ἐπανορθῶνται —] Int. οἱ ἄνθρωποι. Quo non animadverso critici, subiectum, quod dicitur, οἱ θεοί esse putantes, locum misere sollicitarunt. Nam in multis codd. scriptum legitur: ἐν ταῖς ἑορταῖς, μετὰ θεῶν ὁρᾶν ἃ χρή, κτλ. Alii μετὰ θεῖον legendum putarunt, de qua scriptura v. Moshem. ad Cudworth. Syst. Int. T. II. p. 837 sq. At enimvero ne litterulam quidem loco movendam arbitramur. Pulcerrima enim inest in his verbis sententia: Dii hominibus festorum dierum constituerunt vicissitudines, ut hi educationem sibi convenientem per illos deorum auxilio corrrigerent et emendarent. Nam μετὰ θεῶν est diis iuvantibus, s. ope et auxilio deorum; de quo usu loquendi v. quos laudavit Matthiae Gr. Gr. §. 587.: pertinet autem eo, quod ipsi dii in talium festorum socie-

οὖν χρή, πότερον ἀληθὴς ἡμῖν κατὰ φύσιν ὁ λόγος ὑμνεῖται τὰ νῦν, ἢ πῶς. φησὶ δὲ τὸ νέον ἅπαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τοῖς τε σώμασι καὶ ταῖς φωναῖς ἡσυχίαν
E ἄγειν οὐ δύνασθαι, κινεῖσθαι δὲ ἀεὶ ζητεῖν καὶ φθέγγεσθαι, τὰ μὲν ἀλλόμενα καὶ σκιρτῶντα, οἷον ὀρχούμενα μεθ' ἡδονῆς καὶ προςπαίζοντα, τὰ δὲ

E. *οὓς εἴπομεν τοὺς θεοὺς*] *τοὺς* articulum, a Steph. omissum, tuentur codd. omnes praeter Paris. B. Dein *συγχορευοντὰς* (sic) Ω. f. quod vel accentus ostendit errore ortum esse.

tatem venire dicuntur. Ceterum coniunctivum *ἐπανορθῶνται* post aoristum illatum hodie nemo erit qui in optativum mutatum cupiat. Nam optativus designaret deorum consilium, quod eo ipso tempore, quo dies festos constituerint, sint sequuti; coniunctivus autem ponitur sic, ut consilii illius finem et effectum usque permanere significetur. Eurip. Hecub. v. 26. *καὶ κτανὼν ἐς οἶδμ' ἁλὸς μεθῆχ', ἵν' αὐτὸς χρυσὸν ἐν δόμοις ἔχῃ.* Optime de hac re exposuit Hermann. De emendanda rat. Gr. Gr. p. 208 sqq. conf. Matthiae Gr. §. 518. 1. p. 1180 sqq. ed. 3. Reliquum est *τε* in codd. ante *τροφὰς* inculcatum. Quod patet errore natum esse ex proximi vocabuli initio. Nam quod nuper inde coniecit C. Schmidt. Bielefeldensis legendum esse *τὰς τετροφάς*, id, donec talis nominis substantivi fides et auctoritas demonstrata fuerit, pro falso ducemus.

ὁ λόγος ὑμνεῖται τὰ νῦν] hodie *decantatur*, h. e. creberrime usurpatur. Infra XI. p. 931. B. *ἃ—πᾶς ὑμνεῖ τέλεα καὶ ἐπήκοα παρὰ θεῶν γενέσθαι.* L. II. p. 669. B. XII. p. 960. C. Protag. p. 343. A. *ἃ δὴ πάντες ὑμνοῦσιν.* al.

τὸ νέον ἅπαν, ὡς ἔπος εἰπεῖν] propemodum omne: nam *ὡς ἔπος εἰπεῖν*, ut saepe, ad unum *ἅπαν* pertinet; v. ad Phileb. p. 17. C. et 14. A. Sympos. p. 179. A. al. Quod qui ignoravit, is hanc formulam in Legibus saepe inepte usurpari censuit. Nimirum est aliquid usum loquendi bene tenuisse. — *τὸ νέον ἅπαν*, animal quodque iuventute utens.

E. *τὰ μὲν ἀλλόμενα*] Recte post *τὸ νέον ἅπαν* numero plurali *τὰ μὲν — τὰ δὲ* infertur: de qua re verbo monuisse satis erit. — *οἷον ὀρχούμενα κτλ.* tanquam saltantia cum voluptate atque ludentia s. iocantia. Euthyd. p. 283. E. *διὰ ταῦτα προςεπαισάτην τε καὶ οὐκ ἐσπουδασάτην.* Ibid. p. 278. B. *διὸ καί φημι ἐγώ σοι τούτους προςπαίζειν.* Infra VII. p. 804. B. X. p. 885. C. Mox *φθέγγεσθαι πάσας φωνάς* est: omnis generis voces emittere, quod dicitur fere ut proverbiale illud: *πᾶσαν φωνὴν ἱέναι*, de iis, usitatum, qui nihil omittunt, quo aliis persuadeant; v. ad Legg. X. c. 4. Hic vero alio sensu accipiendum esse sponte apparet.

τάξεων οὐδὲ ἀταξιῶν] Abesse poterat istud *οὐδὲ ἀταξιῶν*. Sed solet ita Plato etiam contrarii tanquam *διὰ μέσου* mentionem iniicere non raro. Hinc recte tuitus Heindorfius est locum Phaedr. p. 270. A. *Ἀναξαγόρας μετεωρολογίας ἐμπλησθεὶς καὶ ἐπὶ φύσιν νοῦ τε κα*

φθεγγόμενα πάσας φωνάς. τὰ μὲν οὖν ἄλλα ζῶα οὐκ ἔχειν αἴσθησιν τῶν ἐν ταῖς κινήσεσι τάξεων οὐδὲ ἀταξιῶν, οἷς δὴ ῥυθμὸς ὄνομα καὶ ἁρμονία· ἡμῖν δὲ οὓς εἴπομεν τοὺς θεοὺς συγχορευτὰς δεδόσθαι, 654 τούτους εἶναι καὶ τοὺς δεδωκότας τὴν ἔνρυθμόν τε καὶ ἐναρμόνιον αἴσθησιν μεθ' ἡδονῆς, ᾗ δὴ κινεῖν τε

P. 654. τὴν ἔνρυθμόν τε] εὔρυθμον v. r. et marg. Flor. a. δ. cum Bas. 1. 2.
ᾗ δὴ κινεῖν —] ἤδη A. B. Ω. Ξ. f. h. r. a. c. δ. o. vitiose.

ἀνοίας ἐφικόμενος. Idem vir doctus huc retulit Sophist. p. 253. B: καὶ κατὰ τῶν ἄλλων δὴ τεχνῶν καὶ ἀτεχνιῶν τοιαῦτα εὑρήσομεν ἕτερα. Ibid. p. 262. C: οὐδεμίαν γὰρ οὔτε οὕτως οὔτε ἐκείνως πρᾶξιν οὐδ' ἀπραξίαν—δηλοῖ τὰ φωνηθέντα. Pro οἷς Boeckhius p. 129. scribendum censuit αἷς, quod ad τάξεσιν referretur. Sed neutrum pronominis relativi etiam post nomina feminini et masculi generis usurpari, ubi notio eorum tanquam indefinita quaedam informatur nec accuratius tenetur, id vero multis locis demonstrari potest. conf. Matthiae Gr. §. 439. et §. 472. 2. e. p. 987. ann. 1. qui nobis otium fecit. Itaque οἷς explicare licebit: quibus quidem rebus ctr. De rhythmo et harmonia v. infra V. p. 655. A. 660. A. 665. A Phileb. p. 17. C. al.

οὓς εἴπομεν τοὺς θεοὺς συγχ.] Stephanus articulum τοὺς omisit. Nollem factum. Nam sententia verborum haec est: nobis autem deos illos, quos diximus chororum socios nobis datos esse, hos etiam dedisse rhythmi et harmoniae sensum cum voluptate coniunctum.

P. 654. τὴν ἔνρυθμόν τε καὶ ἐναρμόνιον —] Libri quidam mss. cum ed. Bas. 2. εὔρυθμον scriptum exhibent, quod Stephano placebat, nobis vel propter additum ἐναρμόνιον displicet. Sed intercedit etiam aliquid discriminis inter utrumque vocabulum. Nam εὔρυθμον vocatur quod numerose cadit opponiturque τῷ ἀῤῥύθμῳ, ut Reip. III. p. 400. C. D. 413. E. VII. p. 522. A. Legg. II. 670. B. VII. 795. E. Sed ἔνρυθμον s. ἔῤῥυθμον significat numeri legibus adstrictum ideoque numeri naturae congruens, numeri particeps atque capax; unde cum ἐναρμόνιον coniungitur. Apte igitur sensus numeri et harmoniae animis nostris ingeneratus vocatur ἔνρυθμος, h. e. rhythmi legibus conveniens, quoniam iis plane respondere adeoque eorum particeps esse videtur: minus commode diceretur εὔρυθμος, h. e. numerosus s. numerose cadens. Hanc esse vim et significationem vocabuli ἔνρυθμος, docet etiam locus Quintilian. Institutt. Or. IX. 4, §. 56. Idque Cicero optime videt ac testatur frequenter, se quod numerosum sit quaerere, ut magis non ἄῤῥυθμον, quod esset inscitum atque agreste, quam ἔνρυθμον, quod poëticum est, compositionem esse velit; ubi apparet ἔνρυθμον dici quod severioribus legibus rhythmi adstrictum est. Respicitur vero a Quintiliano

ἡμᾶς καὶ χορηγεῖν ἡμῶν τούτους, ᾠδαῖς τε καὶ ὀρχήσεσιν ἀλλήλους ξυνείροντας, χορούς τε ὠνομακέναι τὸ παρὰ τῆς χαρᾶς ἔμφυτον ὄνομα. Cap. II. *Πρῶτον δὴ τοῦτο ἀποδεξώμεθα; θῶμεν παιδείαν εἶναι πρώτην διὰ Μουσῶν τε καὶ Ἀπόλλωνος; ἢ πῶς;*

ΚΛ. Οὕτως.

ΑΘ. Οὐκοῦν ὁ μὲν ἀπαίδευτος ἀχόρευτος ἡμῖν
B *ἔσται, τὸν δὲ πεπαιδευμένον ἱκανῶς κεχορευκότα θετέον;*

ΚΛ. Τί μήν;

ΑΘ. Χορεία γε μὴν ὄρχησίς τε καὶ ᾠδὴ τὸ ξύνολόν ἐστιν.

χορηγεῖν ἡμῶν] Sic A. Ω. v. f. h. a. δ. ο. x. et pr. r. pro vulg. *ἡμῖν*. v. infra.

ἀλλήλους ξυνείροντας] Quod Bekkerus narrat, in Par. A. *ἀλλήλοις* scriptum extare, ut ipse edidit consentiente Schneidero, id Bastius inde non enotavit. Quamobrem illius testimonii auctoritas nonnihil elevatur. Sed enotatum *ἀλλήλοις* ex cod. Voss., unde recipiendum statuit Boeckh. v. ann. infra.

ὠνομακέναι τὸ παρὰ τῆς χ.] Ante *παρὰ* Bekk. omisit *τό*

notissimus ille Tullii locus Orat. c. 65. extr. et 68. extr. Ad quem haud incommode comparant Aristotel. Rhet. 3, 8. et Dionys. De Struct. Verbor. c. 25. p. 196 sqq. ed. Reisk. Vol. V. *ἡ λέξις ὁμοῖα περιλαμβάνουσα μέτρα καὶ τεταγμένους σώζουσα ῥυθμοὺς κατὰ στίχον ἢ περίοδον ἢ στροφὴν διὰ τῶν αὐτῶν σχημάτων περαινομένη καὶ τοῦτο μέχρι πολλοῦ ποιοῦσα, ἔῤῥυθμός ἐστι καὶ ἔμμετρος· καὶ ὀνόματα κεῖται τοιαύτῃ τῇ λέξει μέτρον καὶ μέλος. ἡ δὲ πεπλανημένα μέτρα καὶ ἀτάκτους ῥυθμοὺς ἐμπεριλαμβάνουσα καὶ μήτε ἀκολουθίαν ἐμφαίνουσα αὐτῶν μήτε ὁμοζυγίαν μήτε ἀντιστροφὴν εὔρυθμος μέν ἐστιν, ἐπεὶ πεποίκιλται τισὶ ῥυθμοῖς, οὐκ ἔῤῥυθμος δέ, ἐπειδὴ οὐχὶ τοῖς αὐτοῖς οὐδὲ κατὰ τὸ αὐτό. τοιαύτην εἶναι δὴ φημὶ πᾶσαν λέξιν ἄμετρον, ἥτις ἐμφαίνει τι ποιητικὸν καὶ μελικόν· ἢ δὴ καὶ τὸν Δημοσθένη κεχρῆσθαί φημι.* Ad eandem rem valet etiam Diog. L. VII. 60: *ποίημα δέ ἐστι λέξις ἔμμετρος ἢ ἔνρυθμος.* ubi ante Menagium *εὔρυθμος* scribebatur. Ceterum de harmonia cum animi motibus congruente locus classicus est Tim. p. 47. D. ubi v. annot.

καὶ χορηγεῖν ἡμῶν τούτους] Vulgo *ἡμῖν*, invitis codd. plerisque omnibus. Genitivum verbo adiunxit Plato etiam Theaet. p. 179. D. ubi v. ann. coll. Creuzero ad Plotin. De Pulcritud. p. 321 sq. ed. Heidelb.

ἀλλήλους ξυνείροντας] Cod. Leid. *ἀλλήλοις*. Quo revocato Boeckhius *ἡμᾶς* intelligendum censebat. Praestat, opinor, *ἀλλήλους*, quod ceteri libri tuentur, quandoquidem *ξυνείροντας* aegre potest accusativo obiecti carere. Significat autem *ἀλλήλους ξυν.* nihil aliud nisi nos

ΚΛ. Ἀναγκαῖον.

ΑΘ. Ὁ καλῶς ἄρα πεπαιδευμένος ᾄδειν τε καὶ ὀρχεῖσθαι δυνατὸς ἂν εἴη καλῶς.

ΚΛ. Ἔοικεν.

ΑΘ. Ἴδωμεν δή, τί ποτ' ἐστὶ τὸ νῦν αὖ λεγόμενον.

ΚΛ. Τὸ ποῖον δή;

ΑΘ. Καλῶς ᾄδει, φαμέν, καὶ καλῶς ὀρχεῖται· πότερον εἰ καὶ καλὰ ᾄδει καὶ καλὰ ὀρχεῖται, προςθῶ- C
μεν ἢ μή;

ΚΛ. Προςθῶμεν.

ΑΘ. Τί δ', ἂν τὰ καλά τε ἡγούμενος εἶναι κα-

articulum, quem narrat in Par. A. pr. desiderari. Mirum vero, quod hic quoque tacet Bastius.

Cap. II. *τοῦτο ἀποδεξώμεθα;*] Marg. Ω. ἀποδεξόμεθα, quod etiam B. a. c. δ. ex corr. et h. scriptum exhibent. Dein A. ἢ πῶς;

B. *θετέον; ΚΛ. Τί μήν; ΑΘ. Χορεία* —] Ven. Ξ. θετέον. τίθεμεν οὕτως ἀγῶνας ὄρχησίς τε καὶ ᾠδή κτλ.

πότερον εἰ καὶ καλὰ] *εἰ* additum ex Par. A.

inter nos invicem conserentes s. nectentes.

χορούς τε ὠνομακέναι τὸ παρὰ —] Bekkerus *τὸ* cum Par. A. pr. m. omisit. At nimirum sententia verborum haec est: et chori nomen, ductum illud, sicuti constat, a laetitia, iis imposuisse. Unde apparet, quaenam sit vis et significatio articuli. Loquutionem *ὀνομάζειν τι ὄνομά τι*, alicui rei nomen ponere, aliquid nomine aliquo insignire, tetigimus ad Phaedon. 105. D. Theaet. p. 177. E. Sophist. p. 224. B. al. Etymologiam voc. ut solet, in Lexicon suum retulit Etym. Magn. s. v. p. 813. 46.

Cap. II. B. *ἀχόρευτος ἡμῖν ἔσται*] H. e. a choro alienus et expers eius exercitationis.

Καλῶς ᾄδει, φαμέν,] Tertia persona sine subiecto ponitur non aliter quam quum nos dicimus: Er singt schön ctr. Aliud rei exemplum habes Phileb. p. 34. E. ubi v. ann. Theaet. p. 164. A.B.

C. *προσθῶμεν, ἢ μή;*] num addamus *hoc*, an non? sc. etiam pulcra ei canenda et saltanda esse.

Τί δ'; ἂν τὰ καλά τε ἡγούμενος —] Hic locus duplici laborabat vitio. Nam primum ante *βέλτιον* vulgo deerat interrogandi nota; deinde ἢ post *καὶ μουσικὴν* inculcabatur, quod acute vidit Astius deleri oportere. Sublatis his vitiis facile apparet verborum hanc esse rationem, ut quae primum universe interrogantur, ea inde a verbis *βέλτιον ὁ τοιοῦτος κτλ.* per partes commemorentur, iniecta etiam mentione contrarii. Sed quo clarius appareat, quid rei sit, age, Graeca Latine con-

λὰ καὶ τὰ αἰσχρὰ αἰσχρὰ οὕτως αὐτοῖς χρῆται; βέλτιον ὁ τοιοῦτος πεπαιδευμένος ἡμῖν ἔσται τὴν χορείαν τε καὶ μουσικὴν [ἢ] ὃς ἂν τῷ μὲν σώματι καὶ τῇ φωνῇ τὸ διανοηθὲν εἶναι καλὸν ἱκανῶς ὑπηρετεῖν δυνηθῇ ἑκάστοτε, χαίρῃ δὲ μὴ τοῖς καλοῖς μηδὲ μισῇ τὰ μὴ καλά; ἢ 'κεῖνος, ὃς ἂν τῇ μὲν φωνῇ
D καὶ τῷ σώματι μὴ πάνυ δυνατὸς ᾖ κατορθοῦν [ἢ διανοεῖσθαι], τῇ δὲ ἡδονῇ καὶ λύπῃ κατορθοῖ, τὰ μὲν ἀσπαζόμενος, ὅσα καλά, τὰ δὲ δυςχεραίνων, ὁπόσα μὴ καλά;

ΚΛ. Πολὺ τὸ διαφέρον, ὦ ξένε, λέγεις τῆς παιδείας.

ΑΘ. Οὐκοῦν εἰ μὲν τὸ καλὸν ᾠδῆς τε καὶ ὀρχήσεως πέρι γιγνώσκομεν τρεῖς ὄντες, ἴσμεν καὶ τὸν

C. *ἔσται τὴν χορείαν*] Sic Par. A. Voss. Ficin. et marg. Steph. Legebatur ante Bekkerum *τὴν χορηγίαν*. Voculam ante *ἢ ὃς ἂν* merito suspectam reddidit Astius.

D. *ᾠδῆς τε καὶ ὀρχήσεως*] *τε*, quod olim aberat, teste Bastio A. Ω. Ξ. scriptum habent. Tuentur illud etiam v. f. h. r. a. c. δ. ο. x. De Par. A. tacet Bekker.

vertamus: Quid vero, inquit Atheniensis, si quis honesta existimet esse honesta et turpia turpia eoque modo iis utatur? Eritne melius hic nobis institutus ad choream et musicam, qui corpore quidem et voce, quod honestum esse intellexerit, recte semper possit exhibere, sed honestis non gaudeat et inhonesta non habeat odio? an ille qui voce quidem et corpore non admodum possit recta exhibere, voluptatis autem ac doloris habita ratione recte exhibeat, quippe amplectens quaecunque pulcra sint, altera autem, quae non sint honesta, fastidiens et repudians? Vides nunc demum inter se apte convenire omnia. Sed vel sic non putamus aream esse perpurgatam. Offendit enim magnopere quod post *δυνατὸς ᾖ κατορθοῦν* additum legitur *ἢ διανοεῖσθαι*. Quod additamentum adeo est absonum, ut rectam sententiae rationem perturbet miserrime ac propemodum totam auferat. Nam *τῇ φωνῇ καὶ σώματι οὐ πάνυ κατορθοῦν* dicitur is, qui quae honesta aut inhonesta esse senserit, ea non possit ob inertiam suam plane repraesentare. Itaque facile intelligitur ad *δυνατὸς ᾖ κατορθοῦν* sponte intelligi *τὸ διανοηθὲν καλόν*, ineptissime autem additum esse istud *ἢ διανοεῖσθαι*, de quo nuper C. Fr. Hermann. nobis assentiri non dubitavit.

οὐδ' εἴ τις παιδείας ἐστὶ φ,] non poterimus diiudicare, ecquae sit disci-

πεπαιδευμένον τε καὶ ἀπαίδευτον ὀρθῶς· εἰ δὲ ἀγνοοῦμέν γε τοῦτο, οὐδ' εἴ τις παιδείας ἐστὶ φυλακὴ καὶ ὅπου, διαγιγνώσκειν ἄν ποτε δυναίμεθα. ἆρ' οὐχ οὕτως; E

ΚΛ. Οὕτω μὲν οὖν.

ΑΘ. Ταῦτ' ἄρα μετὰ τοῦθ' ἡμῖν αὖ, καθάπερ κυσὶν ἰχνευούσαις, διερευνητέον, σχῆμά τε καλὸν καὶ μέλος καὶ ᾠδὴν καὶ ὄρχησιν. εἰ δὲ ταῦθ' ἡμᾶς διαφυγόντα οἰχήσεται, μάταιος ὁ μετὰ ταῦθ' ἡμῖν περὶ παιδείας ὀρθῆς εἴθ' Ἑλληνικῆς εἴτε βαρβαρικῆς λόγος ἂν εἴη.

ΚΛ Ναί.

ΑΘ. Εἶεν· τί δαὶ δὴ τὸ καλὸν χρὴ φάναι σχῆμα ἢ μέλος εἶναί ποτε; φέρε, ἀνδρικῆς ψυχῆς ἐν πόνοις

οὐδ' εἴ τις παιδείας] Sic Par. A.B. cum Ξ. et reliquis omnibus. Steph. *οὐδ' ἥτις.* Mox vulgo *Οὕτως μὲν οὖν.* Recte *οὕτω* A. δ. ο. et fortasse etiam alii, de quibus tamen nihil testatum habemus.

E. *Εἶεν. τί δαὶ δὴ τὸ κ.*] *δαὶ* pro *δὲ* ex Par. A. et Voss. x. restitui. Dein *ἐχομένης* coni. Steph.

plinae et eruditionis custodia et ubi ea inveniatur.

E. *καθάπερ κυσὶν ἰχνευούσαις*] H. e. *acerrime* nobis pervestiganda erunt. Eadem imagine usus philosophus est Parmenid. p. 128. C: *καίτοι ὥςπερ γε αἱ Λάκαιναι σκύλακες εὖ μεταθεῖς τε καὶ ἰχνεύεις τὰ λεχθέντα*; ubi v. ann. Omnino imagines a venatione sumtae saepenumero transferuntur ad disputationem; v. ad Phaedon. p. 66. A. Rempubl. IV. P. 432. B. et quos ibi laudavimus. Similiter atque hic Politic. p. 263. A: *ταῦτα δὲ εἰςαῦθις κατὰ σχολὴν καθάπερ ἰχνεύοντες μέτιμεν.* Itaque nihil vidit Zellerus Stud. Platonicc. p. 110. hunc locum existimans ex Parmenide prava imitatione expressum esse. Talia enim apud Platonem prope in usum proverbiorum abierunt. Nec aliter iudicandum est de verbis proximis *διαφυγόντα οἰχήσεται.* Similiter enim Theaet. p. 203. D: *οὕτως ἡμῖν ὁ καλὸς λόγος ἀποδεδρακὼς οἰχήσεται.* Phileb. p. 13. D: *ὁ λόγος ἡμῖν ἐκπεσὼν οἰχήσεται,* aliis locis compluribus.

ἐν πόνοις ἐρχομένης —] Stephanus *ἐχομένης* legendum censet, probante Heindorfio ad Gorg. p. 260. Astio et C. Fr. Hermanno. Nec vero inepte. Est enim loquutio perquam usitata, de qua v. ad Criton. p. 43. C. Sympos. p. 108. B. Nisi forte *ἐν πόνοις ἐρχομένης* idem est quod *πονούσης,* ut loquutio eadem sit, atque in formulis *διὰ φόβου ἔρχεσθαι* (Eur. Orest. 747.) h. e. *φοβεῖσθαι, διὰ τύχης ἰέναι* (Soph. Oed. T. 773) i. e. *ἐν τύχῃ εἶ-*

655 ἐρχομένης καὶ δειλῆς ἐν τοῖς αὐτοῖς τε καὶ ἴσοις ἆρ' ὅμοια τά τε σχήματα καὶ τὰ φθέγματα ξυμβαίνει γίγνεσθαι;

ΚΛ. Καὶ πῶς, ὅτε γε μηδὲ τὰ χρώματα;

ΑΘ. Καλῶς γε, ὦ ἑταῖρε· ἀλλ' ἐν γὰρ μουσικῇ καὶ σχήματα μὲν καὶ μέλη ἔνεστι, περὶ ῥυθμὸν καὶ ἁρμονίαν οὔσης τῆς μουσικῆς, ὥςτε εὔρυθμον μὲν καὶ εὐάρμοστον, εὔχρων δὲ μέλος ἢ σχῆμα οὐκ ἔστιν ἀπεικάσαντα, ὥςπερ οἱ χοροδιδάσκαλοι ἀπεικάζουσιν,

P. 655. εὔχρων δὲ μέλος] V. εὔχρουν, quod ex Par. A. Voss. Flor. o. et corr. Vat. Ω. mutatum. v. Lobeck. Paralip. I. p. 256.

ναι; aliis, de quibus v. Matthiae Gr. §. 580. c. p. 1353. ed. 3. et quos ille laudavit. Utut est, certe praeter fidem codicum nihil mutare sustinuimus. Ceterum post ἐν πόνοις dein per epexegesin additur ἐν τοῖς αὐτοῖς.

P. 655. ἀλλ' ἐν γὰρ μουσικῇ —] In transcursu reprehendit technicorum rationem, qui etiam in musica arte χρῶμα aliquod esse statuant coloremque ad sonorum traducant varietatem. Rem illustrabit Euclid. Introd. Harm. p. 10 sq. Aristot. Harm. Elem. I. p. 28 sqq. Suidas s.v. χρῶμα. Asclep. ap. Bulliald. ad Theon. Smyrn. p. 212. Ast. ad Nicom. p. 299. Praeterea de rhythmo et harmonia conferas infra libr. II. p. 665. A. p. 672. E. et quae exposuimus ad Phileb. p. 17. C.D. Inde clarum fiet, opinor, quatenus rhythmi et harmoniae habita ratione σχήματα καὶ μέλη in arte musica inesse dicantur. Nam rhythmus ad saltationem potissimum spectabat, harmonia autem ad cantum referebatur. Quocirca τὰ σχήματα ad rhythmum, τὰ μέλη autem ad cantum et modos pertinent.

ὥςτε εὔρυθμον μὲν καὶ εὐάρμοστον —] Sermo insolentius coarctatus est, quem recte explicavit Astius. Is enim acute pervidit, propter interposita: περὶ ῥυθμόν — τῆς μουσικῆς, omissa esse, quae praegressis respondere debebant, et pro χρώματα δὲ οὐκ ἔνεστι, positum esse: εὔχρων δὲ μέλος κτλ. duobus orationis membris in unum coniunctis. Plenius enim ita scribi debuit: ἀλλ' ἐν γὰρ μουσικῇ καὶ σχήματα μὲν καὶ μέλη ἔνεστι, ὥςτε εὔρυθμον καὶ εὐάρμοστον ὀρθῶς φθέγγεσθαι, χρώματα δὲ οὐκ ἔνεστι, ὥςτ' εὔχρων μέλος ἢ σχῆμα οὐκ ἔστι φθέγγεσθαι. De ἀπεικάζειν assimilandi et comparandi significatione usurpato v. Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 95. qui usum verbi simplicis εἰκάζειν persequutus est. — χοροδιδάσκαλοι, qui chorum ad cantum et saltationem instituebant; alibi etiam simpliciter dicuntur διδάσκαλοι. v. Pollux On. IV. 106. Suidas, Hesychius, Harpocratio s. v. Casaubon. ad Athen. p. 413 sq. p. 719. et 903. Spanhem. ad Callimach. hymn. in Dian. v. 266. p. 364. Perizon. ad Ael. V. H. III. 40. inprimisque Car. Aug. Böttiger in Prolus. Quid sit fabulam docere, Opusc. Lat. ed. Sillig p.287 sqq et 290 sqq.

ὀρθῶς φθέγγεσθαι· τὸ δὲ τοῦ δειλοῦ τε καὶ ἀνδρείου σχῆμα ἢ μέλος ἔστι τε καὶ ὀρθῶς προσαγορεύειν B ἔχει τὰ μὲν τῶν ἀνδρείων καλά, τὰ δὲ τῶν δειλῶν αἰσχρά. καὶ ἵνα δὴ μὴ μακρολογία πολλή τις γίγνηται περὶ ταῦθ' ἡμῖν, ἅπαντα ἁπλῶς ἔστω τὰ μὲν ἀρετῆς ἐχόμενα ψυχῆς ἢ σώματος, εἴτε αὐτῆς εἴτε τινὸς εἰκόνος, ξύμπαντα σχήματά τε καὶ μέλη καλά, τὰ δὲ κακίας αὖ τοὐναντίον ἅπαν.

B. τὰ δὲ τῶν δειλῶν] Par. A. δὲ collocat post δειλῶν. ἵνα δὴ μὴ μακρ.] V. δέ, invitis codd. omnibus. Mox Schneid. post ἅπαντα distinxit commate.

B. καὶ ὀρθῶς προσαγορεύειν —] Oratio per anacoluthon mutata, quandoquidem sequi debebat: καὶ ὀρθῶς προσαγορεύεται s. προσαγορεύειν ἔχει τὸ μὲν καλὸν τὸ δὲ αἰσχρόν. Nunc vero post τοῦ δειλοῦ τε καὶ αἰσχροῦ in altero membro denuo infertur τῶν ἀνδρείων et τῶν δειλῶν, atque ponitur τὰ μὲν καλά et τὰ δὲ αἰσχρά, numero multitudinis. Nihil tamen haec structurae variatio incommodi aut molestiae habet. Praeterea animadvertas ad ἔστι et ὀρθῶς ἔχει προσαγορεύειν additum τὰ μὲν καλὰ ctr. simul et nominativi et accusativi partes agere.

ἅπαντα ἁπλῶς ἔστω τὰ μὲν ἀρετῆς —] omnia simpliciter ac sine ullo discrimine (ἁπλῶς) quae cum virtute coniuncta sunt animi atque corporis, sive ipsius sive alicuius simulacri, cuncta igitur ista σχήματα καὶ μέλη pulcra sunto; quae autem habent pravitatem, contra. Ex qua verborum interpretatione apparebit, opinor, quid de universi loci structura sentiamus. Nam iunctura verborum et cohaerentia nisi fallor haec est: ἅπαντα τὰ ἀρετῆς ἐχόμενα σχήματα τε καὶ μέλη ἁπλῶς ἔστω καλά, τὰ δὲ κακίας (ἐχόμενα) αὖ τοὐναντίον ἅπαν. Istud ψυχῆς ἢ σώματος autem manifestum putamus ex ἀρετῆς pendere. Iam vero his ita exploratis, quid de reliquo sermone iudicari oporteat, non est dictu difficile. Nam ξύμπαντα ante σχήματά τε iterat praegressum illud ἅπαντα atque post complurium verborum intercapedinem fortius nos denuo de illius nominis vi et potestate admonet. Nisi forte praestat comma ante ἁπλῶς ἔστω inferre, ut ἅπαντα cum antegressis iungatur; quod sane optimum fuerit. Porro τὰ ἀρετῆς ἐχόμενα sunt quae coniuncta sunt cum virtute. Infra II. p. 656. C. ῥυθμοῦ ἐχόμενον III. 677. C. τέχνης ἐχόμενον. Ibid. 689. C. IV. p. 709. C. V. p. 734. D. VI. p. 775. D. VIII. p. 839. D. IX. p. 859. E. p. 863. D. XI. p. 918 D. Quae iam ante nos indicavit Astius ad Legg. VII. c. 21. ubi tamen huius loci immemor fuit. Aliorum scriptorum testimonia habes apud Wesseling. ad Herodot. I. 120. T. V. p. 130. ed. Schweigh. et Bernhardy Syntax. p. 147. Denique πᾶν τοὐναντίον instar adverbii est, ut sexcenties. Apol. Socr. p. 34. A, ἀλλὰ τούτου

ΚΛ. Ὀρθῶς τε προκαλεῖ καὶ ταῦθ' ἡμῖν οὕτως ἔχειν ἀποκεκρίσθω τὰ νῦν.

ΑΘ. Ἔτι δὴ τόδε· πότερον ἅπαντες πάσαις χο-
C ρείαις ὁμοίως χαίρομεν, ἢ πολλοῦ δεῖ;

ΚΛ. Τοῦ παντὸς μὲν οὖν.

ΑΘ. Τί ποτ' ἂν οὖν λέγωμεν τὸ πεπλανηκὸς ἡμᾶς εἶναι; πότερον οὐ ταὐτά ἐστι καλὰ ἡμῖν πᾶσιν, ἢ τὰ μὲν αὐτά, ἀλλ' οὐ δοκεῖ ταὐτὰ εἶναι; οὐ γὰρ

Ἔτι δὴ τόδε·] Pro δή, quod A. B. Ω. Ξ. h. r. a. c. δ. ο. x. tuentur, olim δὲ erat. v. ann.

C. *Τί ποτ' ἂν οὖν λέγωμεν —*] Par. A. corr. et Voss.

πᾶν τοὐναντίον (ganz im Gegentheile davon) εὑρήσετε πάντας ἐμοὶ βοηθεῖν ἑτοίμους τῷ διαφθείροντι.

Ὀρθῶς τε προκαλεῖ] Creberrimum hoc est loquendi genus, quo post ὀρθῶς λέγεις et similes formulas καὶ cum imperativo aut indicativo ponitur. Exempla collegi ad Phaedr. p. 275. C. Hipp. min. 367. B.

Ἔτι δὴ τόδε·] Ellipsi admodum crebra dicitur sic, ut σκοπῶμεν aut simile quiddam intelligendum relinquatur. v. ann. ad Politic. p. 306. A. Sophist. p. 262. E. ubi plura dedit Heindorfius.

C. *Τί ποτ' ἂν οὖν λέγωμεν —*] Verissime disputavit Hermannus De particula ἂν II. 5. p. 93. sq. coniunctivum deliberat. cum ἂν coniungi non posse. Cui frustra obloquutus est Hartungius De particulis linguae Graec. T. II. p. 288., quippe qui aut locis corruptis est confisus aut aliena ad rem praesentem adhibuit. Percensebimus paucis exempla quae in medium attulit ex Platone sumta. Protag. p. 319. B. sicuti hoc loco codd. omnes in vulgata scriptura consentiunt; sed quomodo locus emendandus sit, dudum in annotatione nostra ostendimus. Ibid. p. 326. A. quae leguntur, huc plane non pertinent, quandoquidem ὅπως ἂν post curandi verba aliter accipiendum est, atque fecit Hartungius. Phaedr. p. 231. D. pro vulg. ἡγήσωνται nunc praestantissimus cod. Bodl. s. Clark. cum plurimis aliis ἡγήσαιντο praebuit, ut temerarium sit eo loco hodie quoque ad probanda incredibilia abuti velle. Quid igitur de hoc loco existimandum? Nimirum rectam viam monstravit Hermannus l. c., qui hoc quidem loco ἂν ad infinitivum ex λέγωμεν suspensum pertinere arbitratur. Et acquiescere profecto hac ratione liceret, nisi libri etiam aliud quid suppeditarent, quod amplectendum videtur. Veram enim putamus scripturam Par. A. λέγομεν, h. e. censemus; qui indicativus saepissime in coniunctivum mutatus est; atque id ipsum etiam Astius iussit restitui. Praeterea vero etiam aliud quid requirimus ad totius loci integritatem, quod ad illam constructionis rationem nihil pertinet. Sententia enim est: Quid igitur esse censemus illud, quod nos ita in errorem inducere potuerit? utrum non eadem nobis omnibus pulcra sunt, (ut in ipsius pulcri diversitate caussa rei quaerenda sit); an eadem

που ἐρεῖ γέ τις, ὥς ποτε τὰ τῆς κακίας ἢ ἀρετῆς καλλίονα χορεύματα, οὐδ' ὡς αὐτὸς μὲν χαίρει τοῖς τῆς μοχθηρίας σχήμασιν, οἱ δὲ ἄλλοι ἐναντίᾳ ταύτης Μούσῃ τινί. καίτοι λέγουσί γε οἱ πλεῖστοι μουσικῆς ὀρθότητα εἶναι τὴν ἡδονὴν ταῖς ψυχαῖς πορίζουσαν δύναμιν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὔτε ἀνεκτὸν οὔτε ὅσιον τὸ παράπαν φθέγγεσθαι· τόδε δὲ μᾶλλον εἰκὸς πλανᾶν ἡμᾶς. D

λέγομεν. recte; v. ann.

ἢ τὰ μὲν αὐτὰ] V. ταὐτά. Recte αὐτά A. Ω. Ξ. v. f. h. a. c. o. δ. x. Sed vide praeterea ann. exeg.

quidem natura sua sunt, sed non videntur *eadem* esse, (ut nostrae ipsorum opiniones de iis variae sint)? Quae si vera est verborum interpretatio, corrigamus necesse est: ἢ ταὐτὰ μὲν αὐτά (h. e. per se, s. in se spectata), ἀλλ' οὐ δοκεῖ ταὐτὰ εἶναι; Vide etiam varr. Lectt. Ceterum C. Fr. Hermann. in edit. Teubner. suo periculo, ut ait, correxit: λέγοιμεν; in quo veremur ne etiam legentium cum periculo egerit.

οὐ γάρ που ἐρεῖ γέ τις —] non enim quisquam dixerit, opinor, saltationes inhonestatem exhibentes esse pulcriores quam quae virtutem exhibeant, aut semet ipsum quidem nequitiae gestibus et motibus delectari, ceteros vero contraria illi Musa. Quamquam plurimi sane censent, rectam musicae rationem cerni in vi, qua animis hominum voluptatem afferat. Pertinent haec verba manifesto ad alteram partem praecedentis interrogationis: ἢ ταὐτὰ μὲν αὐτά (ἐστιν), ἀλλ' οὐ δοκεῖ ταὐτὰ εἶναι; quandoquidem iis demonstratur, pulcra per se haudquaquam discrepare, quandoquidem nemo inhonestas aut turpes saltationes pro pulcris habiturus sit. Ex quo deinde colligitur, diversa hominum de pulcro et turpi iudicia non ex ipsius pulcri et turpis natura existere solere, sed ex alio fonte manare. Pravam enim hominum indolem atque consuetudinem efficere, ut, quamvis turpe vituperent, tamen eo delectentur; eos autem, qui inhonesto assuescant, sensim et paullatim illud ita amplecti, ut ipsi sese ad eius componant similitudinem, id quod civitati gravissimam perniciem importet. Ceterum metonymiam istam, qua *Μούσῃ* pro arte Musis sacra ponitur, in his libris longe frequentissimam esse recte observavit Zellerus Stud. Plat. p. 89. conf. II. 658. E. 666. D. 667. A. 668. B. III. 701. A. VII. 790. E. 801. C. 802. D. 813. A. VIII. 829. D. X. 899 E. XII. 967. E. al. Neque ea Plato non usus alibi est: reperitur enim eadem etiam Phileb. p. 67. C. Polit. p. 309. D. 307. A. De Rep. III. p. 411. D. VI. p. 499. D. VIII. p. 548. D. Etiam Horat. Sat. II. 3, 105. Musae dixit pro arti musicae.

D. εἶναι τὴν ἡδονὴν — πορ. δύναμιν.] Articulum τὴν referas ad δύναμιν; v. Heindorf. ad Sophist. p. 309. qui apte contulit Phaedon. p. 105. D. τὸ δὲ δίκαιον μὴ δεχόμενον.

τόδε δὲ μᾶλλον] sed hoc potius, de quo dicturus sum, nos in fraudem et errorem inducere.

ΚΛ. Τὸ ποῖον;

Cap. III. *ΑΘ.* Ἐπειδὴ μιμήματα τρόπων ἐστὶ τὰ περὶ τὰς χορείας, ἐν πράξεσί τε παντοδαπαῖς γιγνόμενα καὶ τύχαις καὶ ἤθεσι, καὶ μιμήμασι διεξιόντων ἑκάστων, οἷς μὲν ἂν πρὸς τρόπου τὰ ῥηθέντα ἢ μελῳδηθέντα ἢ καὶ ὁπωςοῦν χορευθέντα ἢ κατὰ
E φύσιν ἢ κατὰ ἔθος ἢ κατ' ἀμφότερα, τούτους μὲν καὶ τούτοις χαίρειν τε καὶ ἐπαινεῖν αὐτὰ καὶ προσα-

Cap. III. D. *καὶ μιμήμασι*] Cod. r. *εἴδεσι καὶ μ.* Vat. Ω. et δ. pr. v. h. a. *μιμήσεσι*. Schulthess. pro *μιμήμασι*. corr. *σχήμασι*. Boeckhio placuit *παθήμασι*. Orellius ante *μιμήμασι* delendum censet *καί* atque *ἕκαστον* restitui iubet, probante C. Fr. Hermanno.

Cap. III. *Ἐπειδὴ μιμήματα τρόπων ἐστὶ τὰ π.*] In hoc loco explicando mirum est profecto quantopere interpretes laboraverint. Qui quidem omnes in eo haeserunt adeo, ut nullus fere eum videatur pro sano et incorrupto habuisse, omnes ingentes corruptionis maculas deprehendisse, praeter unum A s t i u m, qui tamen ipse quoque non omni ex parte eum recte illustravit. Nos quid sentiamus, transmissis aliorum opinionibus quam brevissime exponere conabimur. Cernitur vero omnis difficultas maxime in verbis: *καὶ μιμήμασι διεξιόντων ἑκάστων*. Quae quidem nos putamus ex anacoluthia explicari oportere, ita quidem, ut a verbo finito transitio insolentior ad participium fieri existimetur. Nam constructio enuntiati usitata haec fuit: *ἐπειδὴ τὰ περὶ τὰς χορείας ἐστὶ μιμήματα τρόπων ἐν πράξεσι τε παντοδαπαῖς καὶ τύχαις καὶ ἤθεσι γιγνόμενα καὶ μιμήμασιν ἑκάστων διέξεισι* (intell. *αὐτά*): h. e. q u u m c h o r e a e (*τὰ περὶ χορείας*) s i n t i m i t a t i o n e s, q u a e v e r s a n t u r i n e x p r i m e n d i s v a r i i s a c t i o n i b u s, f o r t u n a e c a s i b u s a t q u e n a t i v i s i n g e n i i s, e a q u e s i n g u l a i m i t a n d o p e r s e q u a n t u r (h. e. das Einzelne individualisiren); f i e r i n o n p o t e s t q u i n q u i b u s c o n v e n i a n t d i c t a v e l c a n t a t a v e l q u o c u n q u e m o d o a c h o r o r e p r a e s e n t a t a a u t n a t u r a a u t c o n s u e t u d i n e a u t u t r o q u e s i m u l, i i i l l i s l a e t e n t u r e a q u e l a u d e n t a c p u l c r a a p p e l l e n t ctr. Sed quum *ἐπειδή* sequente verbo finito antecedat, tamen *καὶ διεξιόντων* subiungitur quoniam participii eadem plane vis atque potestas est, quam habiturum esset *διέξεισι*. Similia constructionis exempla congessit A. M a t t h i a e Gr. §. 632. 4. p. 1527 sq. ed. 3. Haec vero ratio quo facilius animadvertatur, post *καὶ ἤθεσι* virgulam posuimus, ne connectantur, sicuti vulgo factum videmus, *καὶ τύχαις καὶ ἤθεσι καὶ μιμήμασιν*. De *τὰ περὶ τὰς χορείας*, q u a e a d c h o r e a s a t t i n e n t, pro *ἡ χορεία*, v. M a t t h i a e Gr. §. 284 sq. Ad *διεξιόντων* idem subiectum referendum quod in praecedenti enuntiati parte fuit, s. *τὰ περὶ τὰς χορείας*, ita ut mente et cogitatione *αὐτῶν* intelligi liceat, usu neutiquam raro. Nam *ἑκάστων* pendet ex *μιμήμασι*

χορεύειν καλὰ ἀναγκαῖον, οἷς δ' ἂν παρὰ φύσιν ἢ τρόπον ἤ τινα ξυνήθειαν, οὔτε χαίρειν δυνατὸν οὔτε ἐπαινεῖν αἰσχρά τε προσαγορεύειν. οἷς δ' ἂν τὰ μὲν τῆς φύσεως ὀρθὰ ξυμβαίνῃ, τὰ δὲ τῆς συνηθείας ἐναντία, ἢ τὰ μὲν τῆς συνηθείας ὀρθά, τὰ δὲ τῆς φύσεως ἐναντία, οὗτοι δὲ ταῖς ἡδοναῖς τοὺς ἐπαίνους ἐναντίους προσαγορεύουσιν· ἡδέα γὰρ τούτων ἕκαστα 656
εἶναί φασι, πονηρὰ δέ, καὶ ἐναντίον ἄλλων, οὓς οἴον-

Sed v. ann. Dein χορευθέντα ἢ κατὰ φ. legi voluit Boeckhius, idque invitis codd. reposuit Bekker.

E. οὗτοι δὲ ταῖς ἡδοναῖς] V. δή. Sed codd. plerique omnes recte δέ. v. ann.

hoc sensu: et quum ea singulorum imitatione persequantur.

οἷς μὲν ἂν πρὸς τρόπον —] Boeckhius, ne huic commati deesset verbum, pro χορευθέντα ἢ κατὰ φύσιν scribendum censuit χορευθέντα ᾖ, κατὰ φύσιν κτλ. quod susceperunt Bekkerus, Herm. et Turicenses. Nec tamen moleste ferenda est haec coniunctivi omissio, cuius etiam alibi exempla reperiuntur. Sic Plato infra L. XI. p. 914. D. Ibid. 932. D. ἐὰν μὲν δοῦλος int. ᾖ. et p. 933. E. Reip. II. p. 370. E: ὧν ἂν αὐτοῖς χρεία. ubi attulimus Demosth. Mid. p. 529. 20: ἀφ' ἧς ἂν ἡ γραφή. Antiphon. de Herod. p. 133. 13: ἐφ' οἷς ἂν τὸ πλεῖστον μέρος. conf. Schaefer. ad Demosth. III. p. 349. ad Greg. Corinth. p. 152 sq. Mätzner. ad Antiphont. p. 217. Sintenis. ad Plutarch. Themistocl. p. 209. Verum non modo ferenda est librorum lectio, sed etiam improbanda extinctio voculae ἢ ante κατὰ φύσιν. Nam voculam istam per ipsam sententiae rationem esse necessariam vel ex eo apparet, quod subiungitur ἢ κατ' ἀμφότερα. Ceterum οἷς μὲν ἂν πρὸς τρόπον significat: quibus dicta ctr. conveniunt; quorum moribus et ingeniis respondent. Infra IV. p. 721. E: πρὸς τοῦ Λακωνικοῦ τρόπου — τὸ τὰ βραχύτερα ἀεὶ προτιμᾶν. Phaedr. p. 252. D. τὸν ἔρωτα — πρὸς τρόπου ἐκλέγεται ἕκαστος. conf. Matthiae Gr. §. 590. B.

E. οἷς δ' ἂν — ξυνήθειαν] Intell. ᾖ τὰ ῥηθέντα κτλ. In his παρὰ τρόπον respondet superiori πρὸς τρόπον, sed παρὰ φύσιν ἤ τινα ξυνήθειαν refertur ad κατὰ φύσιν ἢ κατὰ ἔθος. Itaque verborum ordo est paullo liberior. Sed videtur scriptor παρὰ φύσιν anteposuisse consulto, ne praeter concinnitatis legem dicendum esset ἄπο τρόπου ἢ παρὰ φύσιν κτλ.

αἰσχρά τε προσαγορεύειν] Sic τε post οὔτε positum etiam III. p. 694. D. 697. D. Politic. p. 307. C. Gorg. p. 501. A. 522. B. Charm. p. 179. C. et centenis aliis locis.

οἷς δ' ἂν τὰ μὲν τῆς φ. —] Quibus autem natura quidem obtigit recta, sed consuetudo contraria (prava), aut vicissim, isti vero voluptatibus laudes impertient contrarias. Pro οὗτοι δὲ Stephanus correxit οὗτοι δή, quod mirum est Astio probari po-

ται φρονεῖν, αἰσχύνονται μὲν κινεῖσθαι τῷ σώματι τὰ τοιαῦτα, αἰσχύνονται δὲ ᾄδειν, ὡς ἀποφαινόμενοι καλὰ μετὰ σπουδῆς, χαίρουσι δὲ παρ' αὐτοῖς.

ΚΛ. Ὀρθότατα λέγεις.

ΑΘ. Μῶν οὖν τι βλάβην ἔσθ' ἥντινα φέρει τῷ χαίροντι πονηρίας ἢ σχήμασιν ἢ μέλεσιν, ἤ τιν' ὠφέλειαν αὖ τοῖς πρὸς τἀναντία τὰς ἡδονὰς ἀποδεχομένοις;

ΚΛ. Εἰκός γε.

B ΑΘ. Πότερον εἰκὸς ἤ, καὶ ἀναγκαῖον ταὐτὸν εἶναι, ὅπερ ὅταν τις πονηροῖς ἤθεσι ξυνὼν κακῶν ἀνθρώπων μὴ μισῇ, χαίρῃ δὲ ἀποδεχόμενος, ψέγῃ δὲ ὡς ἐν παιδιᾶς μοίρᾳ, ὀνειρώττων αὐτοῦ τὴν μοχθηρίαν;

ὀρθότατα λέγεις] λέγοις A. et corr. Ω., ut fortasse etiam ὀρθότατ' ἂν lectum fuerit, sicut Herm. in edit. Teubn. rescripsit et legitur Reip. X. p. 610. A.

P. 656. ὠφέλειαν αὖ τοῖς] Sic marg. Voss. pro vulg. αὐtuisse. De δέ post demonstrativa cum vi iterato diximus ad Apolog. Socr. p. 34. C. Phileb. p. 30. B. al.

P. 656. κινεῖσθαι — τὰ τοιαῦτα] talia motu et saltatione repraesentare.

ὡς ἀποφαινόμενοι —] ita ut ea serio pulcra esse declarent, quum tamen tacite apud animum suum iis delectentur.

Μῶν οὖν τι βλάβην —] Hic ex τῷ χαίροντι subiectum petendum τὸ χαίρειν. Nam oratio plena fuerit haec: μῶν οὖν τι βλάβην φέρει τὸ χαίρειν πονηρίας ἢ σχήμασιν ἢ μέλεσι τῷ χαίροντι αὐτοῖς, sicuti Astius prudenter monuit. v. Matthiae Gr. §. 555. ann. 2. Pronomen τι, quod Boeckhius in δή mutari iubebat, sic accipiendum, ac si scriptum legatur κατά τι, aliqua ratione; v. ann. ad Politic. p. 302. B. Nulla igitur opus est mutatione. Dein pro vulg. ἢ τιν' ὠφέλειαν αὐτοῖς recte Heindorf. Specim. p. 30. refinxit: ἤ τιν' ὠφέλειαν αὖ τοῖς, an vicissim aliquam utilitatem iis, qui contrariorum habita ratione voluptates inde redundantes probant.

B. ταὐτὸν εἶναι, ὅπερ ὅταν —] idem habere locum, quod locum habeat, quando quis ctr. Nam ad ὅπερ intelligendum est ἐστιν. — χαίρῃ δὲ ἀποδεχόμενος, sed pravos eorum mores comprobet iisque gaudeat, quum tamen (licet) eos tanquam per lusum iocumque vituperet, suam ipsius pravitatem augurans. Sic haec explicanda censemus. Perperam locum vulgo sic distinguunt: ψέγῃ δέ, ὡς ἐν παιδιᾶς μοίρᾳ ὀνειρώττων, αὐτοῦ τὴν μοχθηρίαν. At nimirum iungenda sunt verba

τότε ὁμοιοῦσθαι δήπου ἀνάγκη τὸν χαίροντα ὁποτέροις ἂν χαίρῃ, ἐὰν ἄρα καὶ ἐπαινεῖν αἰσχύνηται. καίτοι τοῦ τοιούτου τί μεῖζον ἀγαθὸν ἢ κακὸν φαῖμεν ἂν ἡμῖν ἐκ πάσης ἀνάγκης γίγνεσθαι;

ΚΛ. Δοκῶ μὲν οὐδέν.

ΑΘ. Ὅπου δὴ νόμοι καλῶς εἰσι κείμενοι ἢ καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ἔσονται, τὴν περὶ τὰς Μούσας παιδείαν τε καὶ παιδιὰν οἰόμεθα ἐξέσεσθαι τοῖς ποιητικοῖς, ὅ τί περ ἂν αὐτὸν τὸν ποιητὴν ἐν τῇ ποιήσει τέρπῃ ῥυθμοῦ ἢ μέλους ἢ ῥήματος ἐχόμενον, τοῦτο διδάσκοντα καὶ τοὺς τῶν εὐνόμων παῖδας καὶ νέους ἐν τοῖς χοροῖς ὅ, τι ἂν τύχῃ ἀπεργάζεσθαι πρὸς ἀρετὴν ἢ μοχθηρίαν; C

ΚΛ. Οὔτοι δὴ τοῦτό γε λόγον ἔχει· πῶς γὰρ ἄν;

τοῖς. Praeterea Vat. Ω. et Ven. Ξ. ὠφελίαν.
B. ὅπου δὴ νόμοι] V. δέ, quod codd. ignorant.
C. ὅ τι ἂν τύχῃ] V. τύχοι, invitis codd. praeter Aug.
Οὔτοι δὴ τοῦτό γε] οὔτοι δὲ Par. B.

hunc in modum: ὀνειρώττων αὐτοῦ τὴν μοχθηρίαν, ita quidem, ut postremis istis, ψέγῃ δὲ ὡς ἐν παιδιᾶς μοίρᾳ, per epexegesin addita esse putentur. Etenim dum talis homo per lusum quasi quendam pravos mores, quos tamen ipse amplexus est, reprehendit, suam ipsius pravitatem quasi augurari et obscure intelligere videtur. De loquutione ἐν παιδιᾶς μοίρᾳ v. ad Menex. p. 249. B. ἐν κληρονόμου μοίρᾳ καθεστηκυῖα.

τότε ὁμοιοῦσθαι —] Inserviunt haec illustrandis verbis superioribus. Quamobrem cave τότε γὰρ ὁμοιοῦσθαι scribendum putes; asyndeton enim in talibus usitatum ac prope legitimum est. — ἐὰν ἄρα καὶ ἐπ. αἰσχ. etiamsi forte ea laudare vereantur.

C. τὴν περὶ τὰς Μούσας —] putamusne habita ratione Musarum disciplinae et tanquam ludi viris poëticis licitum fore, quidquid poëtam ipsum in poësi delectet rhythmo aut cantu aut dictione praeditum, hoc eum (poetam) docere etiam eorum, qui bonis utantur legibus, filios atque iuvenes choreutas et quidquid fors obtulerit virtutis aut improbitatis ratione efficere? Verba τὴν περὶ τ. Μ. — παιδιάν, nisi per anacoluthon sunt explicanda, sunt certe accusativi absoluti, qui pertinent ad ἐξέσεσθαι. Quamobrem non est, cur quis praepositionem aliquam excidisse suspicetur, ut fecit Astius, qui ea perperam coniunxit cum antegressis: ὅπου — ἔσονται. Faceta vero in his verbis inest paronomasia, cuius figurae usus omnino in his libris frequens est. Infra p. 657. C: τὴν τῇ μουσικῇ καὶ τῇ παιδιᾷ μετὰ χορείας χρείαν. VII. p. 796.

ταῦτ' οὐκ ἐξῆν οὔτε ζωγράφοις οὔτ' ἄλλοις, ὅσοι E
σχήματα καὶ ὁποῖ' ἄττα ἀπεργάζονται, καινοτομεῖν,
οὐδ' ἐπινοεῖν ἄλλ' ἄττα ἢ τὰ πάτρια· οὐδὲ νῦν ἔξε-
στιν οὔτε ἐν τούτοις οὔτε ἐν μουσικῇ ξυμπάσῃ. σκο-
πῶν δὲ εὑρήσεις αὐτόθι τὰ μυριοστὸν ἔτος γεγραμ-
μένα ἢ τετυπωμένα, οὐχ ὡς ἔπος εἰπεῖν μυριοστόν,
ἀλλ' ὄντως, τῶν νῦν δεδημιουργημένων οὔτε τι καλ-
λίονα οὔτε αἰσχίω, τὴν αὐτὴν δὲ τέχνην ἀπειργα- 657
σμένα.

ΚΛ. Θαυμαστὸν λέγεις.

Θαῦμα καὶ ἀκοῦσαι.] καὶ om. Par. B. sed vide explic.
E. ἄλλ' ἄττα ἢ τὰ πάτρια] ἤι A. Ω. errore.
P. 657. τὴν αὐτὴν δὲ τέχνην ἀπ.] δέ om. Ξ. et e.

Orpheo p. 126. ann. 43. qui prudenter monuit, Herodotum, cupidissimum harum rerum scrutatorem, unum tantum hymnum invenire potuisse apud Aegyptios ἀμούσους (libr. II. 79.); carmina autem Aegyptia iam Platonis aetate aucta fuisse videri, ac posteriore tempore sub fabuloso Hermetis Trismegisti nomine mira copia esse procusa. conf. Tychsen. de litteris Aegypt. p. 31. Zoega tamen De Obeliscis p. 502. et Dissert. p. 183. coll. 295. in antiquissimis obeliscis hymnos hieroglyphice insculptos esse contendit. Atque Herodotus l. c. narrat, Aegyptios primos solemnes pompas atque festos in honorem deorum instituisse.

E. καινοτομεῖν, οὐδ' ἐπ.] καινοτομεῖν proprie dicitur de novis metallorum fodinis, recteque interpretatur illud Photius p. 123. 13. καινὴν λατομίαν τέμνειν. Poll. III. 11. χρυσία μεταλλεύειν, ὀρύττειν, ἐπικατατέμνειν. Id. VII. 98. καινοτομίαι μετάλλων. Ita Xenoph. De vectigal. IV. 27. Hyperid. Pro Euxenippo p. 16. ed. Schneidew. al. Sed apud Platonem semper dicitur de pravo novandi studio, ut Legg. IV. p. 709. A. p. 715. C. VII. p. 797. B. Euthyphr. p. 3. B. 5. A. 16. al. Atque hic usus vocabuli omnino praevaluit.

τὸ μυριοστὸν ἔτος γεγραμμένα —] Apte comparat Astius Epin. p. 987. A. ubi de Aegypto et Syria: ὅθεν καὶ πανταχόσε καὶ δεῦρ' ἐξῆκει, βεβασανισμένα χρόνῳ μυριετεῖ τε καὶ ἀπείρῳ. Diodor. I. 81. Nec silentio praetereundus fuit Herodot. II. 81. sq. qui narrat sacerdotes Aegyptios asseverasse, inde a Mene, primo Aegyptiorum rege, usque ad Sethum, Vulcani sacerdotem, effluxisse 11340 annos, sive 341 hominum aetates. Omnino de Aegyptiorum antiquitate prope incredibili v. Diodor. I. 50. Plin. H. N. V. 9. Joseph. contr. Apion. I. p. 1034. et Jac. Perizonii Aegypt. Origg. et temporum antiquissimorum investigatio. Lugd. Bat. 1711. 8.

οὐχ ὡς ἔπος εἰπεῖν —] non propemodum ac minus accurate, sed revera, ut ratio sibi constet exacte. Sic enim hoc loco formulam interpretamur, quam Astius expli-

ΑΘ. Νομοθετικὸν μὲν οὖν καὶ πολιτικὸν ὑπερβαλλόντως. ἀλλ' ἕτερα φαῦλ' ἂν εὕροις αὐτόθι· τοῦτο δ' οὖν τὸ περὶ μουσικὴν ἀληθές τε καὶ ἄξιον ἐννοίας, ὅτι δυνατὸν ἄρ' ἦν περὶ τῶν τοιούτων νομοθετεῖσθαι βεβαίως θαῤῥοῦντα μέλη τὰ τὴν ὀρθότητα φύσει παρεχόμενα. τοῦτο δὲ θεοῦ ἢ θείου τινὸς ἂν εἴη, καθάπερ ἐκεῖ φασὶ τὰ τὸν πολὺν τοῦ-
B τον σεσωσμένα χρόνον μέλη τῆς Ἴσιδος ποιήματα γε-

τοῦτο δ' οὖν τὸ περὶ —] Pro δ' οὖν, quod habent libri omnes praeter Ven. Ξ., vulgo δὲ erat. v. ann. exeg.

B. ζήτησις τοῦ καινῇ ζητεῖν] Pro τοῦ Ω. Ξ. v. f. h. r. a. c.

cavit: in universum, indefinite. De Rep. I. p. 341. B. eodem fere modo: τὸν ἄρχοντα τὸν ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἢ τὸν ἀκριβεῖ λόγῳ, ubi v. ann.

P. 657. Νομοθετικὸν μὲν οὖν —] imo vero legislatione et arte civili inprimis dignum. — αὐτόθι, in Aegypto. — τοῦτο δ' οὖν, sed hoc quidem, quod alia multa illic sunt vitiosa, mittamus; certe quae spectant ad musicam vera sunt atque digna consideratione. Ex qua interpretatione apparebit, opinor, recte vereque ex codd. δ' οὖν esse revocatum, quod nescimus cur Astius omnino aspernatus sit. Tuetur δ' οὖν etiam Eusebius Praep. Ev. XII. 22. ubi hunc locum inde a verbis Νομοθετικὸν μὲν οὖν usque ad θείου τινὸς (ἀνδρὸς) ἂν εἴη exscripsit. Usum particularum δ' οὖν saepius alibi attigimus; v. ad Euthydem. p. 275. D. Phil. p. 42. E. Pol. 264. B. 271. E. — ἀληθές, i. q. rectum atque rei ipsi consentaneum. Similiter verum est a Latinis dicitur pro rectum, par, consentaneum est, de quo usu loquendi v. intpp. ad Liv. II. 48. 2. Horat. Epist. I. 7. 98. Sat. II. 3. 312. Homer. Iliad. μ'. v. 433. ἀλλ' ἔχον, ὥστε τάλαντα γυνὴ χερνῆτις ἀληθής, ἥ τε σταθμὸν ἔχουσα καὶ εἴριον ἄμφις ἀνέλκει.

βεβαίως θαῤῥοῦντα] Accusativus θαῤῥοῦντα pertinet ad notionem pronominis τινά, quae continetur in infinitivo pendente νομοθετεῖσθαι, absolute ac sine certa subiecti significatione posito. v. ann. ad Gorg. p. 512. D. Phileb. p. 23. B. Nam νομοθετεῖσθαι active significat, ut saepe, veluti infra V. p. 736. C. IX. 853. C. VIII. 832. C. 828. A. et I. p. 628. D. quod miror praeteriisse Astium, qui incredibilia de loci ratione narrat. Itaque sententia verborum haec est: quod fieri potuit, ut quis in talibus rebus fidenter legibus certo constitueret cantus natura verum rectumque exhibentes.

ἢ θείου τινὸς ἂν εἴη] Post τινὸς Boeckhius et Astius cum Stephano putant excidisse ἀνδρός, quod legitur apud Eusebium Praepar. Ev. XII. p. 596. Platonis tamen libri eam lectionem ignorant. — ἐκεῖ, in Aegypto. — Collocationem verborum: τα τὸν πολὺν τοῦτον σεσ. χρόνον μέλη ne mireris, conf. Hipp. mai. p. 300. C: τῆς τῶν παρόντων λέξεως λόγων. Euthyphr. p. 4. C: τῶν οἰκετῶν τινὶ τῶν ἡμε-

γονέναι. ὥσϑ', ὅπερ ἔλεγον, εἰ δύναιτό τις ἑλεῖν αὐτῶν καὶ ὁπωςοῦν τὴν ὀρϑότητα, ϑαῤῥοῦντα χρὴ εἰς νόμον ἄγειν καὶ τάξιν αὐτά· ὡς ἡ τῆς ἡδονῆς καὶ λύπης ζήτησις τοῦ καινῇ ζητεῖν ἀεὶ μουσικῇ χρῆσϑαι σχεδὸν οὐ μεγάλην τινὰ δύναμιν ἔχει πρὸς τὸ διαφϑεῖραι τὴν καϑιερωϑεῖσαν χορείαν, ἐπικαλοῦσα ἀρχαιότητα. τὴν γοῦν ἐκεῖ οὐδαμῶς ἔοικε δυνατὴ γεγονέναι διαφϑεῖραι, πᾶν δὲ τοὐναντίον.

ο.δ.x. et teste Bastio A.B. πον. male. v. explicat. Mox ἐπικαλοῦσαν A. Ω. Ξ B.v.f.h.r.a.c.ο.δ.x. quod errore ortum, sicuti docebit interpretatio nostra. Suscepit tamen Schneider.

τέρων. Phaedr. p. 274. C: τῶν ἐκεῖ παλαιῶν τινι ϑεῶν. Tim. p. 39. D: πρὸς τὴν τῆς διαιωνίας μίμησιν φύσεως. Ibid. p. 50. B: περὶ τῆς τὰ πάντα δεχομένης σώματα φύσεως. Politic. p. 277. B: τὸ τῆς ἔμπροσϑεν ἁμάρτημα διεξόδου.

B. εἰ δύναιτό τις — ὀρϑότητα] si quis possit assequi (erfassen) eorum (cantuum s. carminum) rectam rationem.

ὡς ἡ τῆς ἡδονῆς καὶ λύπης ζ. —] nam voluptatis ac tristitiae studium, quod novâ semper musicâ uti vult, fere non ita magnam habet vim ad corrumpendam sacram choream, antiquitatis eam insimulans. Loci sententiam non percepit Winckelmannus, qui in edit. Turicensi οὐ ante μεγάλην deletum ivit. Ζήτησις τοῦ ζητεῖν dictum est hoc sensu: studium, quod cernitur in eo, ut appetat etr. Quocirca non debebat Zellerus p. 96. hinc molestae perissologiae criminationem repetere. Phaedon. p. 97. A: ἡ ξύνοδος τοῦ πλησίον ἀλλήλων τεϑῆναι. Euthyd. p. 305: εἰς δόξαν καταστήσωσι μηδενὸς δοκεῖν ἀξίους εἶναι. Apolog. Socr. p. 15: ἀπορία τοῦ μὴ ἐϑέλειν λέγειν. Infra VI. p. 776. D: ἡ τῶν Ἡρακλεωτῶν δουλεία τῆς τῶν Μαριανδυνῶν καταδουλώσεως. Quum vero talium loquutionum ratio, de qua monuit etiam Matthiae Gr. §.343. iterationem eorundem aut cognatorum vocabulorum satis superque excuset, tum nec usus loquendi eam videtur refugisse, id quod ingenti vi exemplorum demonstrarunt Astius ad Legg. I. c. 14. p. 82. et Lobeck. ad Aiac. p. 202. ed. 2. Ceterum constructionis rationem qui non perspectam habuerunt, ii pro τοῦ scripserunt πον, quod aeque vitiosum est atque ἐπικαλοῦσαν, quod mox in libris etiam praestantissimis scriptum extat. Quippe hoc qui scripserunt, ii non videntur intellexisse, ipsam illam ζήτησιν τῆς ἡδονῆς καὶ λύπης dici ἐπικαλεῖν τὴν ἀρχαιότητα, frequenti prosopopoeia, qualis est in ὁ λόγος λέγει, et similibus. Habet vero ἀρχαιότης, ut scite monet Astius, significationem inepti et absurdi adiunctam, quatenus scilicet aliquid vetustate obsoletum esse iudicatur. Sic ἀρχαῖος et Κρόνος non raro opprobrii caussa dicitur de stolido et inepto; v. intpp. ad Aristoph. Plut. v. 581. et 323. Nubb. v. 926. nostra ad Euthy-

C ΚΛ. Φαίνεται οὕτως ἂν ταῦτα ἔχειν ἐκ τῶν ὑπὸ σοῦ τὰ νῦν λεχθέντων.

Cap. IV. ΑΘ. Ἆρ' οὖν θαῤῥοῦντες λέγομεν τὴν τῇ μουσικῇ καὶ τῇ παιδιᾷ μετὰ χορείας χρείαν ὀρθὴν εἶναι τοιῷδέ τινι τρόπῳ; χαίρομεν ὅταν οἰώμεθα εὖ πράττειν, καὶ ὁπόταν χαίρωμεν, οἰόμεθα εὖ πράττειν αὖ; μῶν οὐχ οὕτως;

ΚΛ. Οὕτω μὲν οὖν.

ΑΘ. Καὶ μὴν ἔν γε τῷ τοιούτῳ χαίροντες ἡσυχίαν οὐ δυνάμεθα ἄγειν.

ΚΛ. Ἔςι ταῦτα.

D ΑΘ. Ἆρ' οὖν οὐχ ἡμῶν οἱ μὲν νέοι αὐτοὶ χορεύειν ἕτοιμοι, τὸ δὲ τῶν πρεσβυτέρων ἡμῶν, ἐκεί-

C. Ἆρ' οὖν θαῤῥοῦντες λέγομεν] Recte λέγομεν pro λέγωμεν A. corr. (teste Bekkero, quum Bastius λέγομεν simpliciter inde enotaverit) Vat. r. Vat. c. et Voss. Vulgatum λέγωμεν tenuit iuxta cum aliis Schneider.

dem. p 287. B. eodemque modo Arist. Nubb. v. 817. φρονεῖς ἀρχαϊκά. Aeschyl. Prom. v.317. ἀρχαῖ' ἴσως φαίνομαι λέγειν τάδε. Plat. Euthyd. c. 25. ἀρχαιότερος εἶ τοῦ δέοντος.

Cap. IV. C. Ἆρ' οὖν θαῤῥοῦντες λέγομεν —] Argumentatio sic fere dehinc procedit: Iam vero primo quidem adspectu videatur, artibus musicis unam maxime voluptatem tanquam summum finem esse propositam, quorsum omnia referenda sint, ita quidem, ut quaeque earum tanto habenda sit praestantior, quanto maiorem habeat oblectationis commendationem. Sed re accuratius considerata aliter iudicandum esse clarissime apparebit. Fluctuant enim hominum de voluptate iudicia mirifice, ita ut aliis alia iucunda videantur eoque nomine placere vel displicere soleant. Quocirca publicis certaminibus institutis pueri oblectabuntur miraculis; adolescentes comoedias, mulieres et eruditiores iuvenes ac viri tragoedias laudabunt; senes epica carmina aliis omnibus praeferent. In tanta vero iudiciorum inconstantia et varietate iuvabit de re controversa sic statuisse. Pulcrum honestumque in artibus nihil est aliud, quam quod viris optimis riteque excultis unice probatur. Quod si ita est, consequitur, ut harum rerum iudices virtutis laudem adepti esse ideoque etiam prudentia et fortitudine excellere debeant. — 659. A.

Ἆρ' οὖν θαῤῥοῦντες λέγομεν] Nonne fidenter (nihil dubitantes) dicere solemus, usum artis musicae atque lusus cum saltatione rectum esse hac fere ratione, ut eius ope gaudii et laetitiae sensu perfundamur. Editt. praeter Astianas omnes prave λέγωμεν, quod ex codd. emendavimus. Nam coniunctivo deliberativo in hac sententiae ratione nullus

νους αὖ θεωροῦντες διάγειν ἡγούμεθα πρεπόντως, χαίροντες τῇ ἐκείνων παιδιᾷ τε καὶ ἑορτάσει, ἐπειδὴ τὸ παρ' ἡμῖν ἡμᾶς ἐλαφρὸν ἐκλείπει νῦν, ὃ ποθοῦντες καὶ ἀσπαζόμενοι τίθεμεν οὕτως ἀγῶνας τοῖς δυναμένοις ἡμᾶς ὅ τι μάλιϛα εἰς τὴν νεότητα μνήμῃ ἐπεγείρειν;

ΚΛ. Ἀληθέϛατα.

ΑΘ. Μῶν οὖν οἰόμεθα καὶ κομιδῇ μάτην τὸν νῦν λεγόμενον λόγον περὶ τῶν ἑορταζόντων λέγειν τοὺς πολλούς, ὅτι τοῦτον δεῖ σοφώτατον ἡγεῖσθαι E καὶ κρίνειν νικᾶν, ὃς ἂν ἡμᾶς εὐφραίνεσθαι καὶ χαίρειν ὅ τι μάλιϛα ἀπεργάζηται; δεῖ γὰρ δή, ἐπείπερ ἀφείμεθά γε παίζειν ἐν τοῖς τοιούτοις, τὸν πλεί-

D. *Μῶν οὖν οἰόμεθα*] Sic hic quoque Par. A. Bastio teste et Flor. a. c. Vat. r. Male vulgo *οἰώμεθα*, quod nec sprevit Schneider. cum Turicc.
E. *ἀφείμεθά γε π.*] *γὲ* om. Par. A. Et extrusit *γε* Herm. in edit. Teubn.

sane locus est. Dein nomen verbale *χρεία* quod pariter atque *χρῆσθαι* cum dativo iungitur, nihil hoc habere insolentiae ad libr. I. p. 631. D. et 640. B. ostendimus. Mox p. 670. A. rursus: *φιλῷ δ' ἑκατέρῳ τῆς χρήσεως.*

Καὶ μὴν ἔν γε τῷ τοιούτῳ] in tali certe statu et condicione. v. ad I. p. 525. D.

D. *αὐτοὶ χορεύειν ἕτοιμοι*] *sua sponte* ad saltandum parati sunt, ut non indigeant exhortatione.

τὸ δὲ τῶν πρεσβυτέρων — θεωροῦντες] *Τὸ τῶν πρεσβυτέρων* quoniam idem est atque *οἱ πρεσβύτεροι*, per synesin numerus pluralis atque masculinum participiorum subiungitur. Phileb. p. 45. E: *τὸ δὲ τῶν ἀφρόνων — ἡ σφόδρα ἡδονὴ κατέχουσα περιβοήτους ἀπεργάζεται.* Reip. VIII. p. 563. C: *τὸ τῶν θηρίων ὅσῳ ἐλευθερώτερά ἐστιν κ. τ. λ. — διάγειν ἡγ. πρεπόντως*, decenter versari putamus, non male Ficinus. — *ἐπειδὴ τὸ παρ' ἡμῖν ἐλαφρ.*, quandoquidem levitas nostra nos destituit. — *εἰς τὴν νεότητα*, ita ut tanquam iuvenescamus.

Μῶν οὖν οἰόμεθα —] Hic quoque prave vulgo *οἰώμεθα*, modo coniunctivo, scriptum legitur. Indicativus recte ponitur, quia hoc dicit Atheniensis: Num igitur censemus, eam, quae nunc de hominibus dies festos celebrantibus usurpari solet, orationem a plerisque frustra plane usurpari? ctr. h. e. neutiquam putamus. v. ad Symp. p. 214 A. Coniunctivus foret deliberantium de eo, quod iudicandum sit: ex quo apertum est eum ab hoc quidem loco esse alienum.

E. *ἐπείπερ ἀφείμεθά γε π.*] quandoquidem permissum nobis est tum ludere.

ϛους καὶ μάλιϛα χαίρειν ποιοῦντα, τοῦτον μάλιϛα τιμᾶσθαί τε καί, ὅπερ εἶπον νῦν δή, τὰ νικητήρια φέρειν; ἆρ' οὐκ ὀρθῶς λέγεταί τε τοῦτο καὶ πράττοιτ' ἄν, εἰ ταύτῃ γίγνοιτο;

658

ΚΛ. *Τάχ' ἄν.*

ΑΘ. *Ἀλλ', ὦ μακάριε, μὴ ταχὺ τὸ τοιοῦτον κρίνωμεν, ἀλλὰ διαιροῦντες αὐτὸ κατὰ μέρη σκοπώμεθα τοιῷδέ τινι τρόπῳ· τί ἄν, εἴ ποτέ τις οὕτως ἁπλῶς ἀγῶνα θείη ὁντινοῦν, μηδὲν ἀφορίσας μήτε*

ἀρ' οὐκ ὀρθῶς λέγεται] Sic A. B. Ω. Ξ. f. h. r. a. c. o. δ. Vulgo *ἀρ' οὖν.*

P. 658. *μήτε μουσικὸν μήθ' ἱππικόν,*] V. *μήθ' ἱππικὸν*

Dein *τοῦτον* quod post *τὸν ποιοῦντα* subiungitur, eodem modo Charmid. p. 163. C: *τὸν τὰ ἑαυτοῦ πράττοντα τοῦτον σώφρονα καλεῖν.* v. ibi ann. et ad Theaet. p. 171. D. Pro *τὰ νικητήρια φέρειν* exspectaverit aliquis *τὰ νικητήρια φέρεσθαι.* Sed *φέρειν* et *φέρεσθαι* de praemio accipiendo dici promiscue verissime docuit Reisigius Enarrat. Oedip. Col. v. 6. conf. Plat. De Rep. V. p. 468. C. Lysid. p. 208. A.

P. 658. *κατὰ μέρη σκοπώμεθα*] per partes s. particulatim consideremus.

τι ἄν, εἴ ποτέ τις οὕτως ἁπλῶς —] Periodus valde impedita, quam tamen non putamus ulla indigere mutatione, si modo recte fuerit explicata. Hoc igitur nunc agamus. Et illud quidem manifestum putamus, istud *τί ἄν* sic praemitti, ut incepta oratio longioris enuntiati interpositione diutius veluti suspensa teneatur, usque dum tandem illis verbis iteratis subiungitur plena apodosis haec: *τί ποτ' ἂν ἡγούμεθα — ξυμβαίνειν;* Quod quidem tantum abest, ut quemquam morari possit, ut in Platonis sermonibus haudquaquam accidat mirum aut insolens videntur. Sed plus difficultatis obiiciunt verba intermedia: *εἴ ποτέ τις — ἥδιστος γεγονέναι.* Nimirum in his rarior agnoscenda est anacoluthia. Nam inde a verbis: *νικήσῃ δὲ αὐτὸ τοῦτο,* sermonis tenor attemperatur verbis proxime antecedentibus, ut scriptor oblitus videatur esse institutae antea verborum constructionis, quae requirebat hanc fere orationis formam: *νικήσειν αὐτὸ τοῦτο ὅ τι μάλιστα ἀπεργασάμενον καὶ κριθήσεσθαι τῶν ἀγ. ἥδιστον γεγονέναι.* Qua mutatione semel admissa deinde ne additur quidem infinitivus aliquis, sed potius reticetur, quoniam scriptor id ipsum, quod per eum enuntiandum fuit, iam alio modo expressit. Quamobrem totum locum sic interpretandum esse censemus: quid tandem putamus eventurum esse, si quis aliquando *sic simpliciter* (non indicata accuratius certaminis instituendi ratione) certamen aliquod proponat, non definiens utrum gymnicum an musicum an equestre futurum sit, sed si omnibus civitatis incolis convocatis, praemio proposito, edicat, ut quilibet, qui certare velit, veniat

γυμνικὸν μήτε μουσικὸν μήθ' ἱππικόν, ἀλλὰ πάντας συναγαγὼν τοὺς ἐν τῇ πόλει προείποι, θεὶς νικητήρια, τὸν βουλόμενον ἥκειν ἀγωνιούμενον ἡδονῆς πέρι μόνον, ὃς δ' ἂν τέρψῃ τοὺς θεατὰς μάλιϛα, μηδὲν ἐπιτάττόμενος ᾡτινι τρόπῳ, νικήσῃ δὲ αὐτὸ τοῦτο ὅ τι μάλιϛα ἀπεργασάμενος καὶ κριθῇ τῶν ἀγωνισαμένων ἥδιϛος γεγονέναι, τί ποτ' ἂν ἡγούμεθα ἐκ ταύτης τῆς προῤῥήσεως ξυμβαίνειν; B

ΚΛ. Τοῦ πέρι λέγεις;

μήτε μουσικόν, ut est in Ξ. et B.

τί ποτ' ἂν ἡγούμεθα] Sic A. B. Ω. v. a. α. Vett. editt. ἡγώμεθα.

voluptatis ratione habita certaturus; qui vero spectantes maxime delectaverit (nihil praescribens, quonam modo) eum victoriam esse reportaturum, siquidem id ipsum (ut eos oblectet) maxime perfecerit, atque inter certantes suavissimum extitisse iudicatum iri? Itaque omnia, nisi fallor, bene se habent, neque opus est ulla verborum mutatione. Iuvabit tamen addidisse, quid alii de toto loco senserint, si forte sint quibus nostra interpretatio non satis placeat. Astius igitur locum sic voluit refingi: *ὃς δ' ἂν τέρψῃ τοὺς θεατὰς μάλιστα, μηδὲν ἐπιταττόμενος ᾡτινι τρόπῳ, καὶ κριθῇ τῶν ἀγωνισαμένων ἥδιστος γεγονέναι, αὐτὸ τοῦτο ὅτι μάλιστα ἀπεργασάμενος, νικήσειν.* Quae quam audacter sint mutata, neminem, opinor, fugere potest. Praetor Astium nuper etiam Winckelmannus aliquid novandum censuit, quippe qui *ὃς ἂν τέρψῃ*, eiecto *δέ*, scribi iusserit: qua tamen coniectura quid vir doctus sibi voluerit, nos aperte fatemur nullo modo intelligere. Iam vero his universe expositis sequitur, ut de singulis quibusdam rebus commonendum sit. Quamobrem haec addimus. Dictio *οὕτως ἁπλῶς* nunc est: sine accuratiore rei descriptione, unde explicatur verbis: *μηδὲν ἀφορίσας — ἱππικόν.* Sed de his ipsis verbis audias Polluc. III. 142: *οἱ δ' Ἀττικοὶ οὐ ῥᾳδίως λέγουσιν ἀγῶνας μουσικούς, ἀλλὰ μουσικῆς.* Et sic infra VIII. p. 835. A: *τοὺς μουσικῆς ἀγῶνας.* XII. p. 947. E: *ἀγῶνα μουσικῆς αὐτοῖς καὶ γυμνικὸν ἱππικόν τε θήσουσιν.* Sed ut h. l. libr. VIII. p, 828. C: *ἔμμηνα ἱερὰ χορούς τε καὶ ἀγῶνας μουσικούς.* Thucyd. III. 104: *ἀγὼν ἐποιεῖτο αὐτόθι καὶ γυμνικὸς καὶ μουσικός.* qui item paullo post: *μουσικῆς ἀγὼν ἦν.* Aristoph. Plut v. 1164: *ποιεῖν ἀγῶνας μουσικοὺς καὶ γυμνικούς.* ubi v. intpp. — Deinde ad *ἀλλὰ — προείποι* ex antegressis assumendum est *εἰ*, id quod intpp. videntur neglexisse, qui verborum structuram non perspectam habuerunt. Iam vero ex *προείποι*, quod iubendi significationem sibi habet adiunctam, pendet infinitivus *ἥκειν*, quem ne quis miretur, non vi perfecti sed praesentis temporis pollere, quod Atticistae vulgo de *ἥκω* praecipiunt, id ad unum maxime indicativum verbi pertinet,

ΑΘ. Εἰκός που τὸν μέν τινα ἐπιδεικνύναι, καθάπερ Ὅμηρος, ῥαψῳδίαν, ἄλλον δὲ κιθαρῳδίαν, τὸν δέ τινα τραγῳδίαν, τὸν δ' αὖ κωμῳδίαν. οὐ θαυμαςόν δέ, εἴ τις καὶ θαύματα ἐπιδεικνὺς μάλις' ἂν
C νικᾶν ἡγοῖτο. τούτων δὴ τοιούτων καὶ ἑτέρων ἀγωνιςῶν μυρίων ἐλθόντων ἔχομεν εἰπεῖν, τίς ἂν νικῷ δικαίως;

ΚΛ. Ἄτοπον ἤρου· τίς γὰρ ἂν ἀποκρίνοιτό σοι τοῦτο, ὡς γνοὺς ἄν ποτε πρὶν ἀκοῦσαί τε καὶ τῶν ἀθλητῶν ἑκάςων αὐτήκοος αὐτὸς γενέσθαι;

ΑΘ. Τί οὖν δή; βούλεσθε ἐγὼ σφῷν τὴν ἄτοπον ταύτην ἀπόκρισιν ἀποκρίνωμαι;

ΚΛ. Τί μήν;

B. *νικᾶν ἡγοῖτο*] Ξ. et Voss. ἡγεῖτο. vitiose.
C. *ταύτην ἀπόκρισιν ἀποκρ.*] ἀπόκρισιν ταύτην A.

non idem ad modos obliquos. Infinitivum ut hic positum habes Menex. p. 240. A: *Δᾶτιν δὲ ἄρχοντα εἰπεῖν ἥκειν* (redire iussit) *ἄγοντα Ἐρετριέας καὶ Ἀθηναίους.* Verum satis haec de loco per se satis quidem obscuro, sed nunc, ut arbitror, claro tandem ac perspicuo.

B. *οὐ θαυμαστὸν δέ, εἴ τις καὶ θαύμ.*] Hic quoque *θαύματα* sunt machinae miraculosae s. imagunculae, quales circulatores circumferebant pecuniae colligendae caussa. v. ad I. c. 13. p. 644. D. Ceterum observes hic quoque paronomasiam verborum *θαυμαστόν* et *θαύματα.*

C. *Ἄτοπον ἤρου*] Phaedr. p. 274: *γελοῖον ἤρου.* Euthyd. p. 286. D. *ἄτοπον λέγεις.* Legg. I. 633. A. 642. A. II. p. 653. A. *μέγα λέγεις* Sed nubem exemplorum congessimus ad Sympos. p. 175. B. Eodem modo Horat. Epod. XVI. v. 23. an melius quis habet suadere? h. e. melius quid. Satir. I. 4, 10. In hora saepe ducendos, ut magnum, versus dictabat. — *ἀποκρίνοιτό σοι τοῦτο,* i. q. *πρὸς τοῦτο.* — *αὐτήκοος αὐτὸς γενέσθαι,* priusquam *suis ipse auribus* eos audiverit. Non enim moleste ferenda haec orationis ubertas, quam video indigne tulisse Zellerum. v. infra ad p. 671. D.

κρινοῦσι τὸν τ. θ. ἐπιδεικνύναι] Intell. *νικᾶν.* Male Bornemann. ad Xenoph. Mem. VIII. 13, 27. p. 465. ed. Lips. min. *κρίνειν* interpretatur praeferre. Ceterum notabis *τὰ παιδία* in eodem membro orationis semel cum numero plurali, semel cum singulari iunctum. Enimvero nomina animantes significantia ferunt sane utramque rationem, ut mirum non sit, scriptorem orationem isto modo variavisse. Plato Lachet. p. 197. B: *τὰ παιδία πάντα δέδοικεν.* Eurip. Hercul. Fur. v. 47: *τέκνα μὴ θάνωσι.* Alia numeri pluralis exempla post eiusmodi nomina usurpati

ΑΘ. Εἰ μὲν τοίνυν τὰ πάνυ σμικρὰ κρίνοι παιδία, κρινοῦσι τὸν τὰ θαύματα ἐπιδεικνύντα. ἢ γάρ;

ΚΛ. Πῶς γὰρ οὔ; D

ΑΘ. Ἐὰν δέ γ' οἱ μείζους παῖδες, τὸν τὰς κωμῳδίας· τραγῳδίαν δὲ αἵ τε πεπαιδευμέναι τῶν γυναικῶν καὶ τὰ νέα μειράκια καὶ σχεδὸν ἴσως τὸ πλῆθος πάντων.

ΚΛ. Ἴσως δῆτα.

ΑΘ. Ῥαψῳδὸν δέ, καλῶς Ἰλιάδα καὶ Ὀδύσσειαν ἤ τι τῶν Ἡσιοδείων διατιθέντα, τάχ' ἂν ἡμεῖς οἱ γέροντες ἥδιστα ἀκούσαντες νικᾶν ἂν φαῖμεν πάμπολυ. τίς οὖν ὀρθῶς ἂν νενικηκὼς εἴη, τοῦτο μετὰ τοῦτο· ἢ γάρ;

D. *νενικηκὼς εἴη, τοῦτο μετὰ τοῦτο.*] V. *εἴη τὸ μετὰ τοῦτο.* Correximus ex A. Ω. v. f. h. r. a. c. o. δ. x. In Par. B. legitur: *εἴη μετὰ τοῦτο.*

suppeditabit desiderantibus Porson. ad Eurip. Hecub. v. 1149. Addend.

D. *αἵ τε πεπαιδευμέναι τῶν γυναικῶν*] Mulieres scenicis spectaculis, certe quidem tragoediarum spectationi, interfuisse, post multas dubitationes hodie tandem aliquando satis certo constare videtur. v. Heindorf. ad Gorg. p. 502. D. Welcker. et Voss. ad Aristoph. Rann. v. 174. et 1050. Becker. Charicl. Vol. II. p. 251 sqq. Conferas etiam libr. VII. p. 817. C. Praefracte rem negat Böttiger. Kleine Schriften ed. Sillig. Vol. I. p. 295 sqq.

καὶ σχεδὸν ἴσως τὸ πλῆθος πάντων] Nam fuit, ut ait scriptor Dial. De lege p. 320. E: *τῆς ποιήσεως δημοτερπέστατον ἡ τραγῳδία.* Adde Sympos. p. 175. E. Lachet. p. 183. A. Gorg. p. 502. Etenim tragici poëtae id potissimum spectasse arguuntur a Platone, ut captarent auram popularem: quamobrem etiam gratia Atheniensium maxime florebant. v. Gorg. l. c.

Ῥαψῳδὸν δέ, καλῶς — διατιθέντα —] Nam ars rhapsodorum olim non unius Homeri, sed etiam Hesiodi et aliorum carmina, imo etiam postea temporis, iudice Wolfio Prolegg. p. XCVII., omne lyricum quoque et iambicum complexa est. Quam in rem Wolfius cum h. l. contendit Ion. p. 530. B. et Athen. XIV. p. 620. C. Verbum *διατιθέναι* vel *διατίθεσθαι*, de rhapsodis, histrionibus, oratoribus usurpatum, qui vel sua vel aliena opera recitant, attigimus annot. ad Charmid. p. 162. D.

τίς οὖν ὀρθῶς ἂν ν. εἴη, τοῦτο μετὰ τοῦτο· ἢ γάρ;] Intelligitur *ἐπισκεπτέον ἐστίν*, vel simile quid. Male Bekkerus post *εἴη* et post *τοῦτο* interrogandi notam fecit. Boeckhius p. 135. scribendum censet *λεκτέον ἂν εἴη τὸ μετὰ τοῦτο.* Heindorfius Specim. Coniectur. p. 30. similiter *τὸ μετὰ τοῦτο λεκτέον* legendum suspi-

ΚΛ. Ναί.

E ΑΘ. Δῆλον, ὡς ἔμοιγε καὶ ὑμῖν ἀναγκαῖόν ἐςι φάναι τοὺς ὑπὸ τῶν ἡμετέρων ἡλικιωτῶν κριθέντας ὀρθῶς ἂν νικᾶν. τὸ γὰρ ἔθος ἡμῖν τῶν νῦν δὴ πάμπολυ δοκεῖ τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν ἁπάσαις καὶ πανταχοῦ βέλτιςον γίγνεσθαι.

ΚΛ. Τί μήν;

Cap. V. ΑΘ. Συγχωρῶ δή τό γε τοσοῦτον καὶ ἐγὼ τοῖς πολλοῖς, δεῖν τὴν μουσικὴν ἡδονῇ κρίνεσθαι, μὴ μέντοι τῶν γε ἐπιτυχόντων, ἀλλὰ σχε-

E. *τὸ γὰρ ἔθος ἡμῖν* —] V. ἦθος, invitis codd. omnibus. Dein pro τῶν νῦν δὴ Steph. τῶν νέων δή, praeter librorum auctoritatem.

Cap. V. *μάλιστα δὲ ἥτις ἕνα*] Sic pro vulg. εἴ τις A. B. Ω. Ξ. v. f. h. r. o. c. d. o. x. Euseb.

P. 659. *καὶ τῆς ἀνδρείας*] Sic teste Bastio Vat. Ω. Vulgo catur. Verum pervidit Astius. Similiter ἔτι δὲ τόδε. Legg. II. 655. B. Sophist. 262. E. et ἀλλ' ὧδε πάλιν Politic. p. 300. A.

E. *ὡς ἔμοιγε καὶ ὑμῖν ἀν.*] utpote senibus.

τὸ γὰρ ἔθος ἡμῖν τῶν νῦν δὴ π.] Sic libri omnes. Stephanus edidit ἦθος ἡμῖν τῶν νέων δὴ π. Sed recte hic ἔθος legitur, quoniam non agitur de nativo senum ingenio et natura, sed de more, consuetudine, ac sentiendi agendique ratione quadam diuturniore rerum usu comparata. Utriusque vocabuli discrimen subtiliter rimatus est Georg. Ioseph. Bekker. in Specim. Varr. Lectionn. in Philostrati Vitam Apollonii. Heidelberg. 1818. 8. p. 11 sqq. Dein τῶν νῦν i. q. τῶν νῦν ὄντων ἐθῶν, ut non assequar, cur Astius hanc lectionem plane ineptam et absurdam iudicaverit. At nimirum is iunxisse videtur τῶν νῦν δή, quum tamen δὴ per se seorsum accipiendum sit, ita ut significet scilicet, nimirum. Pendet vero τῶν νῦν ex πάμπολυ βέλτιστον, quandoquidem hic quoque superlativus, in quo simul continetur vis comparativi, cum genitivo coniunctus est. v. Valcken. ad Eurip. Phoen. p. 538. Hermann. ad Viger. p. 718. 57. Matthiae Gr. Gr. §. 464. Kühner. Gr. §. 589. ann. 3. — *τῶν ἐν ταῖς πόλεσιν κ. τ. λ.* eorum (hominum), qui in cunctis civitatibus atque ubique vivunt.

Cap. V. *Συγχωρῶ δή τό γε τοσοῦτον* —] Totum hunc qui sequitur locum usque ad ἀποδιδοῦσι θεαταῖς p. 659. B. transscripsit Eusebius Praep. Ev. XII. 23. p. 596. D. ed. Viger. unde nonnulla emendata sunt, de quibus mox dicemus.

μάλιστα δὲ ἥτις ἕνα] Vulgo scribebatur εἴ τις, invitis optimis libris mss. et Eusebio. Veram scripturam esse ἥτις, non dubitabunt, qui loci sententiam, iudicatu facillimam, secum perpenderint.

P. 659. *τῆς τε ἄλλης — φρονήσεως*] *quum omnino*

δὸν ἐκείνην εἶναι Μοῦσαν καλλίστην, ἥτις τοὺς βελτίστους καὶ ἱκανῶς πεπαιδευμένους τέρπει, μάλιστα δὲ ἥτις ἕνα τὸν ἀρετῇ τε καὶ παιδείᾳ διαφέροντα. διὰ 659
ταῦτα δὲ ἀρετῆς φαμὲν δεῖσθαι τοὺς τούτων κριτάς, ὅτι τῆς τε ἄλλης μετόχους αὐτοὺς εἶναι δεῖ φρονήσεως καὶ δὴ καὶ τῆς ἀνδρείας. οὔτε γὰρ παρὰ θεάτρου δεῖ τόν γε ἀληθῆ κριτὴν κρίνειν μανθάνοντα καὶ ἐκπληττόμενον ὑπὸ θορύβου τῶν πολλῶν καὶ τῆς αὐτοῦ ἀπαιδευσίας, οὔτ' αὖ γιγνώσκοντα δι' ἀνανδρίαν καὶ δειλίαν ἐκ ταὐτοῦ στόματος οὗπερ τοὺς

ἀνδρίας.

παρὰ θεάτρου δεῖ —] Pessime vulgo *παρὰ θατέρου.* Veram lectionem servarunt A. Ω. (marg.) a. x. et Euseb. Dein Eus. *ὑπὸ τοῦ θορύβου.*

τῆς αὐτοῦ ἀπαιδευσίας] Sic Ω. Ξ. al. pro vulg. *αὐτοῦ,* quod tenuit Herm. in edit. Teubner.

sapientiae tum etiam fortitudinis; v. ad Apol. p. 36. E. Phaed. 110. E. Sympos. 191. B. ubi similem usum voc. *ἄλλος* notavimus. Consule etiam Hermann. ad Soph. Philoct. v. 38.

οὔτε γὰρ παρὰ θεάτρου] H. e. a spectatoribus; v. Wyttenbach. Vol. III. P. IV. p. 79. ad Plutarch. II. 79. D. 110. C. I. 374. ad Eunap. p. 229. conf. Plat. Symp. p. 194. A. B. Usus vocabuli frequens apud Libanium, Themistium, alios similes.

ἐκπληττόμενον ὑπὸ θορύβου —] Quod libri Eusebii habent *ὑπὸ τοῦ θορύβου,* eo non videtur opus esse, quandoquidem recte dicitur indefinite *ὑπὸ θορύβου.* Dicitur autem *θόρυβος* et *θορυβεῖν* in utramque partem de tumultu et clamore multitudinis aliquid vel probantis vel improbantis, sicuti iam observavit Thom. Mag. p. 453. ubi v. intpp. conf. ann. ad Apol. Socr. p. 17. D. et 30. C. De tumultu in theatris v. infra III. p. 700. E. IX. p. 876. B.

καὶ τῆς αὐτοῦ ἀπαιδευσίας] Scribunt vulgo *αὐτοῦ,* quod referatur ad *θόρυβον τῶν πολλῶν.* At scriptor primum ostendit iudici opus esse sapientia s. *φρονήσει;* unde eum censet non oportere ex sententia magnae multitudinis iudicium facere, tumultu et clamore spectantium aut sua ipsius inscitia obstupefactum et in fraudem seductum. Accedit quod deinde opponitur *οὔτ' αὖ γιγνώσκοντα κ. τ. λ.,* h. e. nec vicissim cognitione praeditum ita, ut ignaviae aut timiditati concedat. Hermannus tamen *αὐτοῦ,* ipsius, verum esse putat.

ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος οὗπερ] H. e. *ἐξ οὗπερ;* de qua loquendi ratione v. ad Phaed. 76. D. et quos ibi laudavimus. Loquendi ratio prope constans et legitima etiam in his Legum libris reperitur saepissime, id quod Astius ex parte docuit comparatis locis II. 8. p. 665. B. IV. 6. p. 714. C. VI. 14. p. 770. B. X. 13. p. 905. B. ibid. 15. p. 909. D. De certaminum scenicorum iu-

θεοὺς ἐπεκαλέσατο μέλλων κρίνειν, ἐκ τούτου ψευ-
B δόμενον ἀποφαίνεσθαι ῥαθύμως τὴν κρίσιν· οὐ γὰρ μαθητὴς ἀλλὰ διδάσκαλος, ὥς γε τὸ δίκαιον, θεατῶν μᾶλλον ὁ κριτὴς καθίζει, καὶ ἐναντιωσόμενος τοῖς τὴν ἡδονὴν μὴ προσηκόντως μηδ' ὀρθῶς ἀποδιδοῦσι θεαταῖς. ἐξῆν γὰρ δὴ τῷ παλαιῷ τε καὶ Ἑλληνικῷ νόμῳ, καθάπερ ὁ Σικελικός τε καὶ Ἰταλικὸς νόμος νῦν τῷ πλήθει τῶν θεατῶν ἐπιτρέπων καὶ τὸν νικῶντα διακρίνων χειροτονίαις διέφθαρκε μὲν τοὺς ποιητὰς αὐτοὺς — πρὸς γὰρ τὴν τῶν
C κριτῶν ἡδονὴν ποιοῦσιν οὖσαν φαύλην, ὥστε αὐτοὶ αὐτοὺς οἱ θεαταὶ παιδεύουσι —, διέφθαρκε δ' αὐτοῦ τοῦ θεάτρου τὰς ἡδονάς· δέον γὰρ αὐτοὺς ἀεὶ

C. ὥστε αὐτοὶ αὐτοὺς] V. αὐτούς. Par. A. αὐτούς. Par. B. Ven. Ξ. cum Ω. v. f. h. r. δ. ο. ἑαυτούς.

νῦν αὐτοῖς δρῶσι] V. αὖ τοῖς, quod vere emendavit Astius,

dicibus solemni iureiurando obstrictis v. Plutarch. Vit. Cim. c. 8. Demosth. adv. Mid. p. 520. et 535. ed. Reisk. Aesch. c. Ctes. 625. ed. Reisk. Aristoph. Avv. v. 445 sqq. ubi comice ipse poeta iurat, velle se omnium iudicum sententia victoriam reportare.

B. ὁ κριτὴς καθίζει] Iudices fere dicuntur καθῆσθαι, ut Lat. sedere; v. Apol. Socr. p. 35. C. Demosth. p. 1329. ed. Reisk. καθημένους ὑπὲρ τῶν νόμων al. Inde fit ut καθίζειν, activa vi praeditum, subinde sit iudicandi potestatem dare, iudicem constituere, veluti ap. Demosth. p. 585. ἄν τε χιλίους ἄν τε ὁπόσους δὴ ἡ πόλις καθίσῃ. Ibid. p. 532. 706. 708. d. 1. Verum ponitur καθίζειν etiam significatione intransitiva, ut fere idem sit quod καθῆσθαι. v. Valcken. ad Herodot. VIII. p. 651. Villoison. ad Long: p. 147. Iacobs ad Achill. Tat. p. 409. Atque sic hic quoque positum est.

ἐναντιωσόμενος τοῖς —] ut adversetur iis, qui voluptatem spectatoribus nec convenienter nec recte exhibeant. cfr. III. 700. A sqq.

ἐξῆν γὰρ δὴ τῷ παλαιῷ —] Similem hic verborum anacoluthiam reperimus illi, quam p. 658. A. extricavimus. Nam quemadmodum ibi primaria sententiae pars abit in secundariam, ita hic quoque primarium enuntiati membrum non absolvitur, quoniam quae illo explicanda fuerunt, ea commiscentur cum secundaria sententia, quae proprie nihil nisi comparationem continere debuit. Quippe dicturus fuit scriptor fere haec: ἐξῆν γὰρ δὴ τῷ παλαιῷ τε καὶ Ἑλληνικῷ νόμῳ, καθάπερ νῦν ἔτι ὁ Σικελικός τε καὶ Ἰταλικὸς νόμος ἐστι, vel καθάπερ νῦν Σικελικῷ τε καὶ Ἰταλικῷ, τῷ πλήθει s. τὸ πλῆθος τὸν νικῶντα διακρίνειν τὸν νικῶντα χειροτονίαις, ὅς δὴ νόμος διέφθαρκε μὲν τοὺς ποιητὰς αὐτοὺς — διέφθαρκε δ' αὐτοῦ τοῦ θεάτρου τὰς ἡδονάς κ. τ. λ. Nunc

βελτίω τῶν αὐτῶν ἠθῶν ἀκούοντας βελτίω τὴν ἡδονὴν ἴσχειν, νῦν αὐτοῖς δρῶσι πᾶν τοὐναντίον ξυμβαίνει. τί ποτ' οὖν ἡμῖν τὰ νῦν αὖ διαπερανθέντα τῷ λόγῳ σημαίνειν βούλεται; σκοπεῖσθ', εἰ τόδε.

ΚΛ. *Τὸ ποῖον;*

ΑΘ. *Δοκεῖ μοι τρίτον ἢ τέταρτον ὁ λόγος εἰς ταὐτὸν περιφερόμενος ἥκειν, ὡς ἄρα παιδεία μέν* D *ἐσθ' ἡ παίδων ὁλκή τε καὶ ἀγωγὴ πρὸς τὸν ὑπὸ τοῦ νόμου λόγον ὀρθὸν εἰρημένον καὶ τοῖς ἐπιεικεστάτοις καὶ πρεσβυτάτοις δι' ἐμπειρίαν ξυνδεδογμένον ὡς ὄντως ὀρθός ἐστιν· ἵν' οὖν ἡ ψυχὴ τοῦ παιδὸς μὴ ἐναντία χαίρειν καὶ λυπεῖσθαι ἐθίζηται τῷ νόμῳ*

consentiente Angel.

σκοπεῖσθ' εἰ τόδε.] *εἰ*, quod vulgo aberat, additum ex A. Ω. v. f. h. r. a. δ. o.

vero omnia accommodavit ad verba intermedia: *καθάπερ ὁ Σικελικός — νόμος*, ideoque etiam interseruit *ἐπιτρέπων*: ac praeterea etiam adhibitis participiis orationem contraxit in brevius, dicens: *ἐπιτρέπων καὶ διακρίνων διέφθαρκεν.* Pessime haec expedivit Astius, qui quum alia turbavit, tum legendum censuit: *νόμῳ, ὅς, καθάπερ κ. τ. λ.* Nec melius rem gessit Winckelmannus, qui *οὐ* negandi particulam, ante *καθάπερ* excidisse statuit, quo commento apertum est universi loci sententiam mirum in modum perverti ac depravari, ut mirum sit C. Fr. Hermannum vel invitis libris Winckelmanni rationem in edit. Teubner. sequutum esse. Ceterum *ἐπιτρέπων*, absolute et sine nominis accusativo positum, ubi *αὐτό* intelligi licet, satis illustrabunt quae notavimus ad Gorg. p. 512. D. et quae collegit Wurmius Commentar. in Dinarch. p. 60 sqq.

C. *πρὸς γὰρ τὴν — ἡδονὴν ποιοῦσιν*] ad iudicum voluptatem pangunt carmina. Sic *ποιεῖν* positum Apol. Socr. p. 22. C. De Rep. X. p. 598. E. Phaed. p. 60. D. 61. B.

νῦν αὐτοῖς δρῶσι] Recte Astius: „*Αὐτοῖς δρῶσι — συμβαίνει* idem est quod: *αὐτοὶ δρῶντες τοῦτο πάσχουσι.* Solent vero *δρᾶν* s. *δρᾶσαι* et *πάσχειν* s. *παθεῖν* inter se opponi et sibi respondere." Addidisse iuvabit aliquot rei exempla. Aeschyl. Eum. v. 868: *εὖ δρῶσαν εὖ πάσχουσαν εὖ τιμωμένην χώρας μετασχεῖν.* Choephor. v. 313: *δράσαντι παθεῖν, τριγέρων μῦθος τάδε φωνεῖ.* Agam. 1527: *ἄξια δράσας ἄξια πάσχων.* Herodot. IV. 5: *διέγνω δρᾶσαί τι ἢ παθεῖν γενναῖον.* Thucyd. VI. 35: *δράσειεν καὶ ἀντιπάθοιεν.* Itaque *αὐτοῖς δρῶσιν*, ipsis id agentibus, idem est quod ipsis sua culpa obtingit contrarium.

Δοκεῖ μοι τρίτον ἢ τέταρτον —] Locum exscripsit Eusebius Praep. Ev. XII. 20. p. 594. A. usque ad verba *ὀρθῶς ποιεῖν* p. 660. A.

καὶ τοῖς ὑπὸ τοῦ νόμου πεπεισμένοις, ἀλλὰ ξυνέπηται χαίρουσά τε καὶ λυπουμένη τοῖς αὐτοῖς τούτοις, οἷςπερ ὁ γέρων, τούτων ἕνεκα, ἃς ᾠδὰς καλοῦμεν,
E ὄντως μὲν ἐπῳδαὶ ταῖς ψυχαῖς αὗται νῦν γεγονέναι, πρὸς τὴν τοιαύτην ἣν λέγομεν συμφωνίαν ἐσπουδασμέναι, διὰ δὲ τὸ σπουδὴν μὴ δύνασθαι φέρειν τὰς τῶν νέων ψυχὰς παιδιαί τε καὶ ᾠδαὶ καλεῖσθαι καὶ

D. *νόμου πεπεισμένοις*] Eusebius Praep. Ev. XII. p.

D. *καὶ τοῖς ὑπὸ τοῦ νόμου πεπεισμένοις*] et iis, qui sibi a lege persuaderi passi sunt, h. e. iis, qui legi obtemperant. Eusebius scriptum exhibet *τεθειμένοις*. Sed Platonem *πεπεισμένοις* scripsisse ideo credibile est, quia mox sequitur *οἷςπερ ὁ γέρων*, quasi unus hic senior sit ex illis *ὑπὸ τοῦ νόμου πεπεισμένοις*. Quae scita est Vigeri observatio.

τούτων ἕνεκα, ἃς ᾠδὰς καλοῦμεν, ὄντως —] Structuram loci satis impediti alii aliter expedire conati sunt. Vigerus enim ad Euseb. p. 57. infinitivos accepit pro optativo et *ἄν*, perinde ac si legeretur *γένοιντ' ἄν* ctr. cuius loquendi rationis aliud exemplum frustra anquisiveris. Idem vir doctus haec verba: *τούτων — πράττεσθαι* interpositionis signo a reliqua oratione seiunxit ac separavit; perperam, nam quae sequuntur: *καθάπερ τοῖς κ.* usque ad *ἐθίζωνται*, ea non solum ad illa: *ἵν' οὖν — οἷςπερ ὁ γέρων*, sed ad universam sententiam usque ad v. *πράττεσθαι* pertinent, sicuti perspecte monuit Boeckhius. At enim vero quod hic ipse statuit, infinitivos *γεγονέναι, καλεῖσθαι καὶ πράττεσθαι*, esse pro imperativis, laudato Pierson. ad Moer. p. 242. et Heindorf. ad Lysid. p. 21., id nos quidem, quantumvis nactus sit Astium sententiae suae subscriptorem, non magis probari posse existimamus. Nam ut concedamus infinitivum tertia persona numeri pluralis ita usurpari solere, tamen hic quidem imperativo, propterea non est locus, quod neutiquam legis alicuius formula praescribitur, quae in civitate observari debeat. Itaque difficultatem alio modo expediri oportere apertum esse putamus. Nec vero, quid faciendum sit, dubium videtur. Quum enim in superioribus antecedat *Δοκεῖ*, ad hanc alteram sententiae partem, cum antegressis utique arctius iunctam atque colligatam, in promtu est *δοκοῦσιν* intelligere; id quod neutiquam ab usu loquendi abhorret. Nam prorsus eadem ratione ex *δοκεῖ* impersonaliter posito deinde idem verbum personaliter intelligendum relinquitur his locis: Apolog. Socr. p. 25. A: *ἦ καὶ περὶ ἵππους οὕτω σοι δοκεῖ ἔχειν; οἱ μὲν βελτίους ποιοῦντες αὐτοὺς πάντες ἄνθρωποι εἶναι, εἷς δέ τις ὁ διαφθείρων*; Lysid. p. 212. D. Hipp. min. p. 372. D. Quamobrem locum sic interpretamur: propterea quae solemus vocare carmina, revera quidem incantationes animorum nunc videntur extitisse, ad talem, qualem dicimus, concentum effi-

πράττεσθαι· καθάπερ τοῖς κάμνουσί τε καὶ ἀσθενῶς ἴσχουσι τὰ σώματα ἐν ἡδέσι τισὶ σιτίοις καὶ πώμασι τὴν χρηςὴν πειρῶνται τροφὴν προςφέρειν οἷς 660
μέλει τούτων, τὴν δὲ τῶν πονηρῶν ἐν ἀηδέσιν, ἵνα τὴν μὲν ἀσπάζωνται, τὴν δὲ μισεῖν ὀρθῶς ἐθίζωνται, ταὐτὸν δὴ καὶ τὸν ποιητικὸν ὁ ὀρθὸς νομοθέτης ἐν τοῖς καλοῖς ῥήμασι καὶ ἐπαινετοῖς πείσει τε

594. c. 20: τεθειμένοις. sed vide explicatt.

ciendum serio comparatae, sed quia animi adolescentium severitatis tristitiam ferre non possunt, lusus et carmina videntur vocari atque ita peragi. Itaque vides nihil omnino in his verbis inesse, quod quem iure moretur, siquidem universam spectamus sententiam. Nam in singulis est sane aliquid, quod iure offendat: dicimus istud *νῦν* ante *γεγονέναι* inculcatum, quod quorsum pertineat aut quid ad sententiam valeat, haud sane intelligimus. Vide igitur, num corrigendum sit *ἡμῖν γεγονέναι*, qui dativi usus facile potuit errori ansam praebere, sicuti factum est etiam Theaetet. p. 143. E. ubi v. ann. conf. ad I. cap. 1. De *ἐπῳδαῖς* ad animorum morbos sanandos a philosophis translatis v. ad Charmid. p. 157. A.

E. *καθάπερ τοῖς κάμνουσί τε — ποιεῖν.*] Non assentior Boeckhio p. 138. scribenti nimis ineptam esse sententiam eorum, qui verba, *καθάπερ τοῖς — ἐθίζωνται*, graviore post *ἐθίζωνται* interpunctione sublata, trahant ad sqq. *ταὐτὸν δὲ καὶ τὸν ποιητικὸν κ. τ. λ.* Imo nos quoque ultro istarum ineptiarum reos haberi volumus. Quamquam enim concedimus fieri posse, ut *καθάπερ* superioribus accedat, etiamsi *ταὐτὸν δὴ* post se habeat subsequens, tamen hoc quidem loco, ubi postrema ista: *ταὐτὸν δὴ — ὀρθῶς ποιεῖν*, per se sorsum acceperimus atque a comparationis membro seiunxerimus, nescio quid otiosi atque languidi huic orationis parti contrahitur. Quod profecto secus est, ubi inde ab *καθάπερ* statuerimus novam exordiri sententiam, quae superioribus illustrandis et confirmandis inserviat. Quod vero non insertum est *γάρ* post *καθάπερ*, id non modo nihil insolentiae habet, verum etiam loquendi usui plane est consentaneum. v. quae ea de re annotavimus ad Remp. VI. p. 497. B. quem locum etiamnunc eo, quo fecimus, modo distinguendum putamus. Phaed. p. 61. A.

P. 660. *τὴν δὲ τῶν πονηρῶν —*] Int. *τροφήν*, h. e. alimentum ex rebus perniciosis constans, ut idem sit quod *τὴν δὲ πονηράν*. Itaque non est quod cum Boeckhio corrigas *τὴν δὲ, τὴν πονηράν*. Neque hoc additamentum cum Zellero p. 76. pro otioso habendum putamus, quod vi sua neutiquam carere liquido apparet ex proximis istis: *τὴν δὲ μισεῖν ὀρθῶς ἐθίζωνται.*

μη πείθων] si non persuadeat.

καὶ ἀναγκάσει μὴ πείθων, τὰ τῶν σωφρόνων τε καὶ ἀνδρείων καὶ πάντως ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἔν τε ῥυθμοῖς σχήματα καὶ ἐν ἁρμονίαισι μέλη ποιοῦντα ὀρθῶς ποιεῖν.

B *ΚΛ.* Νῦν οὖν οὕτω δοκοῦσί σοι, πρὸς Διός, ὦ ξένε, ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσι ποιεῖν; ἐγὼ μὲν γὰρ καθ' ὅσον αἰσθάνομαι, πλὴν παρ' ἡμῖν ἢ παρὰ Λακεδαιμονίοις, ἃ σὺ νῦν λέγεις, οὐκ οἶδα πραττόμενα, καινὰ δὲ ἄττα ἀεὶ γιγνόμενα περί τε τὰς ὀρχήσεις καὶ περὶ τὴν ἄλλην μουσικὴν ξύμπασαν, οὐχ ὑπὸ νόμων μεταβαλλόμενα ἀλλ' ὑπό τινων ἀτάκτων ἡδονῶν, πολλοῦ δεουσῶν τῶν αὐτῶν εἶναι καὶ κατὰ
C ταὐτά, ὡς σὺ κατ' Αἴγυπτον ἀφερμηνεύεις, ἀλλ' οὐδέποτε τῶν αὐτῶν.

ΑΘ. Ἀριστά γ', ὦ Κλεινία. εἰ δ' ἔδοξά σοι ἃ σὺ λέγεις λέγειν ὡς νῦν γιγνόμενα, οὐκ ἂν θαυμά-

P. 660. *καὶ πάντως ἀγαθῶν*] V. *πάντων*, quod in *πάντως* mutavimus auctoritate codicum fere omnium et Euseb. Dein formam *ἁρμονίαισιν* tuetur Par. A. teste Bastio, et Vat. Ω. marg. cum Voss. et marg. Flor. a.

καὶ πάντως ἀγαθῶν ἀνδρῶν] Ad hanc lectionem tuendam Boeckhius apte comparat Phileb. p. 39. E: *δίκαιος ἀνὴρ καὶ εὐσεβὴς καὶ ἀγαθὸς πάντως*. Euthydem. p. 292 C: *ἀλλ' ἄρα πάντας καὶ πάντως ἀγαθούς*. Legg. V. p. 727. C.

B. *κατ' Αἴγυπτον ἀφερμηνεύεις*] De verbo *ἀφερμηνεύειν*, enarrare, v. ann. ad Sophist. p. 246. E.

C. *Ἀριστά γ', ὦ Κλ. εἰ δ' ἔδοξά σοι* —] Si tibi visus sum ea, quae iam commemoras, ita dicere ac si revera fiant, haud miror, siquidem ita feci atque hoc expertus sum (ut viderer ita dixisse), quia animi mei sententiam non perspicue declaravi (s. non perspicue declarans quae sentio). In his *ποιεῖν*, ut saepe, pro verbo ex antegressis iterando, h. e. pro *ἔδοξα λέγειν*, positum, de quo loquendi genere v. ann. ad Phil. p. 18. A. 20. A. 62. A. Politic. p. 260. C. Soph. p. 233. C.

ἀλλ' ἃ βούλομαι —] At quae velim in musica fieri, ea fortasse ita fere protuli, ut tibi visus sim ista dicere. Volui enim notare et reprehendere, quae vitiosa sunt; quod etsi non est iucundum, tamen aliquando est necessarium.

D. *Τί δ' εἰ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις γ.*] Argumentationis progressio haec est. Haec severitas, inquit, in musica arte recte temperanda etsi plerumque negligitur praeterquam apud La-

ζοιμι, εἰ μὴ σαφῶς λέγων ἃ διανοοῦμαι τοῦτο ἐποίησα καὶ ἔπαθον. ἀλλ' ἃ βούλομαι γίγνεσθαι περὶ μουσικήν, τοιαῦτ' ἄττα εἶπον ἴσως, ὥςτε σοὶ δόξαι ταῦτα ἐμὲ λέγειν. λοιδορεῖν γὰρ πράγματα ἀνίατα καὶ πόῤῥω προβεβηκότα ἁμαρτίας οὐδαμῶς ἡδύ, ἀναγκαῖον δ' ἐνίοτ' ἐςίν. ἐπειδὴ δὲ ταῦτα ξυνδοκεῖ καὶ σοί, φέρε, φῂς παρ' ὑμῖν καὶ τοῖςδε μᾶλλον ἢ παρὰ τοῖς ἄλλοις Ἕλλησι γίγνεσθαι τὰ τοιαῦτα; D

ΚΛ. Τί μήν;

ΑΘ. Τί δ' εἰ καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις γίγνοιθ' οὕτω, πότερον αὐτὰ καλλιόνως οὕτως εἶναι φαῖμεν ἄν, ἢ καθάπερ νῦν γίγνεται γιγνόμενα;

ΚΛ. Πολύ που τὸ διαφέρον, εἰ καθάπερ παρά τε τοῖςδε καὶ παρ' ἡμῖν, καὶ ἔτι καθάπερ εἶπες σὺ νῦν δὴ δεῖν εἶναι, γίγνοιτο.

Cap. VI. *ΑΘ.* Φέρε δή, ξυνομολογησώμεθα

D. *Πολύ που τὸ διαφέρον*] διάφορον Ω. a. prim. m. cum Ang. Par. A. B. Pro φαμὲν Voss. φαῖμεν.

Cap. VI. E. *Φέρε δή, ξυνομολογήσωμεθα*] Voss. x. φέρε νῦν ξυνομ. Praeterea ξυνομολογησώμεθα Ald. Bas. 1. 2. et cod. Ξ. vide sis explicat.

cedaemonios, ita ut in aliis civitatibus novandi lubidini iusto plus indulgeatur, tamen optandum est, ut ea utique quam diligentissime observetur ac teneatur ab omnibus, quoniam id recta educationis ratio postulat. Quod igitur Lacedaemone fieri assolet, ut poetae unum virum probum, temperantem, iustum beatum praedicent, iniustum autem, quantumvis omnibus bonis affluentem, miserum dicant, idem ubique in civitatibus bene moratis fieri oportet. Nam cives sibi persuasisse debent, felicitatem ac beatitatem suam non in externorum bonorum possessione, sed in una maxime virtute quaerendam esse.

Cap. VI. E. *Φέρε δή, ξυνομολογησώμεθα*—] Age igitur, faciamus ut nunc inter nos conveniat; lass uns über die Sache ietzt übereinkommen. Sic haec intelligenda sunt, quae Boeckhius p. 141. aliter accepit. Is enim, quoniam mira sit adhortatio: Age consentiamus nunc, legendum censuit: *Φέρε δή, ἐὰν ξυνομ.* h. e. Age videamus, *num* inter nos conveniat. Ac sane φέρε δὴ ἐάν et ἰδὲ δὴ ἐὰν non ita rarum est; v. Cratyl. p. 430. A. De Rep. IV. p. 434. A. V. p. 453. Theaet. p. 192. E. al. Sed eodem quo hic modo Plato loquutus est etiam alibi. Ceterum totum hunc locum exscripsit Iamblich. Adhort. ad philosoph. c. 19. p. 270. ed. Kiessling. et Euseb. Praepar. Ev. XII. 21. p. 594 sq. qui vulgatam lectionem confirmant.

E τὰ νῦν. ἄλλο τι παρ' ὑμῖν ἐν πάσῃ παιδείᾳ καὶ μουσικῇ τὰ λεγόμενά ἐςι τάδε; τοὺς ποιητὰς ἀναγκάζετε λέγειν, ὡς ὁ μὲν ἀγαθὸς ἀνήρ, σώφρων ὢν καὶ δίκαιος, εὐδαίμων ἐςὶ καὶ μακάριος, ἐάν τε μέγας καὶ ἰσχυρός, ἐάν τε σμικρὸς καὶ ἀσθενὴς ᾖ, καὶ ἐὰν πλουτῇ καὶ μή· ἐὰν δὲ ἄρα πλουτῇ μὲν Κινύρα τε καὶ Μίδα μᾶλλον, ᾖ δὲ ἄδικος, ἄθλιός τ' ἐςὶ καὶ ἀνιαρῶς ζῇ. καὶ Οὔτ' ἂν μνησαίμην, φησὶν ὑμῖν ὁ ποιητής, εἴπερ ὀρθῶς λέγει, οὔτ' ἐν λόγῳ ἄνδρα τιθείμην, ὃς μὴ πάντα τὰ λεγόμενα καλὰ μετὰ δικαιοσύνης πράττοι καὶ κτῷτο, καὶ δὴ καὶ
661 δηΐων τοιοῦτος ὢν ὀρέγοιτο ἐγγύθεν ἱςάμενος, ἄδικος δὲ ὢν μήτε τολμῷ ὁρῶν φόνον αἱματόεντα μήτε νικῷ θέων Θρηΐκιον Βορέην,

P. 661. τρίτον δὲ πλοῦτος] Post τρίτον δὲ Steph. interposuit verba ἰσχύς, τέταρτον δὲ, quae absunt ab Ald. Bas. 1. 2. nec leguntur in codd. A. B. Ω. Ξ. v. f. r. h. a. c. δ. o. Carent iisdem Euseb. Praep. Ev. XII. 21. p. 594. = Vol. III. p. 176.

ἐὰν δὲ ἄρα πλουτῇ μὲν Κινύρα τε καὶ Μ.] Voculas δὲ et μὲν Iamblich. omittit. Sed recte libri Platonis. Respicitur ad versus Tyrtaei p. 9. ed. Schneidew. in Delect. Poet. Graec. Vol. I. οὐδ' ἂν Τιθωνοῖο φυὴν χαριέστερος εἴη, πλουτοίη δὲ Μίδεω καὶ Κινύραο πλέον. De Cinyrae, qui rex Assyriorum et Cypri fuisse dicitur, opulentia v. Valckenar. in Callimach. 118. De Midae divitiis omnia sunt in vulgus nota. v. Heynius ad Apollodor. p. 325. Ovid. Met. X. v. 298 sqq. ibique intpp.

Οὔτ' ἂν μνησαίμην —] Rursus haec Tyrtaei sunt verba, de quibus v. Schneidewin. l. c. conf. supra libr. I. p. 629. A. Pro φησὶν ὑμῖν ὁ ποιητής Iamblich. omisso ὑμῖν scriptum habet φησὶν ὁ ποιητής. Sed ὑμῖν vi ac pondere suo hic neutiquam caret, ut ille id arbitratu suo omisisse videatur.

πράττοι καὶ κτῷτο] Cod. Iamblichi Cizens. κεκτῷτο.

P. 661. δηΐων — ὀρέγοιτο —] Tyrtaeus: εἰ μὴ τετλαίη μὲν ὁρῶν φόνον αἱματόεντα | καὶ δηΐων ὀρέγοιτ' ἐγγύθεν ἱστάμενος. et paullo ante: οὐδ' εἰ Κυκλώπων μὲν ἔχοι μέγεθός τε βίην τε, | νικῴη δὲ θέων Θρηΐκιον Βορέην: quae hic in unum coniuncta leguntur. De τολμᾶν et τλᾶν, sustinere, v. ad Phileb. p. 14. B. Attulit haec Photius p. 593. s. v. τολμῆσαι.

τὰ γὰρ ὑπὸ τῶν πολλῶν —] De loci, qui sequitur, sententia v. supra libr. I. c. 6. Gorg. p. 451. E. Euthydem. p. 279. B. Legg. IX. p. 870. A. B. Menex. B. 246. D. E. Exscripsit eum usque ad verba χρόνον ἐπιζῴη. Theodoretus Cur. Affect. Gr. p. 247. ed.

μήτε ἄλλο αὐτῷ μηδὲν τῶν λεγομένων ἀγαθῶν γίγνοιτό ποτε· τὰ γὰρ ὑπὸ τῶν πολλῶν λεγόμενα ἀγαθὰ οὐκ ὀρθῶς λέγεται. λέγεται γάρ, ὡς ἄριςον μὲν ὑγιαίνειν, δεύτερον δὲ κάλλος, τρίτον δὲ πλοῦτος. μυρία δὲ ἄλλα ἀγαθὰ λέγεται· καὶ γὰρ ὀξὺ ὁρᾶν καὶ ἀκούειν καὶ πάντα ὅσα ἔχεται τῶν αἰσθήσεων εὐαισθήτως ἔχειν, ἔτι δὲ καὶ τὸ ποιεῖν τυραννοῦντα ὅ τι ἂν ἐπιθυμῇ, καὶ τὸ δὴ τέλος ἁπάσης μακαριότητος εἶναι τὸ πάντα ταῦτα κεκτημένον ἀθάνατον εἶναι γενόμενον ὅ τι τάχιςα. ὑμεῖς δὲ καὶ ἐγώ που τάδε λέγομεν, ὡς ταῦτά ἐςι ξύμπαντα δικαίοις μὲν καὶ ὁσίοις ἀνδράσιν ἄριςα κτήματα, ἀδίκοις δὲ κάκιςα ξύμπαντα, ἀρξάμενα ἀπὸ τῆς ὑγιείας. καὶ δὴ καὶ τὸ ὁρᾶν καὶ τὸ ἀκούειν καὶ αἰσθάνεσθαι καὶ τὸ παράπαν ζῆν μέγιστον μὲν κακὸν τὸν ξύμπαντα

B (margin beside line 6), C (margin beside line 15)

ed. Gaisf. Theodoret. Serm. V. p. 568. A. Cur. Aff. Graec. p. 247. ed. Gaisf. Tenuit ea Bekker. Dein Theodor. *καὶ ἕτερα δὲ μυρία ἀγαθὰ λέγεται.* Idem mox: *καὶ τὸ μὲν τέλος.*

Gaisf. Eusebius Praep. Ev. XII. 21. alii.

καὶ γὰρ ὀξὺ ὁρᾶν etc.] Int. *ἀγαθὸν λέγεται.* — *ὅσα ἔχεται τῶν αἰσθήσεων,* quae cum sensibus coniuncta sunt, s. quae ad sensus pertinent.

B. *ὅ τι ἂν ἐπιθυμῇ*] Tertia persona sic ponitur, quia *τις,* subiectum indefinitum, continetur in praecedenti *ποιεῖν τυραννοῦντα.* Usum loquendi multis exemplis firmavimus ann. ad Apol. Socr. p. 29. A. Sympos. p. 187. C. Theaet. p. 199. C. et vero etiam in hoc libro supra attigimus.

τὸ πάντα ταῦτα] Nemo, opinor, hic scripserit *τὸ ταῦτα πάντα.* Quod cur annotemus, perspicient, nisi fallor, qui legerint quae Lobeckius ad Aiac. p. 425. ed. 2. de *ταῦτα πάντα* et *πάντα ταῦτα* exposuit.

που τάδε λέγομεν] H. e. *τάδε λέγομέν που,* haec, opinor, dicimus. De enclitica sic anteposita diximus ad Phileb. p. 34. E. Polit. 306. E. Phaedr. p. 258. A.

ἀρξάμενα ἀπὸ τῆς ὑγιείας] ne sanitate quidem excepta. v. ad Alcibiad. I. p. 104. A.

C. *καὶ γὰρ δὴ καὶ τὸ ὁρᾶν* —] Vitam virtute destitutam nullius pretii esse, plane persuasum Platoni fuit. v. Criton. p. 48. B: *οὐ τὸ ζῆν περὶ πλείστου ποιητέον, ἀλλὰ τὸ εὖ ζῆν.* Ibid. 54. E. Apolog. p. 28. B sqq. Gorg. p. 492. E sqq. 511. A sqq. 527. B sqq. Unde etiam statuit, summum malum cerni in improbitate atque inhonestate, de qua re v. Gorg. p. 470. D sqq. 444. E sqq. Theaet. p. 176. D sqq. conf. infra V. p. 728. B sqq.

χρόνον ἀθάνατον ὄντα καὶ κεκτημένον πάντα τὰ λεγόμενα ἀγαθὰ πλὴν δικαιοσύνης τε καὶ ἀρετῆς ἁπάσης, ἔλαττον δέ, ἂν ὡς ὀλίγιστον ὁ τοιοῦτος χρόνον ἐπιζώῃ. ταῦτα δὴ λέγειν οἶμαι τοὺς παρ' ὑμῖν ποιητάς, ἅπερ ἐγώ, πείσετε καὶ ἀναγκάσετε, καὶ ἔτι τούτοις ἑπομένους ῥυθμούς τε καὶ ἁρμονίας ἀποδιδόντας παιδεύειν οὕτω τοὺς νέους ὑμῶν. ἦ γάρ;
D ὁρᾶτε. ἐγὼ μὲν γὰρ λέγω σαφῶς τὰ μὲν κακὰ λεγόμενα ἀγαθὰ τοῖς ἀδίκοις εἶναι, τοῖς δὲ δικαίοις κακά, τὰ δ' ἀγαθὰ τοῖς μὲν ἀγαθοῖς ὄντως ἀγαθά, τοῖς δὲ κακοῖς κακά. ὅπερ οὖν ἠρόμην, ἆρα ξυμφωνοῦμεν ἐγώ τε καὶ ὑμεῖς, ἢ πῶς;

Cap. VII. *ΚΛ.* Τὰ μὲν ἔμοιγε φαινόμεθά πως, τὰ δ' οὐδαμῶς.

ΑΘ. Ἆρ' οὖν ὑγίειάν τε κεκτημένον καὶ πλοῦτον καὶ τυραννίδα διὰ τέλους, καὶ ἔτι προστίθημι

C. χρόνον ἐπιζώῃ] ἐπιζῇ correxit Astius. Sed ἐπιζώῃ cum codd. Platonis etiam Euseb. et Theodoret. qui paullo ante κεκτημένον omittit et ὡς ἂν ὀλίγ. scriptum exhibet. Mox pro πείσετε A. B. Ω. Ξ. v. f. h. r. a. c. δ. o. x. ποιήσετε. conf. p. 660. A. Dein καὶ ante ἔτι om. Eusebius.

ἦ γάρ; ὁρᾶτε.] nonne? sed videte. Ego enim certo affirmo, ea quae mala dicantur, iniustis hominibus bona esse, iustis autem mala, quaeque pro bonis ducantur, ea bonis hominibus revera bona esse, atque malis mala. conf. Gorg. p. 511. A sqq. Perperam vulgo: ἦ γὰρ ὁρᾶτε; quod ineptius etiam vertunt: „num ipsi hoc animadvertitis?" vel: „nonne intelligitis?" Praeterea dignum notatione, quod Theodoret Cur. Affect. Gr. p. 248. ed. Gaisf. scriptum hsbet: λεγόμενα ἀγαθὰ τοῖς δικαίοις εἶναι, τοῖς δ' ἀδίκοις εἶναι κακά.

Cap. VII. D. καὶ ἔτι προστίθημι ὑμῖν ἰσχύν] Iamblichus ὑμῖν omisit. Non male.

E. καὶ μηδὲν ἄλλο αὐτῷ — γιγνόμενον,] Haec verba cavendum est ne item pendere existimentur ex καὶ ἔτι προστίθημι. Cohaerent enim cum ἔχοντα, quod subsequitur. Quamquam ratio eorum paullo est liberior. Quippe accuratior stilus exigebat fere hoc: καὶ μηδὲν ἄλλο τῶν λεγομένων κακῶν εἶναι, ἀδικίαν δὲ καὶ ὕβριν ἔχοντα. Nunc vero additum licentius est αὐτῷ γιγνόμενον, ut scriptor non iam ἔχοντα, sed aliud verbum, quod participii ferret accessionem, in mente habuisse videatur. Quod vero deinde ad ἔχοντα transiit, quod respondet antegresso κεκτημένον, id tanto facilius potuit fieri, quod ἔχειν νόσον, ἔχειν κακόν, et similia, usu fuerunt satis trita ac pervulgata; de qua

ὑμῖν ἰσχὺν διαφέρουσαν καὶ ἀνδρείαν μετ' ἀθανα- E
σίας, καὶ μηδὲν ἄλλο αὐτῷ τῶν λεγομένων κακῶν εἶναι γιγνόμενον, ἀδικίαν δὲ καὶ ὕβριν ἔχοντα ἐν αὐτῷ μόνον —, τὸν οὕτω ζῶντα ἴσως ὑμᾶς οὐ πείθω μὴ οὐκ ἄρα εὐδαίμονα ἀλλ' ἄθλιον γίγνεσθαι σαφῶς;

ΚΛ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΑΘ. Εἶεν· τί οὖν τὸ μετὰ τοῦτ' εἰπεῖν ἡμᾶς χρεών; ἀνδρεῖος γὰρ δὴ καὶ ἰσχυρὸς καὶ καλὸς καὶ πλούσιος, καὶ ποιῶν ὅ τί περ ἐπιθυμοῖ τὸν βίον ἅπαντα, οὐχ ὑμῖν δοκεῖ, εἴπερ ἄδικος εἴη καὶ ὑβρι- 662
στής, ἐξ ἀνάγκης αἰσχρῶς ἂν ζῆν; ἢ τοῦτο μὲν ἴσως ἂν συγχωρήσαιτε, τό γε αἰσχρῶς;

ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΑΘ. Τί δαί; τὸ καὶ κακῶς;

Cap. VII. E. *εἶναι γιγνόμενον*] V. *ἐγγιγνόμενον*, invitis codd. mss. omnibus.

P. 662. *Τί δαί; τὸ καὶ κακῶς*] *δαὶ* pro *δὲ* dedi ex A. B. Ω. b. a. c. d. o. r. x. Mox tamen hi omnes praeter h. *Τί δέ; τὸ καὶ ἀηδῶς*.

re v. ad Remp. VIII. p. 574. IX. p. 591. D. Itaque nunc antegressum *αὐτῷ γιγνόμενον* non amplius respicitur. Praeterea *μηδὲν ἄλλο* notandum est ita dici, ut sit: ac praeterea nihil malorum sibi accidere sentientem; v. ad p. 659. A. Quamquam fortasse praestat coniungere: *μηδὲν ἄλλο — ἀδικίαν δέ*, nihil malorum, nisi iniustitiam, de qua ratione v. De Rep. II. 3. Tim. p. 48. C. ann. ad Phaedr. p. 229. D. Ceterum *ἄρ' οὖν* positum ab initio resumitur levi facta mutatione verbis *ἴσως οὐ πείθω*.

οὐ πείθω μὴ οὐκ ἄρα εὐδαίμονα] Ne istud *μὴ οὐκ* mireris; pertinet *οὐκ* ad solum *εὐδαίμονα*, quandoquidem *οὐκ ἄρα εὐδαίμων* et *ἀλλ' ἄθλιος* inter se opponuntur.

Ἀληθέστατα λέγεις] Verissime indicas, nobis non esse persuasum, talem hominem pro misero et infelici haberi oportere. Quocirca Atheniensis deinde accuratius docere instituit, iniustum eundem esse atque miserum, iustum autem felicem atque beatum. Tractat hoc argumentum philosophus etiam De Rep. III. p. 392. A. sqq. et Gorg. p. 474. C. — 478. E. qui loci utiliter comparabuntur.

P. 662. *Τί δαί; τὸ καὶ κακῶς;*] Malis fortasse *καὶ τὸ κακῶς;* Sed recte habet librorum lectio. Nam *καὶ* cum *κακῶς* cohaeret, *τὸ* vero, quod potuit etiam omitti, utrique praeponitur. Sic dein *τὸ καὶ ἀηδῶς*.

ΚΛ. Οὐκ ἂν ἔτι τοῦθ' ὁμοίως.

ΑΘ. Τί δέ; τὸ καὶ ἀηδῶς καὶ μὴ ξυμφερόντως αὐτῷ;

ΚΛ. Καὶ πῶς ἂν ταῦτά γ' ἔτι ξυγχωροῖμεν;

ΑΘ. Ὅπως; εἰ θεὸς ἡμῖν, ὡς ἔοικεν, ὦ φίλοι,
B δοίη τις συμφωνίαν· ὡς νῦν γε σχεδὸν ἀπᾴδομεν ἀπ' ἀλλήλων. ἐμοὶ γὰρ δὴ φαίνεται ταῦτα οὕτως ἀναγκαῖα, ὡς οὐδέ, ὦ φίλε Κλεινία, Κρήτη νῆσος σαφῶς· καὶ νομοθέτης ὢν ταύτῃ πειρῴμην ἂν τούς τε ποιητὰς ἀναγκάζειν φθέγγεσθαι καὶ πάντας τοὺς ἐν τῇ πόλει, ζημίαν τε ὀλίγου μεγίστην ἐπιτιθείην ἄν, εἴ τις ἐν τῇ χώρᾳ φθέγξαιτο, ὡς εἰσί τινες ἄν-
C θρωποί ποτε πονηροὶ μέν, ἡδέως δὲ ζῶντες, ἢ λυσιτελοῦντα μὲν ἄλλα ἐστὶ καὶ κερδαλέα, δικαιότερα δὲ ἄλλα. καὶ πόλλ' ἄττ' ἂν παρὰ τὰ νῦν λεγόμενα ὑπό τε Κρητῶν καὶ Λακεδαιμονίων, ὡς ἔοικε, καὶ δή που καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων διάφορα πείθοιμ' ἂν τοὺς πολίτας μοι φθέγγεσθαι. φέρε γάρ, ὦ πρὸς Διός τε καὶ Ἀπόλλωνος, ὦ ἄριστοι τῶν ἀνδρῶν, εἰ

C. φέρε γάρ, ὦ πρὸς Διὸς] ὦ, quod vulgo aberat, restitutum est ex A. B. Ω. r. v. f. h. a. c. o. δ. x. qui partim pro eo ὡς exhibent, manifesto scribendi errore.

δικαιότατός ἐστι βίος] V. βιός ἐστι, ut est in paucis mss.

E. ἠρωτημένα πατέρα τε] Marg. Voss. sive x. ante πα-

Ὅπως; εἰ θεὸς ἡμῖν —] Quomodo, inquis, (sc. fieri possit, ut ista concedamus). Ad quae lepide Atheniensis: Si deus nobis concordiam (consensionem) largiatur; nunc enim inter nos admodum discordamus. De metaphorica hac loquendi ratione conf. Phaedon. p. 90. C: οὗτος ὁ λόγος ἐκείνῳ πῶς ξυνάσεται. Gorg. p. 460. E: θαυμάσας οὐ συνᾴδειν τὰ λεγόμενα. Hipp. mai. p. 292. C: πολὺ ἀπῇσας ἀπὸ τοῦ ἐρωτήματος. Phileb. p. 92. C: οὗτος οὖν ὁ λόγος ἐκείνῳ πῶς ξυνάσεται. Protag. p. 333. A.

ὡς οὐδὲ — νῆσος σαφῶς] Int. φαίνεται.

C. ἡδέως δὲ ζῶντες] Pierson. ad Moer. p. 126. ed. Lips. ex Moeride suo revocandum hic censet ζώσαντες. „Et affert hinc ζώσαντες etiam Harpocration p. 197. 30. ed. Bekker. Sed ipsa verborum sententia videtur praesentis temporis formam flagitare. Recte igitur codd. nostri, qui communi consensione ζῶντες tuentur.

παρὰ τὰ νῦν λεγόμενα] Iunge cum διάφορα, ut dictum sit quemadmodum ἀλλὰ παρά τινα Phileb. 21. D. ubi v. ann.

τοὺς νομοθετήσαντας ὑμῖν αὐτοὺς τούτους ἐροίμεθα θεούς, ἆρ' ὁ δικαιότατός ἐςι βίος ἥδιςος, ἢ δύ' D ἐςόν τινε βίω, οἷν ὁ μὲν ἥδιςος ὢν τυγχάνει, δικαιότατος δ' ἕτερος, εἰ δὴ δύο φαῖεν, ἐροίμεθ' ἂν ἴσως αὐτοὺς πάλιν, εἴπερ ὀρθῶς ἐπανερωτῷμεν, ποτέρους δὲ εὐδαιμονεςέρους χρὴ λέγειν, τοὺς τὸν δικαιότατον ἢ τοὺς τὸν ἥδιςον διαβιοῦντας βίον; εἰ μὲν δὴ φαῖεν τοὺς τὸν ἥδιςον, ἄτοπος αὐτῶν |ὁ λόγος ἂν γίγνοιτο. βούλομαι δέ μοι μὴ ἐπὶ θεῶν λέγεσθαι τὸ τοιοῦτον, ἀλλ' ἐπὶ πατέρων καὶ νομο- E θετῶν μᾶλλον, καί μοι τὰ ἔμπροσθεν ἠρωτημένα πατέρα τε καὶ νομοθέτην ἠρωτήσθω, ὁ δ' εἰπέτω, ὡς ὁ ζῶν τὸν ἥδιςον βίον ἐςὶ μακαριώτατος. εἶτα μετὰ ταῦτα ἔγωγ' ἂν φαίην· Ὦ πάτερ, οὐχ ὡς εὐδαιμονέςατά με ἐβούλου ζῆν; ἀλλ' ἀεὶ διακελευόμενος οὐδὲν ἐπαύου ζῆν με ὡς δικαιότατα. ταύτῃ μὲν οὖν ὁ τιθέμενος εἴτε νομοθέτης εἴτε καὶ πατὴρ ἄτοπος ἄν, οἶμαι, καὶ ἄπορος φαίνοιτο τοῦ ξυμφωνούντως ἑαυτῷ λέγειν. εἰ δ' αὖ τὸν δικαιότατον

τέρα inserit πρός. v. ann. exeg. Mox εἰπέτω A. B. Ω. v. f. h. r. a. c. o. δ. x. pro vulg. εἰπάτω.

εἴτε καὶ πατὴρ] καὶ om. A. et corr. Ω. cum marg. Flor. a. Et extrusit καί protenus C. Fr. Hermann. Dein Ald. Bas. 1. 2. cum Par. B. et pr. Ω. ξυμφωνοῦντος.

εἰ τοὺς νομοθετήσαντας —] De εἰ repetito v. ad Menon. p. 72. B. et 74. B.

D. μὴ ἐπὶ θεῶν λέγεσθαι] non sic, ut dii exempli gratia loquentes inducantur. Qui usus ἐπί praepositionis non est infrequens. De Rep. X. p. 597. B. ἐπ' αὐτῶν τούτων ζητῶμεν τὸν μιμητήν. i. e. horum ipsorum exemplo adhibito. Ibid. V. p. 475. A. εἰ βούλει, ἔφη, ἐπ' ἐμοῦ λέγειν περὶ τῶν ἐρωτικῶν, h. e. sic ut meo ipsius exemplo utaris, an meinem Beispiele. Phaedr. p. 270. D. ἰδεῖν ἐπί τινος eodem modo dictum. Plura dabit Schaefer. ad Demosthen. Apparat. Vol. II. p. 284.

E. πατέρα τε καὶ νομοθέτην ἠρωτήσθω] Sic codd. Scribendum tamen videtur πατήρ τε καὶ νομοθέτης, quod Astius de coniectura Stephani edidit. Nisi forte ante πατέρα inserendum est πρός, quod teste Ruhnkenio habet codex Vossianus.

τοῦ ξυμφονούντως ἑαυτῷ λέγειν] Genitivum explicabis sic: si id respiciatur, ut sibi ipse constet; rücksichtlich der consequenten Reden.

εὐδαιμονέστατον ἀποφαίνοιτο βίον εἶναι, ζητοῖ που πᾶς ἂν ὁ ἀκούων, οἶμαι, τί ποτ' ἐν αὐτῷ τὸ τῆς
663 ἡδονῆς κρεῖττον ἀγαθόν τε καὶ καλὸν ὁ νόμος ἐνὸν ἐπαινεῖ; τί γὰρ δὴ δικαίῳ χωριζόμενον ἡδονῆς ἀγαθὸν ἂν γίγνοιτο; φέρε, κλέος τε καὶ ἔπαινος πρὸς ἀνθρώπων τε καὶ θεῶν ἆρ' ἐστὶν ἀγαθὸν μὲν καὶ καλόν, ἀηδὲς δέ, δύσκλεια δὲ τἀναντία; ἥκιστα, ὦ φίλε νομοθέτα, φήσομεν. ἀλλὰ τὸ μήτε τινὰ ἀδικεῖν μήτε ὑπό τινος ἀδικεῖσθαι μῶν ἀηδὲς μέν, ἀγαθὸν δὲ ἢ καλόν; τὰ δὲ ἕτερα ἡδέα μέν, αἰσχρὰ δὲ καὶ κακά;

P. 663. *ἥκιστα, ὦ φίλε, — ὑπό τινος ἀδικεῖσθαι*] Desunt haec verba in Ven. Ξ. et editt. Ald. Lov. Bas. 1. 2. In

ζητοῖ που πᾶς ἂν ὁ ἀκούων] unusquisque, opinor, sciscitetur, quid tandem in vita iustissima insit boni et honesti, quod sit voluptate superius ideoque a lege laudetur.

P. 663. *τί γὰρ δὴ δικαίῳ χωριζόμενον* —] Demonstraturus, iustum non esse posse a iucundo seiunctum atque separatum, utitur deinceps rei exemplis, unde quam absurdum sit statuere contrarium, sponte intelligatur. Quorsum pertinet primum istud: *φέρε, κλέος τε καὶ ἔπαινος — τἀναντία;* cedo enim, gloria atque laus, quae alicui ab hominibus pariter atque diis tribuitur, estne bonum quidem quiddam et honestum, sed item iniucundum, infamia autem contra, h. e. num recte iudicabitur, in laudis et honoris possessione honestatem et iucunditatem plane esse seiunctam, ita ut alterutra tantum alicui obtingat, nec vero utramque coniunctam esse solere? Enimvero absurdum certe est contendere velle, laudem tantummodo honestam esse, non item iucundam: absurdius vero etiam statuere, infamiam esse quidem triste quiddam, sed tamen tale quid, quod sit cum probitate et honestate coniunctum. Huic vero rei exemplo subiungitur etiam alterum his verbis: *ἀλλὰ τὸ μήτε ἀδικεῖν μήτε ὑπό τινος ἀδικεῖσθαι — καλόν;* quorum quidem verborum sententia videtur haec esse: at vero si quis aut alteri nullam inferat iniuriam aut nullam ab alio iniuriam accipiat, num id putabimus iniucundum quidem esse, sed idem tamen bonum aut honestum? Quod quidem primo adspectu perquam insulse dictum videtur. Unde factum est, ut totum hoc comma: *ἥκιστα, ὦ φίλε νομοθέτα, φήσομεν, ἀλλὰ τὸ μήτε τινὰ ἀδικεῖν μήτε ὑπό τινος ἀδικεῖσθαι μῶν ἀηδὲς μέν, ἀγαθὸν δὲ ἢ καλόν;* in Aldin. Bass. 1. 2. Lovan. et in cod. Ven. Ξ. qui veteribus illis editt. pro fundo fuit, omitteretur. Ac probavit hanc rationem Astius, qui longius etiam progressus omnia ista: *ἥκιστα, ὦ φίλε,* usque ad *αἰσχρὰ δὲ καὶ κακά;* pro insiticiis habuit. Sed multum vereor, ne vir egregius ea in re

ΚΛ. *Καὶ πῶς;*

Cap. VIII. *ΑΘ.* *Οὐκοῦν ὁ μὲν μὴ χωρίζων λόγος ἡδύ τε καὶ δίκαιον καὶ ἀγαθόν τε καὶ καλὸν* B *πιθανός γ', εἰ μηδὲν ἕτερον, πρὸς τό τινα ἐθέλειν ζῆν τὸν ὅσιον καὶ δίκαιον βίον, ὥςτε νομοθέτῃ γε αἴσχιςος λόγων καὶ ἐναντιώτατος, ὃς ἂν μὴ φῇ ταῦτα οὕτως ἔχειν· οὐδεὶς γὰρ ἂν ἑκὼν ἐθέλοι πείθεσθαι πράττειν τοῦτο, ὅτῳ μὴ τὸ χαίρειν τοῦ λυπεῖσθαι, πλέον ἕπεται. σκοτοδινιᾶν δὲ τὸ πόῤῥωθεν ὁρώμενον πᾶσί τε ὡς ἔπος εἰπεῖν καὶ δὴ καὶ τοῖς παισὶ παρέ-*

cod. Voss. ea Cliniae tribuuntur, quam rationem etiam Ficinus sequitur. Sed vide de toto loco quae in enarratione disputavimus.

a recto aberraverit, qui si tum, quum ita statuit, iam cognitum habuisset codices omnes praeter unum illum Venetum, cuius fide et auctoritate Aldina editio nititur, lectionem Stephani tueri, certe aliter fuisset iudicaturus. Enimvero solet Plato in talibus saepenumero intelligendum relinquere quod sponte intelligi potest ex contrario. Quod ipsum etiam hic tenendum est, siquidem locum recte intellecturi simus. Plene enim dicendum fuit: *μῶν ἀηδὲς μέν, ἀγαθὸν δὲ ἢ καλόν; ἢ καλὸν μὲν καὶ ἀγαθόν, ἀηδὲς δέ;* Itaque sententia emergit haec: num si quis nemini faciat iniuriam, id bonum quidem et honestum est, iucundum autem non est? et si quis ab altero iniuriam accipiat, num id putabimus iniucundum quidem esse, sed bonum et honestum? Itaque facile apparet nihil in his esse ineptiarum, quas viri docti odorati sunt. Iam his exemplis in medium allatis denique universe adduntur haec: *τὰ δὲ ἕτερα — καὶ κακά;* Quae miramur cuiquam unquam potuisse molestiam creare. Apparet enim hoc dici: omnino vero quae sunt reliqua vel alia, suntne ista omnia partim iucunda, ut nihil habeant boni et honesti, partim bona et mala, in quae iucundi nihil quidquam conveniat? Nimirum hic quoque breviter loquutus est philosophus ideoque contrarium intelligendum reliquit. Atque haec quum ita se habeant, non esse putamus, cur locum de glossemate suspectum habeamus, modo teneamus illud, de quo antea monui, afferri haec exempla eo consilio, ut sponte appareat boni et honesti seiunctionem, de qua agitur, esse absurdam minimeque probabilem.

Cap. VIII. B. *πλέον ἕπεται*] quod non plus laetitiae quam doloris habeat.

σκοτοδινιᾶν δὲ τὸ π. ὁρ.] omnibus propemodum inprimisque pueris id, quod e longinquo conspicitur (non clare cernitur, et cognoscitur), caliginem offundit. Talis vero est iucundi cum bono coniunctio atque etiam iusti et iniusti ratio ac necessitudo. Quocirca legislatoris

χει. νομοθέτης δ' ἡμῖν δόξαν εἰς τοὐναντίον τούτου
C κατασήσει τὸ σκότος ἀφελών, καὶ πείσει ἁμωσγέπως ἔθεσι καὶ ἐπαίνοις καὶ λόγοις, ὡς ἐσκιαγραφημένα τὰ δίκαιά ἐςι καὶ ἄδικα, τὰ μὲν ἄδικα, τῷ τοῦ δικαίου ἐναντίως φαινόμενα, ἐκ μὲν ἀδίκου καὶ κακοῦ ἑαυτοῦ θεωρούμενα ἡδέα, τὰ δὲ δίκαια ἀηδέςατα, ἐκ δὲ δικαίου πάντα τἀναντία παντὶ πρὸς ἀμφότερα.

ΚΛ. Φαίνεται.

ΑΘ. Τὴν δ' ἀλήθειαν τῆς κρίσεως ποτέραν κυριωτέραν εἶναι φῶμεν; πότερα τὴν τῆς χείρονος ψυχῆς ἢ τὴν τῆς βελτίονος;

D *ΚΛ.* Ἀναγκαῖόν που τὴν τῆς ἀμείνονος.

ΑΘ. Ἀναγκαῖον ἄρα τὸν ἄδικον βίον οὐ μόνον

Cap. VIII. B. *νομοθέτης δ' ἡμῖν δόξαν*] Pro δ' ἡμῖν A. B. Ω. Ξ., v. f. r., δ' εἰ μή. — εἰ μή et in marg. δὲ τὴν δόξαν, cod. h. Etiam marg. Flor. a. c. o. δὲ τὴν δόξαν. Num forte legendum δ' ἡμῖν τὴν δόξαν? Hermann. corr. οἶμαι pro ἡμῖν.

C. *ἀμωςγέπως*] Sic ubique cum A. Ω. scripsimus pro ἀμωσγέπως. vid. ad p. 641. E.

ἄδικα· τὰ μὲν ἄδικα —] Vulgo καὶ ante τὰ μὲν insertum legebatur. Omisimus voculam cum A. Ω. Ξ. v. f. r. a. c. o. δ. Proximum τῷ Steph. abesse malebat; sed v. explicat.

est, discussis tenebris, iudicium ea de re regere et ad contrarium convertere, imo etiam consuefaciendo, laudando, sermocinando demonstrare, plerisque omnibus non nisi adumbratam quasi quandam iusti et iniusti imaginem ob oculos versari. De verbo σκιαγραφεῖσθαι v. ad Reip. IX. p. 583. B. et Phaedon. p. 69. B. ubi Wyttenbachius docte de eo explicavit, nec hoc loco praetermisso.

C. *τὰ μὲν ἄδικα* —] Quoniam haec per epexegesin subiiciuntur, non opus est καὶ particula, quam etiam praestantissimi codices ignorant. Dein τῷ τοῦ δικαίου est: iusti rationibus, diciturque ut τὸ τῆς εἰρήνης, et similia. Quocirca nec τῷ cum Stephano delendum, nec cum Astio σκιαγραφήματι supplendum censemus. Porro ἐκ μὲν ἀδίκου καὶ κακοῦ interpretor: vom Standpunkte des Ungerechten u. Bösen aus. Quae interpretatio si vera est, consequitur, ut ἑαυτοῦ, quod Stephanus in ἀνθρώπου mutatum cupiebat, in αὐτοῦ mutari oporteat. Sophist. p. 236. B: τὸ φαινόμενον μὲν διὰ τὴν ἐκ καλοῦ θέαν ἐοικέναι τῷ καλῷ. ubi hunc locum comparare debebamus. Pro παντὶ marg. Par. A. πάντῃ, sicuti Stephano legendum videbatur. Sed παντὶ est unicuique.

D. *Νομοθέτης δέ, οὔ τι καὶ σμ. ὄφελος* —] Affert haec Euseb. Praep. Ev. XII.

αἰσχίω καὶ μοχθηρότερον ἀλλὰ καὶ ἀηδέςερον τῇ ἀληθείᾳ τοῦ δικαίου τε εἶναι καὶ ὁσίου βίου.

ΚΛ. Κινδυνεύει κατά γε τὸν νῦν λόγον, ὦ φίλοι.

ΑΘ. Νομοθέτης δέ, οὗ τι καὶ σμικρὸν ὄφελος, εἰ καὶ μὴ τοῦτο ἦν οὕτως ἔχον, ὡς καὶ νῦν αὐτὸ ᾕρηχ' ὁ λόγος ἔχειν, εἴπερ τι καὶ ἄλλο ἐτόλμησεν ἂν ἐπ' ἀγαθῷ ψεύδεσθαι πρὸς τοὺς νέους, ἔςιν ὅ τι τούτου ψεῦδος λυσιτελέςερον ἂν ἐψεύσατό ποτε E καὶ δυνάμενον μᾶλλον ποιεῖν μὴ βίᾳ ἀλλ' ἑκόντας πάντα τὰ δίκαια;

ΚΛ. Καλὸν μὲν ἡ ἀλήθεια, ὦ ξένε, καὶ μόνιμον· ἔοικε μὴν οὐ ῥᾴδιον εἶναι πείθειν.

ΑΘ. Εἶεν· τὸ μὲν τοῦ Σιδωνίου μυθολόγημα

τἀναντία παντὶ] Par. A. marg. γρ. πάντῃ, teste Bekkero et Faehsio in Sylloge Lectt. p. 302. Sed in contextu verborum habet παντί, quod probum videtur.

D. *τὸν ν. λόγον, ὦ φίλοι.*] V. φίλε, invitis codd. omnibus.

E. *δυνάμενον μᾶλλον ποιεῖν*] Margo Voss. πείθειν. Dein Euseb. Praep. Ev. XII. 31. p. 607. D. πάντας πάντα τὰ δίκαια. Frustra Badham. Praef. ad Phaedrum p. X. πάντα in πράττειν mutari voluit.

31. p. 607. D. usque ad verba οὐ ῥᾴδιον εἶναι πείθειν. De οὗ τι καὶ σμικρὸν ὄφελος v. ad Euthyphr. p. 4. E. — ᾕρηχ' ὁ λόγος, ratio evicit.

E. *καὶ δυνάμενον μᾶλλον ποιεῖν* —] et quod magis possit efficere, ut non vi coacti sed sponte omnia, quae iusta sint, faciant. Infra p. 671. C. δυναμένους — τὸν εὔελπιν — ἐθέλειν ποιεῖν. Pro πάντα Eusebius πάντας, quod Boeckhius et Astius recipiendum statuunt, ne subiectum desideretur. Sed vereor ut πάντας sententiae satis apte respondeat. Subiectum autem sponte intelligitur. Quod videtur Astium permovisse, ut postea codicum lectionem servandam iudicaret. Novam de his verbis sententiam nuper protulit Car. Badham. Praef. ad Plat. Phaedr. p. X. corrigens: ἀλλ' ἑκόντας πράττειν τὰ δίκαια. Quo non opus est, siquidem δυνάμενον ποιεῖν significat: hanc vim habens, ut omnes *faciant* iusta, ita ut ποιεῖν explicare possis: ὥστε ποιεῖν.

Καλὸν μὲν ἡ ἀλήθεια — πείθειν.] Laudat haec verba Diog. Laërt. III. §. 40. qui pro μὴν habet δέ.

Εἶεν· τὸ μὲν τοῦ Σιδωνίου —] Sunto ista, inquit, ut haud facile sit de veritate aliis persuadere; at Sidonii quidem fabula, quamvis adeo incredibilis, facilis erat persuasu

ῥᾴδιον ἐγένετο πείθειν, οὕτως ἀπίθανον ὄν, καὶ ἄλλα μυρία.

ΚΛ. Ποῖα;

ΑΘ. Τὸ σπαρέντων ποτὲ ὀδόντων ὁπλίτας ἐξ αὐτῶν φῦναι. καίτοι μέγα γ' ἐστὶ νομοθέτῃ παρά-
664 δειγμα τοῦ πείσειν ὅ τι ἂν ἐπιχειρῇ τις πείθειν τὰς τῶν νέων ψυχάς, ὥστε οὐδὲν ἄλλο αὐτὸν δεῖ σκοποῦντα ἀνευρίσκειν ἢ τί πείσας μέγιστον ἀγαθὸν ἐργάσαιτο ἂν πόλιν, τούτου δὲ πέρι πᾶσαν μηχανὴν εὑρίσκειν, ὅντινά ποτε τρόπον ἡ τοιαύτη ξυνοικία πᾶσα περὶ τούτων ἓν καὶ ταὐτὸν ὅ τι μάλιστα φθέγγοιτ' ἀεὶ διὰ βίου παντὸς ἔν τε ᾠδαῖς καὶ μύθοις καὶ λόγοις. εἰ δ' οὖν ἄλλῃ πῃ δοκεῖ ἢ ταύτῃ, πρὸς ταῦτα οὐδεὶς φθόνος ἀμφισβητῆσαι τῷ λόγῳ.

B ΚΛ. Ἀλλ' οὔ μοι φαίνεται πρός γε ταῦτα δύνασθαι ἡμῶν ἀμφισβητῆσαί ποτ' ἂν οὐδέτερος.

ΑΘ. Τὸ μετὰ τοῦτο τοίνυν ἐμὸν ἂν εἴη λέγειν.

P. 664. B. *ἄλλα καλὰ λέγοντας*] Pro *καλὰ* Ald. Bas. 1. 2. cum Ven. Ξ. habent *καί*.
τὸν αὐτὸν ἥδιστόν τε] Steph. *αὐτῶν*.

atque alia innumerabilia. Vult enim exemplo demonstrare, quantum valeat ad faciendam fidem auctoritas etiam in rebus per se incredibilibus. Mira est Zelleri opinio, qui p. 110. haec ducta esse putat ex Reip. III. p. 414. C. ubi *φοινικικὸν ψεῦδος* memoratur. Quod commentum verbo tetigisse satis erit. Post *μὲν* quod non infertur *δέ*, caussa in promtu est. Nam ex superioribus liquet loquentis animo obversari fere tale quiddam: *τὸ δὲ ἡμέτερον οὔ*. Hac ratione istud *μὲν* non subsequente *δὲ* positum apud Atticos quidem semper explicari oportere, cum Hermanno ad Viger. p. 841. plane nobis persuasimus, neque iis putamus fidem habendam, qui ei talibus in locis vim *βεβαιωτικήν*, qua apud Homerum et Herodotum pollet, tribui voluerunt; in quorum numero est etiam Schoemannus ad Isaeum p. 176 sq. Exempla huius loquendi rationis bene multa ad h. l. collegit Astius; alia nos congessimus ad Phaedon. p. 58. A. Criton. p. 43. D. Symp. 173. D. al. De *Εἶεν*, quod Astius perperam censet ironiae indicium facere, v. ad Phaedon. p. 95. A. c. 44. Men. p. 75. C. Euthyd. p. 293. C. Gorg. p. 508. A.

Τὸ σπαρέντων —] Fabulam de Cadmo, notam in vulgus, narrant Apollod. III. 1, 1. 4, 1. et 5, 4. Hygin. Fab. 178. Pausan. IX. 5, 1. et 10. 1. Ovid. Metam. III. 1 sqq. al.

φημὶ γὰρ ἅπαντας δεῖν ἐπᾴδειν τρεῖς ὄντας τοὺς χοροὺς ἔτι νέαις οὔσαις ταῖς ψυχαῖς καὶ ἁπαλαῖς τῶν παίδων, τά τε ἄλλα καλὰ λέγοντας πάντα, ὅσα διεληλύθαμέν τε καὶ ἔτι διέλθοιμεν ἄν, τὸ δὲ κεφάλαιον αὐτῶν τοῦτο ἔςω· τὸν αὐτὸν ἥδιςόν τε καὶ ἄριςον ὑπὸ θεῶν βίον λέγεσθαι φάσκοντες ἀληθέςατα ἐροῦμεν ἅμα καὶ μᾶλλον πείσομεν οὓς δεῖ πείθειν ἢ ἐὰν ἄλλως πως φθεγγώμεθα λέγοντες. C

ΚΛ. Συγχωρητέον ἃ λέγεις.

ΑΘ. Πρῶτον μὲν τοίνυν ὁ Μουσῶν χορὸς ὁ παιδικὸς ὀρθότατ' ἂν εἰςίοι πρῶτος τὰ τοιαῦτα εἰς τὸ μέσον ᾀσόμενος ἁπάσῃ σπουδῇ καὶ ὅλῃ τῇ πόλει, δεύτερος δὲ ὁ μέχρι τριάκοντα ἐτῶν, τόν τε Παιᾶνα ἐπικαλούμενος μάρτυρα τῶν λεγομένων ἀληθείας πέρι καὶ τοῖς νέοις ἵλεων μετὰ πειθοῦς γίγνεσθαι ἐπευχόμενος. δεῖ δὲ δὴ καὶ ἔτι τρίτους τοὺς ὑπὲρ τριάκοντα ἔτη μέχρι τῶν ἑξήκοντα γεγονότας ᾄδειν· τοὺς δὲ μετὰ ταῦτα — οὐ γὰρ ἔτι δυνατοὶ φέρειν ᾠδάς — D

C. φθεγγώμεθα λέγοντες] φθεγγόμεθα Bas. 1. 2. cum Voss.

conf. Creuzer. Symb. II. p. 149. et Ottofr. Müller. Orchom. V. 1. p. 216 sqq. Ceterum Cadmum alii Phoenicem, alii Aegyptium fuisse narrant; de qua opinionum discrepantia v. Herod. II. 49. V. 58. Diod. I. 23. Pausan. IX. 12.

P. 664. ἡ τοιαύτη ξυνοικία πᾶσα] eiusmodi societas tota.

πρὸς ταῦτα οὐδεὶς φθόνος ἀμφ. τ. λ.] nihil impedit, quominus quis adversus ea disputando controversiam moveat.

B. ἐπᾴδειν — ταῖς ψυχαῖς] Ἐπᾴδειν hic quoque sic dictum est, ut metaphora petita sit ab incantationibus (ἐπῳδαῖς), quibus morbi leniri credebantur. De hoc usu exposuerunt intpp. ad Eurip. Hippolyt. 478. εἰσὶν δ' ἐπῳδαὶ καὶ λόγοι θελκτήριοι. et Gataker. Miscell. p. 478. conf. ad cap. V. et mox p. 956. C.

τὸ δὲ κεφάλαιον αὐτῶν τοῦτο ἔστω· — λέγεσθαι φάσκοντες] Mallem haec sic fere scripta legerentur: τὸ δὲ κεφάλαιον αὐτῶν τοῦτο ἔστω, τὸν αὐτὸν ἥδιστόν τε καὶ ἄριστον ὑπὸ θεῶν βίον λέγεσθαι, καὶ τοῦτο φάσκοντες ἀληθέστατα ἐροῦμεν ἅμα κ. τ. λ. Nunc liberior est enuntiati forma eaque talis, quae si non erroris alicuius, at certe negligentiae cuiusdam moveat suspicionem.

D. οὐ γὰρ ἔτι — φέρειν ᾠδάς] non enim iam propter grandiorem aetatem

μυθολόγους περὶ τῶν αὐτῶν ἠθῶν διὰ θείας φήμης καταλελεῖφθαι.

ΚΛ. Λέγεις δέ, ὦ ξένε, τίνας τούτους τοὺς χοροὺς τοὺς τρίτους; οὐ γὰρ πάνυ ξυνίεμεν σαφῶς ὅ τί ποτε βούλει φράζειν αὐτῶν πέρι.

ΑΘ. Καὶ μὴν εἰσί γε οὗτοι σχεδὸν ὧν χάριν οἱ πλεῖςοι τῶν ἔμπροσθεν ἐῤῥήθησαν λόγων.

E ΚΛ. Οὔπω μεμαθήκαμεν, ἀλλ' ἔτι σαφέςερον πειρῶ φράζειν.

Cap. IX. ΑΘ. Εἴπομεν, εἰ μεμνήμεθα, κατ' ἀρχὰς τῶν λόγων, ὡς ἡ φύσις ἁπάντων τῶν νέων

D. περὶ τῶν αὐτῶν ἠθῶν] ἠθῶν A. Ω. v. f. h. r. c. δ. o. x. Vulgo ᾠδῶν.
ἐῤῥήθησαν λόγων] Sic A. B. Ω. Ξ. et fortasse alii. Vulgo ἐῤῥέθησαν.

possunt perferre canendi laborem.

μυθολόγους — καταλελεῖφθαι.] H. e. eos relinqui, qui de iisdem carminibus eorumque argumento tanquam voce divina fabulentur, h. e. tanquam oraculis divinis accepta. Nam φήμης vocabulum, ad divinationem translatum, etiam rumores de rebus divinis significavit, qui nullo certo auctore ferebantur ideoque divinae alicui caussae tribuebantur. De quo usu vocabuli v. Wyttenbach. ad Iulian. Orat. I. p. 151. ed. Schaefer. Pro vulg. περὶ τῶν αὐτῶν ᾠδῶν codd. plurimi cum Par. A. περὶ τῶν αὐτῶν ἠθῶν. Verissime enim significatur hoc: de eadem sentiendi iudicandique ratione, quae in choricis carminibus expressa est. Minus apta vulgata lectio est. Ea enim indicaret, senes grandaevos eatenus in chororum illorum communionem venire debere, quatenus ea, quae carminibus ab illis cantatis contineantur, sermonibus suis confirmare et asseverare soleant. Ceterum Plato quod ternos hic choros constituit, qui virtutis et iustitiae laudes canant, ea in re videtur Spartanorum instituta ob oculos habuisse, apud quos memoriae proditum est in festis solemnibus item ternos choros, unum puerorum, virorum alterum, tertium senum, similes partes habuisse. v. Plutarch. Vit. Lycurg. c. XXI: ἡ δὲ περὶ τὰς ᾠδὰς καὶ τὰ μέλη παίδευσις οὐχ ἧττον ἐσπουδάζετο τῆς ἐν τοῖς λόγοις ἀζηλίας καὶ καθαριότητος· ἀλλὰ καὶ τὰ μέλη κέντρον εἶχεν ἐγερτικὸν θυμοῦ καὶ παραστατικὸν ὁρμῆς ἐνθουσιώδους καὶ πραγματικῆς. — ἔπαινοι γὰρ ἦσαν ὡς τὰ πολλὰ τῶν τεθνηκότων ὑπὲρ Σπάρτης, εὐδαιμονιζομένων, καὶ ψόγοι τῶν τρεσάντων, ὡς ἀλγεινὸν καὶ κακοδαίμονα βιούντων βίον, ἐπαγγελία

διάπυρος οὖσα ἡσυχίαν οὐχ οἵα τε ἄγειν οὔτε κατὰ τὸ σῶμα οὔτε κατὰ τὴν φωνὴν εἴη, φθέγγοιτο δ' ἀεὶ ἀτάκτως καὶ πηδῴ· τάξεως δ' αἴσθησιν τούτων ἀμφοτέρων τῶν ἄλλων μὲν ζώων οὐδὲν ἐφάπτοιτο, ἡ δ' ἀνθρώπου φύσις ἔχοι μόνη τοῦτο· τῇ δὴ τῆς κινήσεως τάξει ῥυθμὸς ὄνομα εἴη, τῇ δὲ αὖ τῆς φω- 665
νῆς, τοῦ τε ὀξέος ἅμα καὶ βαρέος συγκεραννυμένων, ἁρμονία ὄνομα προσαγορεύοιτο, χορεία δὲ τὸ ξυναμφότερον κληθείη. θεοὺς δὲ ἔφαμεν ἐλεοῦντας ἡμᾶς συγχορευτάς τε καὶ χορηγοὺς ἡμῖν δεδωκέναι τόν τε Ἀπόλλωνα καὶ Μούσας, καὶ δὴ καὶ τρίτον ἔφαμεν, εἰ μεμνήμεθα, Διόνυσον.

ΚΛ. Πῶς δ' οὐ μεμνήμεθα;

Cap. IX. P. 665. *τῇ δὴ τῆς κινήσεως τ.*] Sic Par. A. et Voss. pro vulg. *τῇ δὲ τ. κ.*
ἁρμονία ὄνομα] V. *ἁρμονίας*, quod ex Ω. pr. et Flor. δ. praeeunte Bekkero mutavimus.

τε καὶ μεγαλαυχία πρὸς ἀρετήν, πρέπουσα ταῖς ἡλικίαις. τριῶν γὰρ χορῶν κατὰ τὰς τρεῖς ἡλικίας συνισταμένων ἐν ταῖς ἑορταῖς, ὁ μὲν τῶν γερόντων ἀρχόμενος ᾖδεν· Ἄμμες πόκ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι· ὁ δὲ τῶν ἀκμαζόντων ἀμειβόμενος ἔλεγεν· Ἄμμες δέ γ' εἰμέν· αἰ δὲ λῇς, πεῖραν λάβε· ὁ δὲ τρίτος, ὁ τῶν παίδων· Ἄμμες δέ γ' ἐσσόμεθα πολλῷ κάῤῥονες. Quae eadem narrantur etiam De Institutt. p. 884. = p. 8. ed. Gierig. Conf. Pollux IV. 15, 106. qui choros illos a Tyrtaeo perhibet institutos fuisse. Hunc igitur Spartanorum morem Platonem manifestum est ad rem suam accommodavisse, ita tamen, ut munera chori et officia nonnihil immutaverit. Quod vero secundum chorum iussit Paeanem invocare veritatis testem eiusque gratiam ac favorem pro iuvenibus piis precibus expetere, de eo conf. Bekkeri Anecdot. Vol. I. p. 295. *Παιάν· ὕμνος εἰς Ἀπόλλωνα ἐπὶ λοιμῷ. — καταχρηστικῶς δὲ καὶ εἰς ἄλλον θεόν τινα ὕμνος ἐπί τινι ἔργῳ κατωρθωμένῳ λεγόμενος.*

Cap. IX. E. *Εἴπομεν, εἰ μεμνήμεθα*] Respice p. 653. D. E.

τάξεως δ' αἴσθησιν τούτων ἀμφοτέρων —] H. e. *ὡς δε οὐδὲν τῶν ἄλλων μὲν ζώων ἐφάπτοιτο αἴσθησιν τάξεως τούτων ἀμφοτέρων*, et nullum reliquorum animalium attingere (habere) sensum ordinis in utroque, h. e. in sono edendo atque saliendo. Supra: *τὰ μὲν οὖν ἄλλα ζῶα οὐκ ἔχειν αἴσθησιν τῶν ἐν κινήσεσι τάξεων οὐδὲ ἀταξιῶν.* Pro *αἴσθησιν* Winckelmannus hic scribendum censet *αἰσθήσει*, collatis locis Phileb. p. 35. A. et Phaedon. p. 65. D. Verisimiliter. Nec tamen invitis codd. accusativum mutare sustinemus.

τῇ δὴ τῆς κινήσεως — εἴη — προσαγορεύοιτο — κλη-

ΑΘ. Ὁ μὲν τοίνυν τοῦ Ἀπόλλωνος καὶ τῶν Μουσῶν χορὸς εἴρηνται, τὸν δὲ τρίτον καὶ τὸν λοι-
B πὸν χορὸν ἀνάγκη τοῦ Διονύσου λέγεσθαι.

ΚΛ. Πῶς δή; λέγε· μάλα γὰρ ἄτοπος γίγνοιτ' ἂν ὥς γε ἐξαίφνης ἀκούσαντι Διονύσου πρεσβυτῶν χορός, εἰ ἄρα οἱ ὑπὲρ τριάκοντα καὶ πεντήκοντα δὲ γεγονότες ἔτη μέχρι ἑξήκοντα αὐτῷ χορεύσουσιν.

ΑΘ. Ἀληθέστατα μέντοι λέγεις. λόγου δὴ δεῖ πρὸς ταῦτα, οἶμαι, ὅπῃ τοῦτο εὔλογον οὕτω γιγνόμενον ἂν γίγνοιτο.

ΚΛ. Τί μήν;

ΑΘ. Ἆρ' οὖν ἡμῖν τά γε ἔμπροσθεν ὁμολογεῖται;

C *ΚΛ.* Τοῦ πέρι;

ΑΘ. Τὸ δεῖν πάντ' ἄνδρα καὶ παῖδα, ἐλεύθερον καὶ δοῦλον, θῆλύν τε καὶ ἄῤῥενα, καὶ ὅλῃ τῇ πόλει ὅλην τὴν πόλιν αὐτὴν αὑτῇ ἐπᾴδουσαν μὴ παύεσθαί ποτε ταῦτα, ἃ διεληλύθαμεν, ἀμωςγέπως

B. *αὐτῷ χορεύσουσιν.*] Sic teste Bastio Par. A. Editt. omnes praeter Schneid. *χορεύουσιν.*

C. *Τὸ δεῖν πάντ' ἄνδρα*] Euseb. Praep. Ev. XII. 32. vulgo *Περὶ τοῦ δεῖν.* Unde Astius scribi vult *τοῦ δεῖν.* Sed etiam

θείη.] De optativi usu diximus ad Phileb. p. 58. B. p. 332. ed. Goth.

P. 665. *Ὁ μὲν τοίνυν — χορὸς εἴρηνται*] Ne quis *εἴρηται* corrigat. Nam multitudinis significatio accedit vocabulo *χορός* etiam ex additis duobus genitivis. conf. Matthiae Gr. §. 302. Respiciuntur autem illa p. 664. C. *πρῶτον μὲν τοίνυν ὁ Μουσῶν κ. τ. λ.*

B. *ὥς γε ἐξαίφνης ἀκούσαντι*] für einen, der es so plötzlich und unerwartet hört. Usum loquendi optime illustravit Matthiae Gr. §. 388. conf. Schaefer. ad Lamb. Bos. p. 602. Duplex genitivus *Διονύσου πρεσβυτῶν χορός* sic explicandus est, ut *πρεσβυτῶν χορός* in unam notionem (der Greisenchor) coniungatur, unde istud *Διονύσου* pendeat. v. Lobeck. ad Aiac. p. 220 ed. 2.

καὶ πεντήκοντα δὲ γεγονότες] *καὶ — δὲ* est: et vero etiam, quin imo; ut I. 9. ubi Astius p. 54. multa collegit rei exempla. — Dein *αὐτῷ* refertur ad Dionysum ita ut significet: in eius honorem. Quo non perspecto Astius refinxit scilicet *αὐτοί*, idque interpretatur: seorsum, per se. Sed librorum scriptura nihil est integrius. Quamquam quod deinceps scribebatur *χορεύουσιν*, id in *χορεύσουσιν* mutandum indicavimus, quam le-

ἀεὶ μεταβαλλόμενα καὶ πάντως παρεχόμενα ποικιλίαν, ὥστ' ἀπληςίαν εἶναί τινα τῶν ὕμνων τοῖς ᾄδουσι καὶ ἡδονήν.

ΚΛ. Πῶς δ' οὐχ ὁμολογοῖτ' ἂν δεῖν ταῦτα οὕτω πράττεσθαι;

ΑΘ. Ποῦ δὴ τοῦθ' ἡμῖν τὸ ἄριςον τῆς πόλεως, ἡλικίαις τε καὶ ἅμα φρονήσεσι πιθανώτατον ὂν τῶν ἐν τῇ πόλει, ᾆδον τὰ κάλλιςα μέγις' ἂν ἐξεργάζοιτο ἀγαθά; ἢ τοῦτο ἀνοήτως οὕτως ἀφήσομεν, ὃ κυριώτατον ἂν εἴη τῶν καλλίςων τε καὶ ὠφελιμωτάτων ᾠδῶν; D

ΚΛ. Ἀλλὰ ἀδύνατον τὸ μεθιέναι, ὥς γε τὰ νῦν λεγόμενα.

ΑΘ. Πῶς οὖν πρέπον ἂν εἴη τοῦτο; ὁρᾶτε εἰ τῇδε.

ΚΛ. Πῇ δή;

ΑΘ. Πᾶς που γιγνόμενος πρεσβύτερος ὄκνου

codd. Gaisfordi nunc tuentur apud Euseb. quod habent codd. Platonis. Idem Euseb. mox vulgo *παντὸς παρεχόμενα.*

δεῖν τάῦτα οὕτω] Sic A. et x. cum Euseb. pro vulg. *ταῦτα δεῖν.*

ctionem Bastius ex optimo Par. A. enotavit.

C. *ὅπῃ τοῦτο — ἂν γίγνοιτο.*] H. e. *ὅπῃ τοῦτ' ἂν γίγνοιτο (ὡς) εὔλογον, εἰ οὕτω γίγνοιτο.*

ὥστ' ἀπληστίαν εἶναι — καὶ ἡδονήν] Stephanus *τῆς ἡδονῆς*, Astius vero *καθ' ἡδονήν* scribendum coniecerunt. Aliter Orellius, qui veram scripturam *καὶ ἀεὶ ἡδονήν* fuisse arbitratur. Nec tamen caussam ullam videmus, cur librorum scriptura sollicitanda sit. Sententia enim haec est: ita ut canentes insatietate s. insatiabili cupiditate carminum teneantur voluptatemque inde percipiant. Nam verba *εἶναί τινα τῶν ὕμνων τοῖς ᾄδουσιν* etiam ad *ἡδονήν* referenda sunt. De *ἀπληστία*, insatiabilis cupiditas, conf. Legg. VIII. p. 831. D. De Rep. VIII. p. 562. B. IX. p. 590. B.

D. *τὸ ἄριστον τῆς πόλεως*] praestantissima civium pars, i. e. senes.

ὃ κυριώτατον — ᾠδῶν;] Non male Ficinus: an id ita stulte omittemus, in quo optimorum et utilissimorum cantuum vis inest praecipua? Mox Astius invitis libris omnibus correxit: *ὁρᾶτε, εἰ τῇδέ πῃ. ΚΛ. Πῇ;* Sed *τῇδέ πῃ* etsi dicitur frequentissime, tamen id linguae rationem ubique requirere nullo modo largimur, praesertim quum

πρὸς τὰς ᾠδὰς μεςός, καὶ χαίρει τε ἧττον πράττων
E *τοῦτο καὶ ἀνάγκης γιγνομένης αἰσχύνοιτ' ἂν μᾶλλον, ὅσῳ πρεσβύτερος καὶ σωφρονέςερος γίγνεται, τόσῳ μᾶλλον. ἆρ' οὐχ οὕτως;*

ΚΛ. Οὕτω μὲν οὖν.

ΑΘ. Οὐκοῦν ἐν θεάτρῳ γε καὶ παντοίοις ἀνθρώποις ᾄδειν ἐςὼς ὀρθὸς ἔτι μᾶλλον αἰσχύνοιτ' ἄν. καὶ ταῦτά γ' εἰ καθάπερ οἱ περὶ νίκης χοροὶ ἀγωνιζόμενοι πεφωνασκηκότες ἰσχνοί τε καὶ ἄσιτοι ἀναγκάζοιντο ᾄδειν οἱ τοιοῦτοι, παντάπασί που ἀη-
666 *δῶς τε καὶ αἰσχυντηλῶς ᾄδοντες ἀπροθύμως ἂν τοῦτ' ἐργάζοιντο.*

E. *παντάπασί που ἀηδῶς*] Ald. Bas. 1. 2. pro *που* habent *πως*, ut scriptum est in cod. Ξ. et c.

P. 666. *μέχρι ἐτῶν ὀκτ.*] V. *μέχρις*, quod mutavimus ex Ω. v. f. r. a. et Par. A. qui teste Bastio item scriptum habet *μέχρι*. v. ad Phaedon p. 61. E. Symp. 210. E. et 220. D. Paullo ante *ἆρ' οὖν* pro *ἆρ' οὐ* cod x. h. e. Voss. cum Stob. Serm. XLII. p. 294. Gesn. = Vol. II. p. 202. ed. Gaisf. Lips. idque recepit aliud quid sit simplex *τῇδε*, aliud *τῇδέ πῃ*. Reip. IV. p. 433. E: *σκόπει δὴ καὶ τῇδε, εἰ οὕτω δόξει*. Cratyl. p. 437. D: *τάδε δὲ ἐπισκεψώμεθα, εἰ ἡμῖν καὶ τῇδε ὁμολογεῖς*. Parm. p. 148. E: *τί δὲ τῇδε; ἆρ' οὐ κ. τ. λ.* al.

E. *καὶ χαίρει τε ἧττον πρ.* —] et non modo minus gaudeat id faciens, sed etiam necessitate urgente magis ipsum rei pudeat, et quidem tanto magis, quo senior est ac modestior. Nam verba inde ab *ὅσῳ πρεσβύτερος* — *μᾶλλον* inserviunt praecedentis *μᾶλλον* epexegesi, eadem ratione, qua subinde *μᾶλλον* adiungitur aliis comparativis. Gorg. p. 487. B: *ἐνδεεστέρω δὲ παῤῥησίας καὶ αἰσχυντηροτέρω μᾶλλον τοῦ δέοντος*. i. e. et quidem plus iusto. Phaed. p. 79. E: *παντὶ ὁμοιότερόν ἐστι ψυχὴ τῷ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντι μᾶλλον ἢ τῷ μή*. Hipp. mai. p. 285. A: *ὠφελιμώτερον τὴν ὑπὸ σοῦ παίδευσιν* — *παιδεύεσθαι μᾶλλον ἢ τὴν ἐπιχωρίαν*. ubi plura dedimus.

πεφωνασκηκότες ἰσχνοί τε καὶ ἄσιτοι —] H. e. moderante phonasco, qui vocem exercet, regit, format. De phonascis, vocis formandae praeceptoribus, vid. intpp. ad Sueton. August. c. 74. et Mercurialis Gymnast. III. 7.

P. 666. *παραμυθησόμεθα προθύμους εἶναι*] De *παραμυθεῖσθαι*, quod habet placandi, tranquillandi ac leniendi potestatem, diximus quum alibi, tum ad Reip. V. p. 476. E. — *προθύμους εἶναι*, i. e. *ὥςτε πρ. εἶναι*.

ἆρ' οὐ νομοθετήσομεν —] Boeckhius non dubitat falsum esse *ἆρ' οὔ*. Nam si interrogatio esset, inquit, ea certe non post *γεύεσθαι* desineret, sed demum p. 666. C. post illud *εὐπλαστότερον εἶναι*. Sed quis eo usque pertinere interrogationem censebit, praesertim quum se-

ΚΛ. Ἀναγκαιότατα μέντοι λέγεις.

ΑΘ. Πῶς οὖν αὐτοὺς παραμυθησόμεθα προθύμους εἶναι πρὸς τὰς ᾠδάς; ἆρ' οὐ νομοθετήσομεν πρῶτον μὲν τοὺς παῖδας μέχρι ἐτῶν ὀκτωκαίδεκα τὸ παράπαν οἴνου μὴ γεύεσθαι, διδάσκοντες ὡς οὐ χρὴ πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύειν εἴς τε τὸ σῶμα καὶ τὴν ψυχήν, πρὶν ἐπὶ τοὺς πόνους ἐγχειρεῖν πορεύεσθαι, τὴν ἐμμανῆ εὐλαβουμένους ἕξιν τῶν νέων· μετὰ δὲ τοῦτο οἴνου μὲν δὴ γεύεσθαι τοῦ μετρίου μέχρι τριάκοντα B *ἐτῶν, μέθης δὲ καὶ πολυοινίας τὸ παράπαν τὸν νέον ἀπέχεσθαι· τετταράκοντα δὲ ἐπιβαίνοντα ἐτῶν, ἐν τοῖς ξυσσιτίοις εὐωχηθέντα, καλεῖν τούς τε ἄλλους θεοὺς*

Astius. sed v. explicat.

τὴν ἐμμανῆ εὐλ.] Steph. *ἐκμανῆ*, quod nec codd. Platonis nec Stobaeus et Athenaeus X. 55. confirmant. Sed Gesnerus ap. Stobaeum notavit in marg. — *εὐλαβουμένους* pro vulg. *εὐλαβούμενοι* Par. A. (teste Bastio) B. Ω. Ξ. h. r. a. c. δ. o. x. Athen. et Stob. ubi *εὐλαβούμενοι* Gesner. in marg. Librorum scripturam exprimi curavimus.

quatur: *πρῶτον μὲν δὴ διατεθεὶς οὕτως ἕκαστος κτλ.*? Itaque sublata interrogatione scribendum arbitratur *ἄρ' οὖν νομοθετήσομεν*, quod sequutus etiam Astius est, qui *ἄρ οὖν* eodem sensu scriptum exhibuit. At enimvero *ἆρ' οὖν* a pedestris orationis scriptoribus citra interrogationem dici solere, nullis machinis unquam demonstrari poterit; multo autem minus poterit evinci, *ἄρα* in principio orationis sic esse usitatum. Tenendum igitur *ἆρ' οὐ*, nonne, quod libri fere omnes tuentur. Nimirum abit deinde interrogatio propter orationis longitudinem in sermonem ab interrogatione liberum. Quo absoluto tamen infra in verbis: *πρῶτον μὲν δὴ διατεθ. ἆρ' οὐ* denuo infertur.

πῦρ ἐπὶ πῦρ ὀχετεύειν] H. e. iuvenilem ardorem vino bibendo nimium augere. Proverbialem dictionem praeter Astium ad h. l. illustrarunt multi, Hesychius s. v. *πῦρ ἐπὶ πῦρ*, Zenob. p. 141. Michael. Apost. XVII. 3. Erasm. Adagg. Chil. I. Cent. II. p. 54. Iacobs ad Achill. Tat. p. 498. Wyttenbach. ad Plutarch. T. II. p. 249. ed. Lip. Winckelmann. ad Plutarch. Amat. p. 196. Boissonad. ad Anecdot. V. p. 292. ad Philostrat. Epistol. p. 106 sq.

τὴν ἐμμανῆ εὐλαβουμένους] — *ἐμμανῆ* libri omnes pro eo, quod Steph. habet *ἐκμανῆ*. Sed *ἐκμανής* est *ὁ ἐξεστηκώς*, *ὁ ἐκστατικός*, qui furore tanquam extra se rapitur, vesanus, insanus; quemadmodum etiam *ἐκμανῆναι* usurpatur. Quod patet ab hoc loco abhorrere; nisi forte aliquis crediderit, Platonem indolem ac naturam adolescentium talem indicasse, quae nunquam non extra se rapiatur. Recte igitur *ἐμμανῆ*, h. e. furiosam, vehementem. Usus philosophus est hoc vocabulo saepissime, veluti Legg. V. p. 734. A. Phaedr. p. 251. E.

καὶ δὴ καὶ Διόνυσον παρακαλεῖν εἰς τὴν τῶν πρεσβυτῶν τελετὴν ἅμα καὶ παιδιάν, ἣν τοῖς ἀνθρώποις ἐπίκουρον τῆς τοῦ γήρως αὐστηρότητος ἐδωρήσατο, τὸν οἶνον, φάρμακον, ὥςτε ἀνηβᾶν ἡμᾶς, καὶ δυςθυμίας λήθην γίγνεσθαι μαλακώτερόν τε ἐκ σκληροτέ-
C *ρου τὸ τῆς ψυχῆς ἦθος, καθάπερ εἰς πῦρ σίδηρον ἐντεθέντα γιγνόμενον, καὶ οὕτως εὐπλαστότερον εἶναι; πρῶτον μὲν δὴ διατεθεὶς οὕτως ἕκαστος ἆρ' οὐκ ἂν ἐθέλοι προθυμότερόν γε, ἧττον αἰσχυνόμενος, οὐκ ἐν πολλοῖς ἀλλὰ ἐν μετρίοις, καὶ οὐκ ἐν ἀλλοτρίοις ἀλλ' ἐν οἰκείοις, ᾄδειν τε καὶ ὃ πολλάκις εἰρήκαμεν ἐπᾴδειν;*

ΚΛ. Καὶ πολύ γε.

ΑΘ. Εἰς μέν γε τὸ προάγειν τοίνυν αὐτοὺς μετέχειν ἡμῖν ᾠδῆς οὗτος ὁ τρόπος οὐκ ἂν παντάπα-
D *σιν ἀσχήμων γίγνοιτο.*

B. *ἣν τοῖς ἀνθρώποις* —] Steph. cum Ξ. *τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις.* inepte. Paullo ante pro *πρεσβυτῶν* Par. A. Voss. (x.) *πρεσβυτάτων.* Stob. l. c. et Galenus V. I. p. 350. ed. Bas. *πρεσβυτέρων.*

μαλακώτερον ἐκ σκλ.] Post *μαλακώτερον* addit *τε* marg. Voss. (x.) Dein post *ἐντεθέντα* sustuli interpunctionem.

Tim. p. 86. C. Sed conf. Boeckhius p. 145 sq. qui plura attulit etiam ex aliis scriptoribus collecta.

B. *εἰς τὴν τῶν πρεσβυτῶν τελετὴν* —] Vini usus, senibus concessus, lepide appellatur *τελετὴ καὶ παιδιά,* initiatio et lusus, quoniam severiori tantum aetati exhilarationis gratia permissus est. Dein inepte vulgo *ἣν τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις.* Omnibus enim hominibus vini usus datus esse dicitur ad levandam senectutis tristitiam et austeritatem. Atque *ἄλλοις* cum Athenaeo X. 55. T. IV. p. 112. ed. Schw. omittunt codices fere omnes. Natum est *ἄλλοις* ex scriptura *ἀνοις,* i. e. *ἀνθρώποις.* Verba *τὸν οἶνον* epexegesis instar post *ἣν* interposita sunt usu satis frequenti, de quo v. Heindorf. ad Gorg. p. 483. Valckenar. Adnotatt. critt. in loca quaedam N. T. p. 338. ed. Lugd. Bat. Iacob. ad Lucian. Toxar. p. 144. nostra ad Lachet. p. 191. B.

C. *καθάπερ εἰς πῦρ — ἐντεθέντα γιγνόμενον*] Int. *μαλακώτερον.* Male vulgo post *ἐντεθέντα* commate distinguitur. Praeterea paullo ante post *μαλακώτερον* cum Astio inseruimus *τε,* quod praebuit cod. Voss. Alioquin enim sententiae ratio sibi non constat. Nisi forte ista: *μαλακώτερον — εὐπλαστότερον εἶναι* putare velis per epexegesin subiuncta esse verbis *ὥστε — γίγνεσθαι.* De comparatione, qua

ΚΛ. Οὐδαμῶς.

Cap. X. *ΑΘ.* Ποίαν δὲ ᾄσουσιν οἱ ἄνδρες φωνὴν ἢ Μοῦσαν; ἢ δῆλον, ὅτι πρέπουσαν αὐτοῖς δεῖ γέ τινα.

ΚΛ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΑΘ. Τίς ἂν οὖν πρέποι θείοις ἀνδράσιν; ἆρ' ἂν ἡ τῶν χορῶν;

ΚΛ. Ἡμεῖς γοῦν, ὦ ξένε, καὶ οἵδε οὐκ ἄλλην ἄν τινα δυναίμεθα ᾠδὴν ἢ ἣν ἐν τοῖς χοροῖς ἐμάθομεν ξυνήθεις ᾄδειν γενόμενοι.

ΑΘ. Εἰκότως γε· ὄντως γὰρ οὐκ ἐπήβολοι γεγόνατε τῆς καλλίστης ᾠδῆς. στρατοπέδου γὰρ πολιτείαν ἔχετε, ἀλλ' οὐκ ἐν ἄστεσι κατῳκηκότων, ἀλλ' οἷον E

προθυμότερόν γε] γε debetur emendationi Boeckhii. Libri τε.
D. *ἢ ἣν ἐν τοῖς χοροῖς* —] Pro ἣν A. B. Ω. Ξ. v. f. h. r. a. c. δ. ο. τήν, unde coniicias legendum esse ἢ τὴν ἣν ἐν τ. χ. Nec tamen quidquam vulgata sincerius est, siquidem τὴν istud errore natum esse facile intelligitur. Mox Ald. Bas. 1. 2. cum Ven. Ξ. ἐπίβολοι. v. ann. exeg.

ferox animus emollitus cum ferro igne cocto contenditur, Astius laudat intpp. ad Plutarch. De discr. adul. p. 37. C. Sophocl. Aiac. v. 650. Antigon. 475. Addimus Plat. Reip. III. p. 411. A. B.

Cap. X. *Ποίαν δὲ ᾄσουσιν* —] Porsonus coniecit ἤσουσιν, ut narrat Gaisford. ad Eurip. Supplic. v. 932. p. 170. ed. Lips. Sed ut recte dicatur ἤσουσι φωνήν, tamen qui dixerit ἤσουσι Μοῦσαν novimus neminem. Pro Attico ᾄσομαι Euripides quoque Herc. Fur. 681. in carmine chorico ἀείσω dixit.

Ἡμεῖς γοῦν — οὐκ ἄλλην — γενόμενοι] De choris Cretensium et Spartanorum disseruit Ottofr. Müller De Doriensibus T. II. p. 328 sqq. Libr. IV. Cap. 6. §. 4.

οὐκ ἐπήβολοι γεγόνατε] Sic verissime correxit Cornarius veterem lectionem ἐπίβολοι. Nam ἐπήβολος est qui quid est assecutus et alicuius rei factus compos; ἐπίβολος autem vocatur, qui aliquid studet assequi. v. Blomfield. Glossar. ad Aeschyl. Prometh. p. 144 sqq. et quos laudat Ruhnken. ad Tim. p. 116. Wesseling. ad Diod. I. 19. Schaefer. Melett. Critt. p. 48. Boeckh. ad h. l. p. 148. Veram lectionem hinc afferunt Etymol. Magn. p. 357. et Eustath. ad Odyss. β'. p. 99.

E. *στρατοπέδου γὰρ π. ἔχετε* —] castrensem enim habetis civitatem potius quum urbanam, ut non male

ἀθρόους πώλους ἐν ἀγέλῃ νεμομένους φορβάδας τοὺς νέους κεκτῆσθε. λαβὼν δ' ὑμῶν οὐδεὶς τὸν αὑτοῦ, παρὰ τῶν ξυννόμων σπάσας σφόδρα ἀγριαίνοντα καὶ ἀγανακτοῦντα, ἱπποκόμον τε ἐπέστησεν ἰδίᾳ καὶ παιδεύει, ψήχων τε καὶ ἡμερῶν καὶ πάντα προσήκοντα ἀποδιδοὺς τῇ παιδοτροφίᾳ, ὅθεν οὐ μόνον ἀγαθὸς ἂν στρατιώτης εἴη, πόλιν δὲ καὶ ἄστη δυνάμενος διοι-
667 κεῖν, ὃν δὴ κατ' ἀρχὰς εἴπομεν τῶν Τυρταίου πολεμικῶν εἶναι πολεμικώτερον, τέταρτον ἀρετῆς ἀλλ' οὐ πρῶτον τὴν ἀνδρείαν κτῆμα τιμῶντα ἀεὶ καὶ πανταχοῦ ἰδιώταις τε καὶ ξυμπάσῃ τῇ πόλει.

E. *πόλιν δὲ καὶ ἄστη*] Sic codd. omnes cum Steph. Sed Ed. Bas. 1. 2. *ἄστυ*. conf. paullo ante verba *οὐκ ἐν ἄστεσι κατ.* P. 667. *οὐ πρῶτον τὴν ἀνδρείαν*] Hic quoque scripturam Stephani *ἀνδρείαν* nostri libri A.Ω.Ξ.β.α.δ. confirmant. Bekkerus

Ficinus. Pertinent haec eo, quod omnia ad fortitudinem potius quam ad reliquas virtutes exercendas comparata erant; v. lib. I. p. 625. E. 626. C. De Rep. VIII. p. 547. D. al. Sed referuntur eadem simul etiam ad instituta Doriensium, quae statim post commemorantur. Nam pueri Lacedaemoniorum et Cretensium distribuebantur in *ἀγέλας* sive *βούας*, ut publice educarentur et ad bellica negotia instituerentur. v. Meursius Laconic. II. 3. Manso Spart. Vol. I. p. 146. Müller Doriens. Vol. II. p. 302 sqq. coll. Plutarch. Lyc. 16, 3. Aristot. Polit. IV. 12. Pausan. III. 14, 6. Strab. X. p. 737. Nicol. Damasc. p. 158, ed. Orell.

φορβάδας τοὺς νέους κέκτησθε.] Intellige sic: *κέκτησθε τοὺς νέους ὥστε φορβάδας νεμομένους εἶναι*, h. e. ut tanquam gregales pascantur.

λαβὼν δὲ ὑμῶν οὐδεὶς —] Hoc dicit: nemo vestrum pullum suum (i. e. filium) eximit ex numero contubernalium (*ξυννόμων* enim ponitur ut servetur metaphora) abstrahens eum tanquam vehementer ferocientem atque disciplinae impatientem, ac privatim ei praeficit equisonem, ipsumque instituit, dum eum stringit et mansuefacit ctr. id quod alibi fieri solet. Ad *ἐπέστησεν* intell. *αὐτῷ*. Verbum *ψήχειν* proprie dicitur de iis, qui equos strigili destringunt. v. Sturzii Lexic. Xenoph. s. v.

ὅθεν οὐ μόνον — πόλιν δέ —] Quod pro *ἀλλὰ καὶ πόλιν καὶ ἄστη. διν. δ.* dicitur *πόλιν δὲ καὶ ἄστη. δ. δ.*; non raro his in libris simplex *δέ* sic post *οὐ μόνον* infertur. Infra VI. p. 752. D: *μὴ μόνον ἀφοσιώσασθαι — συντόνως δ' ἐπιμεληθῆναι.* Ibid. p. 751. B: *οὐ μόνον οὐδὲν πλέον — σχεδὸν δὲ βλάβαι γίγνοιντ' ἄν.* Ibid. 760. D: *μὴ μόνον ἔμπειροι τῆς χώρας — πρὸς τῇ χώρᾳ δὲ κτλ.* Ibid. p. 777. D. VIII. p. 842. C. XII. p. 965. B. quos locos etiam Astius commemorat. Adde sis V. p. 747. D. VII. p. 823. A. XI. p. 920. A. B. Pro *καὶ ἄστυ*, quod habent Ald. et Bass. 1. 2., codd. omnes cum Steph. *καὶ ἄστη*. Quod neutiquam reiiciendum videtur. Nam *πόλις* est civitas universa, sed *ἄστη* sunt urbes.

ΚΛ. Οὐκ οἶδα ἡμῶν, ὦ ξένε, ὅπῃ πάλιν αὖ τοὺς νομοθέτας φαυλίζεις.

ΑΘ. Οὐκ, ὦ 'γαθέ, προςέχων τούτῳ τὸν νοῦν δρῶ τοῦτο, εἴπερ· ἀλλ' ὁ λόγος ὅπῃ φέρει, ταύτῃ πορευώμεθα, εἰ βούλεσθε. εἰ γὰρ ἔχομεν Μοῦσαν τῆς τῶν χορῶν καλλίω καὶ τῆς ἐν τοῖς κοινοῖς θεάτροις, πειρώμεθα ἀποδοῦναι τούτοις οὓς φαμεν ἐκείνην μὲν αἰσχύνεσθαι, ζητεῖν δὲ ἥτις καλλίστη ταύτης κοινωνεῖν. B

ΚΛ. Πάνυ γε.

ΑΘ. Οὐκοῦν πρῶτον μὲν δεῖ τόδε γε ὑπάρχειν.

ἀνδρίαν scripsit, ut semper, celata librorum suorum scriptura.

ξυμπάσῃ τῇ πόλει] Articulum τῇ ex Par. A. addidi, quem Bastius narrat ita scriptum habere, quantumvis tacente Bekkero. Omisit eum cum vulg. Schneider.

P. 667. ὃν δὴ κατ' ἀρχὰς — πόλει] Respicitur Libr. I. p. 631. C. Dativus ἰδιώταις—πόλει sic dicitur, ut ea ratio significetur civibus pariter atque reipublicae esse commodo et utilitati. Quamobrem non est, cur quis cum Astio ἐν excidisse suspicetur. Articulum τῇ ante πόλει ex Par. A. restituimus, etsi bene meminimus eum alibi in horum verborum appositione fere negligi solere. v. quae collegimus ad Gorg. p. 507. D. Reip. VI. p. 501. A. At nimirum hoc loco significatur ea civitas, quae tali homini est patria, id quod apte declaratur articuli accessione.

δρῶ τοῦτο, εἴπερ· ἀλλ' ὁ λόγος —] Ellipticum hunc usum voc. εἴπερ, quem Cornarium miramur fefellisse, quippe qui δρῶ excidisse suspicatus sit, illustrarunt Bergler. ad Aristoph. Nubb. v. 226. Heindorf. ad Plat. Parm. p. 150. B. Boeckh. ad h. l. p. 149. Wyttenbach. ad Plutarch. Consol. ad Apollon. p. 113. A. sive Animadvv. p. 69 sqq. ed. Lips. Matthiae Gr. §. 617. f.

προςέχων τούτῳ τὸν νοῦν] de industria, consulto, id agens.

B. ζητεῖν δὲ ἥτις—κοινωνεῖν.] et quos dicimus cupere eius participes fieri, quae sit pulcherrima. Nam ad ἥτις καλλίστη intelligendum ἐστίν.

Οὐκοῦν πρῶτον μὲν —] Argumentatur in hunc fere modum. Quae iucunda vocamus, inquit, ea aut sola iucunditate et voluptate, quam afferunt, aut praeter iucunditatem etiam recta ratione, quae in iis cernitur, aut utilitate, quam praebent, aestimari et iudicari solent eoque nomine placere. Veluti alimenta et iucunditatem habent et, si salubria sunt, etiam ut recta et utilia probantur. Similis ratio est etiam artium illarum, quae in imitatione rerum versantur; quae quum per se iucundae esse soleant, tum recta ratione placent, in similitudine earum rerum, quas exprimunt, cum ipsa veritate conspicua. Atque in harum ipsarum numero etiam poësis et musica habenda est. Ex quo sponte consequitur, unde iudicium de earum praestantia ac virtute repetendum sit.

ἅπασιν, ὅσοις συμπαρέπεταί τις χάρις, ἢ τοῦτο αὐτὸ μόνον αὐτοῦ τὸ σπουδαιότατον εἶναι ἤ τινα ὀρθότητα ἢ τὸ τρίτον ὠφέλειαν; οἷον δὴ λέγω ἐδωδῇ μὲν καὶ πόσει καὶ ξυμπάσῃ τροφῇ παρέπεσθαι μὲν
C τὴν χάριν, ἣν ἡδονὴν ἂν προςείποιμεν· ἣν δὲ ὀρθότητά τε καὶ ὠφέλειαν, ὅπερ ὑγιεινὸν τῶν προςφερομένων λέγομεν ἑκάστοτε, τοῦτ' αὐτὸ εἶναι ἐν αὐτοῖς καὶ τὸ ὀρθότατον.

ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΑΘ. Καὶ μὴν καὶ τῇ μαθήσει παρακολουθεῖν μὲν τό γε τῆς χάριτος, τὴν ἡδονήν, τὴν δὲ ὀρθότητα καὶ τὴν ὠφέλειαν καὶ τὸ εὖ καὶ τὸ καλῶς τὴν ἀλήθειαν εἶναι τὴν ἀποτελοῦσαν.

ΚΛ. Ἔστιν οὕτως.

ΑΘ. Τί δαί; τῇ τῶν ὁμοίων ἐργασίᾳ ὅσαι τέχναι
D εἰκαστικαί, ἆρ' οὐκ, ἂν τοῦτο ἐξεργάζωνται, τὸ μὲν ἡδονὴν ἐν αὐτοῖς γίγνεσθαι, παρεπόμενον ἐὰν γί-

C. ὅπερ ὑγιεινὸν] Steph. coni. ὅπερ τὸ ὑγ.
Τί δαί; τῇ τῶν ὁμ.] δαί A. B. Ω. f. h. r. a. c. o. δ. x. Editt. hic haec emergit verborum sententia: was wir immer *an dem* Dargebotenen das Gesunde zu nennen pflegen. De constructionis ratione v. Matthiae Gr. §. 317.

ἢ τοῦτο αὐτὸ μόνον] hoc ipsum solum, sc. quod venustae sint et iucundae; v. ad Gorg. p. 500. B. et de τοῦτο ad femininum relato Phileb. p. 28. A. ibique annot. Dein pro αὐτοῦ expectabas αὐτῶν vel αὐτῶν ἑκάστου. Nec tamen quidquam sollicitandum. Phaedon. p. 70. E: τοῦτ' οὖν σκεψώμεθα, ἆρα ἀναγκαῖον, ὅσοις ἐστί τι ἐναντίον, μηδαμόθεν ἄλλοθεν αὐτὸ γίγνεσθαι ἢ ἐκ τοῦ αὐτῷ ἐναντίου.

C. ἣν δὲ ὀρθότητα—ὠφέλειαν,] Int. προςείποιμεν ἄν. Dein Stephanus ἑκάστοτε in ἕκαστον mutari iussit, quod iungeretur cum τῶν προςφερομένων. Sed praestat altera coniectura viri egregii, qua τὸ ante ὑγιεινὸν intercidisse suspicatus est. Quamquam quid impedit quominus τῶν προςφερομένων ex ὅπερ pendere existimemus, ita ut genitivus fere idem sit quod περὶ τῶν προςφερομένων? Ita enim

καὶ τὸ εὖ καὶ τὸ καλῶς] Inf. ἔχειν aut simile quid. v. ad Phileb. p. 61. C. Phaedon. p. 114. B. Sententiam Astius bene declaravit sic: in doctrina vero s. discendo veritas est id, quod rectum atque utilitatem efficit.

Τί δαί; τῇ τῶν ὁμοίων —] Locus valde impeditus. Nos quid sentiamus, breviter exposuisse iuvabit. Itaque primum quidem, commate post ἐργασίᾳ sublato, dativum τῇ τῶν ὁμοίων ἐργασίᾳ connectendum censemus cum εἰκαστικαί, hoc sensu: quotquot artes eo, quod similia effingunt, imitatrices habentur. Deinde ἂν τοῦτο ἐξεργάζωνται interpretamur sic: si id perficiunt, sc. ut sint

γνηται, χάριν αὐτὸ δικαιότατον ἂν εἴη προςαγορεύειν;

ΚΛ. Ναί.

ΑΘ. Τὴν δέ γε ὀρθότητά που τῶν τοιούτων ἡ ἰσότης ἄν, ὡς ἐπὶ τὸ πᾶν εἰπεῖν, ἐξεργάζοιτο τοῦ τε τοσούτου καὶ τοῦ τοιούτου πρότερον, ἀλλ' οὐχ ἡδονή.

ΚΛ. Καλῶς.

ΑΘ. Οὐκοῦν ἡδονῇ κρίνοιτ' ἂν μόνον ἐκεῖνο ὀρθῶς, ὃ μήτε τινὰ ὠφέλειαν μήτε ἀλήθειαν μήτε ὁμοιότητα ἀπεργαζόμενον παρέχεται, μηδ' αὖ γε βλάβην, ἀλλ' αὐτοῦ τούτου μόνου ἕνεκα γίγνοιτο τοῦ ξυμπαρεπομένου τοῖς ἄλλοις, τῆς χάριτος, ἣν δὴ κάλλιστά τις ὀνομάσαι ἂν ἡδονήν, ὅταν μηδὲν αὐτῇ τούτων ἐπακολουθῇ; E

ΚΛ. Ἀβλαβῆ λέγεις ἡδονὴν μόνον.

ΑΘ. Ναί, καὶ παιδιάν γε εἶναι τὴν αὐτὴν ταί-

quoque δέ, quod cur Herm. tueatur, non intelligimus. Dein ἐξεργάζονται B.Ξ.v.f.c. et corr. Ω.A.a.

E. αὐτοῦ τούτου μόνου ἕνεκα] μόνον v.f.r.a.x.

imitratices similia repraesentantes. Porro quae sequuntur, ea sic iungenda putamus: δικαιότατον ἂν εἴη τὸ μὲν ἡδονὴν ἐν αὐταῖς γίγνεσθαι προσαγορεύειν χάριν, ἐὰν (αὐτο sc. τὸ ἡδονὴν ἐν αὐταῖς γίγνεσθαι) γίγνηται παρεπόμενον: rectissime voluptatem inde oriundam, siquidem ea tanquam comes ac socia accedat, gratiae ac suavitatis nomine appellabimus. Denique ἐν αὐτοῖς referendum putamus per synesin ad ea, quae artis ope imitatione expressa sunt; αὐτὸ autem iterare quodammodo censemus praegressum illud τὸ ἡδονὴν ἐν αὐτοῖς γίγνεσθαι. Ceterum si quis quaerat, cur verba τῇ τῶν ὁμοίων ἐργασίᾳ ab initio posita sint, responsionem in promtu habemus. Opponitur enim ἡ τῶν ὁμοίων ἐργασία veritati, quae in superioribus doctrinae tribuitur. Vides igitur, locum una virgula sublata explicatu non adeo difficilem fuisse.

D. ἡ ἰσότης — ἐξεργάζοιτο —] aequalitas efficiat quantitatis et qualitatis, prius (potius) quam voluptas.

E. μηδ' αὖ γε βλάβην] Haec cur interponantur, Cliniae, quae sequitur, docet responsio. Quamobrem noli ea mala suspicione premere. Nec quidquam offensionis habet quod deinde post παρέχεται infertur optativus γίγνοιτο. Nam praecedente κρίνοιτ' ἂν utrumque locum habet. conf. Matthiae Gr. §. 524. Quamquam optativus rem in cogitatione positam indicat, perinde ac si scriptum legatur, εἰ αὐτοῦ τούτου μόνου ἕνεκα — γίγνοιτο.

ὅταν μηδὲν αὐτῇ τούτων ἐπ.] Intellige per synesin βλαβερῶν, quod ex antegresso βλάβη repetendum.

την λέγω τότε, ὅταν μήτε τι βλάπτῃ μήτε ὠφελῇ σπουδῆς ἢ λόγου ἄξιον.

ΚΛ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ΑΘ. Ἆρ' οὖν οὐ πᾶσαν μίμησιν φαῖμεν ἂν ἐκ τῶν νῦν λεγομένων ἥκιστα ἡδονῇ προςήκειν κρίνεσθαι καὶ δόξῃ μὴ ἀληθεῖ —, καὶ δὴ καὶ πᾶσαν ἰσότητα — οὐ γὰρ εἴ τῳ δοκεῖ ἢ εἴ τις χαίρει τῳ, τό γε ἴσον ἴσον οὐδὲ τὸ σύμμετρον ἂν εἴη σύμμετρον ὅλως — ἀλλὰ τῷ ἀληθεῖ πάντων μάλιστα, ἥκιστα δὲ ὁτῳοῦν ἄλλῳ;

ΚΛ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΑΘ. Οὐκοῦν μουσικήν γε πᾶσάν φαμεν εἰκαστι-
668 κήν τε εἶναι καὶ μιμητικήν;

ΚΛ. Τί μήν;

P. 668. ἢ εἴ τις χαίρει τῳ] Editt. vulgo: ἢ μή τις χ. Boeckhius coni. ἢ καί τις. C. Fr. Herm. in ed. Teubn. de suo dedit: εἴ τῳ δοκεῖ ἡδὺ ἤ τις χαίρει τῳ, iusto audacius. Dedimus ἢ εἴ τις cum Astio. Nam marg. Voss. (x.) ἢ εἴ τις τό. γε ἴσον ἴσον. Dein alterum ἴσον abiecit Bekker, qui narrat duplicatum exhibere unos v. f. h. r. Sed falli videtur vir alias perspicacissimus. Nam teste Bastio

P. 668. καὶ δὴ καὶ πᾶσαν ἰσότητα — οὐ γὰρ —] Haec nunc primum recte distincta dedimus. Nam editt. omnes post ἰσότητα habent notam interrogationis, post σύμμετρον ὅλως autem lenius interpungunt. Quo pervertitur plane loci sententia. Etenim postrema ista: ἀλλὰ τῷ ἀληθεῖ—ἄλλῳ, cohaerent arctissime cum superioribus: Ἆρ' οὖν οὐ φαῖμεν ἂν — προςήκειν κρίνεσθαι, ut haec sit verborum sententia: nonne igitur omnem imitationem censebimus secundum ea, quae dicta sunt, haudquaquam ex voluptate aut opinione non vera iudicari oportere, sed omnium maxime ex vero nec ulla alia re? Atque haec si recte sunt explicata, protenus etiam apparebit, quid de iis verbis sentiendum sit, quae interpositionis nota a reliqua oratione seiunximus. Sunt enim illa non uno nomine temere vitiata. Nam primum quidem codd. aliquot cum edit. Bipont. alterum ἴσον omittunt, quorum auctoritatem nuper sequutus Bekkerus est. Deinde vulgo scribebatur ἢ μή τις χαίρει τῳ. Sed posterius quidem quam ineptum sit, vel coeco, opinor, patebit. Nam aequalitas et convenientia partium dicitur neutiquam mera opinione aut voluptate iudicari posse. Itaque μὴ vitiosum sit prorsus necesse est. Nec ea res latuit criticos. Nam Cornarius quidem μὴ deletum ivit, atque Boeckhius pro eo καί, Winckelmannus δή, Orellius πῄ revocandum censuerunt. Verum istae quidem voculae, quas in eius locum suffici voluerunt, ego si quid video, ab ipsa loci sententia alienae sunt. Neque animum explet coniectura Hermanni quamvis ab ipso Platoni suo obtrusa: οὐ γὰρ εἴ τῳ δοκεῖ ἡδὺ ἤ τις χαίρει τῳ: qua

ΑΘ. Ἥκιστ' ἄρα ὅταν τις μουσικὴν ἡδονῇ φῇ κρίνεσθαι, τοῦτον ἀποδεκτέον τὸν λόγον, καὶ ζητητέον ἥκιστα ταύτην ὡς σπουδαίαν, εἴ τις ἄρα που καὶ γίγνοιτο, ἀλλ' ἐκείνην τὴν ἔχουσαν τὴν ὁμοιότητα τῷ τοῦ καλοῦ μιμήματι. B

ΚΛ. Ἀληθέστατα.

ΑΘ. Καὶ τούτοις δὴ τοῖς τὴν καλλίστην ᾠδήν τε ζητοῦσι καὶ Μοῦσαν ζητητέον, ὡς ἔοικεν, οὐχ ἥτις ἡδεῖα, ἀλλ' ἥτις ὀρθή. μιμήσεως γὰρ ἦν, ὡς ἔφαμεν, ὀρθότης, εἰ τὸ μιμηθὲν ὅσον τε καὶ οἷον ἦν ἀποτελοῖτο.

Κλ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΑΘ. Καὶ μὴν τοῦτό γε πᾶς ἂν ὁμολογοῖ περὶ τῆς μουσικῆς, ὅτι πάντα τὰ περὶ αὐτήν ἐστι ποιή-

quidem A. B. Ω. Ξ. iuxta cum Florentinis alterum ἴσον tuentur. Quamobrem suspicamur, eos, quos dixit Bekkerus, codices illud negligere.

εἰκαστικήν τι εἶναι] εἶναι om. Steph. invitis codd.

B. ὡς ἔφαμεν, ὀρθότης] φαμεν A. et marg. Ω. Voss. quod dedit Schneid. Sed respicitur ad antegressa, sicuti etiam ἦν, imperfectum, arguit. Dein vulgo ὀρθότητος, quod solus Ξ. tueri videtur.

Plato cogitur idem bis dicere. Quocirca hoc unum relinquitur, ut μὴ cum Cornario deleamus aut cum Astio in εἰ commutemus. Posterius cur magis placeat, causa aperta esse debet. Nam alterum membrum a priore accurate distinguendum est, ut iteratio particulae condicionalis sententiae sit convenientissima. Accedit quod huius lectionis vestigia comparent in cod. Voss., qui scriptum habet: εἴ τις τό γε ἴσον. Itaque hanc tanquam veram scripturam restituimus. Superest, ut de omisso ἴσον dicendum sit. Id vero quam sit necessarium, vix verbo monere opus est. Patet enim res vel ex repetito σύμμετρον. Sed ne quid dubitationis relinquatur, accipe iam integri loci sententiam. Hoc enim dicit Atheniensis: non enim aequale erit aequale aut partibus suis congruens protenus congruens, si cui ita videatur (si quis opinetur) aut si quis quapiam re oblectetur.

ἥκιστα ταύτην ὡς σπουδαίαν] minime hanc musicam, quae voluptate iudicetur, etiamsi alicubi exsistat, tanquam studiis nostris dignam, sed potius illam, quae pulcri imitatione habeat similitudinem. De artium imitatione v. De Rep. libr. II. III. et X. p. 603 sqq.

B. μιμήσεως γὰρ ἦν — ὀρθότης] recta enim ratio eius nitebatur imitatione, siquidem res imitatione expressa quanta et qualis esset exhiberetur. Imperfecto utitur, quia respicit ad superiora illa p. 667. C. D. conf. annot. ad Criton. p. 47. C. D. Phaed. p. 72. A. Symp. p. 79. C. Unde etiam ἔφαμεν unice verum.

C μα τα μίμησίς τε καὶ ἀπεικασία. καὶ τοῦτό γε μῶν οὐκ ἂν ξύμπαντες ὁμολογοῖεν ποιηταί τε καὶ ἀκροαταὶ καὶ ὑποκριταί;

ΚΛ. Καὶ μάλα.

ΑΘ. Δεῖ δὴ καθ' ἕκαστόν γε, ὡς ἔοικε, γιγνώσκειν τῶν ποιημάτων, ὅ τί ποτ' ἔστι, τὸν μέλλοντα ἐν αὐτῷ μὴ ἁμαρτήσεσθαι. μὴ γὰρ γιγνώσκων τὴν οὐσίαν, τί ποτε βούλεται καὶ ὅτου ποτ' ἐστὶν εἰκὼν ὄντως, σχολῇ τήν γε ὀρθότητα τῆς βουλήσεως ἢ καὶ ἁμαρτίαν αὐτοῦ διαγνώσεται.

ΚΛ. Σχολῇ· πῶς δ' οὔ;

D *ΑΘ.* Ὁ δὲ τὸ ὀρθῶς μὴ γιγνώσκων ἆρ' ἄν ποτε τό γε εὖ καὶ τὸ κακῶς δυνατὸς εἴη διαγνῶναι; λέγω δὲ οὐ πάνυ σαφῶς, ἀλλὰ ὧδε σαφέστερον ἴσως ἂν λεχθείη.

D. *καὶ τὸ κακῶς*] τὸ om. Steph. cum Ald. Bas. 1.
εἴ τις καὶ ἐν τούτοις ἀγν.] Sic A. Ω. x. Vulgo desunt verba *καὶ ἐν τούτοις*, quorum vestigium tamen etiam in aliis codd. extat, in quibus *ἐν τούτοις* servatum, *εἴ τις καὶ* omissum est.

Cap. XI. D. *Τί οὖν; εἴ τις καὶ ἐν τούτοις ἀγν.*] H. e. in iis, quae sunt adspectabilia atque imitatione expressa. Dicuntur enim haec rursus per synesin, unde a criticis male mutata et corrupta sunt. v. ann. crit.

οἷον τοὺς ἀριθμοὺς τοῦ σώματος] Locus admodum salebrosus, quem tamen videmur reddidisse intellectu faciliorem eo, quod in locum plenae interpunctionis, quam vulgo ante *μῶν δοκεῖ* faciunt, virgulam substituimus, id quod etiam Astio placuit. Ita enim patet, constructionem verborum esse hanc: *μῶν δοκεῖ τις ἄν ποτε διαγνῶναι, εἰ ἔχει* (sc. *τὸ εἰργασμένον*, s. id quod arte elaboratum est) *τοὺς ἀριθμοὺς τοῦ σώματος καὶ τὰς θέσεις ἑκάστων τῶν μερῶν, ὅσοι τέ* (*ἀριθμοί*) *εἰσιν, καὶ ὁποῖα* (*τὰ μέρη*) *παρ' ὁποῖα αὐτῶν κείμενα ἀπείληφε τὴν προσήκουσαν τάξιν, καὶ ἔτι δὴ χρώματά τε καὶ σχήματα, ἢ πάντα ταῦτα τετ. εἴργασται, ἀγνοῶν τὸ παράπαν* (i. e. *εἰ ἀγνοοῖ τὸ παράπαν*) *ὅ τί ποτ' ἐστὶ τὸ μεμιμημένον ζῶον;* Quae Latine vertimus sic: num quis tibi videtur unquam diiudicare posse, utrum opus arte elaboratum habeat numeros corporis ac singulorum membrorum positionem, quanti scilicet illi sunt, et qualia haec sunt et iuxta qualia posita, ut iustum nanciscantur ordinem, et praeterea etiam habeat colores et figuras, an vero perturbate sint effecta, si nesciat, quid tandem sit exemplar imitatione expressum? Haec qui accuratius perpenderint, ii facile videbunt, scribi etiam potuisse sic: *οἷον τοὺς ἀριθμοὺς τοῦ σώματος, ὅσοι εἰσίν, καὶ ἑκάστων τῶν μερῶν τὰς θέσεις, ὁποῖα παρ' ὁποῖα κείμενα τὴν πρ. τάξιν ἀπείληφε, καὶ ἔτι δὴ κτλ.* Quem tamen verborum ordinem scriptor repudiavit, quo maiorem efficeret membrorum

ΚΛ. Πῶς;

Cap. XI. *ΑΘ.* Εἰσὶ δήπου κατὰ τὴν ὄψιν ἡμῖν ἀπεικασίαι μυρίαι.

ΚΛ. Ναί.

ΑΘ. Τί οὖν; εἴ τις καὶ ἐν τούτοις ἀγνοοῖ τῶν μεμιμημένων ὅ τί ποτ' ἐστὶν ἕκαστον τῶν σωμάτων, ἆρ' ἄν ποτε τό γε ὀρθῶς αὐτῶν εἰργασμένον γνοίη; λέγω δὲ τὸ τοιόνδε· οἷον τοὺς ἀριθμοὺς τοῦ σώματος καὶ ἑκάστων τῶν μερῶν τὰς θέσεις εἰ ἔχει, ὅσοι E τέ εἰσι καὶ ὁποῖα παρ' ὁποῖα αὐτῶν κείμενα τὴν προςήκουσαν τάξιν ἀπείληφε, καὶ ἔτι δὴ χρώματά τε καὶ σχήματα, ἢ πάντα ταῦτα τεταραγμένως εἴργασται, μῶν δοκεῖ ταῦτ' ἄν ποτε διαγνῶναί τις τὸ παράπαν ἀγνοῶν ὅ τί ποτ' ἐστὶ τὸ μεμιμημένον ζῶον;

ΚΛ. Καὶ πῶς;

αὐτῶν εἰργασμένον] Sic A. Ω. v. f. h. r. a. c. o. δ. Vulgo ordine inverso: εἰργασμένον αὐτῶν.

E. θέσεις εἰ ἔχει] V. ἢ ἔχει. Sed recte εἰ ἔχει A. (teste Bastio), Ω. Ξ. v. f. r. h. a. c. o. x. v. explicat.

aequalitatem et convenientiam. Iam vero his ita explicatis videamus de singulis. Itaque ad εἰ (h. e. πότερον) ἔχει ex superioribus intelligendum censemus τὸ εἰργασμένον, opus arte elaboratum: qua in re dissentimus cum Boeckhio, qui τὸ μεμιμημένον ζῶον subiectum esse pronuntiavit. Neque enim hoc intelligi licet ideo, quia ζῶον indicat exemplar, non imaginem rei, sicuti verissime animadvertit Astius. Quamquam hic ipse quoque fallitur, τὸ ἀπεικασθὲν ratus pro subiecto habendum esse, quod ex praegresso ἀπεικασίαι repeti debeat. Porro ἀριθμούς Heindorfius in Specim. Crit. p. 31. in ῥυθμούς mutari iussit. Cui Boeckhius adversatur sic, ut ἀριθμούς intelligat corporis articulos. Neuter, opinor, verum perspexit. Enimvero quid rei sit, clarum ac perspicuum erit, ubi Platonem meminerimus imitationis artem ad quantitatem atque qualitatem exprimendam spectare iudicavisse. Nam supra p. 667. D. Atheniensem fecit haec dicentem: τὴν δέ γε ὀρθότητά που τῶν τοιούτων ἡ ἰσότης ἂν ἐξεργάζοιτο τοῦ τε τοσούτου καὶ τοῦ τοιούτου. Itaque ἀριθμοί sunt quantitates (die Grössenverhältnisse), quae in corpore cernuntur; qualitas autem significatur verbis ὁποῖα παρ' ὁποῖα — τάξιν εἴληφεν. Id quod etiam docent verba ὅσοι τ' εἰσίν, κτλ. Praeterea admonitionem postulant verba χρώματά τε καὶ σχήματα. Facile enim aliquis haereat in eo, quod desideratur articulus τά. Verum omnis protenus sublata dubitatio erit, ubi meminerimus, in plurium rerum enumeratione saepissime ita fieri, ut primis nominibus adiiciatur articulus, posterioribus non praeponatur. Multa id genus exempla collegimus ad Politic. p. 296. C. Phileb. p. 21. A. Euthyphron. p. 7. C. Soph. p. 251. A. Prot. p. 357. A. De-

ΑΘ. Τί δ'; εἰ γιγνώσκοιμεν, ὅτι τὸ γεγραμμένον ἢ τὸ πεπλασμένον ἐστὶν ἄνθρωπος, καὶ τὰ μέρη πάντα τὰ ἑαυτοῦ καὶ χρώματα ἅμα καὶ σχήματα ἀπείληφεν
669 ὑπὸ τῆς τέχνης, ἆρά γε ἀναγκαῖον ἤδη τῷ ταῦτα γνόντι καὶ ἐκεῖνο ἑτοίμως γιγνώσκειν, εἴτε καλὸν εἴτε ὅπῃ ποτὲ ἐλλιπὲς ἂν εἴη κάλλους;

ΚΛ. Πάντες μέντ' ἄν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ὦ ξένε, τὰ καλὰ τῶν ζώων ἐγιγνώσκομεν.

ΑΘ. Ὀρθότατα λέγεις. ἆρ' οὖν οὐ περὶ ἑκάστην εἰκόνα καὶ ἐν γραφικῇ καὶ ἐν μουσικῇ καὶ πάντῃ τὸν μέλλοντα ἔμφρονα κριτὴν ἔσεσθαι δεῖ ταῦτα τρία

P. 669. B. ὅ τί ἐστι πρῶτον] Sic dedi probante Hermanno de coniectura Boeckhii. Vulg. ὅ τί ἐστιν. Libri ὅτι ἐστὶ πρ. vel, ut Par. A. ὅ τί ἐστι πρ. Stephanus annotat legi etiam ὅ τί τέ ἐστιν. Mox Badham. Praef. ad Phaedr. p. XI. legendum censet: καὶ τρίτοις ῥυθμοῖς. Qua mutatione facile caremus.

nique τὸ μεμιμημένον ζῶον omnino est res imitatione expressa, imago; de quo usu pluribus exposuimus ad Politic. p. 277. C.

P. 669. ἑτοίμως γιγνώσκειν] promte, h. e. statim et continuo, intelligere.

B. ὅ τί ἐστι πρ.] Perperam vulgo scribitur ὅ τί ἐστιν. Stephanus narrat legi quoque ὅ τί τέ ἐστιν. Quod nos reposuimus, id Boeckhio debetur. Sic p. 668. B. C. γιγνώσκειν τῶν ποιημάτων, ὅ τί πότ' ἐστιν. Ibid. D. εἴ τις ἀγνοοῖ τῶν μεμιμημένων ὅ τί πότ' ἐστιν ἕκαστον. Ibid. E. ἀγνοῶν ὅ τί πότ' ἐστι τὸ μεμιμημένον ζῶον. Relativum ὅ qui pro τί dictum esse sibi persuadeat, neminem hodie fore putamus. v. nostra ad Menon. p. 92. C. De πρῶτον—ἔπειτα—ἔπειτα v. Phaedon. p. 89. A. Menon. p. 90. Xenoph. Cyr. IV. 5, 1. Mem. III. 11, 14. ubi Schneiderus erravit; Aristoph. Plut. v. 1103. Aeschyl. Agam. v. 1318. Demosth. adv. Mid. p. 5. et p. 68. ed. Spald. — τὸ τρίτον per parenthesin additum est, ut reddi possit id quod tertium est. Pro καὶ τοῖς ῥυθμοῖς Badhamus τρίτοις ῥυθμοῖς, offensus, ut videtur, articulo τοῖς, quem nos quidem neutiquam moleste ferimus.

B. Μὴ τοίνυν ἀπείπωμεν —] Ne vero pigeat nos dicere musica quatenus sit difficile quiddam.

ἐπειδὴ γὰρ ὑμνεῖται τὸ περὶ αὐτὴν διαφερ.] Mirum est hoc loco τὸ desiderari in codd. mss. omnibus. Habent tamen illud cum Stephano etiam editt. Aldin. et Basil. 1. 2. Nec vero commode abesse potest, quoniam eo omisso verbo ὑμνεῖται suum deest subiectum. Itaque voculam, errore codicum omissam nuperque eorum auctoritate eiectam, postliminio restituimus. Sententia verborum haec est: quandoquidem quae ad musicam pertinent (musica) magis celebrantur quam quae pertinent ad alias rerum imagines artium imitatione expressas. Dicitur τὸ περὶ τὴν μουσικὴν ut supra II. p. 655. D: τὰ περὶ τὰς χορείας. III. p. 698. A: τὰ περὶ τὴν — πολιτείαν. VII. p. 796. E: τὸ περὶ τὰ τῶν Μουσῶν — δῶρα. al. Pro ἢ τὰς ἄλλας εἰκόνας plene dicendum

ἔχειν, ὅ τί ἐστι πρῶτον γιγνώσκειν, ἔπειτα ὡς ὀρθῶς, B
ἔπειθ' ὡς εὖ, τὸ τρίτον, εἴργασται τῶν εἰκόνων ἡτισοῦν ῥήμασί τε καὶ μέλεσι καὶ τοῖς ῥυθμοῖς;

ΚΛ. Ἔοικε γοῦν.

ΑΘ. Μὴ τοίνυν ἀπείπωμεν λέγοντες τὸ περὶ τὴν μουσικὴν ᾗ χαλεπόν. ἐπειδὴ γὰρ ὑμνεῖται τὸ περὶ αὐτὴν διαφερόντως ἢ τὰς ἄλλας εἰκόνας, εὐλαβείας δὴ δεῖται πλείστης πασῶν εἰκόνων. ἁμαρτών τε γάρ τις μέγιστ' ἂν βλάπτοιτο, ἤθη κακὰ φιλοφρονούμενος, χαλεπώτατόν τε αἰσθέσθαι διὰ τὸ τοὺς ποιητὰς C
φαυλοτέρους εἶναι ποιητὰς αὐτῶν τῶν Μουσῶν. οὐ

ὑμνεῖται τὸ περὶ αὐτὴν δ.] Articulum τὸ omnes codd. mss. omittunt. Sed v. explicat.

χαλεπώτατόν τε αἰσθέσθαι] Sic A. B. Ω. Ξ. v. f. h. r. a. c. o. δ. Vulgo γε. Bekkerus quod narrat Par. A. voculam plane omittere, alia omnia narrat Bastius.

fuit ἢ τὸ περὶ τὰς ἄλλας εἰκόνας. Quam rationem qui ignorarunt, ii mero arbitrio suo praegressum το videntur extrusisse. Sed eodem modo infra III. p. 685. B: τίνα οὖν ἂν σκέψιν καλλίω ποιησαίμεθα περὶ νόμων ἢ τούτων, i. e. ἢ τὴν περὶ τούτων. quem locum apte comparat Astius. Sophist. p. 227. B: σεμνότερον δέ τι τὸν διὰ στρατηγικῆς ἢ φθειριστικῆς δηλοῦντα θηρευτικὴν οὐδὲν νενόμικεν. ubi plura attulit Heindorfius. De διαφερόντως ἢ v. ad Phaedon. p. 85. B.

ἁμαρτών τε γάρ τις — φιλοφρονούμενος -] Conferas Reip. III p. 401. D. E. p. 402. A. ubi inter alia: κυριωτάτη ἐν μουσικῇ τροφή, ὅτι μάλιστα καταδύεται εἰς τὸ ἐντὸς τῆς ψυχῆς ὅ τε ῥυθμὸς καὶ ἁρμονία καὶ ἐρρωμενέστατα ἅπτεται αὐτῆς. Hinc philosophus etiam libr. IV. Reip. p. 424. C. musicae depravatione civitatis perniciem accelerari arbitratur.

C. *αὐτῶν τῶν Μουσῶν*] H. e. quam ipsius artis praestantissimae dignitas exigit. Metaphorice enim loquitur, ut facere hoc nomine Musae solet. Acerbissime vero dehinc notantur vitia, quae illa aetas in exercenda musica admittebat, quaeque Platoni tanto taetriora atque turpiora visa sunt, quo severius ipse de musicae usu statuebat. Volebat enim eum totum referri ad unam maxime animi virtutem, quae ipsa quoque in vitae concinnitate et harmonia quadam contineretur. v. Tim. p. 47. D. Reip. III. p. 401. A. Prot. p. 326. B. Quamobrem quaecunque ad meram voluptatem essent comparata, procul ab ea abesse iubebat. Nam harmonias, quae immoderatae tristitiae atque mollitiae faverent, arcebat sedulo; v. Reip. III. p. 398. D. sqq. varietatem vocum et chordarum ad demulcendas aures attemperatam, quae nihil ad animum erudiendum valeret, e civitate eiiciendam arbitrabatur; v. Ibid. p. 399. C. D.; rhythmos eos tantum usurpandos censebat, quae essent βίου ῥυθμοὶ κοσμίου τε καὶ ἀνδρείου. Ibid. p. 399. E.; unde etiam harmoniam et rhythmum iudicabat tanto esse praestantiorem, quo aptius verba exprimeret ipsi adiuncta, Reip. III. p. 400. A. de-

γὰρ ἄν ἐκεῖναί γε ἐξαμάρτοιέν ποτε τοσοῦτον, ὥςτε ῥήματα ἀνδρῶν ποιήσασαι τὸ σχῆμα γυναικῶν καὶ μέλος ἀποδοῦναι, καὶ μέλος ἐλευθέρων αὖ καὶ σχήματα ξυνθεῖσαι ῥυθμοὺς δούλων καὶ ἀνελευθέρων προςαρμόττειν, οὐδ' αὖ ῥυθμοὺς καὶ σχῆμα ἐλευθέριον ὑποθεῖσαι μέλος ἢ λόγον ἐναντίον ἀποδοῦναι
D τοῖς ῥυθμοῖς· ἔτι δὲ θηρίων φωνὰς καὶ ἀνθρώπων

C. ποιήσασθαι τὸ σχῆμα] χρῶμα A. B. Ω Ξ. v. f. h. r a. c

nique etiam in rhythmis pariter atque in harmoniis quam maximam censebat observari debere simplicitatem, ab inani exquisitae voluptatis studio alienam, quandoquidem ita demum inde homini accederent εὐσχημοσύνη, εὐρυθμία, εὐαρμοστία, σώφρονός τε καὶ ἀγαθοῦ ἤθους ἀδελφά τε καὶ μιμήματα; v. Ibid. p. 401. A. Quae qui secum perpenderint, hi facile, opinor, intelligent, cur philosophus hoc loco in musicam tum mire pictam et variatam temereque mixtam et perturbatam tam acerbe invectus sit. Verum haec in universum, ne quis cum Zellero p. 103. existimet, Legum scriptorem sua ex germano Platone temere compilavisse.

καὶ μέλος ἀποδοῦναι] Int. αὐτοῖς, τοῖς τῶν ἀνδρῶν ποιήμασιν. Reprehendit philosophus quod viris, qui loquentes inducantur, muliebris cantus habitusque tribuatur, quod pertinet ad castigandam mollitiem in personis scenicis informandis grassantem, quam etiam Aristophanes in fabulis suis maximeque in Ranis acerrime corripuit. Similia vitia deinceps urgentur. Omnino totus hic locus gravissimus est ad iudicandam poesis et musicae depravationem, quae illis temporibus indice Platone, Aristophane, aliis, ingruerat, ut mirum videatur, eum a plerisque omnibus, qui de his rebus scripserunt, fere silentio praetermissum esse. Contulisse autem cum eo iuvabit Libr. VII. p. 812. B—E. et quae ibi de rebus musicis ipsi explicavimus. Praeterea in eo indicando tenendum quod scribit Cicero De Orat. III. 44: Musici, qui etiam quondam iidem poetae. Enimvero arctissima semper fuit poësis et musices coniunctio, ut ipsi poëtae etiam cantus et modos curarent, ac vicissim musici operam suam totam ad poësin accommodarent.

ἔτι δὲ θηρίων φωνὰς — μιμούμεναι.] En varietatem sonorum mirabilem, quandoquidem musici arguuntur voces bestiarum et hominum et instrumentorum atque adeo omnis generis strepitus composuisse. De quo vide mox ann. ad E. Quae qui attente legerint, ii nonne sibi videbuntur tamquam imaginem quandam nostrae musicae, in immensum profecto variegatae, veluti primis lineis descriptam hic sibi deprehendisse? Ceterum καί ante πάντας ψόφους sic dicitur, ut sit denique, de quo usu diximus ad Menon. p. 81. C.

ποιηταὶ δ' ἀνθρώπινοι] Poëtae vocantur qui modos musicos faciunt, ut mox p. 670. E. VII. 712. conf. Dorvill. ad Charit. p. 289.

D. ὅσους φησὶν Ὀρφεὺς — τέρψιος] De his Lobe-

καὶ ὀργάνων καὶ πάντας ψόφους εἰς ταὐτὸ οὐκ ἄν ποτε ξυνθεῖεν, ὡς ἕν τι μιμούμεναι. ποιηταὶ δ' ἀνθρώπινοι σφόδρα τὰ τοιαῦτα ἐμπλέκοντες καὶ συγκυκῶντες ἀλόγως γέλωτ' ἂν παρασκευάζοιεν τῶν ἀνθρώπων, ὅσους φησὶν Ὀρφεὺς λαχεῖν ὥραν τῆς τέρψιος· ταῦτά τε γὰρ ὁρῶσι πάντα κυκώμενα, καὶ ἔτι διασπῶσιν οἱ ποιηταὶ ῥυθμὸν μὲν καὶ σχήματα μέλους

σ.δ.κ., ut scripsit Schneider. conf. supra p. 668. E. unde coniicias τὸ χρῶμα καὶ σχῆμα. Sed v. p. 654. E. sqq.

ckius Aglaoph. T. II. p. 948: „Orphei sententia huiusmodi fuisse videtur: ὅσσοι | Ἥβης μέτρον ἵκοντο λάχον δέ τε τέρψιος ὥρην. i. e., quicunque ad pubertatis annos et ad eam aetatem adoleverunt, quae Veneri matura habetur. Hinc Plato transfert ad iudicii maturitatem, illudque musicae genus, de quo loquitur, omnibus, qui in his rebus aliquem sensum habeant veraeque voluptatis capaces sint, taedio fore dicit.“ Postrema probamus; priora dubitationi sunt obnoxia. Nam λαχεῖν τὴν τέρψιος ὥρην omnino esse potest: maturitatem eam adeptum esse, quae ad veram sinceramque animi oblectationem requiritur. Quo sensu verba accepit etiam Müllerus in Prolegg. Mythol. p. 385. Nec videmus omnino, cur de Veneris usu cogitandum sit, de quo uno maxime si dictum Orphicum fuisset usurpatum, vix futurum erat, Plato ut illud eo quo fecit modo ad rem praesentem transferret.

ταῦτά τε γὰρ ὁρῶσι —] Nam quum videant illi (non poetae, sed homines maturioris iudicii) ista omnia, quae modo memoravimus, temere mixta et confusa; tum poëtae etiam alia turbant, quandoquidem rhythmum et gestus a cantu seiungunt, nudas orationes in numeros redigentes, ac vicissim cantum et rhythmum absque verbis afferunt, nuda citharae et tibiae sono utentes. Duo sunt igitur, quae in musicae usu, qui invaluerat, reprehenduntur. Primum enim poëtae, hoc est musici, notantur, quod ψιλοὺς λόγους absque modis musicis adhibeant, idque faciant sic, ut nudae orationi ῥυθμὸς καὶ σχῆμα adiungatur. Quae reprehensio ut intelligatur quorsum pertineat, meminisse iuvabit, loqui philosophum de Musa chorica, quam paullo post vocat; quam quidem dedecere arbitratur, si ψιλὸς λόγος adhibeatur eoque modo rhythmus et saltatio a cantu divellatur. Nam ψιλὸς λόγος nunc est oratio modorum musicorum societate destituta et privata. Alibi eo nomine significatur prosa oratio, veluti Gorg. p. 502. C., ubi inter alia: φέρε δή, εἴ τις περιέλοιτο τῆς ποιήσεως πάσης τό τε μέλος καὶ τὸν ῥυθμὸν καὶ τὸ μέτρον, ἄλλο τι ἢ λόγοι γίγνονται τὸ λειπόμενον; — οὐκοῦν πρὸς πολὺν ὄχλον καὶ δῆμον οὗτοι λέγονται οἱ λόγοι; — δημηγορία ἄρα τίς ἐστιν ἡ ποιητική. conf. Santen. ad Terentian. Maur. p. 172 sq. Hermann. ad Aristot. Poët. I. 7. p. 93. et ad Viger. p. 724.

χωρίς, λόγους ψιλοὺς εἰς μέτρα τιθέντες, μέλος δ'
E αὖ καὶ ῥυθμὸν ἄνευ ῥημάτων, ψιλῇ κιθαρίσει τε καὶ αὐλήσει προςχρώμενοι· ἐν οἷς δὴ παγχάλεπον ἄνευ λόγου γιγνόμενον ῥυθμόν τε καὶ ἁρμονίαν γιγνώ-

E. καὶ ῥυθμὸν] Sic A. B. Ω. v. f. h. r. o. δ. Vulgo erat

annot. 106. Similiter atque h. l. de poësi epica Phaedr. p. 278. C. ubi v. intpp. Iam vero Plato quid de poesis a cantu seiunctione senserit, docet locus Reipubl. X. p 600. E. — 601. B. Alterum, quod vituperatur, pertinet eo, quod oratione omissa nuda citharistica et tibicinaria, h. e. omnino pura puta musica, usurpetur. Etenim nec hoc veteri disciplinae fuit consentaneum. Antiquis enim temporibus vox humana habita est potior, cui instrumenta musica serviebant et obtemperabant, quippe quorum soni per se soli, quum essent obscuriores, ad animos erudiendos moderandosque parum valere viderentur. Quod ipsum fuit etiam Platonis iudicium, sicuti apparet ex verbis proximis: ἐν οἷς δὴ παγχάλεπον — ἀξιολόγων μιμημάτων. Fuit autem ψιλοκιθαριστικῆς auctor Aristonicus Chius, aequalis fere Archilochi; atque ψιλὴν αὔλησιν sub initium Pythiadum exercuit Sacadas; de quibus docte exposuit Barthelemy Itin. Anachars. Vol. III. p. 83 sq. ed. Biester. et Boeckhius De Metris Pindari libr. III. c. 11. p. 238 sq. Ad utramque exercendam posterioribus temporibus inventa videntur fuisse artificiosiora organa, quae partim ne ferrent quidem cantus accessionem. v. Schaefer. ad Dionys. De compos. verbor. p. 136.

E. μέλος δ' αὖ καὶ ῥυθμὸν ἄνευ ῥημάτων] Audacius hic adhibita est figura zeugmatis, quandoquidem ex antegresso διασπῶσιν intelligendum relinquitur verbum generalioris significationis ποιοῦσιν aut simile quiddam.

τῶν ἀξιολόγων μιμημάτων] Similiter hoc dictum est atque supra p. 668. E. τὸ μεμιμημένον ζῶον, significatque res, quae imitatione exprimi solent. Quocirca non est quod quis cum Astio corrigat μιμητῶν; quamquam is non inepte provocavit ad Xenoph. Mem. III. 10, 5. ubi item confusa sunt μιμητά et μιμήματα.

ἀλλ' ὑπολαβεῖν ἀν.] Haec quoque cohaerent cum praegresso ἐν οἷς δή. Quamobrem male vulgo post μιμημάτων plene interpungunt, quod tandem mutavimus. Reprehendit autem philosophus in ista artis exercitatione maxime hoc tamquam stolidum et ineptum, quod a multis omnia ad celeritatis et sonorum varietatis laudem referantur, adeo ut nec ea in re saltationis aut cantus amplius ratio ducatur. Etenim tota ars coeperat ad artificiosae dexteritatis laudem revocari, ita ut qui sonos maxime varios maxima cum celeritate ex instrumentis musicis eliceret, is in ea maxime excellere putaretur. Pertinent huc quae narrat Plutarch. De mus. T. II. p 1141. Aristox. Harmon. Elem. II. p. 53. et ipse Plato Reip. VII. p. 531. ubi facete ridet organicos quam tenuissima sonorum discrimina curiose observantes, et Legg. VII p. 812. B—E. conf. etiam Aristotel. De Rep. VIII. c. 6. et de imitatione vocum ani-

σκειν, ο τί τε βούλεται καὶ ὅτῳ ἔοικε τῶν ἀξιολόγων μιμημάτων, ἀλλὰ ὑπολαβεῖν ἀναγκαῖον, ὅτι τὸ τοιοῦτόν γε πολλῆς ἀγροικίας μεστὸν πᾶν, ὁπόσον τάχους τε καὶ ἀπταισίας καὶ φωνῆς θηριώδους σφόδρα

ῥυθμούς.

malium a tibicinibus tentata Aristoph. Avv. v. 223 sqq. Strab. IX. p. 421. Itaque sententiam verborum sic declarare licebit: sed in quibus adeo tacite indicemus necesse est, istud quidem negotium totum plenum esse multa rusticitate, quod ob celeritatem offensione carentem vocemque ferinam amatur, ita ut tibiae et citharae cantum nonnisi eatenus adhibeat, quatenus ad saltationem et cantum necessarius videatur. Sed videamus etiam de verbis singulis, quae certe non carent suis quibusdam difficultatibus. Apparet igitur ad se mutuo referri *τὸ τοιοῦτόν γε πᾶν* et *ὁπόσον*. Unde facile alicui subnascatur suspicio, pro *τὸ τοιοῦτόν γε* reponendum esse *τὸ τοσοῦτόν γε*. Sed quum post *τοιοῦτον*, quod certe per se rei est convenientissimum, deinde subiunctum sit *πᾶν*, hac mutatione nullo modo opus esse censemus. Plus difficultatis obiicit quod sequitur *ἀπταισίας*. Ficinus illud expressit tarditatis vocabulo; vertit enim locum sic: quodcunque sive velocitatem seu tarditatem vocemque ferarum proxime sequitur. Idcirco Cornarius *ὀψίας* corrigit. Nec tamen id satisfecit Astio, qui *ἀπνευστίας* tentavit, quod intelligeretur de spiritus retentione, quam ipse dicit, quum quis tibia canit sine interspiratione. At vero de sola tibia hic non agitur. Quamobrem nec alteram, quam fecit vir doctus, coniecturam, *ἀπαυστίας* in Lexico legendum ratus, ullo modo ferri posse censemus. Orelliio in mentem venit corrigere *ἀποτάσεως*, quod quo sensu voluerit accipi, nec scimus nec scire cupimus. Nec Lobeckius locum censuit vitio carere, qui ad Phrynich. p. 510. hanc prodidit suspicionem, ut *πτοήσεως*, h. e. perturbationis, legendum esse dixerit. Sed nimis late profecto patet huius vocabuli significatio, ut neutiquam sententiae loci videatur esse conveniens. Fieri potest, ut alii etiam alia excogitaverint, quae nos latuerint. Sed quaecunque demum fuerint prolata, nos quidem coniecturas omnes inutiles ac supervacaneas esse censemus, quandoquidem locus non emendationis artificio sed rectae interpretationis luce indiget. Agitur, sicuti vidimus, de artis sollertia in sonis eliciendis conspicua. Quorsum spectat *τοῦ τάχους* mentio. Iam vero cum ea velocitate coniunctum sit necesse est etiam aliud quid. Debent enim soni non modo celeriter, sed etiam sic elici, ut ludendi negotium careat offensione nihilque in tractandis organis peccetur aut haereatur. Veluti quum Lisztius aliquis aut Paganinius instrumenta musica, quibus gloriam debent suam, tractant, ad tuendam vel consequendam praeclari artificii laudem certe non satis est, ut ingentem sonorum diversissimorum multitudinem quam bre-

670 *φίλον, ὥςτ' αὐλήσει γε χρῆσθαι καὶ κιθαρίσει πλὴν ὅσον ὑπὸ ὄρχησίν τε καὶ ᾠδήν· ψιλῷ δ' ἑκατέρῳ πᾶσά τις ἀμουσία καὶ θαυματουργία γίγνοιτ' ἂν τῆς χρήσεως. ταῦτα μὲν ἔχει ταύτῃ λόγον· ἡμεῖς δέ γε οὐχ ὅ τι μὴ δεῖ ταῖς Μούσαις ἡμῶν προςχρῆσθαι τοὺς ἤδη τριακοντούτας καὶ τῶν πεντήκοντα πέραν γεγονότας σκοπούμεθα, ἀλλ' ὅ τί ποτε δεῖ. τόδε μὲν*

P. 670. *τριακοντούτας καὶ τ. π.*] V. *τριακοντούτεις*, quod solus Ξ. et rec. Flor. δ. tuetur. v. Lobeck. ad Phrynich. p 406 sqq. Dein *πέραν* pro vulg. *πέρα* praebuerunt A. Ω., in marg. a. δ. (marg.)

χορικῆς Μούσης ὅ τι πέπ.] Male editt. *χορικ. Μούσης, ὅτι*

vissimo temporis spatio fidium tractatione proliciant, sed debent id etiam ea arte efficere, ut nusquam peccent, nusquam haereant, nusquam aliquid admittant, quod vitiosum sit. Atque id ipsum putamus *τῆς ἀπταισίας* vocabulo designari. Iam vero usitatius sane dicendum fuit sic: *ὁπόσον τάχους μετ' ἀπταισίας καὶ φωνῆς θ.* quidquid celeritatis cum *ἀπταισίᾳ* coniunctae earum sit, vel *ὁπόσον τάχους ἀπταίστου καὶ φωνῆς θ.* Sed usus est philosophus altera adiunctionis ratione, ut enumerationem trimembrem efficeret, per quam singula vitia per se seorsum spectata fortius notarentur: quae quidem caussa figurae illius, quam *ἓν διὰ δυοῖν* appellant, longe est frequentissima. Itaque nos quidem *ἀπταισίας* unice verum putamus. Quod si quis dubitet num etiam in musicis usurpatum sit, ei scrupulum eximet, opinor, vel unus ille locus Tyrii Maxim. Diss. VII. p. 119 ed. Reisk. a Winckelmanno allatus: *τὸ καθ' ἁρμονίαν ἄπταιστον;* eximent item alia, quae collegit Wyttenbach. ad Plutarch. De sent. profectu in virtut. p. 76. C. Vol. I. p. 561. ed. Ox. = 446. ed. Lips. Iam vero his ita exploratis pergimus ad verba *καὶ φωνῆς θηριώδους;* quae quorsum spectent, clarum est ex superioribus illis p. 669. C. D.: *ἔτι δὲ θηρίων φωνὰς καὶ ἀνθρώπων καὶ ὀργάνων, κ. τ. λ.* ut de iis paucis admonuisse satis sit. Porro Astius *φίλον* putavit cum genitivis esse constructum, quoniam activam habeat potestatem, ita ut significet idem, quod amans, cupidum. Qua in re vir optimus duplici nomine fallitur. Nam primum quidem *φίλον* nunquam sic usurpatum est; deinde genitivi non ex hoc nomine apti sunt, sed pendent potius ex *ὁπόσον*: de qua structura non est cur pluribus disseramus. Nisi forte praestat dicere, eos indicare rationem et caussam, quamobrem istud *φίλον* videatur. v. Matthiae Gr. §. 339. Utut est, certe quidem Astium iuxta cum aliis etiam in his explicandis erravisse pro certo affirmare non dubitamus. Accedimus denique ad ultima verba: *πλὴν ὅσον ὑπὸ ὄρχησίν τε καὶ ᾠδήν.* Quae quidem explicanda videntur hunc in modum: ita ut tibiae et citharae lusu utatur *πλὴν τοσοῦτον, ὅσον ὑπὸ ὄρχησίν τε καὶ ᾠδήν*, ausser nur in soweit, als es zum Tanz und Gesang gehört, als nur zur Beglei-

οὖν ἐκ τούτων ὁ λόγος ἡμῖν δοκεῖ μοι σημαίνειν ἤδη τῆς γε χορικῆς Μούσης ὅ τι πεπαιδεῦσθαι δεῖ βέλτιον τοὺς πεντηκοντούτας ὅσοις περ ἂν ᾄδειν προςήκῃ. B τῶν γὰρ ῥυθμῶν καὶ τῶν ἁρμονιῶν ἀναγκαῖον αὐτοῖς ἐστιν εὐαισθήτως ἔχειν καὶ γιγνώσκειν· ἢ πῶς τις τὴν ὀρθότητα γνώσεται τῶν μελῶν, ᾧ προςῆκεν ἢ μὴ προςῆκε τοῦ Δωριστὶ καὶ τοῦ ῥυ-

πεπ. Emendavimus praeeunte Astio.

πεντηκοντούτας] V. πεντηκοντούτεις, contra codicum omnium fidem.

B. *ἢ πῶς τις τὴν ὀρθότητα*] τις accessit ex A. Ω. v. f. h. r a. δ. o. x.

tung von Tanz und Gesang: nonnisi eatenus, quatenus ille cum saltatione et cantu coniunctus est; alias autem eum non usurpet. De πλὴν ὅσον v. infra libr. IX. p. 856. D. 873. E. Reip. V. p. 456 A. coll. Viger. De Idiot. p. 130. Quod vero ὑπὸ ὄρχησίν τε καὶ ᾠδὴν additum est, illustravit hoc genus dicendi Wyttenbachius ad Plutarch. De recta aud. ratione p. 41. D. Vol. I. p. 349. ed. Ox. = p. 268. ed. Lips. ubi inter alia comparat Plut. De Musica p. 1141. A. τὴν κροῦσιν τὴν ὑπὸ τὴν ᾠδήν. laudato etiam Abreschio Annot. in N. T. p. 576. conf. Matthiae Gr. §. 593. c. extr.

P. 670. *ψιλῷ δ' ἑκατέρῳ*] Sc. ψιλῷ λόγῳ et ψιλῇ αὐλήσει καὶ κιθαρίσει. — *πᾶσά τις ἀμουσία κ. θαυματ.*, maxima s. summa inscitia est et praestigiosa ostentatio. Nam θαυματουργία hic fere idem est quod θαυματοποιία Reip. X. p. 602. D. Dativus ψιλῷ ἑκατέρῳ cohaeret cum γίγνοιτ' ἄν, utroque nudo adhibito existat inscitia etc. Quo animadverso Zellerum putamus mentem suam mutaturum esse, qui p. 94. in his verbis aliquid contorti inesse conquestus est. Scilicet statuit ille, nisi fallor, cum Astio, ψιλῷ ἑκατέρῳ pendere ex substantivo τῆς χρήσεως, quo profecto nihil potest esse contortius et perplexius.

ταῦτα μὲν ἔχει ταύτῃ λόγον·] Solemnis formula, ubi sermoni alicui finis imponitur. v. Libr. II, in. Quocirca pergit hunc in modum: nos autem non quaerimus, *quatenus* s. ad quidnam non debeant uti Musis e nostris qui tricesimum iam agant annum, sed *quatenus* debeant. Nam pro vulg. ὅτι necessario bis legendum ὅ τι.

χορικῆς μούσης ὅ τι πεπ.] in qua parte choricae Musae eos conveniat melius institutos esse. Nam hic quoque ὅ τι scribendum fuit, id quod recto iudicio statuit Astius, qui etiam pravam interpunctionem post μούσης sustulit. Utrumque vitium miramur a Bekkero, alterum autem a Turicensibus relictum esse. — *ἐκ τούτων*, secundum ea, quae disputata sunt. Dein εὐαισθήτως ἔχειν idem fere est quod εὖ αἰσθάνεσθαι, acute sentire. Respiciuntur haec infra Libr. VII. p. 812. B. C.

B. *ᾧ προςῆκεν ἢ μὴ προς-*

θμοῦ, ὃν ὁ ποιητὴς αὐτῷ προςῆψεν, ὀρθῶς ἢ μή;

ΚΛ. Δῆλον, ὡς οὐδαμῶς.

ΑΘ. Γελοῖος γὰρ ὅ γε πολὺς ὄχλος ἡγούμενος ἱκανῶς γιγνώσκειν τό τε εὐάρμοστον καὶ εὔρυθμον καὶ μή, ὅσοι προςᾴδειν αὐτῶν καὶ βαίνειν ἐν ῥυθμῷ
C γεγόνασι διηναγκασμένοι, ὅτι δὲ δρῶσι ταῦτα ἀγνοοῦντες αὐτῶν ἕκαστα, οὐ συλλογίζονται. τὸ δέ που προςήκοντα μὲν ἔχον πᾶν μέλος ὀρθῶς ἔχει, μὴ προςήκοντα δὲ ἡμαρτημένως.

C. *μέλος ὀρθῶς ἔχει*] V. *ἔχειν*. Veram lectionem habent A. Ω. Ξ. v. f. h. r. x. a. c. o. δ.

ἧκεν τοῦ Δωριστὶ] Oratio paullo est liberior, quae facile quem deducat in fraudis alicuius suspicionem. Sed nihil mutandum censemus. Manifestum est enim sententiam verborum esse hanc: an quomodo quis rectam cantuum rationem perspiciet, qui curaverit vel etiam non curaverit harmoniam Doricam, atque rhythmum, quem poëta ei adiunxerit, rectene ista an secus habeant? h. e. qui harum rerum fere incuriosus et ignarus fuerit. Verbum *προσήκει ἐμοί* hoc loco adiunctam habet curandi significationem, ideoque fere idem est quod *ἐπιμελοῦμαι*. Aristoph Avv. v. 966. *τί οὖν προσήκει δῆτ' ἐμοὶ Κορινθίων;* quid ego curo Corinthios? Disputavit de hac loquutione Valckenar. Diatrib. p. 124. = 128. ed. Lips., in eo tamen falsus ille, quod genitivum censet ex *τί* vel *οὐδέν* pendere in iis locis, quos tractat, casu addito. Quid enim iis locis faciemus, ubi nihil tale additum legitur? Nec vero eiusmodi loci rari sunt; nam praeter hunc Platonis locum conf. infra libr. X. p. 900. E: *καὶ τῶν μὲν προσήκειν ἡμῖν, εἴπερ, ὅσα φλαῦρα, θεοῖς δὲ οὔτε μέγα οὔτε σμικρὸν τῶν τοιούτων μετὸν ἐροῦμεν;* Andoc. p. 33, 29: *ἐμοὶ μὲν οὐδαμόθεν προσήκει τούτου τοῦ πράγματος.* Xenoph. Cyrop. IV. 2, 40: *οὐδ' ὡς ἡμῖν νῦν προσήκει οὔτε πλησμονῆς πω οὔτε μέθης.* conf. Thom. Mag. p. 751. ed. Bernard. ibique intpp. Sed redeamus ad loci sententiam. Eius igitur haec vis est, ut negetur, illum cantuum et modorum musicorum rationem esse perspecturum, cuius nihil fere intersit curasse harmoniam Doricam et numerum ei a poëta adiunctum. Etenim *προσῆκεν ἢ μὴ προσῆκεν* dictum est ut *ἤ τις ἢ οὐδείς*, i. e. fere nullus, so gut wie keiner, de qua formula v. ann. ad Apol. Socr. p. 17. B. Quod vero postremum istud *τοῦ δωριστὶ* adiungitur, id eo pertinet, opinor, quod numeris rhythmi naturae harmoniae cuiusque debebant esse convenientes neque cum ea discordare. De qua re v. Plutarch. De music. 32. p. 1142. D. sqq. 33. p. 1143. Aristot. Polit. libr. VIII. extr. al. Sed ut totus locus recte intelligatur, praeterea etiam aliud quid animad-

ΚΛ. Ἀναγκαιότατα.

ΑΘ. Τί οὖν; ὁ μηδὲ ὅ τί ποτ' ἔχει γιγνώσκων ἄρα, ὅ τί περ εἴπομεν, ὡς ὀρθῶς γε αὐτὸ ἔχει, γνώσεταί ποτε ἐν ὁτῳοῦν;

ΚΛ. Καὶ τίς μηχανή;

Cap. XII. ΑΘ. Τοῦτ' οὖν, ὡς ἔοικεν, ἀνευρίσκομεν αὖ τὰ νῦν, ὅτι τοῖς ᾠδοῖς ἡμῖν, οὓς νῦν παρακαλοῦμεν καὶ ἑκόντας τινὰ τρόπον ἀναγκάζομεν D ᾄδειν, μέχρι γε τοσούτου πεπαιδεῦσθαι σχεδὸν ἀναγκαῖον, μέχρι τοῦ δυνατὸν εἶναι ξυνακολουθεῖν ἕκαστον

Cap. XII. *ἀνευρίσκομεν αὖ τὰ νῦν*] Vitiose vulgo *αὐτὰ ν.* Correxit Boeckhius.

vertendum est. Facile enim quis miretur, quod Doricae tantum harmoniae mentio iniicitur, ideoque aliquid excidisse coniiciat. Quod nobis quidem secus videtur. Etsi enim Plato plurium harmoniarum curam in civitate gerendam esse censuit, sicuti ex loco Reip. III. p. 398. C. — 400. D. intelligitur, tamen hic exempli caussa, ut videtur, unam tantum memoravit; prudentissime vero Doricam nominavit, utpote praestantissimam, quam iuxta cum Phrygia inprimis dignam iudicavit, quae in civitate sua usurparetur. Ceterum ut h. l. *τὸ δωριστί*, sic Reip. III. p. 308. E. *μιξολυδιστί, ἰαστί, λυδιστί*, de harmoniis usurpatur.

Γελοῖος γὰρ ὅ γε πολὺς ὄχλος —] De turba hominum artis musicae iudicium exercente v. Aristot. De Rep. VIII. p. 458. et 459. ex quo loco verisimile fit, Platonem hic notare voluisse populi temeritatem, qua sibi iudicandi potestatem etiam in tali caussa arrogabat. conf. etiam Gorg. p. 501. E. 502. B. De Rep. VI. p. 493. A. D. ubi res eadem exagitatur. — *ὅσοι αὐτῶν* per synesin positum refertur ad *ὄχλος*. — Circumlocutionem *γεγόνασι διηναγκασμένοι* illustravit Astius comparatis locis III. p. 700. D: *ἄρχοντες ἐγίγνοντο.* V. p. 737. C: *γίγνοιτ' ἂν λεχθείς.* VIII. p. 846. E: *ὑπάρχον δεῖ γίγνεσθαι.* Alia multa suppeditabunt Lobeck. ad Aiac. v. 588. et Heindorf. ad Soph. p. 217. C.

C. *ὅ τί περ εἴπομεν, ὡς ὀρθ.*] „*τί* expunxerim." Bekker. Vere, opinor.

Cap. XII. *Τοῦτ' οὖν* — *ἀνευρίσκομεν αὖ τὰ νῦν*] Hoc igitur nunc rursus invenimus. Male vulgo *αὐτὰ νῦν*, quod correxit Boeckhius. Addidit scriptor *αὖ*, quia p. 670. A. iam dixerat: *τόδε μὲν οὖν ἐκ τούτων ὁ λόγος ἡμῖν δοκεῖ μοι σημαίνειν ἤδη κ. τ. λ.*

ἑκόντας — *ἀναγκάζομεν*] Elegans oxymoron. *Ἑκόντες* enim cogi dicuntur ad canendum, quia id denique non inviti facturi esse existimandi sunt.

D. *μέχρι γε τοσούτου* — *μέχρι τοῦ δυν.*] Eodem modo Xenoph. Mem. IV. 3, 5: *τὸ δὲ μέχρι τοσούτου ἀστρονομίαν μανθάνειν, μέχρι τοῦ — γνῶναι.* ubi de hoc loquendi genere v. Bornemann. Plura collegit Matthiae Gr. Gr. §. 472. b.

ταῖς τε βάσεσι τῶν ῥυθμῶν καὶ ταῖς χορδαῖς ταῖς τῶν μελῶν, ἵνα καθορῶντες τάς τε ἁρμονίας καὶ τοὺς ῥυθμοὺς ἐκλέγεσθαί τε τὰ προςήκοντα οἷοί τ' ὦσιν, ἃ τοῖς τηλικούτοις τε καὶ τοιούτοις ᾄδειν πρέπον, καὶ οὕτως ᾄδωσι, καὶ ᾄδοντες αὐτοί τε ἡδονὰς τὸ παραχρῆμα ἀσινεῖς ἥδωνται καὶ τοῖς νεωτέροις
E ἡγεμόνες ἠθῶν χρηστῶν ἀσπασμοῦ προςήκοντος γίγνωνται. μέχρι δὲ τοσούτου παιδευθέντες ἀκριβεστέραν ἂν παιδείαν τῆς ἐπὶ τὸ πλῆθος φερούσης εἶεν μετακεχειρισμένοι καὶ τῆς περὶ τοὺς ποιητὰς αὐτούς. τὸ

P. 671. ἐπὶ μᾶλλον ἀεὶ ξυμβ.] Pro ἀεὶ vulgo erat εἰ. Veram lectionem servavit Eusebius XII. 24. p. 597. D. quam

ταῖς τε βάσεσι τῶν ῥυθμῶν] Designatur hoc loco omnino incessus numeri, ut Reip. III. p. 399. E: ἑπόμενον δ' ἂν εἴη ταῖς ἁρμονίαις τὸ περὶ ῥυθμούς, μὴ ποικίλους αὐτοὺς διώκειν μηδὲ παντοδαπὰς βάσεις. v. Hermann. Opusc. Vol. II. p. 108. coll. p. 57. Santen. ad Terent. Maur. p. 51. Ab hoc usu vocabuli probe discernendus est ille, quo ad singulos pedes vel dipodias vel etiam ad thesin, quam veteres rhythmici vocant, et ad clausulam transfertur; v. Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Apoll. v. 12. Weiskius ad Longin. p. 444. et Hermann. l. c.

ἐκλέγεσθαί τε τὰ προςήκοντα —] Itaque Plato libr. VI. p. 764. C. sqq. vult magistratus creari, qui musicae et gymnasticae praesint, atque inprimis diligenter definiant, quaenam carmina et qui chori legibus sint comprobanda, ut praeter publicos sacrosque cantus nemo nec cantare quidquam nec saltare audeat, musica autem valeat eo, ut et ipsi canentes erigantur et quicunque virtute et probitate eminuerunt, iustis laudibus afficiantur. v. libr. VII. p. 800. A. B. 801. E. 812. B. C. 816. C. VIII. p. 829. D. E. 835. A. al.

E. ἡγεμόνες — γίγνωνται.] Iunge: ἡγεμόνες ἀσπασμοῦ προσήκοντος ἠθῶν χρηστῶν γ. duces existant ad probos mores amplexandos. Voc. ἀσπασμός recurrit infra XI. p. 919. E.

τῆς ἐπὶ τὸ πλῆθος φερούσης] ea, quae ad vulgus ipsosque poëtas pertinet s. spectat. Nam φέρειν εἴς τι s. πρός τι, id quod opportune monuit Astius, interdum dicitur sic, ut sit: ad aliquid tendere s. spectare: quam in rem vir doctus laudavit Valcken. Opusc. T. II. p. 216. ed. Lips.

τοῖς δὲ πάντα τὰ τρία —] Scil. ἀναγκαῖά ἐστιν, quorsum perducit antegressum ἀνάγκη. Τοῖς δὲ intell. senes, qui chorum Bacchicum constituunt. Dein structuram verborum, ἢ μηδέποτε — γίγνεσθαι, si quis cupiat firmatam exemplis, is adeat quae annotavimus ad Menon. p. 96. D. Gorg. p. 492. D. Remp. VI. p. 490. A. Praeterea advertas quaeso numerum

γὰρ τρίτον οὐδεμία ἀνάγκη ποιητῇ γιγνώσκειν, εἴτε καλὸν εἴτε μὴ καλὸν τὸ μίμημα, τὸ δὲ ἁρμονίας καὶ ῥυθμοῦ σχεδὸν ἀνάγκη· τοῖς δὲ πάντα τὰ τρία τῆς ἐκλογῆς ἕνεκα τοῦ καλλίστου καὶ δευτέρου, ἢ μηδέ- 671
ποτε ἱκανὸν ἐπῳδὸν γίγνεσθαι νέοις πρὸς ἀρετήν. καὶ ὅπερ ὁ λόγος ἐν ἀρχαῖς ἐβουλήθη, τὴν τῷ τοῦ Διονύσου χορῷ βοήθειαν ἐπιδεῖξαι καλῶς λεγομένην, εἰς δύναμιν εἴρηκε. σκοπώμεθα δή, εἰ τοῦθ' οὕτω γέγονε. θορυβώδης μέν που ὁ ξύλλογος ὁ τοιοῦτος ἐξ ἀνάγκης προϊούσης τῆς πόσεως ἐπὶ μᾶλλον ἀεὶ

restituendam esse iam Cornarius vidit. Apud eundem Eus. codd omnes: ἔτι μᾶλλον, ac dein γενόμενος.

singularem ἱκανὸν ἐπῳδόν post pluralem τοῖς δέ illatum. Nec tamen infrequens est huiusmodi transitus a numero plurali ad singularem. conf. Matthiae §. 298. et Heindorf. ad Gorg. p. 478. C.

P. 671. ὁ λόγος ἐν ἀρχαῖς] Verte: anfänglich. Solet autem in eiusmodi formulis, quae sunt adverbii instar, de more omitti articulus. Sic mox κατ' ἀρχάς. et D. μετὰ δίκης.

τὴν τῷ τοῦ Δ. χ. β. — λεγομένην] H. e. demonstrare, recte iudicari, Dionysi choro opem esse ferendam; s. non inepte Dionysi chorum constitui. Dativus τῷ χορῷ hic quoque pendet ex βοήθειαν, de quo structurae genere dictum est aliquoties. Prorsus eodem modo Parmenid. p. 128. C: βοήθεια τῷ λόγῳ. Alcib. I. p. 161. A: βοήθεια τοῖς φίλοις.

προϊούσης τῆς πόσεως] procedente compotatione; ut saepe, veluti προϊόντος τοῦ λόγου. Phaedr. p. 238. D: προϊόντος τοῦ χρόνου, Legg. III. p. 678. E. 684. A. 698. E. 700. E: προιούσης τῆς συνουσίας. Theaet. p. 150. D. — ἐπὶ μᾶλλον, magis magisque; quod etiam ἐπιμᾶλλον scribi licet; nam inter utrumque nihil interest; v. praeter eos, quos laudat Astius, Wesseling. ad Herodot. III. 104. Diodor. Sic. T. II. p. 535. nos ad Gorg. p. 453. A. ubi eodem fere modo ἐπὶ πλέον usurpari monuimus; Werfer. Act. Monac. T. I. Fasc. 2. p. 238. Lobeck. ad Phrynich. p. 48. Matthiae Gr. Gr. §. 586. extr. Male Eusebius Praep. Ev. XII. p. 597. ἔτι μᾶλλον. Pro ἀεί, quod servavit Eusebius, libri Platonis pessime εἰ. Correxit iam Cornarius. De ξυμβαίνει γιγνόμενος v. Matthiae Gr. §. 555. ann. 2. Bernhardy Syntax. p. 332. coll. Phileb. p. 39. A. 42. D. Euthydem. p. 281. E. Menex. p. 237. C. Legg. III. p. 682. D. IX. p. 867. E. p. 874. E. XII. p. 946. C. al. Libri quidam Eusebii γενόμενος, quod hic quidem abhorret a recta ratione. — περὶ τῶν νῦν γιγνομένων, in iis, quae nunc fiunt s. institui solent.

ξυμβαίνει γιγνόμενος, ὅπερ ὑπεθέμεθα κατ' ἀρχὰς
B ἀναγκαῖον εἶναι γίγνεσθαι περὶ τῶν νῦν γιγνομένων.

ΚΛ. Ἀνάγκη.

ΑΘ. Πᾶς δέ γε αὐτὸς αὑτοῦ κουφότερος αἴρεται καὶ γέγηθέ τε καὶ παῤῥησίας ἐμπίπλαται καὶ ἀνηκουςίας ἐν τῷ τοιούτῳ τῶν πέλας, ἄρχων δ' ἱκανὸς ἀξιοῖ ἑαυτοῦ τε καὶ τῶν ἄλλων γεγονέναι.

ΚΛ. Τί μήν;

ΑΘ. Οὐκοῦν ἔφαμεν, ὅταν γίγνηται ταῦτα, καθάπερ τινὰ σίδηρον, τὰς ψυχὰς τῶν πινόντων διαπύρους γιγνομένας μαλθακωτέρας γίγνεσθαι καὶ νεω-
C τέρας, ὥςτε εὐαγώγους ξυμβαίνειν τῷ δυναμένῳ τε καὶ ἐπιςαμένῳ παιδεύειν τε καὶ πλάττειν, καθάπερ ὅτ' ἦσαν νέαι; τοῦτον δ' εἶναι τὸν πλάςην τὸν αὐ-

ἀναγκαῖον εἶναι γίγνεσθαι] εἶναι om. Ξ. c. cum Ald. Bas. 1. 2. Dein Euseb. XII. 24. περὶ τῶν νῦν λεγομένων, quod probant Ast. et Hermann.

B. παῤῥησίας ἐμπίπλαται] Sic A. cum Euseb. Vulgo ἐμπίμπλαται.

μαλθακωτέρας γίγνεσθαι] Euseb. μαλακωτέρας. Mox

B. Οὐκοῦν ἔφαμεν, ὅταν γ. —] V. p. 664. E. — διαπύρους γιγνομένας, i. e. τῷ διαπύρους γίγνεσθαι, quae tamen constructionis ratio ob sequentia prudenter est evitata. Pro μαλθακωτέρας, quod libri Platonis tuentur, Eusebius μαλακωτέρας. Sed conf. Sympos. p. 195. D: ὅτι οὐκ ἐπὶ σκληροῦ βαίνει, ἀλλ' ἐπὶ μαλθακοῦ. Phaedr. p. 239. C: μαλθακόν τινα καὶ οὐ στερεὸν διώκων. Supra tamen p. 666. C: γίγνεσθαι μαλακώτερόν τε ἐκ σκληρότερον κ. τ. λ. et sic etiam Tim. p. 62. B. Itaque rem iuvabit in medio reliquisse atque codicum obtemperavisse auctoritati.

ὥςτε εὐαγώγους ξυμβαίνειν] Verbum ξυμβαίνειν sic sine infinitivo aut participio usurpatum illustravit Heindorf. ad Gorg. p. 479. D.

C. τὸν πλάστην τὸν αὐτὸν ὥςπερ] Istud πλάστην et πλάττειν improprie dictum notavit Heusdius Specim. Crit. p. 93. Pro ὥςπερ vulgo erat ὅνπερ, quod Astius in ὅςπερ mutavit. Vere codd. ὥςπερ, quod sic post ὁ αὐτός usurpari solere demonstravimus ad Phaedon. p. 86. A. ubi etiam hunc locum a depravationis vitio vindicavimus.

οὗ νόμους εἶναι δεῖ —] qui auctor debet esse legum convivalium.

καὶ τὸ κατὰ μέρος —] et vices silentii ac sermonis ctr.

D. εἰςπέμπειν οἵους τ' εἶναι] Insiticium alicui videbitur hoc οἵους τ' εἶναι. Pendet enim infinitivus εἰςπέμπειν ex

τὸν ὥςπερ τότε, τὸν ἀγαθὸν νομοθέτην, οὗ νόμους εἶναι δεῖ συμποτικούς, δυναμένους τὸν εὔελπιν καὶ θαῤῥαλέον ἐκεῖνον γιγνόμενον καὶ ἀναισχυντότερον τοῦ δέοντος, καὶ οὐκ ἐθέλοντα τάξιν καὶ τὸ κατὰ μέρος σιγῆς καὶ λόγου καὶ πόσεως καὶ Μούσης ὑπομένειν, ἐθέλειν ποιεῖν πάντα τούτοις τἀναντία, καὶ εἰςιόντι τῷ μὴ καλῷ θάῤῥει τὸν κάλλιςον διαμαχόμενον φόβον εἰςπέμπειν οἵουςτ' εἶναι μετὰ δίκης, ὃν αἰδῶ τε καὶ αἰσχύνην θεῖον φόβον ὠνομάκαμεν; D

ΚΛ. Ἔςι ταῦτα.

ΑΘ. Τούτων δέ γε τῶν νόμων εἶναι νομοφύλακας καὶ συνδημιουργοὺς αὐτοῖς τοὺς ἀθορύβους καὶ νήφοντας τῶν μὴ νηφόντων ςρατηγούς, ὧν δὴ χωρὶς μέθῃ διαμάχεσθαι δεινότερον ἢ πολεμίοις εἶναι

post *δυναμένῳ* idem cum uno Par. A. *τε* insertum habet; quod recepit etiam Bekkerus sequente Hermanno et Schneider.

C. *τὸν αὐτὸν ὥςπερ τότε*] Sic libri omnes et Platonis et Eusebii pro vulg. *ὅνπερ τότε*. Astius scripsit *ὅςπερ τότε*. sed vide quae diximus in explicatt.

τὸν κάλλιστον —] *τὸν μὴ* A. B. Ω. Ξ. v. f. h. r. a. c. δ. o. x. unde Orellius extudit *τὸν δὴ κ.*

praegresso *δυναμένους* quod videatur in mentem revocare voluisse, qui istud *οἵουςτ' τ' εἶναι* interposuerit. Nos tamen nihil mutandum censemus. Nam *οἵους τ' εἶναι* per anacoluthon infertur. — *μετὰ δίκης* cum Astio interpretamur, ita ut decet s. oportet.

ὃν αἰδῶ τε καὶ αἰσχύνην —] Verba *θεῖον φόβον* per epexegesin addita videntur, ut recte Astius observavit. Nisi forte *θεῖον φόβον* fluxit ex glossemate, id quod mihi quidem perquam est verisimile. Lenius tamen cum Badhamo Praefat. ad Phaedr. p. XI. correxeris *αἰσχύνης*. conf. p. 647. *φόβος αἰσχύνης*.

τῶν νόμων εἶναι νομοφύλακας] Pleonasmum, qui videtur esse, notavit Lobeckius Paralipom. II. p. 536. et seq. qui congessit similia.

τῶν μὴ νηφόντων στρατηγούς,] Sic loquitur ob consequentem comparationem. Quod monemus, quod fuit qui talibus caput hic et illic insolentius impingeret.

ὧν δὴ χωρὶς μέθῃ διαμάχεσθαι —] Nescio qua animi intemperie agitati critici haec verba nuper adeo sollicitaverint, quandoquidem Orellius scribendum censet *ἢ πολεμίοις ὁμόσε ἰέναι*, Astius autem mavult: *ἢ πολεμεῖν*. Atque alii etiam alia excogitarunt. At nihil mutandum. Nam *εἶναι*, quod poterat post *δεινότερον* inferri, post *ἢ πολεμίοις* positum est, quoniam *διαμάχεσθαι* etiam ad *ἢ πολεμίοις* pertinet. Dein de *μὴ* anteposito vide annot. ad Criton. p. 47. D. Est

μὴ μετὰ ἀρχόντων ἀθορύβων, καὶ τὸν αὖ μὴ δυνάμενον ἐθέλειν πείθεσθαι τούτοις καὶ τοῖς ἡγεμόσι
E τοῖς τοῦ Διονύσου, τοῖς ὑπὲρ ἑξήκοντα ἔτη γεγονόσιν, ἴσην καὶ μείζω τὴν αἰσχύνην φέρειν ἢ τὸν τοῖς τοῦ Ἄρεος ἀπειθοῦντα ἄρχουσιν.

ΚΛ. Ὀρθῶς.

ΑΘ. Οὐκοῦν εἴ γε εἴη τοιαύτη μὲν μέθη, τοιαύτη δὲ παιδιά, μῶν οὐκ ὠφεληθέντες ἂν οἱ τοιοῦτοι συμπόται καὶ μᾶλλον φίλοι ἢ πρότερον ἀπαλλάττοιντο ἀλλήλων, ἀλλ' οὐχ ὥσπερ τὰ νῦν ἐχθροί,
672 κατὰ νόμους δὲ πᾶσαν τὴν συνουσίαν ξυγγενόμενοι καὶ ἀκολουθήσαντες, ὁπότε ἀφηγοῖντο οἱ νήφοντες τοῖς μὴ νήφουσιν;

E. τοῦ Ἄρεος] Sic A. corr. Ω. sec. h. r. pro vulg. Ἄρεως. conf. infra VIII. p. 833. E. XI. p. 920. E. Cratyl. p 406. D. Reip. I. p. 228. A. III. p. 390. C. ubi eadem est lectionis varietas. Ἄρεως tamen non temere reiiciendum esse docuerunt Elmsleius ad Oed. Colon. p. 947. Monk. ad Eurip. Alcest. v. 514. conf. Herodian. ap. Eustath. Iliad. II. v. 31. Vol. II. p. 7, 19. Suspectum apud probae Graecitatis auctores Ἄρεως genitivum habuit Buttmannus Gr. Gr. Ampl. §. 58. p. 221. ed. 2. annot.

P. 672. κατὰ νόμους τε πᾶσαν] Dedimus δέ, non τε. v. ann. exeg.

enim sic positum propter verborum oppositionem.

E. αἰσχύνην φέρειν] H. e. turpitudinem auferre, v. supra ad Legg. II. p. 657. E.

καὶ μᾶλλον] magis adeo. Male vulgo καὶ sequenti ἢ vel δὲ respondere putant.

P. 672. κατὰ νόμους δὲ πᾶσαν τ.] Non recte Astius indicavit pro δέ, quod est in codd. omnibus, reponendum esse τε, ita ut haec, sublato post ἐχθροὶ interrogandi signo, cum superioribus coniungantur. Etenim tollendum quidem interrogandi signum fuit, sed δὲ nullo modo sollicitandum. Quippe post καὶ οὐχ ὥσπερ τὰ νῦν ἐχθροί infertur denuo contrarium, κατὰ νόμους δὲ — ἀκολουθήσαντες, quibus verbis iteratur quodammodo praegressum illud οἱ τοιοῦτοι συμπόται. Similia attulimus ad Libr. X. p. 889. E: θεοὺς — εἶναι φασὶν οὗτοι τέχνῃ, οὐ φύσει, ἀλλά τισι νόμοις. et ad Gorg. p. 452. E. 454. B. Conferas etiam Legg. VII. p. 822. A. Prot. p. 344. D. Dein ὁπότε, ἀφηγοῖντο libri optimi cum edit. Stephani. Alii ἀφίκοιντο, quod idoneo sensu destituitur. Sententia est: quotiescunque s. quandocunque ducerent (regerent et moderarentur) sobrii non sobrios. Quocirca non opus est, ut ὅπῃ ποιὲ corrigatur.

εἴ γε δὴ εἴη τοιαύτη] Hanc lectionem, quam olim de coniectura putaveramus revocandam esse, Bekkerus ex Par. A. pr. enotavit, ut de eius veritate nunc nihil dubitandum

ΚΛ. Ὀρθῶς, εἴ γε δὴ εἴη τοιαύτη, οἵαν νῦν λέγεις.

Cap. XIII. *ΑΘ.* Μὴ τοίνυν ἐκεῖνό γ' ἔτι τῆς τοῦ Διονύσου δωρεᾶς ψέγωμεν ἁπλῶς, ὡς ἔςι κακὴ καὶ εἰς πόλιν οὐκ ἀξία παραδέχεσθαι. καὶ γὰρ ἔτι πλείω τις ἂν ἐπεξέλθοι λέγων, ἐπεὶ καὶ τὸ μέγιςον ἀγαθόν, ὃ δωρεῖται, λέγειν μὲν ὄκνος εἰς τοὺς πολλοὺς διὰ τὸ κακῶς τοὺς ἀνθρώπους αὐτὸ ὑπολαβεῖν καὶ γνῶναι λεχθέν. B

ΚΛ. Τὸ ποῖον δή;

ΑΘ. Λόγος τις ἅμα καὶ φήμη ὑποῤῥεῖ πως, ὡς ὁ θεὸς οὗτος ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς Ἥρας διεφορήθη τῆς ψυχῆς τὴν γνώμην, διὸ τάς τε βακχείας καὶ πᾶ-

ὁπότε ἀφηγοῖντο] ἀφίκοιντο Ξ. B. v. f. h. r. a. c. δ. ο. cum Ald. Bas. 1. 2. Astius coni. ὑφηγοῖντο. Idem mavult ὅπῃ ποτὲ pro ὁπότε.

εἴ γε δὴ εἴη τοιαύτη] Sic pr. A. teste Bekkero. Vulgo: εἴη ἐπὶ τοιαύτη. Ven. Ξ. c. εἴη ἐπὶ τῇ τοιαύτῃ. Turr. Schneider. Herm.: εἴ γε δὴ εἴη ἔτι τοιαύτη.

B. ὑπὸ τῆς μητρυιᾶς Ἥρας] μητρυᾶς A. Ξ. Dein Ἥρας Steph. omisit, errore, ut videtur. nam codd. cum vett. editt. item Athen. X. 55. illud tuentur.

sit. Quippe nec quod vulgo legitur: εἴη ἐπὶ τοιαύτη, nec quod Astius dedit εἴη ἔτι τοιαύτη, universi loci sententiae satis convenit. Error unde ortus sit, docet scriptura Vat. Ω. pr., in quo εἴη omisso ἐπὶ τοιαύτη scriptum extat. Itaque εἴη olim in ἐπὶ depravatum fuit, unde factum est, ut deinde utraque scriptura ingenti sane errore in unum confunderetur.

Cap. XIII. B. καὶ γνῶναι λεχθέν] maleque intelligunt, etiamsi oratione demonstretur. Fuit qui καὶ μὴ γνῶναι mallet. Sed κακῶς etiam ad γνῶναι trahendum.

Λόγος τις ἅμα καὶ φήμη —] Fabula quaedam atque fama veluti clam manat, i. e. divulgata est, nescio quo modo etr. Bacchum a Iunone noverca furore repletum esse, multi memoriae prodiderunt. v. Apollodor. III. 5. ibique Heynius. Ad ὑποῤῥεῖ comparamus illud Sophoclis Oed. Col. v. 252. τί δῆτα δόξης ἢ τὸ κληδόνος καλῆς μάτην ῥεούσης ὠφέλημα γίγνεται; h. e. si frustra disseminata sit. Pessime enim interpretantur: si vana effluat. Post μητρυιᾶς quod vulgo desiderabatur Ἥρας, id redhibuerunt codd. praestantissimi cum Athenaeo, qui hunc locum memorat libr. X. p. 440. D. — διεφορήθη, spoliatus et pessumdatus est.

διὸ τάς τε β. — δεδώρηται.] Recte vulgo ἐμβάλλει. Nam infinitivus, quem tuentur codd., si verus esset, accusati-

σαν τὴν μανικὴν ἐμβάλλει χορείαν τιμωρούμενος· ὅθεν καὶ τὸν οἶνον ἐπὶ τοῦτ' αὐτὸ δεδώρηται. ἐγὼ δὲ τὰ μὲν τοιαῦτα τοῖς ἀσφαλὲς ἡγουμένοις εἶναι λέγειν περὶ θεῶν ἀφίημι λέγειν· τὸ δὲ τοσόνδε οἶδα,
C ὅτι πᾶν ζῶον, ὅσον αὐτῷ προσήκει νοῦν ἔχειν τελεωθέντι, τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον οὐδὲν ἔχον ποτὲ

ἐμβάλλει χορείαν] ἐμβάλλειν A. B. Ω. Bastio teste, et Ξ. f. h. r. a. c. δ. o. x. cum Ald. Bas. 1. 2.

C. τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον] Par. A. Ω. v. h. r. τοῦτον καὶ τοσ. quod dedit Hermann et Schn.

vus τιμωρούμενον requireretur, quem codd. omnes ignorant. Praeterea vero etiam proximum δεδώρηται indicativum verum esse clarissime ostendit. Nimirum loquitur Atheniensis ex mente et sententia eorum, qui fabulae illi fidem habent. C. Fr. Hermannus nuper de suo dedit: τιμωρούμενος δῆθεν, καὶ τὸν οἶνον κ. τ. λ. Quo non opus.

C. ὅσον αὐτῷ προσήκει —] Iungendum: ὅτι ζῶον οὐδὲν φύεταί ποτε ἔχων νοῦν τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον, ὅσον ἔχειν αὐτῷ προσήκει τελεωθέντι. Ex quo perspicuum esse debet, istud πᾶν ante ζῶον otiosum esse. Nec tamen illud eiiciendum arbitramur. Habet enim idoneam explicationem ex anacolutho. Quippe dicturus erat scriptor, nisi fallor, hoc: ὅτι πᾶν ζῶον, ὅσον αὐτῷ προσήκει νοῦν ἔχειν, τοσοῦτον τελεωθὲν ποτε κέκτηται. Sed id deinde mutato sermonis tenore enuntiavit aliter.

καὶ ὅταν ἀκταινώσῃ ἑαυτὸ τάχιστα] Sic codd. praestantissimi, quos in annotatione critica enumeravimus, pro eo quod vulgo circumferebatur ἀποκτείνῃ τις αὐτὸ, quo nihil insulsius fingi potest. Phrynichus in Bekkeri Anecd. I. p. 23: Ἀκταινῶσαι· σημαίνει μὲν τὸ ὑψῶσαι καὶ ἐπᾶραι καὶ μετεωρίσαι· εἴρηται δὲ ἀπὸ τῆς ἀκτῆς, τοῦ φυτοῦ, ἀφ' οὗ τὰ ἀκόντια τέμνεται. Καὶ ἐπεὶ τὰ ἀκόντια εἰς ὕψος αἴρεται ἀφιέμενα, διὰ τοῦτο καὶ ἐπὶ παντὸς ὑψουμένου καὶ πηδῶντος μεθ' ὁρμῆς τίθεται τὸ ἀκταινῶσαι. Αἰσχύλος „Οὐκέτ' ἀκταίνω" φησί, βαρυτόνως, οἷον, οὐκέτι ὀρθοῦν δύναμαι ἐμαυτήν. Πλάτων δὲ ἐν τῷ Φαίδωνι ὡς ἀπὸ περισπωμένου. ubi ne dubites quin error aliquis lateat. Nam si ab hoc uno loco discesseris, Plato non usus est usquam verbo ἀκταίνειν vel ἀκταινῶσαι. Quocirca Phrynichus aut memoriae vitio Phaedonem pro Legibus memoravit aut scripsisse putandus est Φάωνι, ita ut Platonis Comici fabulam cognominem intellexerit. Posterius placet Meineckio Cur. Crit. p. 40. et Burgessio in Diario: Classical Iourn. XXIX. p. 380. prius nobis verisimile est. Neque enim facile hic locus Legum videtur a grammaticis sine notatione aliqua transmitti potuisse, quum rarior utique sit huius verbi usus, de quo multa et praeclara disputat Ruhnkenius ad Tim. p. 17 sqq. Sed utut est, locum Platonis quidem reperta vera lectione planum ac perspicuum esse censemus, ut non assentiamur Ruhnkenio, qui etiam post restitutum ἀκταινώσῃ eum adeo obscurum esse dicit, ut

φύεται. ἐν τούτῳ δὴ τῷ χρόνῳ, ἐν ᾧ μήπω κέκτηται τὴν οἰκείαν φρόνησιν, πᾶν μαίνεταί τε καὶ βοᾷ ἀτάκτως, καὶ ὅταν ἀκταινώσῃ ἑαυτὸ τάχιϛα, ἀτάκτως αὖ πηδᾷ. ἀναμνησθῶμεν δέ, ὅτι μουσικῆς τε καὶ γυμναϛικῆς ἔφαμεν ἀρχὰς ταύτας εἶναι.

ΚΛ. Μεμνήμεθα· τί δ' οὔ;

ὅταν ἀκταινώσῃ ἑαυτὸ τ.] Sic A. B. Ω. Ξ. v. f. h. r. a. c. δ. o. x. et mss. Stob. Serm. L. p. 358. Pessime vulgo *ὅταν ἀποκτείνῃ τις αὐτό.*

graviore ulcere laborare existimari debeat. Nam hoc dicit Atheniensis: hoc igitur tempore, quo nondum possidet prudentiam ipsi propriam, unumquodque animal furit et emittit clamores, sine ordine et numero, ac deinde quum primum se erexerit, item sine ordine salit ac tripudiat. Clarum ac perspicuum locum esse diximus; quamquam iure aliquis exspectaverit isti: *ὅταν ἀκταινώσῃ ἑαυτό*, in antegressis aliquid esse oppositum, unde huius commatis vis et significatio clarius cognosceretur. Etenim sententia utique plenius potuit sic enuntiari: quamdiu nondum potest se erigere, tantummodo confusos emittit clamores, ac deinde, ubi primum se erexerit, ac pedibus incedere didicerit, item simili modo salit. Itaque facile suspiceris fraudem aliquam in *πᾶν* delituisse, quod quidem per se suspectum videri poterit, utpote tam brevi intervallo repetitum. Verumtamen nulla opus mutatione esse plane nobis persuasimus. Nam ipse verborum ordo efficit, ut locus sic intelligi debeat: unumquodque animal, quo tempore nondum nactum est propriam ipsi prudentiam, insanit, et primum, h. e. quamdiu vires eius adhuc sunt imbecilliores, *inconditos* sonos et clamores edit, deinde vero etiam, aucto corporis robore, inconcinne saltat ac tripudiat. De sententia conferas p. 653 D. E.: *τὸ νέον ἅπαν — τοῖς τε σώμασι καὶ ταῖς φωναῖς ἡσυχίαν ἄγειν οὐ δύναται, κινεῖσθαι δὲ ἀεὶ ζητεῖ καὶ φθέγγεσθαι, τὰ μὲν ἁλλόμενα καὶ σκιρτῶντα, οἷον ὀρχούμενα, μεθ' ἡδονῆς καὶ προσπαίζοντα, τὰ δὲ φθεγγόμενα πάσας φωνάς.* et p. 664. E: *ἡ φύσις ἁπάντων τῶν νέων διάπυρος οὖσα ἡσυχίαν οὐχ οἵα τ' ἄγειν οὔτε κατὰ τὸ σῶμα οὔτε κατὰ τὴν φωνήν, φθέγγεται δ' ἀεὶ ἀτάκτως καὶ πηδᾷ.* Unde ne quis pro *πᾶν ζῶον* aliud quid legendum coniiciat, conf. infra p. 673. D. Cap. XIV. in. Hac igitur ratione omnia putamus clara esse atque perspicua. Nam istud *μαίνεται* nemini, opinor, scrupulum iniiciet, qui illud ob antegressa positum esse animadverterit. Quamquam cavendum est, ne iungamus: *μαίνεταί τε καὶ βοᾷ*, quibus verbis deinde opponatur *πηδᾷ*. Imo *μαίνεταί τε* per se seorsum accipiendum est, ita ut utrique membro, quod subiungitur, *καὶ βοᾷ ἀτάκτως*, et *καὶ ἀτάκτως αὖ πηδᾷ*, praemissum esse existimari debeat, atque orationem efficiat trimembrem.

ΑΘ. Οὐκοῦν καὶ ὅτι τὴν ῥυθμοῦ τε καὶ ἁρ-
D μονίας αἴσθησιν τοῖς ἀνθρώποις ἡμῖν ἐνδεδωκέναι τὴν ἀρχὴν ταύτην ἔφαμεν, Ἀπόλλωνα δὲ καὶ Μούσας καὶ Διόνυσον θεῶν αἰτίους γεγονέναι;

ΚΛ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΑΘ. Καὶ δὴ καὶ τὸν οἶνόν γε, ὡς ἔοικεν, ὁ τῶν ἄλλων λόγος, ἵνα μανῶμεν, φησὶν ἐπὶ τιμωρίᾳ τῇ τῶν ἀνθρώπων δεδόσθαι· ὁ δὲ νῦν λεγόμενος ὑφ' ἡμῶν φάρμακον ἐπὶ τοὐναντίον φησὶν αἰδοῦς μὲν ψυχῆς κτήσεως ἕνεκα δεδόσθαι, σώματος δὲ ὑγιείας τε καὶ ἰσχύος.

D. θεῶν αἰτίους γεγονέναι] Pro θεῶν Stephanus dedit τούτων.

Quo animadverso facilius etiam ac lubentius amplecteris nostram verborum explicationem. Iam vero si vera est ea, quam tueri conati sumus, loci interpretatio, vanas esse ac supervaneas omnes coniecturas, quibus critici eum tentarunt, sponte intelligitur. Nihilominus iuvabit paucis exposuisse, quidnam sit, quod illi moliti sint. Nam si nihil aliud, certe hoc inde discetur, quod multi hodie iusto magis negligunt, in locis dubiis et controversis nihil consultius esse, quam ante omnia quid in codd. mss. legatur, exquirere, et num qua inde commoda sententia possit elici, quam accuratissime quaerere. Quod ubi neglectum fuerit, vel acutissimae coniecturae vanae erunt atque inanes. Accipe igitur nunc varias virorum doctorum de hoc loco sententias et opiniones. Itaque Astius repudiata codicum scriptura ἀκταίνῃ legendum esse arbitratur. In quo sequutus videtur Scholiastae auctoritatem, qui adnotat haec: ἀκταίνειν· γαυριᾶν, ἀτάκτως πηδᾶν, ἢ μετεωρίζειν, ἢ ὁρμᾶν, ἢ ἐξάττειν, ἀπὸ τοῦ ἐξάττειν καὶ ἰσχύειν. Sed haec auctoritas Scholiastae elevatur eo, quod ipse subiungit haec: ἀπὸ τούτου οὖν τὸ ἀκταινώσῃ. unde manifestum est, ipsum quoque in libris suis reperisse ἀκταινώσῃ. Nec commoda aut recta sententia est, quam vir doctus ἀκταίνῃ recepto verbis inesse statuit: simulac lascivit sive exultat, immoderate etiam salit. Aliam viam ingressus est Schneiderus Saxo in Lexic. Gr. T. II. p. 688. ed. 2. et Vol. I. p. 153. ed. 3., qui verbum ἀπακταινῶσαι temere a Grammaticis confictum putat ideoque legendum censet: ἀπακταίνῃ vel ἀπακτάνῃ, quod quidem vult sensu activo esse: vehementi motu defatigare, durch heftige Bewegung ermüden. At primum quidem ἀπακταίνειν nusquam active significat, sed ubique pro verbo neutro usurpatur. Deinde ἀπακταινῶσαι cur temere confictum a Grammaticis dicatur, nulla caussa est. Denique, id quod sane gravissimum est, suscepta illa coniectura Schneideri, perquam absurda oritur sententia. Quis enim recta putaverit haec: omne animal, ubi se defatigaverit motu

ΚΛ. Κάλλιστα, ὦ ξένε, τὸν λόγον ἀπεμνημόνευκας.

ΑΘ. Καὶ τὰ μὲν δὴ τῆς χορείας ἡμίσεα διαπεπεράνθω· τὰ δ' ἡμίσεα, ὅπως ἂν ἔτι δοκῇ περανοῦμεν ἢ καὶ ἐάσομεν. E

ΚΛ. Ποῖα δὴ λέγεις, καὶ πῶς ἑκάτερα διαιρῶν;

ΑΘ. Ὅλη μέν που χορεία ὅλη παίδευσις ἦν ἡμῖν, τούτου δ' αὖ τὸ μὲν ῥυθμοί τε καὶ ἁρμονίαι, τὸ κατὰ τὴν φωνήν.

ΚΛ. Ναί.

τιμωρίᾳ τῇ τῶν ἀνθρ.] *τῇ* additum ex A. Ω. v. f. h. r. a. c. δ. ο. x.

vehementiori, exultat? Enimvero apertum est, criticum non pervidisse, quorsum istud *ἀτάκτως* pertineat, quo in fraudem inductus monstrum istud suum emendationis in lucem proiecit. Superest, ut memoranda sit coniectura Winckelmanni in Praefat. ad Philebi edit. Turic. min. p. XIV. proposita. Is enim locum sic corrigi iubet: *ὅταν ἀποκναίσῃ ἑαυτὸ τάχιστα*, quod ipse interpretatur hunc in modum: simulac se ipsum consumserit viresque attriverit, *tamen* rursus exsurgit et de integro furit. Quod patet ab universi loci ratione prorsus abhorrere. Quid enim? istane faciunt animalia, ubi se attriverunt? Et quid id ad rem? Nec vero melius est, quod vir doctus postea in Zimmermanni Diario Antiquitatis Studiis destinato a. 1842. m. Mart p. 295. legendum proposuit: *ὅταν ἀποκναίσῃ ἑαυτό, τάχιστ' αὖ ἀκταίνει.* Verum satis haec de coniecturis, quae quum satis infelices videantur, tum longiore censura ne dignae quidem existimandae sunt.

Οὐκοῦν καὶ ὅτι τὴν ῥ.] Post *Οὐκοῦν καὶ* ex antegressis repetendum est *μεμνήμεθα*. Mox pro *θεῶν* Stephanus dedit *τούτων*, quod libri mss. ignorant. Nec vero *θεῶν* sollicitandum, qui est genitivus partitivus: Apollinem vero et Musas et Bacchum inter deos, s. ex diis, nobis eius rei auctores extitisse. Respicitur ad p. 653. E. et 664. E. Quod *θεῶν* sine articulo positum est pro *τῶν θεῶν*, de eo v. Schaeferi Melett. Critt. p. 4. — *ὡς ἔοικεν*, ut coniicere licet. — Tum verba licentius transposita sic ordinanda sunt: *τὸν οἶνον — ὁ τῶν ἄλλων λόγος φησὶ δεδόσθαι, ἵνα μανῶμεν, ἐπὶ τιμωρίᾳ τῇ τῶν ἀνθρώπων.* Itaque *ἐπὶ τιμωρίᾳ τῇ τῶν ἀνθρώπων* verbis *ἵνα μανῶμεν* epexegesis gratia subiunctum est. Similis ratio est in proximis, ubi post *ἐπὶ τοὐναντίον* explicationis caussa additur: *αἰδοῦς μὲν ψυχῆς κτήσεως ἕνεκα κ. τ. λ.* infertur, h. e. ut animi pudorem atque corporis sanitatem et robur nobis comparemus.

E. *ὅπως ἂν ἔτι δοκῇ,*] quocunque modo adhuc videbitur. Significat, nisi fallor, breviter sese de hoc loco

ΑΘ. Τὸ δέ γε κατὰ τὴν τοῦ σώματος κίνησιν ῥυθμὸν μὲν κοινὸν τῇ τῆς φωνῆς εἶχε κινήσει, σχῆμα δὲ ἴδιον. ἐκεῖ δὲ μέλος ἡ τῆς φωνῆς κίνησις.

673 *ΚΛ.* Ἀληθέστατα.

ΑΘ. Τὰ μὲν τοίνυν τῆν φωνῆς μέχρι τῆς ψυχῆς πρὸς ἀρετῆς παιδείαν, οὐκ οἶδ' ὅντινα τρόπον, ὠνομάσαμεν μουσικήν.

ΚΛ. Ὀρθῶς μὲν οὖν.

ΑΘ. Τὰ δέ γε τοῦ σώματος, ἃ παιζόντων ὄρχησιν εἴπομεν, ἐὰν μέχρι τῆς τοῦ σώματος ἀρετῆς ἡ τοιαύτη κίνησις γίγνηται, τὴν ἔντεχνον ἀγωγὴν ἐπὶ τὸ τοιοῦτον αὐτοῦ γυμναστικὴν προσείπωμεν.

ΚΛ. Ὀρθότατα.

B *ΑΘ.* Τὸ δὲ τῆς μουσικῆς, ὃ νῦν δὴ σχεδὸν ἥμισυ διεληλυθέναι τῆς χορείας εἴπομεν καὶ διαπεπεράνθαι, καὶ νῦν οὕτως εἰρήσθω· τὸ δ' ἥμισυ λέγωμεν. ἢ πῶς καὶ πῇ ποιητέον;

P. 673. γυμναστικὴν προσείπωμεν] προσείπομεν Ξ. r. quod dedit Schneider. de Bekkeri sententia.

esse disputaturum. Nam res sanequam absolvitur paucissimis. v. p. 673. C. οὐδὲ γὰρ πάνυ χαλεπόν ἐστι κ. τ. λ. Mox τούτου δ' αὖ dictum pro ταύτης δ' αὖ. v. ad Legg. I. 638. C. 645. D. 646. D. II. 653. A. Ceterum hic quoque respicitur ad p. 653. C. D.

Τὸ δέ γε — κίνησιν] **Rhythmus**, inquit, **saltationi et cantui communis est; uterque enim numerosus esse debet; sed gestus habitusque proprius est saltationi, sicuti τὸ μέλος in unum vocis cantum convenit. — τὰ μὲν τοίνυν τῆς φωνῆς — vocis rationes usque ad animum penetrantes, et ad virtutis disciplinam pertinentes, appellavimus musicam.**

P. 673. γυμναστικὴν προσείπωμεν.] Recte sese habet coniunctivus. Nondum enim res antea explicata est, definiturque nunc primum, quamnam gymnasticam intelligi velint. Licentius enim hoc nomine iam utuntur. **Bekkerus** tamen et **Astius**, et **Turicenses** ex paucissimis codd. iisque deterioribus dederunt προσείπομεν.

B. τὸ δὲ ἥμισυ] **alterum** χορείας **dimidium**, h. e. saltationem.

Ὦ ἄριστε — ἐρώτησιν;] **quid tandem putas alterutrum (Cretem aut Lacedaemonium) tibi responsurum esse, si in disserendo de musica exposuerimus, artem gymnasticam** (quae quidem ad χορείαν **pertinet**, non enim de universa gymnastica agitur) **praetermiserimus?** De πότερος, **alteruter**, Einer

ΚΛ. Ὦ ἄριστε, Κρησὶ καὶ Λακεδαιμονίοις διαλεγόμενος, μουσικῆς πέρι διελθόντων ἡμῶν, ἐλλειπόντων δὲ γυμναστικῆς, τί ποτε οἴει σοι πότερον ἡμῶν ἀποκρινεῖσθαι πρὸς ταύτην τὴν ἐρώτησιν;

ΑΘ. Ἀποκεκρίσθαι ἔγωγ' ἄν σε φαίην σχεδὸν ταῦτ' ἐρόμενον σαφῶς, καὶ μανθάνω, ὡς ἐρώτησις C οὖσα αὕτη τὰ νῦν ἀπόκρισίς τ' ἐστίν, ὡς εἶπον, καὶ ἔτι πρόσταξις διαπεράνασθαι τὰ περὶ γυμναστικῆς.

ΚΛ. Ἄριστ' ὑπέλαβές τε καὶ οὕτω δὴ ποίει.

ΑΘ. Ποιητέον· οὐδὲ γὰρ πάνυ χαλεπόν ἐστιν εἰπεῖν ὑμῖν γε ἀμφοτέροις γνώριμα. πολὺ γὰρ ἐν ταύτῃ τῇ τέχνῃ πλέον ἐμπειρίας ἢ ἐν ἐκείνῃ μετέχετε.

ΚΛ. Σχεδὸν ἀληθῆ λέγεις.

Cap. XIV. ΑΘ. Οὐκοῦν αὖ ταύτης ἀρχὴ μὲν τῆς παιδιᾶς τὸ κατὰ φύσιν πηδᾶν εἰθίσθαι πᾶν D ζῶον, τὸ δὲ ἀνθρώπινον, ὡς ἔφαμεν, αἴσθησιν λαβὸν τοῦ ῥυθμοῦ ἐγέννησέ τε ὄρχησιν καὶ ἔτεκε· τοῦ

B. ὃ νῦν δὴ σχεδὸν] δὴ vulgo omissum redhibuerunt A. B. Ω. v. f. r. δ. o. x.

oder der Andere, v. ad Phileb. p. 20. B. et 60. C. Ceterum notabis anacoluthiam. Nam διαλεγόμενος, quia sequitur: τί ποτε οἴει σοι ἀποκρινεῖσθαι, nihil habet unde pendeat. Debebat enim esse διαλεγομένῳ. Sed simillima ratio est Legg. III. p. 686. D: ἀποβλέψας — ἔδοξέ μοι. VII. p. 811. C. 817. D. Apol. Socr. 21. C. al.

Cap. XIV. D. τὸ δ' ἀνθρώπινον —] αὕτη ἡ παιδιά est saltatio, quam vult originem habere ex nativo illo saliendi impetu cuique animanti proprio et communi, atque ex rhythmi sensu, quo homines praeter cetera animalia ornati sint. Utrumque vero consociatum ait originem dedisse choreae, quippe quae nascatur, ubi cantus rhythmum nos tanquam commonefaciat eiusque sensum in nobis excitet atque provocet. Aliter locum intellexit Astius, qui τὸ δὲ μέλος — τοῦ ῥυθμοῦ correxit. His vero breviter indicatis orator statim missam facit rei copiosiorem disceptationem, ideoque addit haec: Καὶ τὸ μὲν — διελθεῖν. Ubi tamen quod promittitur, id neutiquam deinceps perficitur; nam inde a libro tertio sermo ad alia omnia deflectit, neque prius ad rem propositam revertitur, quam libro septimo, c. 17. et 18. ubi leges de gymnastica et saltatione promulgandae indicantur. Itaque facile quis existimet hic quaedam intercidisse aut perturbata esse. Sed cave iudicium isto modo praecipites. Videtur enim philosophus formula πειρασόμεθα ἐφεξῆς διελθεῖν uti, ut praesenti sermoni finem imponat, utpote ad alia transiturus, sicuti alibi

δὲ μέλους ὑπομιμνήσκοντος καὶ ἐγείροντος τὸν ῥυθμόν, κοινωθέντ' ἀλλήλοις χορείαν καὶ παιδιὰν ἐτεκέτην.

ΚΛ. Ἀληθέςατα.

ΑΘ. Καὶ τὸ μέν, φαμέν, ἤδη διεληλύθαμεν αὐτοῦ, τό δὲ πειρασόμεθα ἐφεξῆς διελθεῖν.

ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΑΘ. Ἐπὶ τοίνυν τῇ τῆς μέθης χρεία τὸν κολο-
E φῶνα πρῶτον ἐπιθῶμεν, εἰ καὶ σφῷν ξυνδοκεῖ.

ΚΛ. Ποῖον δὴ καὶ τίνα λέγεις;

ΑΘ. Εἰ μέν τις πόλις ὡς οὔσης σπουδῆς τῷ ἐπιτηδεύματι τῷ νῦν εἰρημένῳ χρήσεται μετὰ νόμων καὶ τάξεως, ὡς τοῦ σωφρονεῖν ἕνεκα μελέτης χρωμένη, καὶ τῶν ἄλλων ἡδονῶν μὴ ἀφέξεται ὡςαύτως και κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον, τοῦ κρατεῖν αὐτῶν ἕνεκα

D. κοινωθέντ' ἀλλήλοις] V. κοινωθέντε, neglecta elisione, quam A. Ω. alii tuentur.

τῇ τῆς μέθης χρείᾳ] Pessime vulgo χορείᾳ, quod mutatum ex A. B. Ω. f. r. a. o. x. Veram lectionem Steph. in marg. notatam habet.

P. 674. τῷ τῶν Καρχηδονίων λόγῳ] Addidi τῶν ex A. B. Ω. v. f. h. r. a. δ. o. Dein Galen. V. I. p. 350. ed. Bas. στρατόπεδα, omisso τούτου. Pro πόματος sponte cum Bekkero scripsimus πώματος. v. ad Phileb. p. 34. E.

ponitur μετὰ ταῦτα et εἰςαῦθις, veluti Menon. p. 99. E. Euthyphr. p. 14. E. Crat. p. 440 E. Protagor. p. 361. E. al.

Ἐπὶ τοίνυν τῇ τῆς μέθης χρείᾳ —] Proverbialem loquutionem τὸν κολοφῶνα ἐπιτιθέναι, post Strabonem XIV. p. 952. = T. V. p. 548. ed. Tzschuck. multi illustrarunt. v. Erasmi Adagg Chil. II. Cent. III. p. 362 sq. Upton. ad Arrian. Diss. Epictet. p. 134 sqq. Wyttenbach. ad Plutarch. De S. N. V. p. 22. et ad Select. Historic. Princip. p. 441. Ruhnken. ap. Heusdium Specim. Crit. p. 33. Hermann. ad Lucian. De Hist. Conscr. p. 165. conf. ann. ad Euthydem. p. 301. E. et Theaet. p. 153. C.

E. Εἰ μέν τις πόλις ὡς οὔσης —] Si qua civitas hoc instituto (compotationis) serio utetur lege et ordine simul observato, h. e. non temere ac licenter, exercendae temperantiae caussa illud adhibens, et si alias quoque voluptates concedet similiter atque eadem ratione, hoc est id agens, ut illae superentur, isto quidem modo his omnibus (h. e. et compotatione et ceteris voluptatibus) utendum est. Vult igitur voluptatis fructum esse temperantiae exercitationem ac disciplinam verecundiae. Pro με-

μηχανωμένη, τοῦτον μὲν τὸν τρόπον ἅπασι τούτοις χρηςέον· εἰ δ' ὡς παιδιᾷ τε, καὶ ἐξέςαι τῷ βουλομένῳ, καὶ ὅταν βούληται, καὶ μεθ' ὧν ἂν βούληται, πίνειν μετ' ἐπιτηδευμάτων ὡντινωνοῦν ἄλλων, 674 οὐκ ἂν τιθείμην ταύτην τὴν ψῆφον, ὡς δεῖ ποτὲ μέθῃ χρῆσθαι ταύτην τὴν πόλιν ἢ τοῦτον τὸν ἄνδρα, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον τῆς Κρητῶν καὶ Λακεδαιμονίων χρείας προςθείμην ἂν τῷ τῶν Καρχηδονίων νόμῳ, μηδέποτε μηδένα ἐπὶ ςρατοπέδου γεύεσθαι τούτου τοῦ πώματος, ἀλλ' ὑδροποσίαις ξυγγίγνεσθαι τοῦτον τὸν χρόνον ἅπαντα, καὶ κατὰ πόλιν μήτε δοῦλον μήτε δούλην γεύεσθαι μηδέποτε, μηδὲ ἄρχοντας τοῦτον τὸν ἐνιαυτόν, ὃν ἂν ἄρχωσι, μηδ' B αὖ κυβερνήτας μηδὲ δικαστὰς ἐνεργοὺς ὄντας οἴνου γεύεσθαι τὸ παράπαν, μηδὲ ὅςτις βουλευσόμενος εἰς

ὑδροποσίαις ξυγγίγνεσθαι] Sic A. Ω. v. f. b. r. s. c. δ. o. x. Euseb. XII. p. 598. = Vol. III. p. 183. ed. Gaisf. Vett. editt. ὑδροποσίᾳ.

μήτε δοῦλον μήτε δούλην] μ. δούλην μήτε δοῦλον A. et x. et quattuor optimi libri Eusebii, quem ordinem habes etiam VI. 18. XI. 14. Ita scripserunt Herm. et Schn.

B. μηδὲ ὅςτις βουλευσόμενος] Sic Euseb. Stob. Floril. Vol. II. p. 202. ed. Gaisf. Lips. Galen. pro vulg. οὐδ' ὅςτις. Galen. βουλευόμενος. Mox Stob. πάνυ πολλά. Euseb. ὡς pro ἐν οἷς. Galen. τοῖς γε νοῦν.

λέτης χρωμένη Eusebius Praep. Ev. XII. p. 598. C. scriptum exhibet μελέτῃ χρωμένη. Quod verum putamus. Nam verba iungenda sunt hunc in modum: τούτῳ τῷ ἐπιτηδεύματι (ὡς) μελέτῃ χρωμένη τοῦ σωφρονεῖν ἕνεκα.

εἰ δ' ὡς παιδιᾷ τε,] Int. χρήσεται.

P. 674. προςθείμην ἂν] Repete τὴν ψῆφον. Praeterea μᾶλλον τῆς — χρείας notabis idem esse quod μᾶλλον ἢ τῇ χρείᾳ, de quo usu loquendi v. intpp. ad Thucyd. I. 85. Xenoph. Cyrop. VIII. 7, 12. Matthiae Gr. §. 453. ann. 2.

καὶ κατὰ πόλιν μήτε δοῦλον —] Opponitur κατὰ πόλιν antegresso ἐπὶ στρατοπέδου. Servis igitur, magistratibus, iudicibus, aliis, vini usu omnino vult interdictum esse, nisi ille ad exercendam temperantiae virtutem valeat. Laudant haec Galenus T. I. p. 350. ed. Bas. et Stobaeus. Sermon. XLII. p. 295. De ἐπὶ στρατοπέδου, omisso articulo, conf. Xenoph. Anab. VI. 564. Arrian. Anab. V. 10, 4. et II. 3. 4.

B. ἐνεργοὺς ὄντας] Faehsius legendum censebat: ἐνάρχους. Non male. Quamquam ἐνεργούς, quod significat τοὺς ἐν τῷ ἔργῳ ὄντας eos, qui negotio et munere suo occupati sunt, non temere reiiciendum videtur.

βουλὴν ἀξίαν τινὰ λόγου συνέρχεται, μηδέ γε μεθ' ἡμέραν μηδένα τὸ παράπαν, εἰ μὴ σωμασκίας ἢ νόσων ἕνεκα, μηδ' αὖ νύκτωρ, ὅταν ἐπινοῇ τις παῖδας ποιεῖσθαι ἀνὴρ ἢ καὶ γυνή. καὶ ἄλλα δὲ πάμπολλα ἄν τις λέγοι, ἐν οἷς τοῖς νοῦν τε καὶ νόμον
C ἔχουσιν ὀρθὸν οὐ ποτέος οἶνος, ὥςτε κατὰ τὸν λόγον τοῦτον οὐδ' ἀμπέλων ἂν πολλῶν δέοι οὐδ' ἡτινι πόλει, τακτὰ δὲ τά τ' ἄλλ' ἂν εἴη γεωργήματα καὶ πᾶσα ἡ δίαιτα, καὶ δὴ τά γε περὶ οἶνον σχεδὸν ἁπάντων ἐμμετρότατα καὶ ὀλίγιστα γίγνοιτ' ἄν. Οὗτος, ὦ ξένοι, ἡμῖν, εἰ ξυνδοκεῖ, κολοφὼν ἐπὶ τῷ περὶ οἴνου λόγῳ ῥηθέντι εἰρήσθω.

ΚΛ Καλῶς, καὶ ξυνδοκεῖ.

C. οὐδ' ἀμπέλων] Euseb. ἀμπελώνων, probante Boeckhio et Astio. Idem dein: τακτὰ δὲ τἄλλ' ἂν εἴη.
ἐμμετρότατα καὶ ὀλ.] ἐμμετριώτατα A. f. x. et supra versum Ω. In Flor. a. superscriptum legitur ἐμμετρώτατα. v. Buttmann. Gr. Ampl. T. II. p. 410. et qui ω a prosa oratione alienum censet, Schaefer. Melett. p. 9. De utriusque formae fluctuatione conf. Legg. III. p. 679. B. XI. p. 926. Tim. p. 56. B.

νοῦν τε καὶ νόμον ἔχουσι] Observes paronomasiam.
C. οὐδ' ἀμπέλων ἂν πολλῶν —] nec multis vitibus cuiquam civitati fuerit opus, sed quemadmodum reliqua agricultura omnisque vivendi ratio constitutum habuerit ordinem, ita etiam quae ad vinum attinent, omnium maxime modice atque parcissime colantur. Pro ἀμπέλων quod Boeckhius et Astius ut ineptum reiecerunt, Eusebius habet ἀμπελώνων, sicut Hermannus edidit. Sed quidni ἄμπελοι sic dicantur, ut per eas vineas admoneamur? Nam Attici loca iisdem nominibus solebant denominare, quibus res significabantur, quae iis in locis aut magno numero erant aut venibant. Quae scita est observatio Piersoni ad Moer. p. 351. = 259. ed. Lips.

ARGUMENTUM

LIBRI TERTII.

Iam vero si quaeritur de civitatum primordiis, videtur res optime declarari posse ex temporum longinquitate et rerum publicarum conversionibus, quae variis aetatibus acciderunt. Et tempus quidem, ex quo ortae civitates sunt, plane est infinitum, ut nulla amplius supersit eius memoria. Quo quidem immenso temporum spatio fieri non potuit, quin innumerabiles civitates et existerent et rursus interirent. Atque omnes illae procul dubio habuerunt varias saepe multiplicesque regiminis formas, ac modo ex minoribus factae sunt maiores, modo, quum olim fuissent maiores, in minores abierunt. Similiter etiam malae subinde ex bonis ortae ac vicissim bonae ex malis prodierunt. Huius vero tantae vicissitudinis et mutationis caussae exquirendae sunt, si forte fieri possit, ut inde primis originibus atque fatis rerum publicarum aliqua lux affundatur (p. 676. A—E.).

Ac vetusta quidem fama est eaque haud verisimilis, olim exorta esse identidem diluvia, pestes, alia mala hominum generi perniciosa, quibus mortales ita fuerint consumti, ut pauci admodum permanserint superstites. Itaque consideremus paullisper narrationes illas de diluviis adeo funestis atque exitiosis. Ex quibus quid de civitatum ortu sentiendum sit, certe verisimiliter poterit cognosci atque iu-

dicari. Videntur igitur ii, qui calamitosis illis temporibus communem fere effugerunt interitum, fuisse aliquot pastores in alto aliquo monte versantes, qui potuissent in eiusdem confugere cacumina. Quibus conservatis accidit, ut quasi quaedam semina stirpis humanae relinquerentur. Istos vero homines credibile est fuisse omnium artium rudes et imperitos, nec quidquam tenuisse eorum, quae urbibus ac civitatibus conveniunt, quandoquidem evanuerant prorsus camporum littorumque incolae. Quocirca artes et opificia apud illos nulla, ut nec memoria illorum ulla conservaretur. Enimvero vix mille aut bis mille anni elapsi sunt, ex quo apud nostros novi extiterunt artium inventores, Daedalus, Orpheus, Palamedes, Marsyas, Olympus, Amphion, alii; ac nudius tertius demum vixit Epimenides ille Cretensis sagacissimus herbarum medicatricium indagator. Itaque post ingentem illam stragem diluvio factam terra prope vasta fuit solitudine, ut vix hic atque illic aliqua armenta conspicerentur, quae victum praeberent hominibus. Nulla igitur tum fuit civitas, nulla legumlatio, imo nulla usquam reliqua civilis societatis memoria (p. 677. A. — 678. A.).

Ex hoc vero rerum statu, qualis tum erat, paullatim prodierunt, quae hodie vigent, urbes, respublicae, artes, leges, virtutes, vitia. Quippe prisci illi homines quum alia tum etiam virtutum vitiorumque rationes ignoraverunt. Orta sunt autem illa omnia, quae diximus, non subito, non repente, non uno quasi horae momento, sed pedetentim et longo labente aevo. Etenim non statim post diluvium videntur de montibus descendisse, qui servati erant ab interitu, sed terroris et metus magnitudine perculsi diutius in altis remansisse, nihil usquam maius audentes. Quo pauciores autem fuere superstites, eo maius credibile esse ipsos invasisse communitatis alicuius atque communis societatis desiderium. Nec tamen facile potuerunt in unum convenire. Quippe artes evanuerant omnino omnes, ut ne vehicula quidem fabricari aut vias munire possent. Quocirca verisimile est, quo vastior fuit terrae facies, tanto coniunctiores eos inter ipsos vixisse, praesertim quum inimicitiarum ac discordiarum nullae caussae suppeterent. Nam natura ultro illis praebebat largiter,

quae ad vitam sustentandam essent necessaria; mores autem eorum erant incorrupti, probi, sinceri. Quamobrem si quis iis aliquid tanquam bonum et honestum commendabat, id facile credebant, probabant, arripiebant. Est autem perquam verisimile, homines illos multa per saecula mansisse aliquanto inertiores ac simpliciores quam eos, qui aut ante diluvium vixissent aut qui his nostris vivunt temporibus imprimisque etiam belli et malarum artium fuisse ignaros, utpote frugaliores, fortiores, temperantiores, iustiores. Quamobrem nec indiguere legibus aut legum conditoribus: sequebantur enim mores et instituta sua, alia nihil curabant. Si vero quaeritur de imperii ac regiminis ratione, qua usi sint, fuit illa, si quid suspicari licet, *δυναστεία*, hoc est, patrum familias dominatio (Patriarchalherrschaft), quam hodie quoque videre licet propriam esse feris quibusdam et incultis gentibus, quamque Homerus etiam Cyclopibus tribuit. Quippe illa ut uterentur, fecit ipsa rerum conditio, quum sparsim habitarent neque in unum locum congregati viverent. Inter cuiusmodi homines fere is, qui maxima est aetate, principatum tenere solet a maioribus tamquam haereditate acceptum (p. 678. A. — 680. E.). Atque haec quidem fuere communis societatis initia, conspicua illa quasi in singularum domibus. Sed ex domibus exorti sunt paullatim ac veluti procreati vici (*οἶκοι*). Quippe temporis progressu plures domus ac familiae inter ipsas iunguntur atque consociantur, quo ipso evenit, ut ampliores nascantur hominum coniunctiones ac societates. Etenim convertunt sese homines primum ad exercendam agriculturam in iugis montium, atque ferarum arcendarum caussa extruunt munimenta, unde denique exoritur una tanquam magna domus, quam recte *οἶκον* sive vicum dixeris. In hac autem complurium domorum coniunctione singulae tamen suo atque proprio utuntur domino, et quidem eo, qui aetate sit maximus, tuenturque adeo suos sibi mores, sua instituta, sua denique sacra. Quapropter etiam singulae suis atque propriis utuntur legibus. Atque haec est illa rerum conditio, in qua legumlationis initia et primordia quaerenda sunt. Fieri enim non potest, quin qui isto modo vivunt inter se coniuncti,

necessitate quadam eo perducantur, ut aliquos deligant, qui cognitas habeant leges cuique domo usitatas, iisque cognitis exploratisque constituant, quid universae communitati sit conducibile. Hi igitur singularum familiarum et vicorum ducibus ac principibus veluti regulis quibusdam proponent et impertient, quae ipsi cognoverint eorumque sanciendorum dabunt facultatem. Et hi quidem ipsi legumlatores appellabuntur; sed communem regent et gubernabunt societatem illi, qui familiarum sunt principes atque duces. Qua ratione evenit, ut denique ex dynastia et patrum familias dominatione oriatur aristocratia, quam intelligimus imperium optimatium, ac si uni alicui deferatur principatus, monarchia nascatur (p. 680. E. — 681. D.). Atque his ita expositis pervenimus ad tertiam quandam regiminis rationem, quam democratiam dicimus, et in qua una omnes formae ac species urbium et civitatum coniunctae cernuntur. Et huius quidem initia divina quadam ingenii felicitate demonstravit Homerus, qui post vicos ostendit in planitie conditas esse urbes. — Sed persequamur famae antiquae vestigia, si forte ea nos ad verum perducant. Relictis igitur montium iugis homines olim in magno apertoque campo condiderunt Ilium, situm illud in colle quodam non ita excelso et multis fluminibus ex Ida manantibus irriguo. Atque similiter passim alibi factum videtur. Nam aucta per multorum saeculorum decursum hominum multitudine etiam aliis in regionibus multas exstructas esse urbes longe est verisimillimum. Quod quidem ita evenisse etiam ex eo apparet, quod postea non paucae civitates, iuncto foedere contra Ilium, mari adeo transiecto, arma verterunt. Atque hic iam spectanda venit tertia illa, quam diximus, imperii ratio. Constat enim, Achivos, priusquam Ilium exscinderent, per decennium Troiam obsedisse. Quo quidem temporis spatio Graecia, dum principes abessent, maximis motibus concussa est. Nam extiterunt ibi interim iuvenes rerum novarum cupidi atque audaces, qui pristinum rerum statum vehementer conturbarent. Quin etiam duces Achivorum, quum domum reverterentur, in patria sua non eo, quo decebat, honore excepti sunt, sed passim fuere eorum caedes, fugae, exilia. Accessit ad haec quod Hera-

clidae, olim a Pelopidis expulsi, postea in Peloponnesum redierunt, mutato quidem pristino nomine suo, siquidem iam Dores pro Achivis appellati sunt, quoniam qui exsules illos collegerat, Aegimius, Doriensis erat. Atque hoc loco tamquam imprudentes deferimur ad origines civitatis Lacedaemoniae. Quod sane accidit perquam opportune, quandoquidem una eademque opera etiam tertiae illius regiminis formae, hoc est, democratiae, ortum indagavimus. Veniendum igitur nunc est ad quandam speciem reipublicae, quae in ipsa illa civitate Lacedaemonia est conspicua, hoc est, ad imperium regium. Etenim prodiit apud Lacedaemonios respublica ex universo populo (ἔθνος vocatur), cui reges sunt praepositi. Quibus quidem rebus considerandis quoniam poterit intelligi, quid bene et laudabiliter fuerit constitutum, quid male, et quaenam leges civitatem conservent quaeve eandem corrumpant ac pessumdent, in harum rerum explicatione paullo diutius nobis versandum erit. Conditae igitur a maioribus vestris illis temporibus, quibus diximus, tres civitates Doricae sunt, Lacedaemonia, Argiva, Messenia. Quarum quidem reges inito foedere iunxerunt inter se amicitiam et iureiurando interposito constituerunt, ut, si qua foederatarum rerumpublicarum leges publice sancitas aut fidem datam esset violatura, contra istam ceterae arma ferrent sibique mutuam praestarent opem. Praeterea reges iureiurando obstricti sunt potestatis ipsis concessae modum non excedere, quantumvis regiae familiae stirps cresceret; iuravit item populus se nullo unquam tempore abrogaturum esse regium imperium, neque concessurum, ut quis id tentaret, dummodo reges suum iusiurandum religiose servarent. Quin etiam alia civitas alii spopondit perpetuam reipublicae constitutae incolumitatem atque conservationem. Quod sane ad tuendam civitatum illarum salutem plurimum valuit. Nimirum est haec insipientium tantummodo hominum opinio, ut existiment, populis eas scribendas leges esse, quae ipsis placeant atque gratae et acceptae sint. Quod profecto perinde est ac si quis ab artis gymnasticae magistris aut medicis postulet, ut corpora curent eo modo, quo unicuique maxime libuerit. Sed quum foedus illud a tribus civitatibus initum

vel maxime videri debeat earum perpetuitatem confirmare potuisse, tum accessit etiam aliud quid, quod ad eandem rem fecerit plurimum. Potuerunt enim in illis civitatibus legumlatores constituere bonorum omnium aequalitatem populo non repugnante. Quippe venerant incolae earum aliunde neque antea ibi agros aut alia bona possederant. Quum igitur tamquam advenae quidam fortunarum suarum sedem ibi collocarent, non debuerunt moleste ferre, si qua bonorum aequalitas publice constitueretur. Atque haec quidem rerumpublicarum illarum primordia quum longe faustissima fuerint, qui tandem evenisse putabimus, ut eaedem non usae sint ea rerum suarum prosperitate et incolumitate, quam merito in iis expectaveris? Quippe duae illarum civitatum, Argiva et Messenia, non ita multo post corruptae atque perditae sunt, ac superstes una tantum adhuc est Lacedaemonia. Quod quidem eo magis mirum est, quod illae tantum roboris atque virium habuerunt, ut non modo Peloponneso, sed universae Graeciae opitulari potuisse videantur, si quando ita accideret, ut reges Asiae propter Ilii excidium a Graecis poenas sumere constituerent. Nihilominus igitur regna illa, excepto uno Lacedaemonio, brevi interierunt; Lacedaemoni autem ad hunc usque diem perpetuum fere cum Argivis et Messeniis bellum fuit. Quid ergo caussae fuisse dicemus, cur ita evenerit? Enimvero quam incertum sit de eiusmodi rebus iudicium, id res ipsa, de qua agitur, testatur luculentissime. Nam quod antea iudicavimus opes civitatum Doricarum tantas fuisse, ut sese perpetuo sustentare potuerint, in eo nonnihil a vero aberravimus. Fuit autem caussa tam inexpectatae rerum conversionis, nisi fallor, haec. Omnibus hominibus fere insita esse solet haec opinio, ut sese ita demum beatos fore putent, si quidquid ipsi optaverint, ex animi sententia eveniat. Nihilominus videre licet, plurimos saepenumero ea optare, quae sunt longe perniciosissima. Itaque nec potentia, qua quis quidlibet possit efficere, homini vere est utilis, siquidem per se spectetur, neque eam vir sapiens unquam appetet, quippe probe intelligens, tanto exitiosiorem ipsam existere, quo longius a sapientia (φρονήσει) remota sit. Res enim sic se habet: non modo singulis hominibus, sed

etiam universis civitatibus ante omnia id est agendum, ut sapientiam nanciscantur (p. 687. E. ὅπως νοῦν ἕξει). Ad huius igitur normam atque legem prudens legum conditor reget et componet omnia. Est enim ea una in omni legum scriptione virtus longe maxima et ceterarum quasi dux et regina (p. 688. A — C.). Itaque caussa interitus regnorum illorum non fuit ignavia aut rerum bellicarum inscitia; imo repetenda est imprimis a sapientiae neglectione et rerum gravissimarum ignoratione. Cernitur enim maxima inscitia et gravissima ignorantia in eo, ut quis quod honestum bonumque esse videt, tamen non expetat, sed potius aversetur, et contra, quod turpe est et inhonestum, id temere amplectatur atque sectetur. Cuius rei caussa inest in rationis et cupiditatis discordia. Itaque ultima atque summa inscitia tum reperitur, quum animus rectis opinionibus, veris iudiciis, denique menti et rationi, cui totius hominis tamquam imperium debetur, ita adversatur, ut ipsi non eo, quo decet modo, obedire velit. Atque hoc ipsum etiam de civitate ita iudicari debet. In qua quum magna populi multitudo instar sit eius animi partis, quae habet sensum doloris atque voluptatis, consequens est, maxima ipsam laboraturam esse inscitia, sicubi magna multitudo magistratibus atque legibus publicis non paret et obtemperat. Est vero haec inscitia et ignorantia tam civitatibus quam singulis hominibus longe turpissima affertque iis multo plus dedecoris, quam si in communibus vitae negotiis et artibus vulgaribus tractandis imperite versantur. Cui qui sunt dediti inter cives, iis certe nihil, quod ad rempublicam pertineat, committendum unquam est, quantumvis in computandis numeris tractandisque similibus negotiis longe maxime sint exercitati. Quippe illis unis salutem publicam committi consentaneum videtur, qui id, quod bonum est, et recte noverint et constanter sequantur, etiamsi ceteroquin, sicuti in proverbio est, nec elementa litterarum legere nec natare didicerint. Nam animo secum ipso discordanti ne tantillum quidem sapientiae proprium esse potest, quandoquidem haec praestantissima virtus non in alia re nisi in pulcerrima animi concordia continetur. Quam qui intus in se gerit, etiam rationi convenienter vivit; qui

vero non possidet, is nec domum nec rempublicam sapienter gubernabit, imo eandem pessumdabit. Atque haec quidem, si prudenter de his rebus iudicare velimus, utique nobis tenenda erunt (p. 688. C. — 689. E.). Considerantibus autem nobis domus pariter atque reipublicae gubernandae rationem, ita videtur statuendum esse. Est sane prorsus necesse imperantes et obedientes in civitate reperiri. Quae quum ita sint, res ipsa videtur postulare, ut parentes natis, nobiles ignobilibus, fortiores imbecillis, denique sapientes insipientibus imperent. Semper autem reperiuntur plurimi, qui ad imperii honorem praeter ceteros adspirent. In quo, quoniam facile maioris cuiusdam potentiae cupiditas ingruit, uberrimus profecto fons turbarum ac seditionum cernitur. Quocirca hic obstruendus sane ei est, qui reipublicae pacem ac tranquillitatem tueri ac servare cupiat. Dispiciendum autem hic venit, quidnam reges Argivorum et Messeniorum neglexerint in exercenda potestate sua, et quibusnam vitiis tam sibi quam civitatibus suis interitum acceleraverint. Quo loco iuvabit sedulo animadvertisse, etiam regibus interdum satius esse dimidio acquiescere quam totum affectare. At nimirum est hoc sane vitium regum perquam vulgare, ut prae luxuria et superbia semper maiorum opum cupiditati indulgeant. Quod ipsum etiam antiqui illi reges commiserunt, qui plura, quam legibus concessum erat, concupiscere non verecundabantur. Quocirca ipsi secum discordabant, quandoquidem quae verbo et iureiurando confirmaverant sibi probari unice, ea mente et animo improbabant. Laborabant igitur revera illa ignorantia, quam antea diximus maximam. Cui quidem malo ab initio sane a legum publicarum auctoribus ita resisti debuerat, ut reges iuberentur istam regnandi cupiditatem domare atque coërcere; quod tamen temere fuit neglectum. Verumtamen Lacedaemoniis quidem singulari quodam deorum beneficio contigit hoc, ut regia potestas bifariam distribueretur, atque divisa inter binos reges etiam senatus consilio temperaretur. Ac postea etiam accesserunt ephori, qui regnandi lubidini quasi frenos iniicerent. Hac ratione factum est, ut apud illos potestas regia temperaretur, id quod sane plurimum valuit tum ad ipsam sustendandam tum ad

rempublicam conservandam. Ac si idem iam antiquitus in omnibus Doricis Peloponnesi civitatibus prudenter fuisset institutum, haud dubie futurum erat, ut Persae aliique populi nunquam Graeciae bellum inferre auderent (p. 689. E. — 692. C.). At nimirum ista rerum conditione illi Graecos contemnebant; neque negari poterit unquam, Graecos omnino in bellis Persicis sese turpiter dedisse, etiamsi de reliquis concedendum sit splendidissimas ab iis reportatas esse victorias. Nam primum quidem ex tribus illis Peloponnesi civitatibus Doricis, de quibus exposuimus, una tantummodo pro communi Graeciae salute decertavit, reliquae duae adeo fuerunt depravatae, ut Messene quidem Lacedaemonios adeo a pugna adversus barbaros retineret, Argiva autem civitas, quamvis ad debellandum communem Graeciae hostem invitata, se ne commoveret quidem, imo prorsus maneret quieta et otiosa. Deinde evenerunt etiam alia Graecis parum sane honorifica. Nam soli fere Athenienses et Lacedaemonii, ingruente impetu barbororum, depulerunt servitutem universae Graeciae imminentem libertatemque vindicaverunt; ceteri prope omnes noluerunt in belli societatem pervenire. Haec igitur sunt fere, quae iure videantur priscis pariter illis atque posteris legum conditoribus et reipublicae gubernatoribus opprobrio dari posse, et unde cognoscere liceat, quid ab iis oportuerit aliter institui. Etenim non oportuit ipsos constituere ac sancire imperia nullis aliis temperata, sed potius reputare, civitatemque quamque debere esse liberam, sui quasi consciam (ἔμφρονα) et concordem, eodemque omnes omnino leges unice spectare. Quod vero in his tribus rebus potissimum summum legum finem et consilium cerni arbitramur, non iam illa inter ipsa differre ant discrepare volumus, sed potius plane ad unum idemque pertinere (p. 692. C. — 693. C.). Verum plura sane dicenda supersunt de concordia, libertate ac sapientia illa, quam legum conditores imprimis respectare deceat. Duae enim sunt rerum publicarum veluti matres, unde reliquae omnes suam duxerunt originem, potestas regalis (monarchia) et libera respublica (democratia). Imperium regium Persis imprimis proprium fuit; libera autem respublica floruit

maxime apud Athenienses. Nulla vero civitas dici potest bene esse constituta, nisi utriusque istius reipublicae rationis aliquatenus sit particeps; alioquin enim libertate et concordia sapientiae, qua civitas sui fit conscia, coniuncta plane carebit. Quae quidem caussa extitit depravationis illius, qua tam Persarum quam Atheniensium civitas est pessumdata. Quippe iusto temperamento neglecto altera fuit libertatis nimium appetens, altera dominationis plus iusto studiosa. Quo in genere sane maior virtus ac praestantia eminuit civitatum Doricarum. At nimirum Persae pariter atque Athenienses rempublicam habuerunt olim quidem melius multo quam nunc legibus temperatam. Qua ratione autem evenerit, ut in peius sit mutata, ex his licebit cognoscere et intelligere. Persae igitur olim regnante Cyro quoniam mediam inter licentiam et servitutem viam tenuerunt, quum liberi ipsi fuerunt tum alios populos suo regno adiunxerunt. Quippe reges eorum etiam civibus concesserunt libertatem. Quamobrem hi etiam bella lubenter gesserunt et non inviti paruerunt ducum imperio, praesertim quum etiam in consiliis publicis, quicunque in populo viderentur prudentia ac sapientia excellere, audiri solerent. Ea vero libertatis felicitas aliquantum imminuta est regnante Cambyse. Cuius rei culpa in Cyrum est conferenda, qui quum maximus fuerit imperator itemque patriae amantissimus, tamen nec rectae disciplinae et institutionis studiosus fuisse videtur, nec domesticae rerum administrationis satis peritus. Nam gessit ille inde a iuventute sua perpetuo bella, ut verisimile sit, educationem filiorum suorum eunuchis et mulierculis fuisse permissam. Quo factum est, ut illi ad mollitiem pariter atque tyrannidem proclives existerent, siquidem iis concedebatur et indulgebatur quidquid ipsi vellent, quo citius scilicet novae libertatis fructibus potirentur, atque adeo a paterna virtute prorsus degenerarent. Iam vero Cyro mortuo molles et indomiti filii quum regnum haereditate accepissent, primum alter, regnandi cupiditate incensus, alterum necavit, deinde autem, qui mansit superstes, perditae se dedidit luxuriae et nequitiae; quamobrem a Medis regno spoliatus est. Post Cambysem Darius regnum accepit, qui rursus multa instituit melius. Etenim

ille quum non esset ex stirpe regia prognatus, nec perditus fuit per luxuriam. Is igitur, summa rerum potitus, universum Persarum regnum in septem divisit partes; novas leges promulgavit, quibus se quoque parere velle professus est; iura aequaliter descripsit; denique vectigalium aequalitatem, a Cyro promissam, introduxit. Quibus rebus omnibus effecit, ut Persas et aliis populis gratos faceret et sibimet ipsi maxime devinciret. Quamobrem etiam, quum exercitus imperio eius lubentissime pareret, multos populos devicit devictosque sibi subiecit. Dario successit in regno Xerxes. In quo educando quum pater idem admisisset vitium, quod olim Cyrus in educandis suis liberis, hic quoque factus est rursus luxuriosus et magnifice prodigus. Quamobrem Xerxes etiam similem atque Cambyses expertus fortunam est. Atque inde ab hoc tempore Persae nullum unquam rursus habuerunt regem magni cognomine dignum. Cuius rei caussa sita fuit in perdita nequitia, qua filii regum atque divitum hominum fere vitam transigunt. Haec enim omnes virtutis tamquam nervos incidere solet. Quamobrem sapienter in republica Lacedaemoniorum institutum est, ut pauperes divites, cives reges, eodem loco habeantur nec quisquam singularibus afficiatur honoribus, nisi si virtute aliqua insignis sit. Quamquam ne virtus quidem in honore habenda est seiuncta a temperantia, quandoquidem nec fortitudo nec iustitia nec sapientia temperantiae laude vacare debet. Quippe est profecto uni maxime temperantiae tantum in civitate tribuendum, ut ex ea et poenae et praemia potissimum constituenda videantur. Habet enim illa hoc, ut quum ipsa per se nec honoris nec ignominiae compos sit, tamen iis, quibus accedit, iustam afferat dignitatem, iis autem, a quibus abest, adspergat turpitudinem. Oportet vero in omni civitate, quae quidem stabilis ac beata futura sit, honores ac praemia iusto modo esse definita, itemque bona ita aestimari, ut singulis suus locus suumque pretium ex vero constituatur. Itaque primo loco habenda sunt bona animi cum temperantia coniuncta; secundo bona corporis; tertio bona fortunae. Quorum quidem bonorum ordo ne perturbetur, legumlatori sedulo est

prospiciendum: alioquin enim, neglecta temperantia, quae etiam in praemiis et honoribus recte distribuendis cernitur, civitatem in peius ruere prorsus necesse est. Atque his ita expositis redire aliquando licebit ad regnum Persarum. Quod quidem praeceps ire coepit non aliam ob caussam, quam quia reges, erepta populo libertate, immanem coeperunt exercere dominationem, qua extinctum est inter cives communis utilitatis studium. Nam animi eorum a regibus aversi; plerique omnes, neglecta salute publica, sicuti reges ipsi, suorum tantum commodorum studiosi; omnes praeterea ignavi et socordes, ut, quamvis subinde ingentes exercitus adversus hostes educerentur, tamen nihil magnum ac laudabile ab iis perficeretur. Quippe evanuerat ex hominum animis communis utilitatis studium et patriae caritas. Quocirca hodie invalidum et quasi marcidum est regnum Persicum, per regum lubidinem et regnandi cupiditatem ac per civium servitutem corruptum et pessumdatum (p. 693. C. — 698. A.). — Atque haec quidem de Persis. Pergimus ad Atticam civitatem, cuius exemplum docet, libertatem immoderatam multo etiam esse deteriorem moderato imperio regio. Fuit autem civitas Athenarum ante bella Persica sapientissime temperata et constituta. Tum enim omnes aequum iustumque putabant legibus et magistratibus parere; maximaque vulgo regnabat publicorum institutorum reverentia. Accedebat quod ingruente bello adversus barbaros ingens metus imminentis periculi auctoritatem magistratuum legumque sustentabat civiumque adaugebat concordiam. Quippe maximum sane tum universae Graeciae imminuisse periculum certissime testatur rerum illis temporibus gestarum memoria. Itaque tum Athenienses imprimis excelluerunt virtute sua atque praeclarissima ad omnis posteritatis memoriam ediderunt facinora. Verum enimvero sicuti apud Persas immoderata regum dominatio regni felicitatem et potentiam subvertit, ita apud Athenienses nimia populi licentia legumque et magistratuum contemtio reipublicae perniciosa extitit. Etenim olim quidem cives Athenarum servi legum iique volentes ac lubentes fuerant. Tum autem coeperunt omnium rerum dominos agere sibique

nimiam arrogare potentiam. Quod quomodo evenerit, clarum est imprimis ex una veteris musicae depravatione. Nam olim quidem certa quaedam constituta fuerunt musicae genera, hymni, threni, paeanes, dithyrambi, quae quidem inter se miscere et confundere nefas ducebatur. Neque erat de his iudicandi potestas penes populum, sed penes viros doctrina et eruditione insignes, qui et ipsi musicos cantus ab initio usque ad finem audiebant attente, et alios ad silentium adigebant. Quo fiebat, ut cives imperiis parerent ultro neque cum tumultu sua protenus declararent ac patefacerent iudicia. Sed procedentibus aetatibus ipsi poetae primum has leges migrarunt, ingenio quidem illi saepenumero praestantes, sed legitimae rectaeque musicae ignari. Etenim voluptatis gratia et venustate deleniti modos mutarunt musicos et omnia ad plebis delectationem retulerunt. Quo factum est, ut mox rerum musicarum iudicium in theatris ad imperitam populi multitudinem perveniret, quandoquidem quisque sibi idoneus earum iudex et arbiter esse videbatur. Nec vero intra theatri parietes sese continuit haec populi arrogantia, sed proh dolor etiam ulterius est progressa. Pervasit enim omnes privatae pariter atque publicae vitae partes. Iam quum sibi quisque in omni negotio procaciter vindicaret iudicandi disceptandique potestatem, factum est quod fieri non potuit quin aliquando ita eveniret, ut revera factum est. Etenim in locum pudoris successit impudentia, procacitas, et intemperans omnium rerum licentia, quae perrupit legum publicarum vincula, fidei sanctitatem subvertit, iurisiurandi auctoritatem sustulit, denique etiam religionem et pietatem in deos ita labefactavit, ut etiam ipsum numen divinum tolleretur (p. 698. A. — 701. C.). — Atque haec quidem a nobis eo consilio sunt disputata, ut appareat salutem tam singulorum hominum quam universarum civitatum non alia re magis contineri, quam l i b e r t a t e, c o n c o r d i a et s a p i e n t i a. — His auditis Clinias perquam opportune ait ita accidisse, ut de his rebus disputaretur. Datum enim sibi a Cretensibus hoc muneris esse, ut sibi colonia deducenda sit in regionem a Magnetibus derelictam,

eadem illa etiam novis legibus instruenda. Itaque Atheniensem et Megillum rogat, ut aliquando effingant civitatis imaginem, ad cuius similitudinem res novae istius civitatis componi et ordinari queant.

Γ.

Cap. I. Ταῦτα μὲν οὖν δὴ ταύτῃ· πολιτείας 676
δὲ ἀρχὴν τίνα ποτὲ φῶμεν γεγονέναι; μῶν οὐκ ἐνθένδε τις ἂν αὐτὴν ῥᾷστά τε καὶ κάλλιστα κατίδοι;

ΚΛ. Πόθεν;

ΑΘ. Ὅθεν περ καὶ τὴν τῶν πόλεων ἐπίδοσιν

Cap. I. P. 676. οὖν δὴ ταύτῃ] ταῦτα Steph. invitis codd. omnibus.

Ὅθεν περ καὶ] περ additum ex A. B. Ω. f. h. r. a. c. δ. x. vulgo deerat. Dein τὴν om. v. et post πόλεων infert h.

ἐπίδοσιν εἰς ἀρετὴν] Pro ἐπί, quod vulgo legebatur, εἰς Par. A. recte. Dein Boeckh. et Ast. coni. μεταβαινουσῶν. v. ann. exeg.

Cap. I. P. 676. Ταῦτα μὲν οὖν δὴ ταύτῃ·] Finem imponit disputationi hactenus de compotationum ratione institutae, utpote transiturus ad aliam quaestionem. Qua in re apte utitur hac formula, quae respondet Lat. et haec quidem hactenus. v. intpp. ad Aristoph. Plut. v. 8. ubi dicitur: καὶ ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα. Verum quod libri mss. hoc loco habent ταύτῃ, id munitur verbis Reip. II. 4. ταῦτα μὲν δὴ οὕτω: quae apte comparavit Astius. Sed eam ipsam formulam Zellerus l. c. p. 60. negat satis commode hic positam esse, propterea quod talis transitio non possit nisi in continua disputatione (in zusammenhängender Darstellung) locum habere. Quod quam vere iudicatum sit, sponte intelligitur. Quidni enim formulae omnino locus sit, ubi missis superioribus ad alia fit transitio? At enim vero reprehendit vir doctus, nisi fallor, usum formulae transeundi, quum revera haeserit in ipsa transitione, quae sane est admodum repentina, praesertim quum antea nusquam significatum sit, de civitatum originibus ac mutationibus disputatum iri.

τῶν πόλεων — μεταβαί-

εἰς ἀρετὴν μεταβαίνουσαν ἅμα καὶ κακίαν ἑκάστοτε θεατέον.

ΚΛ. Λέγεις δὲ πόθεν;

ΑΘ. Οἶμαι μὲν ἀπὸ χρόνου μήκους τε καὶ ἀπει-
B ρίας καὶ τῶν μεταβολῶν ἐν τῷ τοιούτῳ.

ΚΛ. Πῶς λέγεις;

ΑΘ. Φέρε, ἀφ' οὗ πόλεις τ' εἰσὶ καὶ ἄνθρωποι πολιτευόμενοι, δοκεῖς ἄν ποτε κατανοῆσαι χρόνου πλῆθος ὅσον γέγονεν;

ΚΛ. Οὔκουν ῥᾴδιόν γε οὐδαμῶς.

ΑΘ. Τὸ δέ γε, ὡς ἄπλετόν τι καὶ ἀμήχανον ἂν εἴη.

ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν τοῦτό γε

ΑΘ. Μῶν οὖν οὐ μυρίαι μὲν ἐπὶ μυρίαις ἡμῖν γεγόνασι πόλεις ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, κατὰ τὸν αὐτὸν

B. Οὔκουν ῥᾴδιόν γε] V. ῥᾷόν γε. Sed ῥᾴδιόν γε Ω et supra vers. Par. A. In Voss. est ῥᾴδιον οὐδαμῶς. Dein ἄπλετον pro ἄπειρον praebuerunt B. Ω. f. h. r. a. c. δ. o. ac pro vulg.

νουσαν] Boeckhius pro μεταβαίνουσαν legendum suspicatur μεταβαινουσῶν; probante Astio. Atque ita legisse videri potest Proclus in Tim. II. p. 88: πολιτείας γὰρ ἀρχὴν ζητήσας, ἀφ' ἧς εἰς ἀρετήν τε καὶ κακίαν μεταβαίνουσιν αἱ πόλεις, ἐπήγαγε κ. τ. λ. Nec tamen ea coniectura adeo est necessaria, ut prae ea librorum scriptura protenus contemnenda videatur. Nam etiam ἡ ἐπίδοσις τῶν πόλεων recte dicitur μεταβαίνουσα εἰς ἀρετὴν καὶ κακίαν. Proclus vero cur pro ἡ τῶν πόλεων ἐπίδοσις scripserit αἱ πόλεις, caussa aperta esset debet omnibus, qui eius disputationem inspexerint. Mox de οἶμαι μὲν non subsequente δέ v. ad Phaedon. p. 58. A. Crit. p. 43. D. Sophist. p. 221. A. p. 231. D. Euthyphron. p 7. B. Phileb. p. 35. A. De Rep. I. p. 334. C. IV. p. 423. C. supra libr. II. p. 656. B.

B. Φέρε, ἀφ' οὗ πόλεις —] Age, putasne te unquam perspecturum esse, quam longum praeterierit temporis spatium, ex quo civitates sint hominesque artem civilem usurpantes?

Τὸ δέ γε, ὡς ἄπλετόν τι —] Fallitur Astius ὡς pro perquam accipiens, a quo in errorem inductus est etiam Matthiae Gr. Gr. §. 628. 1. Nam pendet vocula ex δοκεῖς κατανοῆσαι, quod ex antegressis ad Τὸ δέ γε intelligendum est, hoc sensu: Minime quidem facile est intelligere, *quantum* temporis inde effluxerit. Ath. Hoc autem intelligi poterit, immensum illud fuisse planeque infinitum. De Τὸ δέ

δὲ τοῦ πλήθους λόγον οὐκ ἐλάττους ἐφθαρμέναι;
πεπολιτευμέναι δ' αὖ πάσας πολιτείας πολλάκις ἑκα- C
σταχοῦ; καὶ τοτὲ μὲν ἐξ ἐλαττόνων μείζους, τοτὲ δ'
ἐκ μειζόνων ἐλάττους, καὶ χείρους ἐκ βελτιόνων γεγό-
νασι καὶ βελτίους ἐκ χειρόνων;

ΚΛ. Ἀναγκαῖον.

ΑΘ. Ταύτης δὴ πέρι λάβωμεν, εἰ δυναίμεθα, τῆς μεταβολῆς τὴν αἰτίαν· τάχα γὰρ ἂν ἴσως δείξειεν ἡμῖν τὴν πρώτην τῶν πολιτειῶν γένεσιν καὶ μετάβασιν.

ΚΛ. Εὖ λέγεις, καὶ προθυμεῖσθαι δεῖ, σὲ μὲν ὃ διανοεῖ περὶ αὐτῶν ἀποφαινόμενον, ἡμᾶς δὲ ξυνεπομένους.

ΑΘ. Ἆρ' οὖν ὑμῖν οἱ παλαιοὶ λόγοι ἀλήθειαν 677
ἔχειν τινὰ δοκοῦσι;

μῶν γε οὖν A. (teste Bekkero), marg. Ω. f. a. o. μῶν οὖν; omisso γε.
C. *Ταύτης δὴ πέρι λάβωμεν*] Steph. περιλάβωμεν, invitis codd. mss. et editt. vett.

γε pro τόδε δέ γε usurpato v. Politic. p. 305. C: τό γε δὴ καταvοητέον. ubi tamen libri aliquot τόδε δὴ κατ. Euthydem. p. 291. A: ἀλλὰ μὴν τό γε εὖ οἶδα. ubi item alii τόδε εὖ οἶδα. Omnino hic usus loquendi apud Atticos merito suspectus habetur. v. Lud. Dindorf. ad Xenoph Mem. p. 40. et quae monui ipse ad locum Euthydemi, cuius mentionem iniecimus. Quocirca facile assentiremur ei, qui Τόδε γε legendum censuit, nisi requireretur particula adversativa δέ. Malumus igitur Τόδε δέ γε. Nisi forte Τὸ non pro demonstrativo accipiendum est, sed pro articulo, qui pertineat ad integram sententiam: ὡς ἄπλετόν τι – εἴη. Quod ubi statuerimus, sponte apparet, praedicati loco ex superioribus repetendum esse: ῥᾴδιον κατανοῆσαι. Atque hac ratione acquiescendum putamus. Ceterum quae hic de antiquitate priscarum civitatum dicuntur, ea mirum accidit quod Zellerus l. c. p. 106. expressa esse censet ex Timaeo p. 20. D. sqq. Est enim utriusque loci similitudo adeo exigua, ut prope nulla videatur esse. Quamobrem imitationis alicuius vestigium nos quidem hic non potuimus indagare.

ὡς ἄπλετόν τι —] Mox p. 683. A. ἐν χρόνου τινὸς μήκεσιν ἀπλέτοις. Vulgo ἄπειρον, quod ortum est ex interpretatione.

C. *Ταύτης δὴ πέρι λάβωμεν* —] Errore factum est, opinor, ut Stephanus ediderit περιλάβωμεν. De anastropha praepositionis v. Buttmann. Gr. Gr. §. 117. B. Loquutionem αἰτία περί τινος attigimus annot. ad Phaedon. 97. C. illustravit etiam Astius ad h. l.

ΚΛ. *Ποῖοι δή;*

ΑΘ. *Τὸ πολλὰς ἀνθρώπων φθορὰς γεγονέναι κατακλυσμοῖς τε καὶ νόσοις καὶ ἄλλοις πολλοῖς, ἐν οἷς βραχύ τε τῶν ἀνθρώπων λείπεσθαι γένος.*

ΚΛ. *Πάνυ μὲν οὖν πιθανὸν τὸ τοιοῦτον πᾶν παντί.*

ΑΘ. *Φέρε δή, νοήσωμεν μίαν τῶν πολλῶν, ταύτην τὴν τῷ κατακλυσμῷ ποτὲ γενομένην.*

ΚΛ. *Τὸ ποῖόν τι περὶ αὐτῆς διανοηθέντες;*

B *ΑΘ.* *Ὡς οἱ τότε περιφυγόντες τὴν φθορὰν σχε-*

P. 677. *Ποῖοι δή;*] V. *δέ*, praeter fidem librorum A. Ω. Ξ. aliorum plurimorum, et Euseb. Praep. Ev. XII. 15. p. 587. D. Mox *τὸ* ante *τῶν ἀνθρώπων* interponi iubet Boeckh.

B. *εἶεν νομῆς*] Sic A. et Ω. pr. Flor. a. cum tribus codd.

P. 677 *Τὸ πολλὰς ἀνθρώπων* —] H. e. *ὁ λόγος, ὅς λέγει πολλὰς ἀνθρ. φθ. γεγονέναι.* De infinitivo *λείπεσθαι*, quem Schneiderus ad Remp. Vol. II. p. 247. ex *φασὶν οἱ λόγοι*, quod scilicet supplendum sit, pendere existimat, v. ad Phaedon. p. 72. A. Rem ipsam si spectamus, monendum hic utique est, quod in vulgus notum putamus, pervulgatam fuisse inter veteres philosophos sententiam, terras atque civitates multas magnasque saepe expertas esse mutationes, vel diluviis, vel incendiis, vel morbis vel denique aliis rebus effectas. Platonis de hac re opinionem cognoscere licet ex Tim. p. 21. A. 22. C. 23. B. C. 25. C. Crit. p. 109. D. E. 111. A. Politic. p. 270. C. His vero locis quoniam traduntur similia iis, quae hic legimus, Zellerus l. c. p. 106. protenus inde conclusit, totum hunc Legum locum aliunde esse consarcinatum. Sed comparent quaeso legentes ipsi quae contulimus, et facile videbunt, esse hoc merum commentum Zelleri, nova scilicet et insolita venantis.

βραχύ τι τῶν ἀνθρώπων λείπ. γ.] Vere, opinor, coniecit Boeckhius, *βραχύ τι τὸ τῶν ἀνθρώπων λείπεσθαι γένος.* Politic. p. 270. D: *καὶ δὴ καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος ὀλίγον τι περιλείπεται.* Quamquam carent articulo libri omnes, etiam Euseb. Praep. Evang. XII. p. 587. C. qui locum exscripsit.

ταύτην τὴν τῷ κατακλ.—] celebratam illam, quae olim diluvione facta est. Cogitat, opinor, de diluvione Deucalionis, de qua v. Sturz. ad Hellanic. p. 68. Buttmann. Mytholog. P. I. p. 185 sqq. coll. Tim. p. 22. A. Nimirum haec una maxime apud Graecos nota fuit. De *οὗτος*, notus ille, dictum ad Phaedon. p. 69. C. Vitiose vulgo locus distinctus erat, quem videmur vere emendasse commate ante *ταύτην* interposito.

Τὸ ποῖόν τι περὶ αὐτῆς δ.] H. e. *ποῖόν τί ἐστι τοῦτο, ὃ διανοηθέντες περὶ αὐτῆς νοήσωμεν αὐτήν;* Itaque *τι* post *ποῖον* non est in *δὴ* commutandum, quod apud Eusebium habetur. Apte comparat Boeck-

δὸν ὄρειοί τινες ἂν εἶεν νομῆς, ἐν κορυφαῖς που σμικρὰ ζώπυρα τοῦ τῶν ἀνθρώπων διασεσωσμένα γένους.

ΚΛ. Δῆλον.

ΑΘ. Καὶ δὴ τοὺς τοιούτους γε ἀνάγκη που τῶν ἄλλων ἀπείρους εἶναι τεχνῶν καὶ τῶν ἐν τοῖς ἄστεσι πρὸς ἀλλήλους μηχανῶν εἴς τε πλεονεξίας καὶ φιλονεικίας, καὶ ὁπόσ' ἄλλα κακουργήματα πρὸς ἀλλήλους ἐπινοοῦσιν.

ΚΛ. Εἰκὸς γοῦν.

ΑΘ. Θῶμεν δὴ τὰς ἐν τοῖς πεδίοις πόλεις καὶ C

Eusebii pro vulg. νομεῖς.

διασεσωσμένα γένους] Hunc ordinem verborum tuentur A. Ω. B. v. f. h. r. a. o. δ. o. cum codicibus Eusebii. Legebatur γένους διασεσωσμένα.

hius Sophist. p. 217. A: τί δὲ μάλιστα, καὶ τὸ ποῖόν τι περὶ αὐτῶν διαπορηθεὶς, ἐρέσθαι διενοήθης; Ibid. p. 240. C: πῇ καὶ τὸ ποῖόν τι φοβούμενος οὕτω λέγεις; De Rep. X. p. 602. C: τοῦ ποίου τινὸς πέρι λέγεις; Phaed. p. 78. B: τῷ ποίῳ τινὶ ἄρα προσήκει; De interrogandi formula τὸ ποῖον; apud Platonem longe creberrima v. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 237. = 233 sq. ed. Lipsiens. et qui rationem eius declaravit, Hermannus ad Viger. annot. 25. p. 705.

B. *ὄρειοί τινες ἂν εἶεν νομῆς*] De optativo cum ἂν hic commode posito monuit A. Matthiae Gr. §. 514. 2. a. Eodem modo infra p. 677. E: καὶ ἔτι πλείονα ἠφανισμέναι ἂν εἶεν ἐν τῷ τότε. et p. 687. B: μῶν οὐ τούτων χάριν ἐπιθυμοῖεν ἄν; Libr. IV. p. 719. B: οὐ γὰρ ἂν εἰδεῖεν; Libr. I. p 627. D. et E. Rep. VIII. p. 549. A. ubi v. ann. De forma νομῆς dictum supra est in annotatione critica.

σμικρὰ ζώπυρα τοῦ τῶν ἀνθρ.] Metaphorice loquitur: nam homines illi ex diluvio servati vocantur exigui tanquam igniculi ad genus humanum aquis extinctum denuo fovendum et conservandum. Genus loquendi ab imitatoribus Platonis, ut fit, certatim usurpatum est, sicuti demonstraverunt Hemsterhusius ad Lucian. Timon. p. 370. ed. Lehm. Vol. I. Ruhnken. ad Tim. Glossar. p. 129. sq. Wyttenbach. ad Plutarch. Vol. VI. P. II. p. 1219. Dindorf. ad Themist. Oratt. p. 52.

τῶν ἄλλων ἀπείρους] Scribendum censeo τῶν τ' ἄλλων. Respondent enim haec proximis: καὶ τῶν ἐν τοῖς ἄστεσι κ. τ. λ. Quamquam vocula τ' non comparet in codicibus. Miro consensu etiam Hermannus τε de suo inseruit. Mox ad ἐπινοοῦσιν intelligi licebit οἱ ἄνθρωποι, quod tamen in tertia illa persona, si vim eius spectamus, iam inest. Usum hunc loquendi Platoni vindicavimus ad Cratyl. p. 387. C. p. 50. Pro εἴς τε πλεονεξίας haud scimus an vere Cobetus Varr. Lectt. p. 370. correxerit ἔκ τε πλεονεξίας.

πρὸς θαλάττῃ κατοικούσας ἄρδην ἐν τῷ τότε χρόνῳ διαφθείρεσθαι;

ΚΛ. Θῶμεν.

ΑΘ. Οὐκοῦν ὄργανά τε πάντα ἀπόλλυσθαι, καὶ εἴ τι τέχνης ἦν ἐχόμενον σπουδαίως εὑρημένον ἢ πο-

C. *σπουδαίως εὑρημένον*] Sic A. B. Ω. f. h. r. a. c. δ. ο. x. Euseb. Vulgo *σπουδαίας*. Paullo ante Voss. et pauci alii: *ἄρα ἦν* pro *ἄρδην*.

D. *καὶ ὁτιοῦν; ὅτι μὲν γὰρ —*] Vulgo: *ὁτιοῦν τοῦ ὅτι μ. γ.* Par. A. *ὁτιοῦν τουτο* (sic) et in marg. *ὁτιοῦν χωρὶς τοῦ τοῦτο*,

C. *πρὸς θαλάττῃ κατοικούσας*] H. e. conditas. De *οἰκεῖν* intransitive usurpato v. ad Remp. V. p. 462. E. VI. p. 543. A.

εἴ τι τέχνης ἦν ἐχόμενον —] si quid ad artem pertinens fuisset inventum. Nam ita *ἐχόμενόν τινος* dici solere multis demonstrari exemplis potest. v. Indic. ad Remp. al. — *σπουδαίως*, sollerter. Minus eleganter *σπουδαίας*, quod vulgo in libris perscriptum exstat.

ἀνευρίσκετό ποτε καὶ ὁτιοῦν; ὅτι μὲν —] In his *καὶ ὁτιοῦν* est, vel tantillum, ut sexcenties. v. ann. ad Apolog. Socrat. p. 35. B. Inepte vulgo addebatur *του*, quod auctoritate optimorum librorum eliminavimus. Nam nec Parisinum A. illud certo testari, ex annot. crit. facile patebit. Idem fecimus coniunctione *γάρ* vulgo post *ὅτι μὲν* invitis codd. intrusa. Ita vero totus locus sanus extitit atque integer, ut mirum sit, interpretes in eo vel interpretando vel mutando adeo laboravisse. Nam sententia quidem verborum manifesto haec est: Nam dubitari certe non potest, quin artium illarum inventa, quibus nunc utimur, innumerabilia secula homines illius aetatis latuerint. Quae autem postea sunt inventa, ea admodum recentis memoriae sunt, ut vix millia aut summum duo millia annorum praeterierint, ex quo Daedalus, Orpheus, alii, sua inventa excogitaverint. Quae quidem sententia quatenus in Graecis insit, demonstrare haud sane difficile est. Etenim ad *διελάνθανεν* tanquam subiectum ex antegressis *τάδε ἔμενεν κ. τ. λ.* repetendum est *αὐτά*, i. e. artium inventa. Porro post *τοὺς τότε* suppressa est apodosis. Intelligendum enim relinquitur per aposiopesin quandam *δῆλόν ἐστιν* vel *οὐδὲν θαυμαστόν*. Id quod sensit etiam Cornarius, qui post *τότε* inserendum censet *δῆλόν γε*, quae coniectura viri Stephano ingentis fraudis admittendae opportunitatem dedit. Scribit enim istud *δῆλόν γε* in codice quodam a se repertum esse. Enimvero codex ille non est alius, nisi Cornarii interpretatio. Verum hoc quidem in transcursu. Redimus ad reticentiam vel aposiopesin, quam diximus. Cuius aliud exemplum extat simillimum Reip. Libr. VI. p. 493. D. ubi prorsus eodem modo post *ὅτι μέν* in priore sententiae parte reticetur apodosis. Nimirum in talibus oratio mimicam quasi speciem induit, ut vel sonus vocis vel vultus et gestus loquentis iam declaret, quid desit quidve intelligi debeat. Similis reticentiae exem-

λιτικῆς ἢ καὶ σοφίας τινὸς ἑτέρας, πάντα ἐῤῥειν ταῦτα ἐν τῷ τότε χρόνῳ φήσομεν;

ΚΛ. Πῶς γὰρ ἄν, ὦ ἄριστε, εἴ γε ἔμενε τάδε οὕτω τὸν πάντα χρόνον, ὡς νῦν διακεκόσμηται, καινὸν ἀνευρίσκετό ποτε καὶ ὁτιοῦν; ὅτι μὲν μυριάκις B

teste Bastio. Omittunt τοῦ codd. Ω. marg. h. a. δ. x. Hermannus edidit τοῦτο· ὅτι μὲν γὰρ — quod num praeferendum sit lectioni restitutae, alii decernant. Dein γάρ post ὅτι μὲν om. B. Ξ. Ω. v. f. h. r. a. c. o. δ. vid. ann.

pla maxime in hypothetica oratione obvia collegerunt Fischerus ad Welleri Gramm. Gr. Vol. IV. p. 35 sq. intpp. ad Lambert. Bosium De Ellips. p. 800 sqq. et ad Gregor. Corinthium De dialect. p. 47 sqq. Iam vero quod in codd. plerisque omnibus deinde γάρ desideratur, quod suspicamur nec in Par. A. perscriptum exhiberi, quamquam de hoc codice nihil in litteras est relatum; nec huius vocis defectio nos ullo modo sollicitos habet. Solent enim sententiae epexegesi inservientes, quae ab μέν vel μέν γε exordiuntur, sexcenties sine γάρ inferri, ut dubitari non possit, quin γάρ a grammaticis sit invectum declarativam particulam desiderantibus. Cuius generis exempla consignavimus ad Gorgiam p. 464. B. quibus addere hic licebit Legg. VII. p. 791. A. ubi vid. varr. lectt. IX. p. 867. A. XII. p. 957. A. Iam vero his ita expeditis progredimur ad proxima, de quibus haec sunt tenenda. Deminuendi vi positum esse istud, χίλια ἢ δὶς τοσαῦτα ἔτη, mille tantum aut bis mille annos, perspicuum est ex ipsa sententiae ratione, quandoquidem opposita sunt illa: μυριάκις μύρια ἔτη. Iam vero istud, ἀφ' οὗ γέγονεν, sic dictum videtur, ut significet: ex quo orta sunt; ex quo originem habuerunt suam. Nam subiectum verbi γέγονεν liquet esse idem illud, quod in proximis additur. Connectenda vero sunt verba haec: χίλια δ' ἢ δὶς τοσαῦτα ἔτη καταφανῆ γέγονε τὰ μὲν Δαιδάλῳ κ. τ. λ., quod dictum est concise pro pleniore: millia vero annorum vel bis tantundem temporis ab origine effluxerunt, quum alia Daedalus invenit, alia Orpheus, Palamedes alia etc. In quo non est quod quis haereat. Formula καταφανῆ γέγονε de artium inventoribus proprie dicitur, quippe qui alibi καταδεῖξαι dicuntur. v. Valckenar. ad Eurip. Phoeniss. v. 532. coll. Aristoph. Rann. v. 1064: Ὀρφεὺς μὲν γὰρ τελετάς θ' ἡμῖν κατέδειξε, φόνων τ' ἀπέχεσθαι. Denique haec: τὰ δὲ ἄλλα — γεγονότα, liberiore constructione subiuncta sunt ita ut γεγονότα, quum verbo finito opus fuerit, per appositionem relatum sit ad antegressa. Nam ita haec accipienda esse, docet formula χθὲς καὶ πρώην, nudius tertius, h. e. haud ita pridem, de cuius usu v. Valckenar. ad Herodot. II. 53. Gataker. ad Antonin. p. 292. a. intpp. ad Gorg. Platon. p. 470. D. Itaque universum locum sic interpretamur: Wie hätte doch, mein Bester, wenn diess die ganze Zeit hindurch so geblieben wäre, wie es ietzt ein-

μύρια ἔτη διελάνθανεν ἄρα τοὺς τοτέ· χίλια δ' ἀφ' οὗ γέγονεν ἢ δὶς τοσαῦτα ἔτη τὰ μὲν Δαιδάλῳ καταφανῆ γέγονε, τὰ δὲ Ὀρφεῖ, τὰ δὲ Παλαμήδει, τὰ δὲ περὶ μουσικὴν Μαρσύᾳ καὶ Ὀλύμπῳ, περὶ λύραν δὲ Ἀμφίονι, τὰ δ' ἄλλα ἄλλοις πάμπολλα, ὡς ἔπος εἰπεῖν, χθὲς καὶ πρώην γεγονότα.

ΑΘ. Ἆρ οἶσθ', ὦ Κλεινία, τὸν φίλον ὅτι παρέλιπες, τὸν ἀτεχνῶς χθὲς γενόμενον;

ΚΛ. Μῶν φράζεις Ἐπιμενίδην;

E *ΑΘ.* Ναὶ τοῦτον· πολὺ γὰρ ὑμῖν ὑπερεπήδησε τῷ μηχανήματι τοὺς ξύμπαντας, ὦ φίλε· ὃ λόγῳ μὲν

Ἀρ' οἶσθ' ὦ Κλ.] ἴστ' A. B. Ω. f. h. r. ἄριστ' ὦ Voss. Edidit ἴστ' Schneider.: vereor ut recte.

gerichtet ist, auch nur irgend etwas neues iemals erfunden werden können? Dass es demnach für die damaligen Menschen viele Jahrtausende verborgen blieb — — — (intell. ist nicht befremdlich, ist wohl offenbar); dagegen sind es erst tausend oder zweitausend Jahre, seitdem Einiges entdeckt worden ist vom Dädalus, Anderes etc. etc. A nostra sententia codicum scripturae planissime attemperata longe discrepant Astius, Boeckhius, C. Fr. Hermannus, alii. Nam Astius quidem verba: *ὅτι* (*ὅ, τι*) *μὲν γὰρ* et *γέγονεν* post *καταφανῆ* tanquam spuria damnavit. Boeckhius vero locum supplemento auctum esse voluit hunc fere in modum: *Ὅτι μὲν γὰρ μυριάκις μύρια ἔτη διελήλυθεν, ἐξ οὗ τὰ αὐτὰ ἤδη ποτὲ ἀνευρήκεσαν οἱ ἄνθρωποι, διελάνθανεν ἄρα τοὺς τότε, κ. τ. λ.* Porro C. Fr. Hermannus ex cod. Par. A. edidit: *τοῦτο· ὅτι μὲν γάρ*, ita quidem, ut in isto *ὅτι* latere suspicatus sit *οἴει* et prius *γέγονεν* tanquam insiticium uncis circumscripserit, caussis permotus minus probabilibus. Schneiderus autem, vocabulis *τον* et *γὰρ* omissis et colo post *τότε* interiecto locum ita interpretatus est: multis quidem millibus annorum ante fuisse haec, id scilicet fugiebat eos, qui illis temporibus erant; mille vero aut bis mille anni sunt, postquam alia inventa sunt a Daedalo etc. Quae interpretatio verbis Platonis vim infert et alienam subiicit sententiam universo loco parum convenientem. Denique Baiterus de Astii et Badhami sententia *οὔ τι* pro *ὅτι* scripsit iisdemque auctoribus *γέγονε* post *καταφανῆ* sustulit, hanc ratus verborum esse sententiam: „Si artes, quas nunc habemus, intra bis mille ad summum annorum spatium omnes inventae sunt, incredibile est per immensam praecedentium saeculorum seriem nihil unquam simile a quoquam repertum esse. Sin repertum aliquid concedimus, idem ante eorum temporum, qui a nobis inventores habentur, Dae-

Ἡσίοδος ἐμαντεύετο πάλαι, τῷ δὲ ἔργῳ ἐκεῖνος ἀπετέλεσεν, ὡς ὑμεῖς φατέ.

ΚΛ. Φαμὲν γὰρ οὖν.

Cap. II. ΑΘ. Οὐκοῦν οὕτω δὴ λέγωμεν ἔχειν τότε, ὅτε ἐγένετο ἡ φθορά, τὰ περὶ τοὺς ἀνθρώπους πράγματα, μυρίαν μέν τινα φοβερὰν ἐρημίαν, γῆς δ' ἀφθόνου πλῆθος πάμπολυ, ζώων δὲ τῶν ἄλλων ἐῤῥόντων βουκόλι' ἄττα, καὶ εἴ τί που αἰγῶν περιλειφθὲν ἐτύγχανε γένος, σπάνια καὶ ταῦτα νέμουσιν εἶναι 678
ζῆν τότε κατ' ἀρχάς.

ΚΛ. Τί μήν;

Cap. II. E. γῆς δ' ἀφθόνου] ι' Ω. pr. et h. f. r. a. δ. o. Mox marg. x. οὕτω δὴ λέγομεν.

dalum ceterosque dico, rursus interciderit necesse est." Ceterum de Daedalo v. Diodor. Sic. IV. 76. ibique Wesseling. Palaephat. Fab. 22. de Orpheo Aristoph. Rann. v. 1064. ibique intpp. de Palamede intpp. ad Plat. Remp. VII. 6. Gataker. Advers. Posthu. c. 10. et Heynius ad Virgil. Aen. II. Excurs. III. de Marsya et Olympo ann. ad Plat. Symp. p. 215. C. et Min. p, 318. B.

τὸν ἀτεχνῶς χθὲς γ.] De Epimenidis aetate secundum Platonem v. ad libr. I. p. 642. D.

Ἆρ' οἶσθ', ὦ Κλεινία] Quod codd. optimi fere omnes habent ἴστ', a Schneidero nuper evulgatum, id etsi explicationem paratam habet ex iis, quae de hoc loquendi genere ad Protag. p. 311. D. exposuimus, tamen quoniam continuo sequitur ὅτι παρέλιπες, certe perquam molestum accidit, ut e scripturae compendio ortum videatur.

ὑπερεπήδησε τῷ μ.] superavit, ut ὑπερθεῖν I. p. 648. D. Proxima: ὃ λόγῳ μὲν — ἀπετέλεσεν, superioribus per epexegesin adduntur. Quamobrem post ὦ φίλε, sublato commate, colon posuimus. Genus constructionis apud Platonem est frequentissimum. Hesiodi locus, qui respicitur, est Opp. et DD. v. 40. νήπιοι, οὐδ' ἴσασιν, ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός, Οὐδ' ὅσον ἐν μαλάχῃ τε καὶ ἀσφοδέλῳ μέγ' ὄνειαρ. Verissime Boeckhius: „Vates, inquit, parcum et simplicem victum laudat, qualis est malva et asphodelus. Sed postera aetas, non contenta tam vili sensu, profundam in his verbis sapientiam requisivit: significari enim herbas dicebant, ex quibus parari posset medicamen ἀλίμους efficiens καὶ ἀδίψους; quod ipsum Hesiodum vaticinatum esse, Epimenidem revera invenisse, Cretenses asseverabant, nimis per se proni ad mendacia. conf. Meursii Cret. IV. 12. et Schol. Hesiod. l. c." Adde Plutarch. Conviv. Sapient. VII. p. 157. E. ibique Wyttenbach. Vol. VI. P. II. p. 969 sq. Heinrich. Epimen. p. 68 sq. Hoeck. De Creta insula Vol. III. p. 256 sqq.

Cap. II. σπάνια καὶ ταῦτα ν. εἶναι ζῆν —] haec quoque parva ac tenuia fuisse ad vitam tolerandam. Nam ζῆν infinitivus pen-

ΑΘ. Πόλεως δὲ καὶ πολιτείας πέρι καὶ νομοθεσίας, ὧν νῦν ὁ λόγος ἡμῖν παρέστηκεν, ἆρ' ὡς ἔπος εἰπεῖν οἰόμεθα καὶ μνήμην εἶναι τὸ παράπαν;

ΚΛ. Οὐδαμῶς.

ΑΘ. Οὐκοῦν ἐξ ἐκείνων τῶν διακειμένων οὕτω τὰ νῦν γέγονεν ἡμῖν ξύμπαντα, πόλεις τε καὶ πολιτεῖαι καὶ τέχναι καὶ νόμοι, καὶ πολλὴ μὲν πονηρία, πολλὴ δὲ καὶ ἀρετή;

ΚΛ. Πῶς λέγεις;

B ΑΘ. Ἆρ' οἰόμεθα, ὦ θαυμάσιε, τοὺς τότε ἀπείρους ὄντας πολλῶν μὲν καλῶν τῶν κατὰ τὰ ἄστη, πολλῶν δὲ καὶ τῶν ἐναντίων τελέους πρὸς ἀρετὴν ἢ πρὸς κακίαν γεγονέναι;

ΚΛ. Καλῶς εἶπες, καὶ μανθάνομεν ὃ λέγεις.

P. 678 B. Ἆρ' οἰόμεθα] Sic A. B. Ω. Ξ. v. f. h. r. a. c. δ. o. x. Vulgo οἰώμεθα.

ἢ πρὸς κακίαν] V. ἢ καὶ πρὸς κακίαν. Abieci καὶ cum Par. A. qui teste Bastio illud ignorat, marg. codicis Ω. et Riccard. (h.) Flor. a. c. δ. Tenuerunt voculam alii omnes, etiam Schneider.

det ex σπάνια; ταῦτα autem refertur ad βουκόλια καὶ αἰγῶν γένος.

P. 678. ὧν νῦν ὁ λόγος ἡμῖν παρέστηκεν,] H. e. de quibus nunc disputatio a nobis suscepta est. Ad ὧν ne quis περὶ requirat, v. annot. ad Apol. Socrat. p. 26. B. πρὸς αὐτῶν τούτων τῶν θεῶν, ὧν νῦν λόγος ἐστίν. Dorvill. ad Chariton. p. 592. Schaefer. ad Soph. Antig. v. 11.

ἆρ' ὡς ἔπος εἰπεῖν οἰόμεθα καὶ μνήμην εἶναι] num arbitramur vel levissimam superfuisse memoriam? h. e. nullam existimandum est extitisse memoriam. Itaque formula ὡς ἔπος εἰπεῖν, prope dixerim, referenda est ad καὶ μνήμην εἶναι, in quo inest maior quaedam negandi vis et significatio, ex interrogationis ratione enata. v. ann. ad Gorg p. 450. B. Reip. I. p. 341. B. Symp. p. 179. A.

B. Ἆρ' οἰόμεθα, ὦ θαυμάσιε,] Indicativo utitur, quia contrarium vult cogitari eius, quod verbis significatur. Nam sublata interrogationis forma sensus verborum sic declarandus est: Neutiquam sane arbitramur, eos perfectos ad virtutem vel pravitatem extitisse. Quod ipsum deinde a Clinia affirmatur responso hoc: καλῶς εἶπες. Itaque verissime codd. meliores οἰόμεθα pro vulg. οἰώμεθα suppeditarunt; hoc enim foret dubitantis atque deliberantis, ideoque ab hac oratione prorsus abhorreret.

κατὰ σμικρὸν δὲ] sed paullatim. Quam in rem Heindorfius ad Sophist. p. 217. D. = p. 275. comparat Demosth. Leptin. §. 39. πάντα ταῦτα ἀμελούμενα ὑπέῤῥει κατὰ σμικρόν. Addimus Phaedr. p. 262. A. Xenoph. Mem. IV.

ΑΘ. Οὐκοῦν προϊόντος μὲν τοῦ χρόνου, πληθύοντος δ' ἡμῶν τοῦ γένους, εἰς πάντα τὰ νῦν καθεστηκότα προελήλυθε πάντα;

ΚΛ. Ὀρθότατα.

ΑΘ. Οὐκ ἐξαίφνης γε, ὡς εἰκός, κατὰ σμικρὸν δὲ ἐν παμπόλλῳ τινὶ χρόνῳ.

ΚΛ. Καὶ μάλα πρέπει τοῦθ' οὕτως. C

ΑΘ. Ἐκ γὰρ τῶν ὑψηλῶν εἰς τὰ πεδία καταβαίνειν, οἶμαι, πᾶσι φόβος ἔναυλος ἐγεγόνει.

ΚΛ. Πῶς δ' οὔ;

ΑΘ. Ἆρ' οὐκ ἄσμενοι μὲν ἑαυτοὺς ἑώρων δι' ὀλιγότητα ἐν τοῖς περὶ ἐκεῖνον τὸν χρόνον, πορεῖα δέ, ὥςτ' ἐπ' ἀλλήλους τότε πορεύεσθαι κατὰ γῆν ἢ κατὰ θάλατταν, σὺν ταῖς τέχναις, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πάντα

πληθύοντος δ' ἡμῶν] Sic Par. A. Ricc. b. Flor. a. c. δ. et marg. Vat. Ω. pro vulg. πληθύνοντος.

προελήλυθε πάντα] V. ἅπαντα, quod mutatum ex Par. A. et marg. Ω. atque a.

C. πορεῖα δέ,] V. πόρεια. Correxit Stephanus. Ann.

27. Demosth. De Falsa Leg. p. 328. C. κατὰ σμικρὸν ὑποῤῥέουσα ἀθρόως τῇ πόλει γίγνεται βλάβη. Usurpari etiam κατὰ σμικρά, docuit Perizon. ad Ael. V. H. II. 22.

C. πᾶσι φόβος ἔναυλος ἐγ.] omnibus inerat recens quasi formido, quae ipsos impediebat, ne ex montium iugis in campos descenderent. Ἔναυλος dicitur exquisite tam de sono, quo adhuc aures personant, quam de qualibet re, cuius memoria adhuc recens est. Quae scita est observatio Ruhnkenii ad Tim. Gloss. p. 100., idoneis illa exemplis ab eo confirmata.

ἑαυτοὺς ἑώρων δι' ὀλιγότητα —] propterea quod erant paucissimi eoque maiore inter se coniuncti caritate. Mox p. 678. E: ἠγάπων καὶ ἐφιλοφρονοῦντο ἀλλήλους δι' ἐρημίαν. Dein vulgo πόρεια, pro quo Stephanus requirit πορεῖα, ut est apud Polluc. I. 83. III. 92. Etym. M. Phot. et Suid. s. v. qui interpretantur τὰ εἰς πορείαν χρήσιμα. Recte vero. Nam πορεῖα scribendum, sicubi vocabulum nominis substantivi vi et significatione potitur, ut h. l., ubi omnino intelliguntur vehicula cuiuscunque generis. Haesit vero in his Boeckhius. Sed, obsecro, inquit, quinam terris aqua obtectis terrestri itinere convenire potuissent, etiamsi abundassent omnis generis πορείοις? Et ut concedam potuisse, quid opus erat vehiculis, quando sedes mutare volebant pauperes homines et omni carentes supellectile? quae etiam impedimento fuissent proficiscentibus per paludosas e recenti illuvie valles. Sola igitur navigia, quibus inter se convenirent, defuisse debebat

σχεδὸν ἀπολώλει; ξυμμίσγειν οὖν ἀλλήλοις οὐκ ἦν,
D οἶμαι, σφόδρα δυνατόν· σίδηρος γὰρ καὶ χαλκὸς καὶ πάντα τὰ μεταλλεῖα συγκεχυμένα ἠφάνιστο, ὥςτε ἀπορία πᾶσα ἦν τοῦ ἀνακαθαίρεσθαι τὰ τοιαῦτα, δρυοτομίας τε εἶχον σπάνιν. εἰ γάρ πού τι καὶ περιγεγονὸς ἦν ὄργανον ἐν ὄρεσι, ταῦτα μὲν ταχὺ κατατριβέντα ἠφάνιστο, ἄλλα δὲ οὐκ ἔμελλε γενήσεσθαι, πρὶν πάλιν ἡ τῶν μεταλλέων ἀφίκοιτο εἰς ἀνθρώπους τέχνη.

ΚΛ. Πῶς γὰρ ἄν;

ΑΘ. Γενεαῖς δὴ πόσαις ὕστερον οἰόμεθα τοῦθ' οὕτω γεγονέναι;

E ΚΛ. Δῆλον, ὅτι παμπόλλαις τισίν.

ΑΘ. Οὐκοῦν καὶ τέχναι, ὅσαιπερ σιδήρου δέον-

σχεδὸν ἀπολώλει] ἀπωλώλει pr. A. Ω. aliique pauci. Pro πάντα Badham. ad Phaedr. praef. XI. πάντῃ corr.

D. εἰ γάρ πού τι καὶ π.] τι om. A. probante Hermanno, post που collocant Ω. v. f. r. a. c. o. Vulgo τί που καί. Deinde unus x. ταῦτα μέντοι ταχὺ κ.

dicere: nunc autem ait caruisse eos omnibus cum terrestribus tum maritimis vehiculis, quibus usi congrederentur. Tam absurdum dictum alius retulerit ad Platonem; mihi abhorrere videtur ab eius ingenio. Illud autem τότε post ἀλλήλους offendit, quotiescunque legi. Quare nescio an haec omnia, ὥςτε ἐπ' ἀλλήλους τότε πορεύεσθαι κατὰ γῆν ἢ κατὰ θάλατταν, quae, si absint, haud facile desideres, haec igitur nescio an sint profecto a glossatore quopiam, qui vellet significare, πορεῖα vocari et terrestria et maritima vehicula." Haec vir doctissimus ante hos circiter quinquaginta annos. Hodie, opinor, ipse aliter sentiret. Neque enim ullus hic glossemati locus, nec sententia correctionem efflagitat. Nimirum loquitur philosophus non iam de illo aevo, quo omnia adhuc erant aquis aut luto completa, sed cogitat de temporibus iis, quibus etsi aquarum vis magnam partem evanuisset, tamen adhuc recens apud omnes erat ingentis diluvii memoria, atque prohibebat, quominus de montium iugis in planum descendere auderent. — *τότε* est *tunc*, quum factum esset diluvium.

ξυμμίσγειν οὖν ἀλλήλοις] H. e. conversari atque inire societatem.

D. πάντα τὰ μεταλλεῖα] H. e. μέταλλα. v. *Lobeck.* Paralipom. I. p. 324. Itaque ξυγκεχυμένα ἠφάνιστο, est: *per illuviem aquarum metalla summersa et contecta evanuerant, ita ut repurgatio eorum maximam haberet difficultatem.* Possunt tamen μεταλλεῖα etiam *metalli fodinae* esse, ut equidem acceperim. — Iam vero quum desiderarentur fer-

ται καὶ χαλκοῦ καὶ τῶν τοιούτων ἁπάντων, τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ ἔτι πλείονα ἠφανισμέναι ἂν εἶεν ἐν τῷ τότε;

ΚΛ. Τί μήν;

ΑΘ. Καὶ τοίνυν στάσις ἅμα καὶ πόλεμος ἀπολώλει κατὰ τὸν τότε χρόνον πολλαχῇ.

ΚΛ. Πῶς;

ΑΘ. Πρῶτον μὲν ἠγάπων καὶ ἐφιλοφρονοῦντο ἀλλήλους δι' ἐρημίαν, ἔπειτα οὐ περιμάχητος ἦν αὐτοῖς ἡ τροφή· νομῆς γὰρ οὐκ ἦν σπάνις, εἰ μή τισι 679
κατ' ἀρχὰς ἴσως, ᾗ δὴ τὸ πλεῖστον διέζων ἐν τῷ τότε χρόνῳ· γάλακτος γὰρ καὶ κρεῶν οὐδαμῶς ἐνδεεῖς ἦσαν, ἔτι δὲ θηρεύοντες οὐ φαύλην οὐδ' ὀλίγην τροφὴν παρείχοντο. καὶ μὴν ἀμπεχόνης γε καὶ στρω-

Πῶς γὰρ ἄν;] V. *Πῶς γὰρ δή;* Aliter B. v. h. r. a. c. δ. et marg. Ω., sec. A. In Voss. x. est *Πῶς γὰρ ἂν δή;*

E. *δέονται καὶ χαλκοῦ*] *λέγονται* A. Ω. x. alii, sed recte iidem illi in marg. *δέονται.*

rum, aes, et metalla, quae secundum veterum opinionem primaria sunt commercii praesidia et adiumenta; tum etiam aliud quid defuit ad ineundas societates necessarium; nam *δρυοτομίας εἶχον σπάνιν*, maxima erat materiae sive sylvae caedendae inopia, quippe quum ferreis instrumentis carerent.

ταῦτα μὲν ταχὺ κατατριβέντα ἠφάνιστο] Pronomen *ταῦτα* referendum ad *εἴ τι καὶ ὄργανον*, in quo multitudinis continetur significatio. v. ad Sophist. p. 325. B. C. Pro *μέν*, quod cod. Voss. scriptum habet *μέντοι*, id nulla ratione defendi potest. Nam quum subsequatur *δέ*, facile apparet non potuisse scribi *μέντοι*, quod pro *μέν*, sequente *δέ* particula, non usurpatur. Nec quidquam proficias scribendo *μέν τοι*, id quod Boeckhio placuit. Nam *τοι*, asseverandi et confirmandi index, quid hic sibi velit, vix quisquam dixerit. — *ταχὺ κατατριβέντα ἠφ.* nimirum aerugine corrupta ac depravata.

P. 679. *ᾗ δὴ τὸ πλεῖστον διέζων* —] qua scilicet (*νομῇ*) maximam partem illo tempore vitam sustentabant.

καὶ μὴν ἀμπεχόνης γε —] quin etiam vestimentis et stragulis et habitationibus et vasis tam igni admovendis quam non admovendis abundabant, quandoquidem fingendi et texendi artes ferro haudquaquam indigent. *Σκεύη ἔμπυρα* sunt vasa, quae igni admoventur, sicuti ollae, et *οἱ ἐμπυριβῆται;* quibus opponuntur *τὰ ἄπυρα.* Similiter Politic. p. 287. E. *ξηροῖς καὶ ὑγροῖς καὶ ἐμπύροις καὶ ἀπύροις*, ubi *ἔμπυρα* et *ἄπυρα* intelli-

μνῆς καὶ οἰκήσεων καὶ σκευῶν ἐμπύρων τε καὶ ἀπύρων εὐπόρουν· αἱ πλαστικαὶ γὰρ καὶ ὅσαι πλεκτικαὶ τῶν τεχνῶν οὐδὲ ἓν προςδέονται σιδήρου. ταῦτα δὲ πάντα
B τούτω τὼ τέχνα θεὸς ἔδωκε πορίζειν τοῖς ἀνθρώποις, ἵν' ὁπότε εἰς τὴν τοιαύτην ἀπορίαν ἔλθοιεν, ἔχοι βλάστην καὶ ἐπίδοσιν τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος. πένητες μὲν δὴ διὰ τὸ τοιοῦτον σφόδρα οὐκ ἦσαν, οὐδ' ὑπὸ πενίας ἀναγκαζόμενοι διάφοροι ἑαυτοῖς ἐγίγνοντο· πλούσιοι δ' οὐκ ἄν ποτ' ἐγένοντο ἄχρυσοί τε καὶ ἀνάργυροι ὄντες, ὃ τότε ἐν ἐκείνοις παρῆν. ᾗ δ' ἄν ποτε ξυνοικίᾳ μήτε πλοῦτος ξυνοικῇ μήτε πενία, σχεδὸν ἐν ταύτῃ γενναιότατα ἤθη γίγνοιτ'

P. 679. *οὐδὲ ἓν προςδέονται*] V. *οὐδέν*. Sed illud tuentur A. Ω. v. h. r a. δ. x. vid. ann. exeg.

guntur res, quae igni admoventur vel non admoventur. conf. Pollux X. 13. et 82: *Ἀριστοφάνης δ' ἔοικε διαιρεῖν τινας ἀπύρους καὶ ἐμπύρους πινακίσκους*, i. e. patellas. — *οὐδὲ ἓν* est, ne ulla quidem in parte, plane non; quod dicitur gravius paullo quam *οὐδέν*, ut vulgo scribebatur. Rem exemplis demonstravimus ad Sympos. p. 214. D.

ταῦτα δὲ πάντα τούτω τὼ τέχνα —] Haec omnia vero (vestimenta, stragula, habitationes, vasorum varia genera) quo suppeditarentur hominibus, deus has duas artes (fingendi et texendi) iis dedit, ut genus humanum, si quando in talem inopiam incidisset, qualis tum fuit, propagari et augeri posset. Itaque iungenda verba sunt hunc in modum: *ἔδωκε δὲ θεὸς τούτω τὼ τέχνα πορίζειν* (i. q. *ὥστε πορίζειν*) *τοῖς ἀνθρώποις ταῦτα πάντα*, κ. τ. λ. Quo non perspecto Astius, alia loci interpunctione facta, *δὲ* post *ταῦτα* apodosi inservire narrat; verba autem superiora: *αἱ πλαστικαὶ — καὶ ὅσαι* etc. pro nominativis absolutis venditat. Quorum omnium nihil verum.

B. *πλούσιοι δ' οὐκ ἂν ποτ' ἐγένοντο*] nunquam vero solent divites existere, qui auro et argento carent, id quod tunc inter illos accidit, s. quae ipsa fuit illorum fortuna et condicio. Sic nos haec verba interpretamur, quae aliis multum crearunt negotii. Nam Ficinus quidem ista: *ὃ τότε ἐν ἐκείνοις παρῆν*, silentio transmisit, eademque nuper etiam Vederus Histor. Iur. Philos. ap. Veteres. Lugd Bat. 1832 8. p. 222. aut omittenda aut post *ἀνθρώπων γένος* transponenda iudicavit. Cornarius porro quantopere se torserit, docet eius interpretatio: „Ut qui neque aurum neque argentum haberent, quod tunc adesset." Quae quam inepta sint, vix attinet verbo monuisse. Nec vero melius rem administravit Astius, qui ante *ὃ τότε — παρῆν* plenius distinxit, et commate ante

ἄν· οὔτε γὰρ ὕβρις οὔτ' ἀδικία, ζῆλοί τε αὖ καὶ C
φθόνοι οὐκ ἐγγίγνονται. ἀγαθοὶ μὲν δὴ διὰ ταῦτά τε ἦσαν καὶ διὰ τὴν λεγομένην εὐήθειαν· ἃ γὰρ ἤκουον καλὰ καὶ αἰσχρά, εὐήθεις ὄντες ἡγοῦντο ἀληθέστατα λέγεσθαι καὶ ἐπείθοντο. ψεῦδος γὰρ ὑπονοεῖν οὐδεὶς ἠπίστατο διὰ σοφίαν, ὥςπερ τὰ νῦν, ἀλλὰ περὶ θεῶν τε καὶ ἀνθρώπων τὰ λεγόμενα ἀληθῆ νομίζοντες ἔζων κατὰ ταῦτα· διόπερ ἦσαν τοιοῦτοι παντάπασιν, οἵους αὐτοὺς ἡμεῖς ἄρτι διεληλύθαμεν.

ΚΛ. Ἐμοὶ γοῦν δὴ καὶ τῷδε οὕτω ταῦτα ξυν- D
δοκεῖ.

B. γεννaιότατα ἤθη] V. *δικαιότατα.* Rectius Par. A., marg. Vat. *Ω.* a. c. *δ.* x. *γενναιότατα.* v. infra exeges.

ἦ δ' posito, verba illa iunxit consequentibus: qua ratione omnia misere pervertuntur. Enimvero priora illa: *πλούσιοι δ' — ἀνάργυροι ὄντες,* dicuntur universe, siquidem aoristus cum *ἄν* iunctus, ut sexcenties, indicat id, quod pro rerum condicione identidem accidere solet. Qua ratione ubi verba intelliguntur, rectissime deinde subiuncta videri debent haec: *ὃ τότε ἐν ἐκείνοις παρῆν:* nam *ὃ* per synesin refertur ad *τὸ ἀχρύσους τε καὶ ἀναργύρους εἶναι.*

ᾗ δ' ἄν ποτε ξυνοικία —] Recitat locum Stobaeus Floril. Serm. XLI. p. 265 *μν.* 119. Vol. II. p. 139. ed. Gaisf. Lips. ubi pro *δικαιότατα ἤθη,* quam scripturam hic vulgo servarunt, in Trincavelli quidem exemplo scriptum extat *γενναιότατα,* quod ipsum ex codd. Platonis supra indicatis restituendum putavimus. Placuit recepta lectio etiam Ruhnkenio ad Tim. Gloss. p. 67. ubi de usu voc. *γενναῖος* disputat, ita quidem, ut eum ostendat etiam in hunc locum convenire planissime.

C. *ζῆλοί τε αὖ — οὐκ ἐγγίγνονται*] In his ad *οὔτε γὰρ ὕβρις οὔτ' ἀδικία* intelligendum *γίγνεται* vel *ἐστίν.* Quo facto recte in altero membro infertur *τε — οὐ.* Infra IV. p. 705. C: *οὐκ ἔστιν οὔτε τις ἐλάτη — οὔτ' αὖ πεύκη, κυπάριττός τε οὐ πολλή.* Thucyd. I. 5: *ὡς οὔτε ὧν πυνθάνονται ἀπαξιούντων τὸ ἔργον, οἷς τε ἐπιμελὲς εἴη εἰδέναι οὐκ ὀνειδιζόντων.* Id. I. 106: *οὔτε ἐκεῖνος κατενόησεν, τό τε μαντεῖον οὐκ ἐδήλου.* Plat. Tim. p. 71. A: *ὡς λόγου μὲν οὔτε ξυνήσειν ἔμελλεν, εἴ τέ πῃ καὶ μεταλαμβάνοι — οὐκ ἔμφυτον αὐτῷ τὸ μέλειν τινῶν ἔσοιτο λόγων.* Eurip. Hippol. v. 392: *οὔτε γὰρ τότε λόγοις ἐτεγγεθ' ἥδε, νῦν τ' οὐ πείθεται.* v. Hermann. ad Sophocl. Antig. v. 759. et Matthiae Gr. §. 609. 1. *γ'.*

ψεῦδος γὰρ ὑπονοεῖν —] nam mendacium suspicari nondum edocti erant per sapientiam. Enimvero *σοφίαν* vocat nunc prudentiam et calliditatem.

Cap. III. *ΑΘ.* Οὐκοῦν εἴπωμεν, ὅτι γενεαὶ διαβιοῦσαι πολλαὶ τοῦτον τὸν τρόπον τῶν πρὸ κατακλυσμοῦ γεγονότων καὶ τῶν νῦν ἀτεχνότεροι μὲν καὶ ἀμαθέςεροι πρός τε τὰς ἄλλας μέλλουσιν εἶναι τέχνας καὶ πρὸς τὰς πολεμικάς, ὅσαι τε πεζαὶ καὶ ὅσαι κατὰ θάλατταν γίγνονται τὰ νῦν, καὶ ὅσαι δὴ κατὰ πόλιν μόνον, αὐτοῦ δίκαι καὶ ςάσεις λεγόμε-
E ναι, λόγοις ἔργοις τε μεμηχανημέναι πάσας μηχανὰς εἰς τὸ κακουργεῖν τε ἀλλήλους καὶ ἀδικεῖν, εὐηθέςεροι δὲ καὶ ἀνδρειότεροι καὶ ἅμα σωφρονέςεροι καὶ ξύμπαντα δικαιότεροι; τὸ δὲ τούτων αἴτιον ἤδη διεληλύθαμεν.

ΚΛ. Ὀρθῶς λέγεις.

ΑΘ. Λελέχθω δὴ ταῦτα ἡμῖν καὶ τὰ τούτοις ξυνεπόμενα ἔτι πάντα εἰρήσθω τοῦδ' ἕνεκα, ἵνα νοή-

Cap. III. D. *Οὐκοῦν εἴπωμεν*] εἴπομεν Vat. r., ut Astius coni. Ficinus: Diximus porro. Dein Bekker. ἀτεχνώτεροι, quod narrat in Par. A. a pr. m. ita scriptum esse, tacente tamen Bastio. v. Schneider. ad Remp. II. p. 33. Buttmann. Gramm. II.

Cap. III. P. 679. D. *Οὐκοῦν εἴπωμεν, ὅτι γενεαὶ δ.*] Etiam hic locus perperam ab interpretibus explicatus, et a criticis male mutatus est. Enimvero omnes illi non viderunt, post ὅτι deinceps inferri μέλλουσιν εἶναι, quod perinde reddiderunt, ac si praeteritum tempus locum haberet. At enimvero sententia verborum haec est: Nonne igitur statuamus, si multarum aetatum homines vitam isto modo transegerint, futurum esse, ut iis, qui vel ante diluvium vixerunt vel nunc vivunt, inertiores sint, atque imperitiores cum in ceteris artibus, tum in bellicis, quae vel terra marique hodie exercentur, vel in singulis tantum civitatibus, ubi lites et seditiones vocatae verbis factisque omnes machinas adhibent ad maleficia et iniurias mutuas inferendas? Futurum mox eodem modo positum p. 680. E. ἀγέλην ποιήσουσιν. et hinc paullo post κληθήσεται, οἰκήσουσιν, al. Atque haec verborum interpretatio si vera est, ineptam esse scripturam *Οὐκοῦν εἴπομεν*, modo indicativo, ab Astio desideratam et a Ficino et Cornario expressam, facile intelligitur. Ad ὅσαι δὴ κατὰ πόλιν μόνον iterandum est ex antegressis γίγνονται. Referuntur vero δίκαι καὶ στάσεις inter artes bellicas, quoniam lites sunt ἀγῶνες, στάσις autem, ipso Platone iudice, pro bello intestino ducenda est; v. libr. I. p. 628. B. 629. D ὃ καλοῦμεν ἅπαντες στάσιν, ὃς δὴ πάντων πολέμων χαλεπώτατος. Denique admonuisse iuvabit, post γενεαὶ per synesin deinceps inferri masculinum ἀτεχνότεροι καὶ ἀμα-

σωμεν τοῖς τότε νόμων τίς ποτ' ἦν χρεία καὶ τίς 680
ἦν νομοθέτης αὐτοῖς.

ΚΛ. Καὶ καλῶς γε εἴρηκας.

ΑΘ. Ἆρ' οὖν ἐκεῖνοι μὲν οὔτε ἐδέοντο νομοθετῶν οὔτε πω ἐφίλει κατὰ τούτους τοὺς χρόνους γίγνεσθαι τὸ τοιοῦτον; οὐδὲ γὰρ γράμματα ἔςι πω τοῖς ἐν τούτῳ τῷ μέρει τῆς περιόδου γεγονόσιν, ἀλλ' ἔθεσι καὶ τοῖς λεγομένοις πατρίοις νόμοις ἑπόμενοι ζῶσιν.

ΚΛ. Εἰκὸς γοῦν.

ΑΘ. Πολιτείας δέ γε ἤδη καὶ τρόπος ἐςί τις οὗτος.

ΚΛ. Τίς;

ΑΘ. Δοκοῦσι μοι πάντες τὴν ἐν τούτῳ τῷ χρό- B
νῳ πολιτείαν δυναςείαν καλεῖν, ἣ καὶ νῦν ἔτι πολ-

p. 410. Schaefer. Melett. p. 9. et annot. ad libr. II. extrem.

P. 680. *λεγομένοις πατρίοις νόμοις*] Vulgo *πατρικοῖς*. Sed Par. A: Vat. f. Flor. a. c. δ. o. et marg. Vat. Ω. habent *πατρίοις νόμοις*. recte. v. infra.

θέστεροι, et paullo inferius *εὐηθέστεροι, ἀνδρειότεροι, σωφρονέστεροι, δικαιότεροι*. Nam *πολλαὶ γενεαί*, abstracto nomine pro concreto posito, intelliguntur *πολλῶν γενεῶν ἄνθρωποι*. Vide ad III. p. 684. A. 701. E. Quare mirari subit Boeckhium p. 163. ubique formas generis feminei requisivisse.

E. *τὸ δὲ τούτων αἴτιον* —] Conf. p. 677. B. et 679. A.

P. 680. *Ἆρ' οὖν ἐκεῖνοι μὲν οὔτ' ἐδ.*] Nonne igitur illi quidem neque indigebant legum latoribus, neque solebat illis temporibus tale quid fieri? videlicet, ut leges ferrentur. Nam *τὸ τοιοῦτον* rursus per synesin refertur ad notionem, quae in *νομοθετῶν* vocabulo continetur, h. e. *νόμους τιθέναι* s. *τίθεσθαι*. De *φιλεῖν*, solere, v. ad Sympos. p. 182. C.

τοῖς λεγομένοις πατρίοις νόμοις] *Πάτριοι νόμοι* sunt, quos a maioribus more et consuetudine sancitos et tanquam traditos acceperunt. Quales quidem leges intelligi, patet ex sect. D. E. conf. II. p. 656. E. p. 680. A. VII. p. 793. B: *οἷον πάτρια καὶ παντάπασιν ἀρχαῖα νόμιμα*. al. Minus aptum est quod alii habent *πατρικοῖς νόμοις*, h. e. paternis legibus et institutis. Lach. p. 180. E: *πατρικὸς φίλος*. Men. p. 78. D: *πατρικὸς ξένος*. Ibid. p. 92. D: *πατρικὸς ἑταῖρος*. Soph. p. 242. A: *πατρικὸς λόγος*.

B. *δυναστείαν καλεῖν*] Intelligit dominationem patrum familias; die Patriarchalherrschaft; id quod ex universae disputationis ratione intelligitur. Patet item ex versu tertio et quarto Homericorum, quae dein recitantur.

λαχοῦ καὶ ἐν Ἕλλησι καὶ κατὰ βαρβάρους ἐςί· λέγει δ' αὐτήν που καὶ Ὅμηρος γεγονέναι περὶ τὴν τῶν Κυκλώπων οἴκησιν, εἰπών·

τοῖσιν δ' οὔτ' ἀγοραὶ βουληφόροι οὔτε θέμιςες,
ἀλλ' οἵ γ' ὑψηλῶν ὀρέων ναίουσι κάρηνα
ἐν σπέσσι γλαφυροῖσι, θεμιςεύει δὲ ἕκαςος
C παίδων ἠδ' ἀλόχων, οὐδ' ἀλλήλων ἀλέγουσιν.

ΚΛ. Ἔοικέ γε ὁ ποιητὴς ὑμῖν οὗτος γεγονέναι χαρίεις. καὶ γὰρ δὴ καὶ ἄλλα αὐτοῦ διεληλύθαμεν μάλ' ἀςεῖα, οὐ μὴν πολλά γε· οὐ γὰρ σφόδρα χρώμεθα οἱ Κρῆτες τοῖς ξενικοῖς ποιήμασιν.

C. ὑμῖν οὗτος γ.] ὑμῖν om. pr. Ω. et ἡμῖν scribit Ricc. h. οὐ μέντοι Λακ.] Vett. editt. ante Steph. οὐ μήν τι Α. Codd. partim οὐ μήτοι. Recte plerique cum Steph. οὐ μέντοι. Dein vulgo βίον Ἰωνικόν, invitis codd. praeter Ven. Ξ.

καὶ Ὅμηρος] Odyss. IX. v. 112 sqq. — οἴκησις est gubernatio vel administratio, non habitatio. Eodem modo οἰκεῖν, administrari, institutum esse, dici solere, ostendimus ad Remp. V. p. 462. E. VIII. p. 543. A. al.

C. ὑμῖν οὗτος γεγονέναι] Significat Clinias, Atheniensibus inprimis notum esse atque celebratum Homerum. Quamobrem ὑμῖν dicit, quod neutiquam in ἡμῖν debuisse mutari, vel opposita docent: οὐ γὰρ σφόδρα χρώμεθα οἱ Κρῆτες κ. τ. λ. Dein χαρίεις est: scitus ac venustus; qui multa habet dicta scite atque eleganter, qualia Clinias fatetur sese iam alia cognovisse; videlicet, alio tempore et opportunitate.

Ἡμεῖς δ' αὖ χρώμεθα μέν —] Etenim Lacedaemoniis Homeri carmina iam per Lycurgum feruntur innotuisse. cfr. Plutarch. Vit. Lycurg. c. 4. Imo fuerunt etiam, qui putarent iam ante Lycurgi aetatem aliquas rhapsodias iis fuisse notas, postea illius cura auctas et amplificatas. v. Wolfii Prolegg. p. CXXXIX. Quidquid rei est, illud quidem ex hoc ipso Platonis loco intelligi licet, carmina Homeri etiam apud Spartanos in maximo honore esse habita. conf. Plat. Hipp. mai. p. 285. D. Plutarch. Apophthegm. Lac. p. 223. A. — κρατεῖν τῶν τοιούτων ποιητῶν, inter huiusmodi poëtas principatum obtinere.

D. μᾶλλον Ἰωνικὸν βίον διεξέρχεται ἑκάστοτε] Scita haec Megilli observatio est, qua uti sane decet eos, qui de carminibus Homeri recte prudenterque iudicaturi sint. — ἑκάστοτε, sc. quotiescunque vitae publicae privataeque rationes persequitur. Frequentissimus hic voculae usus recurrit mox p. 682. A. 689. E. 696. D. 698. A. 705. C. 718. A. 727. B. al.

τὸ ἀρχαῖον αὐτῶν ἐπὶ τὴν ἀγρ.] H. e. simplices et antiquos mores eorum referens ad feritatem. Negat tamen Winckelmannus

ME. Ἡμεῖς δ' αὖ χρώμεθα μέν, καὶ ἔοικέ γε
κρατεῖν τῶν τοιούτων ποιητῶν, οὐ μέντοι Λακωνι-
κόν γε, ἀλλά τινα μᾶλλον Ἰωνικὸν βίον διεξέρχεται D
ἑκάστοτε. νῦν μὴν εὖ τῷ σῷ λόγῳ ἔοικε μαρτυρεῖν,
τὸ ἀρχαῖον αὐτῶν ἐπὶ τὴν ἀγριότητα διὰ μυθολο-
γίας ἐπανενεγκών.

ΑΘ. Ναί· ξυμμαρτυρεῖ γάρ, καὶ λάβωμέν γε αὐτὸν μηνυτήν, ὅτι τοιαῦται πολιτεῖαι γίγνονταί ποτε.

ΚΛ. Καλῶς.

ΑΘ. Μῶν οὖν οὐκ ἐκ τούτων τῶν κατὰ μίαν οἴκησιν καὶ κατὰ γένος διεσπαρμένων ὑπὸ ἀπορίας

D. *τὸ ἀρχαῖον αὐτῶν*] V. αὐτόν, quod ex A. B. Ω. Ξ. aliisque plurimis correctum. Florentini αὐτόν tenere videntur, ex quibus nulla enotata est lectionis diversitas.

Μῶν οὖν οὐκ ἐκ τούτων —] Accessit οὖν ex A. B. Ω. h. r. δ.

Praefat. ad editionem minorem Turicens. p. X. verum esse ἀρχαῖον. Quamobrem legendum arbitratur τὸ ἄναρχον, coniectura plane importuna. Neque enim priscis illis hominibus hic ἀναρχία tributa est, sed adscripta potius δυναστεία. Quod unum tenuisse satis valebit ad confutandam istam viri docti opinionem. *Αὐτῶν*, pro quo vulgo αὐτόν legebatur, referendum omnino ad priscos illos homines, quorum antea mentio est iniecta.

Μῶν οὖν οὐκ ἐκ τ. —] Horum verborum ratio et sententia ut penitus perspiciatur, plurimum iuvabit tenuisse, ad μῶν οὖν οὐκ ἐκ τ. τ. διεσπαρμένων ex antegressis repeti oportere: τοιαῦται πολιτεῖαι γίγνονται. Quo intellecto, reliqua facilem habent explicationem, ut nullam videamus loci mutandi necessitatem. Nam κατὰ μίαν οἴκησιν καὶ γένος est vicatim et generatim, indicatque tanquam distributionem hominum dispersorum in singulas domos et familias, quarum quaeque a ceteris seiuncta vixerit. Qui usus praepositionis κατά admodum pervulgatus est. Dicuntur vero civitates ex hominibus isto modo sparsim viventibus existere ὑπὸ ἀπορίας τῆς ἐν ταῖς φθοραῖς, h. e. prae consilii inopia, qualis oriri solet inter istiusmodi devastationes, quales effecit ingens illud diluvium. Prave enim Astius haec verba retulit ad defectum hominum ex eluvione ortum; qui defectus certe non potuit ἀπορίας vocabulo designari. Iam vero civitates quatenus ita existere soleant, dein significatur verbis: ἐν αἷς τὸ πρεσβύτατον ἄρχει, quae mire depravarunt Astius, Bekkerus et Turicenses, sine librorum assensione ἐν οἷς scribentes, quod referretur ad τούτων τῶν — διεσπαρμένων. At nimirum sententia verborum simplicissima haec est: inter quas (devastationes) ii, qui aetate sunt maxime provecti, imperium obtinent, propterea quod principatus iis a patre et matre obtigit. Etenim ipsa necessitas dicitur efficere, ut iis, qui

τῆς ἐν ταῖς φθοραῖς, ἐν αἷς τὸ πρεσβύτατον ἄρχει
E διὰ τὸ τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς ἐκ πατρὸς καὶ μητρὸς γεγονέναι, οἷς ἑπόμενοι καθάπερ ὄρνιθες ἀγέλην μίαν ποιήσουσι, πατρονομούμενοι καὶ βασιλείαν πασῶν δικαιοτάτην βασιλευόμενοι;

ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΑΘ. Μετα δὲ ταῦτά γε εἰς τὸ κοινόν, μείζους ποιοῦντες πόλεις, πλείους συνέρχονται, καὶ ἐπὶ γεωργίας τὰς ἐν ταῖς ὑπωρείαις τρέπονται πρώτας, περι-
681 βόλους τε αἱμασιώδεις τινάς, τειχῶν ἐρύματα, τῶν θηρίων ἕνεκα ποιοῦνται, μίαν οἰκίαν αὖ κοινὴν καὶ μεγάλην ἀποτελοῦντες.

ἐν αἷς τὸ πρεσβύτατον] Astius libris invitis correxit οἷς, aetatis granditate maximam nacti sint auctoritatem, ultro committatur imperium. Neutrum τὸ πρεσβύτατον pro οἱ πρεσβύτατοι, masculino genere numeri pluralis, pervulgati usus est. Dicitur enim eodem modo, quo τὸ ἐμόν pro ἐγώ, τὸ ἡμέτερον pro ἡμεῖς, et quae sunt id genus alia; de quibus v. Bergler. ad Aristoph. Ecclesiaz. v. 393. Valcken. ad Herod. VIII. 140. Heindorf. ad Theaet. p. 161. E. Matthiae Gr. §. 285. His vero subiiciuntur verba: οἷς ἑπόμενοι κ. τ. λ. ita quidem, ut οἷς ad τὸ πρεσβύτατον referatur, quippe in quo notio τῶν πρεσβυτάτων lateat. Cuiusmodi synesin nemo profecto moleste feret in Graecis vel mediocriter versatus. Itaque haec dicit Atheniensis: quibus obtemperantes avium instar unum gregem efficient. — πατρονομούμενοι, a patribus familias gubernati, ut XI. p. 927. E. πατρονομική. Verbi usum illustrat Ruhnken. ad Tim. p. 209. A Cicerone vocatur imperium patrium. Ceterum apud veteres pervulgata fuit opinio, qua civitatum origines a patrum familias imperio et vicorum coniunctione repetendas esse statuebant. Thucyd. I. 13. πρότερον δὲ ἦσαν ἐπὶ ῥητοῖς γέρασι πατρικαὶ βασιλεῖαι. Aristotel. Polit. I. 1. Ethic. ad Nicom. VIII. 10. qui prorsus idem sentit de progressu per familias et vicos ad civitatem. Atque consentit etiam Cicero De Rep. I. 25. ubi v. Maium coll. Neumann. Rerum Cret. Specim. p. 72 sq. ann.

E. τὰς ἐν ταῖς ὑπωρείαις τρ.] Primum se convertunt ad agriculturam in declivibus montium iugis et in camporum planitiem vergentibus factitandam. Enimvero paullatim tantum audebant de summis montium cacuminibus decedere ob recentem periculorum metum; quamobrem nec statim in campos descendebant. Rem notavit iam Strabo XIII. p. 885. = T. V. p. 303. ed. Tsch., qui Platonem ait τρία πολιτείας εἴδη συνίστασθαι, πρῶτον τὸ ἐπὶ τὰς ἀκρωρείας, δεύτερον τὸ ἐν ταῖς ὑπωρείαις, τρίτον

ΚΛ. Τὸ γοῦν εἰκὸς ταῦθ' οὕτως γίγνεσθαι.

ΑΘ. Τί δέ; τόδε ἆρα οὐκ εἰκός;

ΚΛ. Τὸ ποῖον;

ΑΘ. Τῶν οἰκήσεων τούτων μειζόνων αὐξανομένων ἐκ τῶν ἐλαττόνων καὶ πρώτων, ἑκάστην τῶν σμικρῶν παρεῖναι κατὰ γένος ἔχουσαν τόν τε πρεσβύτατον ἄρχοντα καὶ αὐτῆς ἔθη ἄττα ἴδια διὰ τὸ χωρὶς ἀλλήλων οἰκεῖν, ἕτερα ἀφ' ἑτέρων ὄντων τῶν γεννητόρων τε καὶ θρεψάντων, ἃ εἰθίσθησαν περὶ θεούς τε καὶ ἑαυτούς, κοσμιωτέρων μὲν κοσμιώτερα B

quod receperunt etiam Bekkerus, Hermann. et Turicenses. Nimirum locus explicatus secus est atque oportuit.

δὲ τὸ ἐν τοῖς πεδίοις. conf. etiam Neumann. Rerum Cretic. Specim. p. 25.

περιβόλους τε αἱμασιώδεις —] Περίβολοι omnino sunt septa, veluti urbium, templorum, navium; v. Valckenar. ad Phoeniss. p. 384. et ad Adoniazus. p. 324. Eiusmodi septum dixerunt etiam σηκόν, quod vocabulum eximie illustravit Ruhnken. ad Tim. p. 231. Valckenar. ad Ammon. p. 153. — *αἱμασιώδεις τινάς*, ex maceria nescio qua confectos, h. e. ex silicibus minutis, sine luti usu. Sic vulgo. Alii septa intelligunt ex sepibus spinosis facta. Moeris p. 53: Αἱμασία, Ἀττικῶς, λιθολογία· ἢ τὸ ἐκ χαλίκων συγκείμενον, Ἑλληνικῶς. Gramm. in Bekkeri Anecd. I. p. 203: Αἱμασία· τὸ αὐτοσχέδιον περιτείχισμα τὸ ἐν τοῖς ἀγροῖς γιγνόμενον ἔξωθεν τῶν ἀμπέλων, πρὸς τὸ μηδένα τῶν ὁδῷ παριόντων ῥᾳδίως εἰσιόντα [illegible]ωρίζεσθαι. Ibid. p. 356: Αἱμασιά· τὸ ἐκ χαλίκων ᾠκοδομημένον τειχίον. κυρίως δὲ τοῖς ἠκανθωμένοις λέγεται φραγμοῖς. Ibid. p. 362: Αἱμασιώδεις: Πλάτων εἶπε περιβόλους αἱμασιώδεις τινάς, ἢ τοὺς ἐκ λίθων ἄνευ πηλῶν κατεσκευασμένους, ἢ τοὺς ἀπὸ (ὑπὸ) ἀκανθῶν πεφραγμένους. Utra interpretatio verisimilior sit, non dubium videtur. Sequitur enim: τειχῶν ἐρύματα, h. e. septa, quae essent instar muri munimentorum. Sic ἐρύματα Eryx. p. 397. E. in versu Archilochi quodam dicitur.

P. 681. *Τῶν οἰκήσεων τούτων* —] Quum habitationes illae augescant ex minoribus atque primis. Nam αὐξάνεσθαι μείζω dictum est cum prolepsi praedicati, de quo usu loquendi v. ad Remp. IV. p. 424. E. Protagor. p. 327. B. Sic etiam Aeschyl. Ag. v. 761: μέγαν τελεσθέντα ὄλβον. Homer. Iliad. II. 420: πόνον δ' ἀμέγαρτον ὄφελλεν. — *ἑκάστην τ. σμ. παρεῖναι κ. τ. λ.* unamquamque parvarum adesse secundum genus habentem principem et moderatorem eum, qui aetate sit maxime provectus.

καὶ ἀνδρικῶν ἀνδρικώτερα, καὶ κατὰ τρόπον οὕτως ἑκάςους τὰς αὐτῶν ἀναιρέσεις εἰς τοὺς παῖδας ἀποτυπουμένους καὶ παίδων παῖδας, ὃ λέγομεν, ἥκειν ἔχοντας ἰδίους νόμους εἰς τὴν μείζονα ξυνοικίαν.

ΚΛ. *Πῶς γὰρ οὔ;*

C ΑΘ. *Καὶ μὴν τούς γε αὐτῶν νόμους ἀρέσκειν ἑκάςοις ἀναγκαῖόν που, τοὺς δὲ τῶν ἄλλων ὑςέρους.*

ΚΛ. *Οὕτως.*

ΑΘ. *Ἀρχῇ δὴ νομοθεσίας οἷον ἐμβάντες ἐλάθομεν, ὡς ἔοικε.*

ΚΛ. *Πάνυ μὲν οὖν.*

Cap. IV. ΑΘ. *Τὸ γοῦν μετὰ ταῦτα ἀναγ-*

Cap. IV. P. 681. C. *οἳ δὴ τὰ πάντων*] *δὴ*, vulgo omissum, omnes codd. tuentur constantissime.

B. *καὶ ἀνδρικῶν ἀνδρικώτερα*] Non opus est coniectura Boeckhii *ἀνδρικωτέρων*; v. ad Gorg. p. 490. E.

καὶ κατὰ τρόπον οὕτως —] atque ita rite quosque ea, quae susceperint, natis suis imprimentes natorumque filiis, prodire in maiorem societatem suas proprias leges habentes. Winckelmannus legendum putat: *καὶ κατὰ τρόπους οὕτως ἑκάστους τοὺς αὐτῶν ἀνευρήσεις κ. τ. λ.* et ita invenies singulos secundum suos ipsorum mores venire in maiorem communitatem propriis moribus instructos. Quae coniectura sicuti iusto est audacior, ita displicet etiam propter invectum istud *ἀνευρήσεις*, quod post superius illud *εἰκός ἐστιν*, unde haec omnia pendent, nemo quisquam expectaverit. Nec vero mutationis necessitatem videmus ullam. Nam *κατὰ τρόπον* est rite, ut Politic. p. 310. C. Tim. p. 42. E. Crat. p. 425. B. al. poniturque in hac sententia aptissime. *Ἀναιρέσεις* autem sunt suscepta, h. e. mores et instituta suscepta, abstracto pro concreto posito; qui usus loquendi, in his libris creberrimus, nihil plane habet inusitati. Astius tamen legendum censuit *αἱρέσεις*, quod, sicuti *αἱρεῖσθαι*, ponatur in electione et probatione s. optione. Verum nec *ἀναιρέσεις* putamus temere spernendum esse. Nam *ἀναιρεῖσθαι* dicuntur inter alia etiam ii, qui suscipiunt aliquid, qui sibi aliquid tollunt, ut illud retineant et tanquam proprium possideant, veluti in formula *ἀναιρεῖσθαι παῖδας* et *ἀναιρεῖσθαι τὰ ἆθλα*. Orellius olim, ut C. Fr. Hermannus, *ἂν αἱρέσεις*, postea *ἀεὶ αἱρέσεις* legendum proposuit, ut Astio de vulgati nominis mutandi necessitate plane assensus esse videatur. Imago verbi *ἀποτυπούμενοι*, a cera repetita et ad animum atque mores translata, nec aliis mansit incognita v. Bekker. Specim. in Apollon. Vit. Philostr. p. 97.

C. *τοὺς δὲ τῶν ἄλλων ὑστέρους.*] Stephanus pro-

καῖον αἱρεῖσθαι τοὺς συνελθόντας τούτους κοινούς τινας ἑαυτῶν, οἳ δὴ τὰ πάντων ἰδόντες νόμιμα, τά σφισιν ἀρέσκοντα αὐτῶν μάλιστα εἰς τὸ κοινὸν τοῖς ἡγεμόσι καὶ ἀγαγοῦσι τοὺς δήμους οἷον βασιλεῦσι φανερὰ δείξαντες ἑλέσθαι τε δόντες, αὐτοὶ μὲν νομοθέται κληθήσονται, τοὺς δὲ ἄρχοντας καταστήσαντες, ἀριστοκρατίαν τινὰ ἐκ τῶν δυναστειῶν ποιήσαντες ἢ καί τινα βασιλείαν, ἐν ταύτῃ τῇ μεταβολῇ τῆς πολιτείας οἰκήσουσιν. D

ΚΛ. Ἐφεξῆς γοῦν ἂν οὕτω τε καὶ ταύτῃ γίγνοιτο.

ΑΘ. Τρίτον τοίνυν εἴπωμεν ἔτι πολιτείας σχῆμα

D. οὕτω τε καὶ ταύτῃ] γε pro τε scribit Flor. δ.

pter istud ὑστέρους putabat in antegressis ante vel post ἑκάστοις inserendum esse πρώτους. Sed ea mutatione non opus videtur. Nam vis et significatio vocabuli πρώτους iam in ipso verbo ἀρέσκειν continetur, ut deinde ὑστέρους, liberius conformata oratione, ultro inferri potuerit.

Ἀρχῇ δὴ νομοθεσίας —] videmur iam in ipsa legumlationis initia tanquam inscii ingressi esse. Etenim illud ipsum, quod singulae gentes ac familiae sua instituta atque mores firmiter retinent, legum communium initium vult extitisse.

Cap. IV. Τὸ γοῦν μετὰ ταῦτα ἄν.] necesse est eos, qui convenerint, communiter quosdam ex semet ipsis eligere, qui cognitis omnium institutis, quae ipsis ex his maxime probentur, in commune apud populi duces atque praefectos tanquam reges proferant atque eorum eligendorum faciant potestatem. Et ipsi quidem legumlatores appellabuntur; constitutis vero moderatoribus (s. magistratibus) atque facta ex patrum familias imperiis optimatum vel etiam regum gubernatione, in hac civitatis mutatione (i. e. in civitate sic commutata) habitabunt.

D. οὕτω τε καὶ ταύτῃ] Dictum ut πάντως καὶ πάντῃ, οὐδαμῇ καὶ οὐδαμῶς, πῶς καὶ πῇ al., de quibus v. ad Phileb. p. 68. C. et Phaedon. p. 78. D. infra III. p. 686. B. Germanice item dicimus: auf diese Art und Weise. Recurrit ipsum hoc οὕτω καὶ ταύτῃ Libr. IV. p. 714. D. ubi formulam aeque sinistre atque hic acceperunt. Libr. XII p. 947. D. est: οὕτω τε καὶ ταύτῃ. Libr. VI. p. 765. B: κατὰ ταὐτὰ καὶ ταύτῃ. Libr. XI. p. 929. C: ταύτῃ καὶ κατὰ ταῦτα. Libr. X. p. 889. C: ταύτῃ καὶ κατὰ ταῦτα οὕτως.

Τρίτον τοίνυν —] In his τοίνυν non est συλλογιστικόν, sed μεταβατικόν, ideoque respondet Latino Iam vero, iam,

γιγνόμενον, ἐν ᾧ δὴ πάντα εἴδη καὶ παθήματα πολιτειῶν καὶ ἅμα πόλεων ξυμπίπτει γίγνεσθαι.

E *ΚΛ.* Τὸ ποῖον δὴ τοῦτο;

ΑΘ. Ὁ μετὰ τὸ δεύτερον καὶ Ὅμηρος ἐπεσημήνατο, λέγων τὸ τρίτον οὕτω γεγονέναι· κτίσσε δὲ Δαρδανίην γάρ πού φησιν·

ἐπεὶ οὔπω Ἴλιος ἱρὴ
ἐν πεδίῳ πεπόλιστο, πόλις μερόπων ἀνθρώπων,
ἀλλ' ἔθ' ὑπωρείας ᾤκουν πολυπιδάκου Ἴδης.

P. 682. τὸ ποιητικὸν [ἐνθεαστικὸν] Vide de his interpretationem.

h. e. porro. v. ad Phileb. p. 32. B.

E. κτίσσε δὲ Δαρδανίην —] Iliad. XX. v. 216 sqq. ubi de Dardano haec narrantur, Dardaniae conditore. Scribitur apud Homerum πολυπίδακος. Pro γάρ πού φησιν quod expectari poterat φησὶ γάρ που, de eo v. ad Politic. p. 306. E. Phileb. p 34. E. ubi που ostendimus non raro sic verbo suo anteponi.

P. 682. ἃ περὶ τῶν Κυκλ.] supra allata illa p. 680. B.

κατὰ θεόν πως εἰρημένα] λέγει εἰρημένα non praeter morem dicitur. Apte comparat Astius haec. Libr. III. p. 689. E: καθάπερ εἴπομεν ἄρτι λελεγμένα. P. 692. E: πολλὰ λέγων ἄν τις — ὀρθῶς ἂν λέγοι. P. 693. D: λέγων ἄν τις ὀρθῶς ἂν λέγοι. IV. p. 709. B: λέγοντα εὖ λέγειν. IV. p. 777. E. VII. p. 797. C: φαῖμεν ἂν ὀρθότατα λέγοντες. VIII. p. 830. A. IX. p. 857. E. p. 906. E. XII. p. 968. E. Nec vero haec ratio in dicendi tantum verbis valet, sed patet multo etiam latius, sicuti ostenderunt intpp. ad Viger. De Idiot. p. 334. Matthiae Gr. §. 559. conf. etiam nostra ad Sophist. p. 242. A. Nec vero abundanter nunc dicitur: λέγει εἰρημένα. Nam verba iungenda sunt sic: λέγει γὰρ ταῦτα καὶ κατὰ φύσιν (etiam naturae convenienter) εἰρημένα πως κατὰ θεόν, quum dicta sint nescio quomodo divinitus. —

θεῖον γὰρ οὖν δὴ καὶ τὸ ποιητικὸν —] Locus dubitari non potest quin labem aliquam susceperit. Itaque Heindorfius Specim. Crit. p. 32. legendum arbitratur: θεῖον γὰρ οὖν δὴ τὸ ποιητικὸν γένος καὶ ἐνθεαστικὸν, aut τὸ ποιητικὸν eiecto: θεῖον γὰρ οὖν δὴ καὶ ἐνθεαστικὸν ὂν γένος κ. τ. λ. Heusdius vero in Diatribe de Civitatibus Antiq. p. 32. legi iubet: θεῖον — δὴ τὸ ποιητικὸν καὶ ἐνθεαστικὸν ὂν γένος κ. τ. λ. Sed praestabilior videtur sententia Boeckhii p. 163. qui ἐνθεαστικὸν delendum censet, quod nuper etiam C. F. Hermann. nobis praeeuntibus uncis sepsit. Nimirum est hoc vocabulum ipsi Platoni ignotum, a Platonicis autem recentioribus miro studio frequentatum, ut sane longe verisimillimum sit, fuisse illud olim in margine tanquam glossema ad θεῖον adscriptum, ac deinde sinistre inter Platonis verba positum. Accedit quod Proclus ter locum affert sic, ut ἐνθεαστικὸν non

λέγει γὰρ δὴ ταῦτα τὰ ἔπη καὶ ἐκεῖνα, ἃ περὶ τῶν 682 Κυκλώπων εἴρηκε, κατὰ θεόν πως εἰρημένα καὶ κατὰ φύσιν· θεῖον γὰρ οὖν δὴ καὶ τὸ ποιητικὸν [ἐνθεαστικὸν] ὂν γένος ὑμνῳδοῦν πολλῶν τῶν κατ' ἀλήθειαν γιγνομένων ξύν τισι Χάρισι καὶ Μούσαις ἐφάπτεται ἑκάστοτε.

ΚΛ. Καὶ μάλα.

ΑΘ. **Εἰς δὴ τὸ πρόσθεν προέλθωμεν ἔτι τοῦ**

Εἰς δὴ τὸ πρόσθεν] V. δὲ τὸ πρ. Sed fere omnes codd. δή. *τοῦ νῦν ἐπελθόντος*] Pro τοῦ νῦν A. x. et marg. Ω. τοί-

videatur in suo reperisse exemplo, id quod idem Boeckhius prudenter observavit. Nam in commentariis in Politiam p. 393. vers. 1: θεῖον γὰρ οὖν δὴ καὶ τὸ ποιητικὸν ὂν γένος. Ibid. p. 368. v. 20: θεῖον τὸ ποιητικὸν γένος ἀποκαλῶν. et in Tim. p. 20. vers. 7. ab inf.: θεῖον γὰρ οὖν δὴ καὶ τὸ ποιητικὸν ἐστι γένος, ὡς ἐν ἄλλοις εἶπεν αὐτός. Quamquam idem ille uno saltem loco in Polit. p. 401. v. 15. ab inf. ἐνθεαστικὸν istud agnoscit. Scribit enim sic: ὁ μὲν γὰρ θεῖον φησὶ καὶ τὸ ποιητικὸν ἐνθεαστικὸν ὂν γένος ὑμνῳδοῦν σύν τισι Χάρισι καὶ Μούσαις κ. τ. λ. Quocirca videri potest hic ipse more suo locum interpolavisse adeoque inepti additamenti auctor extitisse. Significatur autem his verbis, poëtas interdum divino quodam spiritu agitatos vel imprudentes atque inscios vera assequi. Quae sententia apud Platonem identidem inculcatur, ita quidem, ut nunc aliquid laudis contineat, nunc proferatur cum aliqua irrisione, quandoquidem poëtae subinde per eam privantur verae scientiae laude. Itaque singulis locis diligenter videndum est, quorsum spectet disputatio, neque committendum, ut quod de uno loco statui oportet, id protenus etiam in alium convenire existimemus. Disputavimus de hac re nuper in Programm. De gradibus virtutum secundum Platone Lips. 1844. 4. p. 19 sqq. conf. Apol. Socr. p. 22. A. Menon. p. 99. D. Ion. p. 534. A sqq. p. 536. D. Quoniam vero poëtae divino tanquam spiritu inflati ad vera perducuntur, genus eorum nunc dicitur τῶν ἀληθῶν ἐφάπτεσθαι σὺν Χαρισίν τισι καὶ Μούσαις, h. e. ope Gratiarum et Musarum. Sic enim σύν intelligendum, ut in formula σὺν θεῷ, de qua v. ann. ad Protagor. p. 317. B. et Theaet. p. 151. B. Et Musae quidem cur in hac caussa memorentur, vix admonitione indiget. Sed de Gratiis iuvabit aliquid addidisse. Eae igitur una cum Musis memorari videntur, quia his quoque poesis, lyricae maxime et dithyrambicae, munus ac decus deberi putabatur; v. Pindar. Olymp. I. 48. IX. v. 3 sqq. v. 39. Pyth. IX. 2. Nem. X. in. V. 54. al. Theocrit. V. 6. 107 sq. XVI. 3. Propert. IV. 1, 73. Gratias Musis iunxit iam Hesiodus Theog. v. 64.

Εἰς δὴ τὸ πρόσθεν — τοῦ νῦν ἐπ, ἡμ. μ.] Male codd. nonnulli τοίνυν pro τοῦ νῦν

νῦν ἐπελθόντος ἡμῖν μύθου· τάχα γὰρ ἂν σημήνειέ τι τῆς ἡμετέρας πέρι βουλήσεως. οὐκοῦν χρή;

B ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΑΘ. Κατῳκίσθη δή, φαμέν, ἐκ τῶν ὑψηλῶν εἰς μέγα τε καὶ καλὸν πεδίον Ἴλιον, ἐπὶ λόφον τινὰ οὐχ ὑψηλὸν καὶ ἔχοντα ποταμοὺς πολλοὺς ἄνωθεν ἐκ τῆς Ἴδης ὡρμημένους.

ΚΛ. Φασὶ γοῦν.

ΑΘ. Ἆρ' οὖν οὐκ ἐν πολλοῖς τισι χρόνοις τοῖς μετὰ τὸν κατακλυσμὸν τοῦτο οἰόμεθα γεγονέναι;

ΚΛ. Πῶς δ' οὐκ ἐν πολλοῖς;

ΑΘ. Δεινὴ γοῦν ἔοικεν αὐτοῖς λήθη τότε παρεῖναι

C τῆς νῦν λεγομένης φθορᾶς, ὅθ' οὕτως ὑπὸ ποταμοὺς πολλοὺς καὶ ἐκ τῶν ὑψηλῶν ῥέοντας πόλιν ὑπέθεσαν, πιστεύσαντες οὐ σφόδρα ὑψηλοῖς τισι λόφοις.

ΚΛ. Δῆλον οὖν, ὡς παντάπασί τι μακρὸν ἀπεῖχον χρόνον τοῦ τοιούτου πάθους.

νυν. vitiose. Paullo post in Voss. οὐκοῦν χρὴ sine interrogandi signo tribuitur Cliniae et in marg. adscriptum est οὔκουν.

Nam sententia verborum haec est: Persequamur ergo fabulam iam nobis obviam factam ulterius. — τῆς ἡμετέρας πέρι βουλήσεως, de eo, quod nobis est propositum s. quod spectamus; de quaestione proposita.

B. ἐκ τῶν ὑψηλῶν εἰς μέγα τε κ. κ. πεδίον] Urbs aut in radicibus Idae aut in colle aliquo cum his cohaerente condita fuisse videtur. v. Heynium ad Lechev. De Troiae planitie p. 260. ann. z. et Spohn. De agro Troiano p. 11. et 27. in Porsoni Adversar. Append. II. Dicitur vero κατοικισθῆναι ἐκ τῶν ὑψηλῶν, quia Dardania in regione excelsiore fuerat exstructa, ut coloni iam in campum essent deducendi.

C. πιστεύσαντες οὐ σφόδρα — λόφοις] collibus confidentes non valde excelsis, in quibus Ilium videlicet exstructum fuit.

ὡς παντάπασί τι μακρὸν ἀπεῖχον —] De his Boeckhius p. 165. „Indubia est, inquit, Stephani correctio: παντάπασί τινα μακρὸν ἀπ. χρ. P. 678. B: ἐν παμπόλλῳ τινὶ χρόνῳ. D. δῆλον ὅτι παμπόλλαις τισὶν (γενεαῖς). P. 682. B: ἆρ' οὖν οὐκ ἐν πολλοῖς τισὶ χρόνοις, κ. τ. λ. P. 683. A: ἐν χρόνου τινὸς μήκεσιν ἀπλέτοις. P. 686. A: χρονὸν τινὰ ἂν πολὺν μένειν. P. 698. D: ἔν τινι βραχεῖ χρόνῳ. IV. p. 711. B: οὐδέ τινος παμπόλλου χρόνου. VII. p. 821. E: οὐδέ γε τινος χρόνου παμ-

ΑΘ. Καὶ ἄλλαι γέ, οἶμαι, πόλεις τότε κατῴκουν ἤδη πολλαὶ πληθυόντων τῶν ἀνθρώπων.

ΚΛ. Τί μήν;

ΑΘ. Αἵ γέ που καὶ ἐπεστρατεύσαντο αὐτῇ, καὶ κατὰ θάλατταν δὲ ἴσως, ἀφόβως· ἤδη πάντων χρωμένων τῇ θαλάττῃ.

ΚΛ. Φαίνεται. D

ΑΘ. Δέκα δ' ἔτη πού μείναντες Ἀχαιοὶ τὴν Τροίαν ἀνάστατον ἐποίησαν.

ΚΛ. Καὶ μάλα.

ΑΘ. Οὐκοῦν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, ὄντι δεκέτει, ὃν τὸ Ἴλιον ἐπολιορκεῖτο, τὰ τῶν πολιορκούντων ἑκάστων οἴκοι κακὰ πολλὰ ξυνέβαινε γιγνόμενα περὶ τὰς στάσεις τῶν νέων, οἳ καὶ ἀφικομένους τοὺς στρατιώτας εἰς τὰς αὐτῶν πόλεις τε καὶ οἰκίας οὐ καλῶς οὐδ' ἐν δίκῃ ὑπεδέξαντο, ἀλλ' ὥςτε θανάτους τε καὶ σφαγὰς καὶ φυγὰς γενέσθαι παμπόλλάς· οἳ πά- E

C. πληθυόντων τῶν ἀνθρ.] Vat. f. Flor. o. πληθυνόντων.

πόλιον." Adde quae de hac loquendi ratione exposuit Aug. Matthiae Gr. Gr. §. 487. 4. et Könius ad Gregor. Corinth. p. 7 sqq. ed. Schaefer. Syllaba να ante μακρόν quam facile excidere potuerit, unicuique manifestum erit. De κατοικεῖν, conditum esse, v. ad p. 680. B.

καὶ κατὰ θάλατταν δὲ ἴσως] et vero etiam mari fortasse. Sic καὶ — δέ sexcenties usurpari meminimus, veluti II. p. 665. B. III. 691. C. Critiae p. 51. A. Phileb. p. 13. B. ubi multa olim collegimus rei exempla.

D. ἀνάστατον ἐποίησαν] everterunt. Formula loquendi creberrima et ab optimis quibusque scriptoribus, Herodoto, Thucydide, Xenophonte, Demosthene, Isocrate, Plutarcho, aliis, usurpata; ut lucem interpretationis neutiquam videatur desiderare.

τὰ τῶν πολιορκούντων ἑκάστων] quod ad res domesticas singulorum, qui Troiam obsidebant, attinet. Recte enim monuit Astius esse hunc accusativum absolutum.

E. οἳ πάλιν ἐκπεσόντες κατῆλθον —] Pronomen οἳ pertinet ad eos qui τοὺς ἀφικομένους οὐ καλῶς ὑπεδέξαντο, ἀλλ' ὥςτε φυγὰς γενέσθαι πολλάς. Unde ipsi dicuntur πάλιν ἐκπεσεῖν, i. e. item rursus, s. vicissim, patria pulsi esse. Nam ἐκπίπτειν etiam non addita τῆς πατρίδος usurpatur de iis, qui patria eiiciun-

λιν ἐκπεσόντες κατῆλθον μεταβαλόντες ὄνομα, Δωριῆς ἀντ' Ἀχαιῶν κληθέντες διὰ τὸ τὸν ξυλλέξαντα εἶναι τὰς τότε φυγὰς Δωριᾶ. καὶ δὴ ταῦτά γε ἤδη πάνθ' ὑμεῖς, ὦ Λακεδαιμόνιοι, τἀντεῦθεν μυθολογεῖτέ τε καὶ διαπεραίνετε.

D. Δωριῆς ἀντ' Ἀχαιῶν] V. Δωριεῖς. In Vat. Ω. pr. Δωριῆς, cui superscriptum Δωριεῖς. Par. A. teste Bekkero Δωριῆς, de quo tamen Bastium miramur nihil narrare.

τὰς τότε φυγὰς] Sic A. f. o. x. et margo codd. Ω. a. c. Nam quod Bekkerus Vat. Ω. narrat eam lectionem habere a prima manu, id Bastii refellitur testimonio. Ex interpretatione ortum tur et mittuntur in exilium. Herod. V. 75: πάλιν ἐξέπιπτε. Thucyd. 1. 2: πολέμῳ ἢ στάσει ἐκπίπτοντες. Id. III. 68. I. 127. II. 27. IV. 66. VIII. 109. Xenoph. Hell IV. 8, 20. Demosth. p. 290. 27. ed. Reisk. Eurip. Med. v. 460. al. De iis vero, qui in patriam redeunt, propria sunt verba κατέρχεσθαι et κατιέναι; v. intpp. ad Aristoph. Rann. v. 1274. et Porson. ad Eurip. Med. v. 1011. Ac similiter καταδέχεσθαι est: exules in patriam recipere, Aeschyl. Choëphor. in. Xenoph. Ag. II, 21., et καταγαγεῖν, exules in patriam restituere. Verum haec tanquam in transcursu. De re ipsa, notae sunt tempestates, quae bello Troiano finito in universa Graecia coortae sunt; de quibus v. Strabon. III. 223. iam ab Astio laudatum. Plurimum vero ad mutandas res Graecorum valuit, quod Heraclidae a Pelopidis, auctore imprimis Eurystheo, Peloponneso expulsi sunt. Qui quum in Doridem confugissent, postea iuncto foedere cum Doriensibus, ducibus Temeno, Cresphonte et Aristodemo, in Peloponnesum vi armorum devictam redierunt ibique novas civitates, Lacedaemoniam, Messeniam et Argivam, condiderunt. v. Diodor. Sic. IV. 58. Apollod. II. 7, 3. Pausan. II. 18. 6. Herodot. VI. 52. et quae disserunt Müller. Dorr. I. p. 46 sqq. C. Fr. Hermann. Antiquitatt. Graec. I. p. 50. ed. 3. §. 18. Hi vero Heraclidae quod dicuntur appellati esse Dorienses pro Achivis, nomine a sociis assumto, id vere narrari rerum memoria utique testatur, quamquam res quum aliis mira accidit, tum inprimis etiam Wachsmuthio Antiqnitt. Graecc. Vol. I. P. I. p. 97. ed. I. ubi Dores cum Achivis a Platone temere misceri et confundi scripsit. Sed eundem audias de primitivo Dorum in Peloponneso foedere docte disputantem ibid. Vol. I. P. I. p. 319 sqq.

ξυλλέξαντα εἶναι τὰς τότε φυγὰς] Sic codd. meliores pro τοὺς τότε φυγάδας. Verissime; nam φυγή pro exulibus etiam alibi dicitur locis plane indubiis, ut τοὺς τότε φυγάδας ex interpretatione ortum videatur. Thomas Mag. p. 902. „φυγή· καὶ οἱ φυγάδες. Θουκυδίδης ἐν τῇ ὀγδόῃ· (VIII. 64.) καὶ γὰρ καὶ φυγὴ αὐτῶν ἔξω ἦν; de quibus verbis v. Valcken. ad Herodot. p. 273.

ΜΕ. *Τί μήν;*

Cap. V. *ΑΘ.* *Ὅθεν δὴ κατ' ἀρχὰς ἐξετραπόμεθα περὶ νόμων διαλεγόμενοι, περιπεσόντες μουσικῇ τε καὶ ταῖς μέθαις, νῦν ἐπὶ τὰ αὐτὰ πάλιν ἀφίγμεθα ὥςπερ κατὰ θεόν, καὶ ὁ λόγος ἡμῖν οἷον λαβὴν ἀποδίδωσιν· ἥκει γὰρ ἐπὶ τὴν εἰς Λακεδαί-*

est quod vulgo scribitur τοὺς τότε φυγάδας. Dein vulgo *Δωριέα*. Par. A. Vat. *Ω*. teste Bekkero ε additum habent a. m. rec. Pro ταῖς μέθαις Voss. τοῖς μύθοις.

μυθολογεῖτέ τε καὶ διαπ.] τε addidi primus ex B. *Ω*. f. a. c. δ. o., omisit rursus C. F. Hermann.

Praeterea laudat Schaeferus Addend. ad editionem Legum Ast. p. 617. Xenoph. Histor. Gr. V. 2, 9: κατάγειν ἐβούλοντο τὴν φυγήν. ubi v. Schneider. p. 329. ed. rec. Aeschin. De fals. leg. p. 310. ed. Reisk.: κάλει μοι — τοὺς ὑπὸ τῆς τῶν Βοιωτῶν φυγῆς ᾐρημένους. ad quae Reiskius in Indice s. v. „φυγή, tota multitudo exulum, velut corpus aliquod aut collegium exulum. Isocrates p. 185. ed. Cor.: τὰς φυγὰς — οὐ διὰ τοὺς συκοφάντας κατελθούσας. Plutarch. Vitt. Parall. T. II. p. 345. ed. Cor.: κατάγων δὲ τὰς φυγάς, i. e. τοὺς φυγάδας. Alia ex Plutarcho dedit Baehrius ad Philopoem. p. 59.

ὑμεῖς, ὦ Λακεδαιμόνιοι,] Boeckhius legendum censet: ὑμεῖς οἱ Λακεδαιμόνιοι, quum unus Megillus praesens fingatur ex Lacedamoniis. Possis etiam ὦ Λακεδαιμόνιε refingere. Verum scite defendit Astius librorum scripturam, comparato loco simillimo p. 696. A. δίκαιον μήν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, τουτό γε τῇ πόλει ὑμῶν ἀποδιδόναι. Itaque nec πρόσωπα κωφά adesse statuendum est, qui Megillum comitati sint; cuius rei nullum usquam extat vestigium.

Cap. V. ὁ λόγος ἡμῖν οἷον λαβὴν ἀποδίδωσιν] tanquam ansam nobis refert, unde ipsum denuo apprendamus. Alibi λαβὴν παρέχειν et λαβὴν δοῦναι dicitur, veluti De Rep. VIII. p. 544. B. Aristoph. Nubb. v. 547. ubi v. intpp. Nunc vero ἀποδίδωσιν cur dicatur, caussa in promptu est. Nam ὁ λόγος quum antea ab instituta via deflexisset, nunc ansam dicitur reddere tanquam debitam.

P. 683. ἐπὶ τὴν εἰς Λακεδαίμονα κατοίκισιν] Prave Steph. cum Bass. κατοίκησιν. Verum dudum Aldus exhibuit. Etenim quum non dicatur κατοικεῖν εἰς τόπον τινά, nec potuit ἡ εἰς Λακεδαίμονα κατοίκησις memorari. Recte vero κατοικίζειν εἰς τινα τόπον dicitur. Tim. p. 69. D: κατοικίζουσιν εἰς ἄλλην τοῦ σώματος οἴκησιν τὸ θνητόν. Epist. VIII. p. 357. B: εἰς τὰς ἀρχαίας οἰκήσεις κατοικίσαι. Ad hanc igitur normam dirigitur etiam usus nominis a verbo deducti. Rem optime expedivit Boeckhius. Dein κατοικεῖσθαι recte infertur, quippe quod idem sit atque κατῳκίσθαι, conditum esse; de quo usu iam supra dictum est.

683 μονα κατοίκισιν αὐτήν, ἣν ὑμεῖς ὀρθῶς ἔφατε κατοικεῖσθαι καὶ Κρήτην ὡς ἀδελφοῖς νόμοις. νῦν οὖν δὴ τοσόνδε πλεονεκτοῦμεν τῇ πλάνῃ τοῦ λόγου, διὰ πολιτειῶν τινῶν καὶ κατοικισμῶν διεξελθόντες· ἐθεασάμεθα πρώτην τε καὶ δευτέραν καὶ τρίτην πόλιν, ἀλλήλων, ὡς οἰόμεθα, ταῖς κατοικίσεσιν ἐχομένας ἐν χρόνου τινὸς μήκεσιν ἀπλέτοις. νῦν δὲ δὴ τετάρτη τις ἡμῖν αὕτη πόλις, εἰ δὲ βούλεσθε, ἔθνος ἥκει
B κατοικιζόμενόν τέ ποτε καὶ νῦν κατῳκισμένον. ἐξ ὧν ἁπάντων εἴ τι ξυνεῖναι δυνάμεθα, τί τε καλῶς ἢ μὴ κατῳκίσθη, καὶ ποῖοι νόμοι σώζουσιν αὐτῶν τὰ σωζόμενα καὶ ποῖοι φθείρουσι τὰ φθειρόμενα, καὶ ἀντὶ

Cap. V. P. 683. νῦν οὖν δὴ τοσόνδε] δὴ ignorat Steph. cum Ξ. Pro τοσόνδε Voss. pr. τοσοῦτον.
ταῖς κατοικίσεσιν ἐχ.] Sic A. B. Ω. Ξ. a. c. o. x. Vulgo κατοικήσεσιν.
καὶ νῦν κατῳκισμένον] καὶ πρὸ νῦν Par. A. Voss. et

καὶ Κρήτην ὡς ἀδελφοῖς νόμοις] Constructione paullulum inflexa post relativum pronomen infertur καὶ Κρήτην, quo commodius subiungatur ὡς ἀδελφοῖς νόμοις. Fallitur enim Astius καὶ Κρήτην pendere ratus ex ἀδελφοῖς νόμοις, quemadmodum ὅμοιος et ὁ αὐτός cum καὶ connectatur. Cui opinioni vel hoc adversatur, quod in hac constructione καὶ adiectivo ὅμοιος nunquam anteponitur, semper postponitur. Itaque post ἣν deinde καὶ Κρήτην addi existimandum est liberius, ut Criton. p. 45. E: οἵτινές σε οὐχὶ ἐσώσαμεν, οὐδὲ σὺ σαυτόν, οἷόν τε ὂν καὶ δυνατόν. Xenoph. Cyrop. VII. 2, 27. Anabas. I. 4, 9: οὓς οἱ Σύροι θεοὺς ἐνόμιζον καὶ ἀδικεῖν οὐκ εἴων, οὐδὲ τὰς περιστεράς. De usu voc. ἀδελφός v. nostra ad Phileb. c. X. Phaedon. c. LVII. et quae exposuerunt Bastius et Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 569. Bakius ad Cleomed. p. 439. Krabinger. ad Synes. Fabul. Aegypt. p. 217.

διὰ πολιτειῶν — διεξελθόντες] Rarior dictio pro πολιτείας τινὰς διεξελθόντες ς(τῷ λόγῳ).

ἐθεασάμεθα πρώτην —] Haec epexegesin continent antegressorum: τοιόνδε πλεονεκτοῦμεν τῇ πλάνῃ τοῦ λόγου.

ἀλλήλων, ὡς οἰόμεθα, — ἀπλέτοις] primordiis suis inter se mutuo iunctas, ita ut ordine quodam perpetuo immenso temporis spatio paullatim extiterint. Nam patrum familias gubernationem excepit optimatum imperium, quod deinceps secuta est regum dominatio. Male vulgo post ἐχομένας commate distincta oratio est. De ἀπλέτοις v. supra p. 676. C.

καὶ νῦν κατῳκισμένον] Quod habent codd. quidam alioquin praestantissimi, καὶ πρὸ νῦν κ., id ex infelici verborum interpretatione ortum censemus.

B. εἴ τι ξυνεῖναι δυνάμεθα] si quid inde perspicere etiam possumus, qua in re recte aut minus recte fuerint instituta. De

ποίων. ποῖα μετατεθέντα, εὐδαίμονα πόλιν ἀπεργάζοιτ' ἄν, ὦ Μέγιλλέ τε καὶ Κλεινία, ταῦτα δὴ πάλιν οἷον ἐξ ἀρχῆς ἡμῖν λεκτέον, εἰ μή τι τοῖς εἰρημένοις ἐγκαλοῦμεν λόγοις.

ΜΕ. Εἰ γοῦν, ὦ ξένε, τις ἡμῖν ὑπόσχοιτο θεὸς ὡς, ἐὰν ἐπιχειρήσωμεν τὸ δεύτερον τῇ τῆς νομοθεσίας σκέψει, τῶν νῦν εἰρημένων λόγων οὐ χείρους C οὐδ' ἐλάττους ἀκουσόμεθα, μακρὰν ἂν ἔλθοιμι ἔγωγε καί μοι βραχεῖ' ἂν δόξειεν ἡ νῦν παροῦσα ἡμέρα γίγνεσθαι· καίτοι σχεδόν γ' ἐστὶν ἡ ἐκ θερινῶν εἰς τὰ χειμερινὰ τοῦ θεοῦ τρεπομένου.

ΑΘ. Χρὴ δὴ ταῦτα, ὡς ἔοικε, σκοπεῖν.

marg. Vat. Ω.

B. εἴ τι ξυνεῖναι] καὶ post εἴ τι inserunt Ricc. h. et Flor. δ. per se non male.

πόλιν ἀπεργάζοιτ' ἄν] Sic A. teste Bekkero, et Ω. h. δ. x. Ceteri cum vett. editt. ἀπεργάζοιντ' ἄν.

aoristo συνεῖναι, quem fuerunt qui cum Dorvillio ad Charitonem improbarent, v. Cratyl. p. 414. D. ibique ann. Epin. p. 979. B. ubi item certam habet sedem. Adde quae dudum collegit diligentia Fischeri ad Weller. T. II. p. 482. Apud Demosthen. De Coron. p. 263. 22. ed. R. servandum putamus συνεῖναι ἠδυνάμην, quod in συνιέναι mutarunt. Voculam καί post εἴ τι, quam editt. omnes ignorant, olim ex codicibus nonnullis revocandam statuimus. Nam ea est eius elegantia, ut non de nihilo orta visa sit.

εὐδαίμονα πόλιν ἀπεργάζοιτ' ἄν] Vett. editt. ἀπεργάζοιντ' ἄν, numero plurali. Quae lectio paratam habet inde defensionem, quod ποῖα, si sensum vocabulo subiectum spectamus, idem est plane quod ποῖοι νόμοι. v. ad Cratyl. p. 425. A. et supra Legg. II. p. 658. C. Veruntamen quum libri optimi nunc singularem numerum suppeditaverint, noluimus ab horum fide recedere.

εἰ μή τι — λόγοις.] nisi quid displicet in iis, quos habuimus, sermonibus, ita ut nos iam eorum poeniteat.

C. μακρὰν ἂν ἔλθοιμι] Int. ὁδόν, ellipsi usitata.

καίτοι σχεδόν γ' ἐστὶν —] H. e. quamvis prope longissimus sit dies hac anni tempestate sive dies solstitialis, quo sol non ulterius progreditur tropicum cancri versus, sed reverti ad brumam s. tropicum capricorni incipit. De solstitio aestivo et hiemali v. Seneca Nat. Quaest. III. 29. Varro De Re Rust. I. 39. III. 10. Plin. H. N. II. 97. coll. Salmas. Exercitatt. Plin. I. p. 175. F. et 102. F. Apte contulit Astius VI. p. 757. C: μετὰ θερινὰς τροπάς. XI. p. 915. D: ἐν ᾧ τρέπεται θερινὸς ἥλιος εἰς τὰ χειμερινά. XII. p. 945. D: μετὰ τροπὰς ἡλίου τὰς ἐκ θέρους εἰς χειμῶνα. Addimus Thucyd. VII. 16: περὶ ἡλίου τροπὰς τὰς χειμερινάς. Ceterum iunge: καίτοι σχεδόν γ' ἐστὶν ἡ (ἡμέρα)

ΜΕ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΑΘ. Γενώμεθα δὴ ταῖς διανοίαις ἐν τῷ τότε χρόνῳ, ὅτε Λακεδαίμων μὲν καὶ Ἄργος καὶ Μεσσή-
D νη καὶ τὰ μετὰ τούτων ὑποχείρια τοῖς προγόνοις ὑμῶν, ὦ Μέγιλλε, ἱκανῶς ἐγεγόνει· τὸ δὲ δὴ μετὰ τοῦτο ἔδοξεν αὐτοῖς, ὥς γε λέγεται τὸ τοῦ μύθου, τριχῇ τὸ στράτευμα διανείμαντας τρεῖς πόλεις κατοικίζειν, Ἄργος, Μεσσήνην, Λακεδαίμονα.

ΜΕ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΑΘ. Καὶ βασιλεὺς μὲν Ἄργους Τήμενος ἐγίγνετο, Μεσσήνης δὲ Κρεσφόντης, Λακεδαίμονος δὲ Προκλῆς καὶ Εὐρυσθένης.

ΜΕ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΑΘ. Καὶ πάντες δὴ τούτοις ὤμοσαν οἱ τότε βοη-

D. Προκλῆς καὶ Εὐρ.] Pessime vulgo Πατροκλῆς καὶ Εὐρ. Veram lectionem servarunt A. Ω. v. b. r. a. b. c. δ. x.

τοῦ θεοῦ τρεπομένου ἐκ θερινῶν εἰς τὰ χειμερινά.

Γενώμεθα δὴ ταῖς διανοίαις —] Lasst uns also uns in Gedanken in jene Zeit versetzen. Menexen. p. 239. D: δεῖ δὴ αὐτὴν ἰδεῖν, εἰ μέλλει τις καλῶς ἐπαινεῖν, ἐν ἐκείνῳ τῷ χρόνῳ γενόμενον λόγῳ. ubi haec comparare debebam. De Rep. III. p. 396. D: γίγνεσθαι τῇ διηγήσει κατά τι. Legg. I. p. 636. A: περὶ τὰς πολιτείας — ἔργῳ καὶ λόγῳ γίγνεσθαι. Mox iunge: ἱκανῶς ὑποχείρια ἐγεγόνει. — Post ἔδοξεν αὐτοῖς quod infertur διανείμαντας κατοικίζειν, crebro accusativus participii post dativum subiecti sequitur, ubi verbum primarium utramque fert constructionem. v. ad Euthyphron. p. 5. A. Reip. IX. p. 586. E. Lachet. p. 186. D. Legg. VI. p. 796. C. al. — ὥς γε λέγεται τὸ τοῦ μύθου. Significat ipse Plato, se in his enarrandis incertos sequi fontes. Quod profecto dignum est animadversione, quandoquidem in iis, quae deinceps exponit, aliquoties discessit ab iis, quae ab Herodoto, Xenophonte, aliisque scriptoribus de his rebus memoriae prodita sunt.

Πῶς γὰρ οὔ;] Haec verba, sicuti proximum Τί μήν; vulgo Cliniae tributa Megillo adscribenda fuisse, res ipsa loquitur. Ceterum quod Megillus affirmat, primos Lacedaemoniorum reges fuisse Eurysthenem atque Proclem, id vulgari Spartanorum sententiae, qua Aristodemus primus rex fuisse putabatur, nonnihil adversari, scite monuit Muellerus Doriensium Vol. I. p. 90. Quamquam cum Platone facit Thucydides V. 15.

καὶ πάντες δὴ τούτοις ὤμοσαν] De hoc foedere regum et populorum Peloponnesiacorum, de quo alibi nihil memoriae proditum est, v. Müllerus l. c. p. 100 sq. et Wachsmuth. Antiquitatt. Gr. Vol. I. P. I. p. 319.

E. ᾗ νῦν δὴ μὲν ὀλίγον ἔμπροσθεν —] In his post

θήσειν, ἐάν τις τὴν βασιλείαν αὐτῶν διαφθείρῃ. E

ΜΕ. Τί μήν;

ΑΘ. Βασιλεία δὲ καταλύεται, ὦ πρὸς Διός, ἢ καί τις ἀρχὴ πώποτε κατελύθη μῶν ὑπό τινων ἄλλων ἢ σφῶν αὐτῶν; ἢ νῦν δὴ μὲν ὀλίγον ἔμπροσθεν τούτοις περιτυχόντες τοῖς λόγοις οὕτω ταῦτ' ἐτίθεμεν, νῦν δ' ἐπιλελήσμεθα;

ΜΕ. Καὶ πῶς;

ΑΘ. Οὐκοῦν νῦν δὴ μᾶλλον βεβαιωσόμεθα τὸ τοιοῦτον· περιτυχόντες γὰρ ἔργοις γενομένοις, ὡς ἔοικεν, ἐπὶ τὸν αὐτὸν λόγον ἐληλύθαμεν, ὥςτε οὐ περὶ κενόν τι ζητήσομεν τὸν αὐτὸν λόγον, ἀλλὰ περὶ γε- 684
γονός τε καὶ ἔχον ἀλήθειαν. γέγονε δὴ τάδε· βασιλεῖαι τρεῖς βασιλευομέναις πόλεσι τριτταῖς ὤμοσαν

Καὶ πάντες δὴ κ.] *Καὶ* a Steph. omissum codd. tuentur omnes.

νῦν δή, i. e. paullo ante, ἐκ παραλλήλου subiicitur *ὀλίγον ἔμπροσθεν*, quod Badham. Praef. ad Phaedr. p. XI. eiiciendum censet, suffragante Cobeto Varr. Lectt. p. 234. Frustra quidem. Nam *ὀλίγον ἔμπροσθεν* extollit magis notionem vocularum *νῦν δή*, quod loci sententiae plane convenit. Locum eo nomine laudant Photius p. 305. = 262. ed. Lips. Dindorf.: *Νῦν δή· ἀρτίως, ἢ σμικρὸν ἔμπροσθεν. Νόμοις η. νῦν δὴ ὀλίγον ἔμπροσθεν κτλ.* et Suidas s. v. ubi *μέν* item omissum, quod tamen ob proximum *νῦν δ' ἐπιλελήσμεθα*; omitti nefas est. Prorsus eodem modo Euripides a Boeckhio comparatus Hippolyt. v. 233: *Νῦν δὴ μὲν ὄρος βᾶσ' ἐπὶ θήρας Πόθον ἐστέλλου· νῦν δ' αὖ ψαμάθοις Ἐπ' ἀκυμάντοις πώλων ἔρασαι.* Cur in hac formula non possit dici *νῦν μὲν δή*, mutato verborum ordine, caussa omnibus debet esse manifesta. De *περιτυχόντες* Hesych.: *περιέτυχον. συνέτυχον.* v. Reip. VIII. p. 566. D: *πάντας, ᾧ ἂν περιτυγχάνῃ.* Sophist. p. 246. B: *ἤδη γὰρ καὶ ἐγὼ τούτων συχνοῖς περιετύγχανον.* ubi v. Heindorf. Prot. p. 320. A: *ἐάν που αὐτόματοι περιτύχωσι τῇ ἀρετῇ.* Phaedr. p. 268. C: *περιτυχὼν φαρμακίοις.*

P. 684. *ἔχον ἀλήθειαν*] Nos dicimus: was Wirklichkeit hat. Ea vi et significatione *ἀλήθεια* vocabulum usurpari, ut Lat. veritas, dudum ostenderunt intpp. ad Dionys. De Comp. Verb. p. 272. ed. Schaefer. conf. Gronov. Obss. IV. 7. et Spalding. ad Quintil. Vol. III. p. 593.

βασιλεῖαι τρεῖς — οἱ μὲν — οἱ δέ —] Quum *οἱ μὲν* ad reges, *οἱ δὲ* vero ad cives referatur, *βασιλεῖαι* ut Lat. regna dicuntur omnino regni cuiusque incolae, tam reges quam cives, positumque rursus est abstractum pro concreto, qui usus loquendi in his libris (v. ann. ad libr. IV. p. 707. A. p. 714. A. p. 715. A.) sanequam patet la-

ἀλλήλαις ἑκάτεραι, κατὰ νόμους, οὓς ἔθεντο τοῦ τε ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι κοινούς, οἱ μὲν μὴ βιαιοτέραν τὴν ἀρχὴν ποιήσεσθαι προϊόντος τοῦ χρόνου καὶ γένους, οἱ δὲ ταῦτα ἐμπεδούντων τῶν ἀρχόντων μήτε αὐτοὶ τὰς βασιλείας ποτὲ καταλύσειν μήτ' ἐπιτρέψειν ἐπιχειροῦσιν ἑτέροις, βοηθήσειν δὲ βασιλῆς τε
B βασιλεῦσιν ἀδικουμένοις καὶ δήμοις, καὶ δῆμοι δήμοις καὶ βασιλεῦσιν ἀδικουμένοις. ἆρ' οὐχ οὕτως;

ΜΕ. Οὕτω μὲν οὖν.

ΑΘ. Οὐκοῦν τό γε μέγιστον ταῖς καταστάσεσι τῶν πολιτειῶν ὑπῆρχε ταῖς ἐν ταῖς τρισὶ πόλεσι νομοθετουμέναις, εἴτε οἱ βασιλῆς ἐνομοθέτουν εἴτ' ἄλλοι τινές;

ΜΕ. Ποῖον;

ΑΘ. Τὸ βοηθούς γε εἶναι τὰς δύο ἐπὶ τὴν μίαν ἀεὶ πόλιν, τὴν τοῖς τεθεῖσι νόμοις ἀπειθοῦσαν.

P. 684. *βασιλῆς τε βασ.*] V. *βασιλεῖς*, quod praeeunte Bekkero ex Par. A. mutavimus. Est enim haec forma non raro commutata a criticis in formam vulgarem, ut, sicuti eius restant vetissime. Conf. quae similia congesserunt Dorvill. ad Charit. p. 476. ed. Lips. Valcken. ad Hippol. 406. Interpp. ad Greg. Cor. p. 182. De genere masculino *οἱ μέν — οἱ δέ* post *βασιλεῖαι* ita positum illato conf. Matthiae Gr. §. 300. extr. conf. etiam annot. infra ad pag. 701. E. et p. 679. D.

οἱ μὲν μὴ βιαιοτέραν —] Etiam Xenophon. De Rep. Lacedaem. XV. 7. reges Lacedaemoniorum narrat singulis mensibus iureiurando confirmasse, secundum leges se esse imperaturos; ephoros autem nomine civitatis vicissim praestitisse sanctissimum iusiurandum, sese regnum conservaturos esse regibus, siquidem hi ipsi promissis suis|starent. — *προϊόντος τοῦ χρόνου καὶ γένους*, tempore et stirpe sua progrediente.

ταῦτα ἐμπεδούντων —] *Ἐμπεδόω*, quod proprie est stabilio, in solo defigo, non raro ponitur sic, ut sit: constanter servo, religiose tueor, diciturque maxime de pactis, promissis, foederibus. Phaedr. p. 241. B: *ὁρκωμόσια καὶ ὑποσχέσεις ἐμπεδώσει*. Legg. VII. p. 823. A. Xenoph. Hellen. III. 4, 6: *ἐμπεδώσειν τὰς σπουδάς*. Anab. III. 2, 10: *ἐμπεδοῦν τοὺς ὅρκους*. Cyrop. IV. 8, 2: *ἐὰν ἐμπεδώσωσιν ἃ λέγουσιν*. Polyb. XXIX. 4: *ἐμπεδοῦν τὰς συνθήκας*. al.

Οὐκοῦν τό γε μέγιστον —] Nonne igitur id, quod est longe maximum gravissimique momenti, rerum publicarum constitutionibus in his tribus civitatibus sancitis tanquam fundamentum subiectum fuit, sive reges sanxerunt sive alii quidam? Sic enim *ὑπάρχειν* interpretamur.

ΜΕ. Δῆλον.

ΑΘ. Καὶ μὴν τοῦτό γε οἱ πολλοὶ προστάττουσι τοῖς νομοθέταις, ὅπως τοιούτους θήσουσι τοὺς νόμους, οὓς ἑκόντες οἱ δῆμοι καὶ τὰ πλήθη δέξονται, καθάπερ ἂν εἴ τις γυμνασταῖς ἢ ἰατροῖς προστάττοι μεθ' ἡδονῆς θεραπεύειν τε καὶ ἰᾶσθαι τὰ θεραπευόμενα σώματα. C

ΜΕ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΑΘ. Τὸ δέ γ' ἐστὶν ἀγαπητὸν πολλάκις, εἰ καί τις μετὰ λύπης μὴ μεγάλης δύναιτο εὐεκτικά τε καὶ ὑγιῆ σώματα ἀπεργάζεσθαι.

ΜΕ. Τί μήν;

ΑΘ. Καὶ τόδε γε ἔτι τοῖς τότε ὑπῆρχεν οὐ σμικρὸν εἰς ῥᾳστώνην τῆς θέσεως τῶν νόμων. D

ΜΕ. Τὸ ποῖον;

Cap. VI. ΑΘ. Οὐκ ἦν τοῖς νομοθέταις ἡ με-

stigia, haud cunctanter restituenda videatur. v. ann. crit. ad p. 682. E. 690. D. 691. A. XI. 931. D. al. Etiam mox teste Bekkero *βασιλῆς* servarunt libri, ubi Steph. dedit *βασιλεῖς*.

B. *τὸ βοηθοὺς γε εἶναι*] *γε*, olim neglectum, redhibuerunt A. B. Ω. Ξ. v. h. r. a. c. δ. o. x. Dein *τοὺς* pro *τὰς* B. Ω. Ξ. f. h. r.

C. *Καὶ μὴν τοῦτό γε — σώματα ἀπεργάζεσθαι*] Haec importune profecto hic inculcata sunt. Turbant enim sententiarum ordinem mirifice, qui iis sublatis optime se habet. Itaque aut scriptor ipse voluit hic aliquid interserere, quod pertineret ad castigandam perversitatem eorum, qui leges vellent populi lubidinibus accommodatas esse, quod tamen non ita perfecit, ut omnia apte coagmentata legantur; aut alius quis haec interposuit, memor sententiae alibi apud Platonem propositae. Posterius placuit Zellero Stud. Platon. p. 107. qui locum ex Politic. p. 293. A—C. et p. 295. C. consarcinatum esse arbitratur. Similia leguntur etiam in libris De Republica.

οἱ δῆμοι καὶ τὰ πλήθη δ.] P. 689. B: *ὅπερ δῆμός τε καὶ πλῆθος πόλεώς ἐστιν.* Sic *τὸ τοῦ δήμου πλῆθος* et *τὸ ὑμέτερον πλῆθος* ab oratoribus frequentatur. v. Taylor. ad Demosthen. p. 424. et nostra ad Plat. Apol. Socr. p. 21. A.

εὐεκτικά τε καὶ ὑγιῆ σώματα ἀπ.] Etymologicum quoddam Mss. apud Bastium Append. Epist. Crit. p. 21: *Ὑγιές· τὸ εὐεκτικόν.* Adverbium *εὐεκτικῶς* interpretantur Suidas s. v. Photius et Zonar. p. 923. per *εὖ σχετικῶς*. Adiectivo utitur etiam Aristoteles De gener. animal. I. 25. 9. II. 7. al. — *Τὸ δέ γε*, contra autem; quum tamen, ut saepe.

D. *οὐ σμικρὸν εἰς ῥᾳστώνην —*] non levis momenti ad iuvandam facilioremque reddendam legumlationem.

Cap. VI. *Οὐκ ἦν τοῖς νο-*

γίστη τῶν μέμψεων, ἰσότητα αὐτοῖς τινὰ κατασκευάζουσι τῆς οὐσίας, ἥπερ ἐν ἄλλαις νομοθετουμέναις πόλεσι πολλαῖς γίγνεται, ἐάν τις ζητῇ γῆς τε κτῆσιν κινεῖν καὶ χρεῶν διάλυσιν, ὁρῶν ὡς οὐκ ἂν δύναιτο ἄνευ τούτων γενέσθαι ποτὲ τὸ ἴσον ἱκανῶς· ὡς ἐπιχειροῦντι δὴ νομοθέτῃ κινεῖν τῶν τοιούτων τι πᾶς
E ἀπαντᾷ λέγων μὴ κινεῖν τὰ ἀκίνητα, καὶ ἐπαρᾶται γῆς τε ἀναδασμοὺς εἰςηγούμενον καὶ χρεῶν ἀποκοπάς, ὥστε εἰς ἀπορίαν καθίστασθαι πάντ' ἄνδρα. τοῖς δὲ δὴ Δωριεῦσι καὶ τοῦθ' οὕτως ὑπῆρχε καλῶς

Cap. VI. D. *ἥπερ ἐν ἄλλαις*] *ἀλλήλαις* Ω. Ξ. v. f. h. r. a. c. δ. o. x. In Ven. Ξ. teste Bastio media syllaba *λη* punctis notata. Quod Bekkerus narrat etiam in Par. A. scriptum legi *ἀλλήλαις*, id, Ba-

μοθέταις ἡ μεγίστη τῶν μέμψεων] Non incurrebant legumlatores in maximam illam vituperationem, quum aequalitatem bonorum constituerent. Constructio verborum: *ἡ μεγίστη τῶν μέμψεων*, perquam usitata Graecis fuit. Infra III. p. 702. C: *ἡ γὰρ πλείστη τῆς Κρήτης ἐπιχειρεῖ*, i. e. maxima pars Cretae. Sympos. p. 209. A: *ἡ μεγίστη καὶ καλλίστη τῆς φρονήσεως*. De Rep. III. p. 416. B: *τὴν μεγίστην τῆς εὐλαβείας*. Cratyl. p. 391. B: *ἡ ὀρθοτάτη τῆς σκέψεως*. Legg. p. 689. D: *ἡ καλλίστη τῶν ξυμφωνιῶν*. Thucyd. I. 5: *τὸν πλεῖστον τοῦ βίου*. Ibid. I. 78: *τοῦ πολέμου τὸν παράλογον*. Ibid. 2. 56: *τῆς γῆς τὴν πολλήν*. quod ipsum recurrit etiam VI. 7. 105. Ibid. VII. 38: *τὴν πλείστην τῆς στρατιᾶς*. Ibid. VIII. 5: *τῆς λείας τὴν πολλήν*. Alia si desideres, adeundi sunt Dorvill. ad Charit. p. 281. Hemsterhus. ad Lucian. I. p. 356. Wolf. ad Demosth. Leptin. §. 7. Heindorf. ad Cratyl. l. c. intpp. ad Lamb. Bos. De Ellipsi p. 274. et 306. Astius ad Remp. I. 2. p. 328. Ceterum quod philosophus hic felices praedicat illos legumlatores, qui sine cuiusquam damno aut invidia potuerint bonorum aequalitatem in civitatibus a se conditis instituere atque sancire, idem libro V. p. 736. C. quodammodo iterat, quandoquidem ibi sibimet ipsi gratulatur, quod in legibus suis ferendis eadem utatur felicitate, qua olim usi fuerint Heraclidae. De aequalitate agrorum apud Spartanos disputavit C. Fr. Hermannus De vestigiis institutorum veterum, inprimis Atticorum, per Platonis de Legibus libros indagandis, p. 25 sqq.

γῆς τε κτῆσιν κινεῖν καὶ χρεῶν διάλυσιν] agrorum possessionem mutare atque aeris alieni solutionem (novis tabulis introductis). Cogitandum de *χρεῶν ἀποκοπῇ*.

λέγων μὴ κινεῖν τὰ ἀκίνητα] H. e. eum severe graviterque admonens, ut ne moveat, quae movenda non sint. *Κινεῖν τὰ ἀκίνητα* in proverbio dicti sunt, qui mutarent, quae mutari vel non possent vel nefas haberetur. Schol. ad Theaet. p. 181. A: *παροιμία καθ' ὑπερβολήν, ὅτι μὴ δεῖ ἕδη μηδὲ βωμοὺς κινεῖν ἢ τάφους ἢ ὅρους. ἐμνήσθη δὲ*

καὶ ἀνεμεσήτως, γῆν τε ἀναμφισβητήτως διανέμεσθαι, καὶ χρέα μεγάλα καὶ παλαιὰ οὐκ ἦν.

ΜΕ. Ἀληθῆ.

ΑΘ. Πῇ δή ποτε οὖν, ὦ ἄριστοι, κακῶς οὕτως αὐτοῖς ἐχώρησεν ἡ κατοίκισίς τε καὶ νομοθεσία;

ΜΕ. Πῶς δὴ καὶ τί μεμφόμενος αὐτῶν λέγεις; 685

ΑΘ. Ὅτι τριῶν γενομένων τῶν οἰκήσεων τὰ δύο αὐτῶν μέρη ταχὺ τήν τε πολιτείαν καὶ τοὺς νόμους διέφθειρε, τὸ δὲ ἓν μόνον ἔμεινε, τὸ τῆς ὑμετέρας πόλεως.

stio si qua fides est, a vero abhorret. Voss. in marg. habet ἄλλαις.
E. Πῇ δή ποτε οὖν —] Steph. δέ, codd. invitis. Dein A.B. Ω.Ξ.r. Flor. a.c.δ.o. cum editt. Lovan. Bas. 1. 2. κατοίκησις.

ταύτης καὶ ἐν Νόμων ὀγδόῳ. conf. Legg. VIII. p. 842. C. XI. p. 913. B. Exposuerunt de usu proverbii Henr. Stephan. Schediasm. libr. I. c. XII. p. 87 sqq. Boissonad. ad Procli Vit. Marin. p. 128. Winckelmann. ad Plutarch. Amat. p. 756. A. = p. 147. qui attulerunt etiam varias explicationes paroemiographorum. Quam eleganter formula ad rem praesentem traducta sit, non est cur demonstremus. Miramur vero Zellerum Stud. Platonn. p. 71. hoc in Legum auctore reprehendentem, quod illam tam crebro inepte iactaverit. At enim vero usus ea est vix ter quaterve, nec usquam usus est inepte. — χρεῶν ἀποκοπάς, aeris alieni rescissiones s. novas tabulas; nexa civium liberata, ut loquitur Cicero De Republ. II. 34. ubi v. Moser. et Creuzer. annot. p. 311. conf. etiam Hermanni Antiquitatt. Gr. §. 63. ann. 1.

E. καθίστασθαι πάντα ἄνδρα] H. e. unum quemque bonorum aequalitatem constituere conantem. De πᾶς ἀνήρ sic usurpato v. ad Protagor. p. 323. A.

γῆν τε ἀναμφισβητήτως διανέμεσθαι] Infinitivus verbis τοῦθ' ὑπῆρχεν per epexegesin subiungitur: etiam hoc Doriensibus praeclare et sine offensione obtingebat, ut terram s. agros sine litibus distribuere liceret. Iam vero sequi continuo debebat hoc: καὶ χρέα μεγάλα καὶ παλαιὰ οὐκ εἶναι. Sed mutatur hic sermonis tenor, siquidem ἦν infertur et ad rectam transitur orationem.

Πῇ δή ποτε —] Recte δή pro δέ codd. optimi quique. Sed quod iidem dein pro κατοίκισις scriptum exhibent κατοίκησις, de huius lectionis veritate iure videtur Stephanus controversiam movisse. Nam κατοίκισις est constitutio civitatis; κατοίκησις autem eiusdem gubernatio et administratio. Ex quo apparet, hoc quidem loco, ubi de fundatoribus et conditoribus Doricarum civitatum agitur, scripturam κατοίκισις praeferendam esse, praesertim quum addatur νομοθεσία. conf. p. 685. B. IV. p. 707. D. V. p. 745. XII. p. 969. C. D.

P. 685. τριῶν γενομένων τῶν οἰκήσεων] Hoc quidem

ME. Οὐ πάνυ ῥᾴδιον ἐρωτᾷς.

AΘ. Ἀλλὰ μὴν δεῖ γε ἡμᾶς τοῦτο ἐν τῷ νῦν σκοποῦντας καὶ ἐξετάζοντας περὶ νόμων, παίζοντας παιδιὰν πρεσβυτικὴν σώφρονα, διελθεῖν τὴν ὁδὸν
B ἀλύπως, ὡς ἔφαμεν ἡνίκα ἠρχόμεθα πορεύεσθαι.

ME. Τί μήν; καὶ ποιητέον γε ὡς λέγεις.

AΘ. Τίν' οὖν ἂν σκέψιν καλλίω ποιησαίμεθα περὶ νόμων ἢ τούτων, οἳ ταύτας διακεκοσμήκασιν; ἢ πόλεων πέρι τίνων εὐδοκιμωτέρων τε καὶ μειζόνων κατοικίσεων σκοποίμεθ' ἄν;

P. 685. B. *μειζόνων κατοικίσεων*] Libri *κατοικήσεων*. Mutavimus de sententia Stephani, Boeckhii, Astii. Pro *τίν' οὖν* Voss. *τί οὖν*.

loco recte scribitur *οἰκήσεων*. Intelliguntur enim ipsae civitates et respublicae, quatenus administrantur atque gubernantur. Quamobrem verisimile putamus, criticos, quum viderent eam lectionem hic longe esse certissimam, in superioribus item *κατοίκησις* reponendum iudicavisse. — *τήν τε πολιτείαν*, h. e. constitutionem atque disciplinam publicam.

Οὐ πάνυ ῥᾴδιον ἐρωτᾷς.] De *ῥᾴδιον* sine *τι* posito v. annot. ad Sympos. p. 175. B. et supra Legg. 1. p. 633. B. 642. A. Libr. II. p. 653. A. 658. C.

παίζοντας παιδιὰν πρεσβυτικὴν σώφρονα] Stephanus ante *σώφρονα* inserendum censet *καί*, assentiente Astio. Nobis ea de re videtur aliter. Nam *σώφρονα* ad *παιδιὰν πρεσβυτικὴν*, quod in unam coit notionem, tanquam extrinsecus accedit, perinde ac si scriptum legatur: *παίζοντας παιδιὰν πρεσβυτικήν, ὥςτε σώφρονα αὐτὴν εἶναι*, lusum senilem ludentes moderatum ac sobrium; qui modestus sit atque prudens; einen für Greise passenden vernünftigen Zeitvertreib uns machend. Itaque vocula *καί* facile caremus. Legg. VI. p. 769. A: *ἡ πρεσβυτῶν ἔμφρων παιδιά.* Sic etiam Parmenides in dialogo cognomine p. 137. B. ubi suscepturus est gravissimam illam maximeque difficilem de Uno et Multis disputationem, sese profitetur velle *πραγματιώδη παιδιὰν παίζειν*. Conf. etiam Phaedr. p. 262. D. 265. C. 278. B. Reipubl. VII. p. 536. C. quae aliam ob caussam comparat Zeller. l. c. p. 73.

διελθεῖν τὴν ὁδὸν ἀλύπως] disputationis tanquam iter haud aegre perficere. Respicitur ad l. p. 625. B. De comparatione v. p. 688. E. cap. IX. in.

B. *περὶ νόμων ἢ τούτων*] H. e. *ἢ τὴν περὶ τούτων (νόμων)*. Sophist. p. 227. B: *σεμνότερον δέ τι τὸν διὰ στρατηγικῆς ἢ φθειριστικῆς δηλοῦντα*, i. e. *ἢ τὸν διὰ φθειριστικῆς*. ubi alia huius rationis exempla adscripsimus. conf. Legg. II. p. 669. B. ibique ann. Male igitur Badham. Praef. ad Phaedr. p. XI. legendum contendit: *Τίνων οὖν ἂν σκέψιν κτλ.* ac deinde *περὶ νομοθετῶν*.

καὶ μειζόνων κατοικίσεων] Sic scripsimus de coniectura Stephani; quam proba-

ΜΕ. Οὐ ῥᾴδιον ἀντὶ τούτων ἑτέρας λέγειν.

ΑΘ. Οὐκοῦν ὅτι μὲν διενοοῦντό γε οἱ τότε τὴν κατασκευὴν ταύτην οὐ Πελοποννήσῳ μόνον ἔσεσθαι βοηθὸν ἱκανήν, σχεδὸν δῆλον, ἀλλὰ καὶ τοῖς Ἕλλησι πᾶσιν, εἴ τις τῶν βαρβάρων αὐτοὺς ἀδικοῖ, καθάπερ οἱ περὶ τὸ Ἴλιον οἰκοῦντες τότε, πιστεύοντες τῇ τῶν Ἀσσυρίων δυνάμει τῇ περὶ Νῖνον γενομένῃ, θρασυνόμενοι τὸν πόλεμον ἤγειραν τὸν ἐπὶ Τροίαν. ἦν γὰρ ἔτι τὸ τῆς ἀρχῆς ἐκείνης σχῆμα τὸ σωζόμενον οὐ σμικρόν· καθάπερ νῦν τὸν μέγαν βασιλέα φοβούμεθα C

C. οὐ σμικρὸν] Sic Ω. v. f. h. r. a. ● δ. o. et secundum Bekkerum Par. A. Vulgo μικρόν.

runt etiam Boeckhius, Bekkerus et Astius. Libri omnes κατοικήσεων. Enimvero πόλεων κατοικίσεις rursus intelliguntur civitatum constitutiones. Est vero ordo verborum hic: ἢ περὶ τίνων εὐδοκιμωτέρων τε καὶ μειζόνων κατοικίσεων πόλεων σκοποίμεθ' ἄν; id quod iam alii perviderunt.

C. καθάπερ οἱ περὶ τὸ Ἴλιον —] sicuti qui tum circa Ilium habitabant, potentiae Assyriorum per Ninum exortae fidentes, per ferociam suam ac superbiam bellum Graecorum adversus Troiam concitaverunt. Erat enim etiam tunc illius imperii splendor superstes haud sane exiguus. Quae hic de Assyriorum regno et Nini imperio narrantur, ea discrepare ab Herodoti fide I. 95. et convenire magis cum iis, quae ex Ctesiae Persicis refert Diodor. Sicul. II. 2. prudenter monuit De Geerius Diatribe in Politic. Plat. Principia p. 175. Illud vero pervulgatum fuit, quod Plato significat, praecipuam belli Troiani caussam fuisse Pelopis expulsionem, qui ab Ilo, Troiae rege, patria eiectus in Elidem confugerit. Quamquam plerique raptu Helenae bellum illud concitatum esse statuunt. Enimvero iniuriam Pelopi illatam vindicaturi Pelopidae Troianis bellum dicuntur intulisse. v. quos iam Astius laudavit, Pausan. II. 22. ibique intpp. Herodot. I. 3. sq. II. 100. — σχῆμα, ad imperii splendorem et dignitatem translatum. Quem usum loquendi posterioris aetatis scriptores, Libanius, Aristides, Themistius, Himerius, alii, certatim imitati sunt. v. Wernsdorf. ad Himer. p. 51. Similiter Eurip. Androm. in.: Ἀσιάτιδος γῆς σχῆμα, Θηβαία πόλις. Hesychius: Σχῆμα· πλάσμα, ἱματισμός, κόμπος.

καθάπερ νῦν τὸν μέγαν—] Ad illustrandam sententiam superiorem quae afferuntur per comparationem, ea ἀσυνδέτως accedere solere, non uno loco ostendimus. v. ad Gorg. p. 448. E. Remp. VI. 497. B. VIII. p. 577. C. Cratyl. p. 433. A. Theaetet. p. 173. D. Phaed. p. 61. A. Legg. I. p. 628. D. II. 659. E. Politic. p. 296. E. al. Nimirum locum habet in talibus universi enuntiati appositio quasi quaedam, cuius eadem prorsus ratio est atque nominum singulorum.

ἡμεῖς, καὶ τότε ἐκείνην τὴν συσταθεῖσαν σύνταξιν ἐδέδισαν οἱ τότε. μέγα γὰρ ἔγκλημα πρὸς αὐτοὺς ἡ D τῆς Τροίας ἅλωσις τὸ δεύτερον ἐγεγόνει· τῆς ἀρχῆς γὰρ τῆς ἐκείνων ἦν μόριον. πρὸς δὴ ταῦτ' ἦν πάντα ἡ τοῦ στρατοπέδου τοῦ τότε διανεμηθεῖσα εἰς τρεῖς πόλεις κατασκευὴ μία ὑπὸ βασιλέων ἀδελφῶν, παίδων Ἡρακλέους, καλῶς ὡς ἐδόκει ἀνευρημένη καὶ κατακεκοσμημένη καὶ διαφερόντως τῆς ἐπὶ τὴν Τροίαν

D. πρὸς δὴ ταῦτ' ἦν πάντα ἡ τοῦ στρ.] Vulgo ταῦτα πάντα. Pro ταῦτα Ω. Ξ. v. f. h. r. a. c. δ. ο. ταύτην, quod Bekkerus etiam in Par. A. narrat a se repertum esse. Inde cum Hermanno effinximus ταῦτ' ἦν π.

τὴν συσταθεῖσαν σύνταξιν] intelligitur regnum Assyriorum, pariter ex multis partibus conflatum, atque fuere Doricae Peloponnesi civitates.

D. ἡ τῆς Τροίας ἅλωσις τὸ δεύτερον] quod Troia iterum expugnata est. Prima enim Troiae expugnatio facta per Herculem, qui Laomedontem depugnavit. v. Iliad. V. v. 640. sqq. Apollodor. Bibl. Myth. II. 6, 4. ibique Heynium. Adverbium τὸ δεύτερον per synesin ponitur ob nomen verbale ἅλωσις, id quod loci interpretatione nostra declaravimus.

τῆς ἀρχῆς γὰρ τῆς ἐκείνων ἦν μόριον] Sc. ἡ Τροία. Hoc unde Plato hauserit, incertum.

πρὸς δὴ ταῦτ' ἦν πάντα ἡ τοῦ στρατοπέδου —] Horum omnium igitur habita ratione exercitus illius apparatus unus in tres civitates a regibus fratribus, filiis Herculis, distributus, egregie videbatur inventus et adornatus esse, et multo magis, quam is, qui adversus Troiam olim abierat. In his Bekkerus narrat codd. A. Ξ. Ω. iuxta cum aliis pro ταῦτα exhibere ταύτην. Quod num vere ab eo narratum sit, habemus utique cur magnopere dubitemus. Nam Bastius quidem, scrutator harum rerum diligentissimus, etsi ταύτην ipse quoque ex cod. Ven. Ξ. et Vatic. Ω. enotavit, tamen de Paris. A. et B. alia omnia testatur. Tantum autem Par. A. in his libris tribuimus, quantum vix cunctis codicibus reliquis. Sed quum vel hanc ob caussam de pronominis ταύτην veritate dubitare liceat, tum etiam aliud quid est, quod eam scripturam suspectam reddat atque incertam. Quid enim? quorsum tandem pronomen istud putabimus referendum esse? num ad praegressum ἀρχῆς τῆς ἐκείνων? an ad τὴν ξυσταθεῖσαν σύνταξιν? Nimirum neutrum recte fieri posse videtur. Nam ad τὴν ξυσταθεῖσαν σύνταξιν vel propterea non potest commode revocari, quia id pertinet ad sententiam intermediam et tanquam per occasionem uberioris rei explicationis gratia interpositam. Ad utrumvis autem parum recte trahetur ideo, quia ita diceretur, potentiam civitatum Doricarum unice comparatam visam esse ad retundendos Assyriorum impetus, quum tamen scriptor Assyrios tantummodo exempli caussa memoret, atque Doricas civtates omnino adversus barbaros. si qui Grae-

ἀφικομένης. πρῶτον μὲν γὰρ τοὺς Ἡρακλείδας τῶν Πελοπιδῶν ἀμείνους ἡγοῦντο ἀρχόντων ἄρχοντας ἔχειν, ἔπειτ' αὖ τὸ στρατόπεδον τοῦτο τοῦ ἐπὶ Τροίαν ἀφικομένου διαφέρειν πρὸς ἀρετήν· νενικηκέναι γὰρ τούτους, ἡττᾶσθαι δ' ὑπὸ τούτων ἐκείνους, Ἀχαιοὺς ὄντας ὑπὸ Δωριέων. ἆρ' οὐχ οὕτως οἰόμεθα καί τινι διανοίᾳ τοιαύτῃ κατασκευάζεσθαι τοὺς τότε; E

καλῶς ὡς ἐδόκει] καλῶς ὡς ἐδόκει A. B. Ω. Ξ. v. h. f. r. a. c. δ. o. cum Ald. Lov. Bass. 1. 2. Stephanus ὡς delevit.

ἔπειτ' αὖ τὸ στρατόπεδον] Steph. αὐτό. Voss. ἔπειτα στρατόπεδον.

E. καί τινι διανοίᾳ τοιαύτῃ] Vulgo scribebatur: καὶ τῇ

ciae iniuriam inferrent, pro arce atque munimento habitas esse. Nec vero πάντα per se recte pro accusativo absoluto accipietur, qui ad participia ἀνενρημένη et κατακεκοσμημένη ita pertineat, ut sit omni ex parte. Huic enim rationi vel ordo et collocatio verborum adversatur. Itaque ταῦτα tenendum censemus, quod propter antegressum τῆς ἀρχῆς τῆς ἐκείνων praepostere in femininum ταύτην mutatum est. Alia difficultas haeret in proximis, ubi codd. cum Ald. Lovan. Bass 1. 2. scriptum exhibent καλῶς ὡς ἐδόκει, quod Stephanus duce Ficino in καλῶς ἐδόκει mutavit. Verum in tanta librorum consensione equidem voculam ὡς non ausim extrudere. Quocirca fortasse satius videbitur ἦν omissum putare, quamquam ea explicatio incerta videbitur lectis iis, quae prudenter exposuit Matthiae Gr. Gr. §. 553. annot. Atque hoc ipsum Schneiderum et Hermannum permovit, ut hanc lectionem effingerent: πρὸς δὴ ταῦτ' ἦν πάντα κτλ. Quod si quis aegre ferat propter insolentiorem verbi ἦν collocationem, unum id relinquitur, ut aut καλως ὡς eodem modo accipiamus, quo dicitur, θαυμασίως ὡς, ὑπερφυῶς ὡς, θαυμαστῶς ὡς, Phaed. p. 66. A. Symp. p. 173. C. p. 200. B. De Rep. I. p. 331. A. al.; aut participii usum exinde declaremus, quod parentheticum istud ὡς ἐδόκει cum reliqua oratione ita conflatum sit, ut ὡς vi sua tanquam exolescat, quod quidem subsequente infinitivo non raro ita fieri ostendimus ad Phileb. p. 20. D. Phaedr. p. 272. D. Euthyphron. p. 4. E. Et postremam quidem rationem fatemur nobis omnium maxime videri commendabilem. Ceterum in his: ἡ τοῦ στρατοπέδου — κατασκευή, nomen abstractum pro concreto positum est; etenim significatur τὸ κατεσκευασμένον στρατόπεδον.

E. νενικηκέναι γὰρ τούτους] Pronomen τούτους per synesin refertur ad τὸ ἐπὶ Τροίαν ἀφικόμενον στρατόπεδον. De qua synesi v. ad p. 701. E. IX. p. 876. B. XI. p. 933. E. XII. p. 945. E. 950. A. Dein pro ἡττᾶσθαι Boeckhius ἡττῆσθαι legendum censuit, assentiente Astio, libris omnibus adversantibus. Ficinus tamen: Illos ab istis fuisse superatos. Nec dubium videtur, perfectum quin restitui Platoni debeat. Victi autem sunt Achivi ab Heraclidis s. Doribus in Peloponnesum reversis.

E. ἆρ' οὐχ οὕτως — τοὺς τότε;] nonne ita putamus

ΜΕ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΑΘ. Οὐκοῦν καὶ τὸ βεβαίως οἴεσθαι ταῦθ' ἕξειν
686 εἰκὸς αὐτοὺς καὶ χρόνον τιν' ἂν πολὺν μένειν, ἅτε κεκοινωνηκότας μὲν πολλῶν πόνων καὶ κινδύνων ἀλλήλοις, ὑπὸ γένους δὲ ἑνὸς τῶν βασιλέων ἀδελφῶν ὄντων διακεκοσμημένους, πρὸς τούτοις δ' ἔτι καὶ πολλοῖς μάντεσι κεχρημένους εἶναι τοῖς τε ἄλλοις καὶ τῷ Δελφικῷ Ἀπόλλωνι;

ΜΕ. Πῶς δ' οὐκ εἰκός;

ΑΘ. Ταῦτα δὴ τὰ μεγάλα οὕτως προςδοκώμενα διέπτατο, ὡς ἔοικε, τότε ταχύ, πλήν, ὅπερ εἴπομεν νῦν δή, σμικροῦ μέρους τοῦ περὶ τὸν ὑμέτερον τό-
B πον· καὶ τοῦτο δὴ πρὸς τὰ δύο μέρη πολεμοῦν οὐ πώποτε πέπαυται μέχρι τὰ νῦν· ἐπεὶ γενομένη γε ἡ

διανοίᾳ ταύτῃ, sicut etiam Bekker. Herm. et Turr. Quod recepimus, id Bastio teste liquido scriptum extat in Par. A. pr. et marg. Vat Ω. habent idem Flor. a. δ. Voss. x.

P. 686. A. διακεκοσμημένους] διακεκοσμῆσθαι Ω. in marg.

B. μέχρι τὰ νῦν] Sic A. B. Ω. Ξ. (Bekkero teste), v. f. h. r. a. c. δ. ο. et cod. Vindob. ap. Bast. Epist. Crit. p. 38. Append. cum Ald. Bass. 1. 2. Lov. Stephanus correxit τοῦ νῦν, quod invitis codd. recepit Bekkerus. Attentione dignum quod teste Ba-

et tali fere mentis cogitatione impulsos illos tunc sese comparavisse?

P. 686. κεχρημένους εἶναι] Infinitivus pro participio infertur perinde, ac si antecederet νομίζοντας s. οἰομένους κεκοινωνηκέναι κτλ., quod sane inest ad sensum in ἅτε participio praemisso. Constructionis genus illustravimus ad libr. I. p. 626. B. Cap. II. extr.

B. πέπαυται μέχρι τὰ νῦν] Stephanus τοῦ νῦν correxit, praeter fidem librorum omnium. Enimvero sicuti μέχρι νῦν, μέχρι τότε, et similia dicuntur, de quibus consulas licet Lobeckium ad Phrynich. p. 46 sqq., ita etiam μέχρι ταννῦν s. τὰ νῦν concessum fuit per loquendi usum, siquidem ἄχρι et μέχρι in talibus carent rectione. conf. Bastii Appendic. Epist. crit. p. 38. ed. Lips. Quamquam Atticistae usum articuli in talibus omnino videntur damnavisse. Antiattic. in Bekkeri Anecd. Vol. I. 81, 1. Ἄχρι τοῦ νῦν: μετὰ ἄρθρου. Τιμόθεος Ἀσώτῳ. Ac fateor libere, me nullum recordari locum, ubi haec ipsa dicendi ratio reperiatur.

ἐπεὶ γενομένη γε ἡ τότε δ.] nam orta tunc mens et cogitatio, si etiam in unum conspirasset, effecisset sane potentiam bello plane invictam. Sic haec intelligenda, quae non videntur recte percepisse, qui εἰς ἕν etiam ad γενομένη pertinere arbitrati sunt. Sententia haec est: si Doricae illae civitates mansissent concordes et originis suae bene memores, opibus bellicis ceteras omnes fuissent superaturae.

τότε διάνοια καὶ ξυμφωνήσασα εἰς ἓν ἀνυπόστατον ἄν τινα δύναμιν ἔσχε κατὰ πόλεμον.

ΜΕ. Πῶς γὰρ οὔ;

Cap. VII. ΑΘ. Πῶς οὖν καὶ πῇ διώλετο; ἆρ' οὐκ ἄξιον ἐπισκοπεῖν, τηλικοῦτον καὶ τοιοῦτον σύστημα ἥτις ποτὲ τύχη διέφθειρε;

ΜΕ. Σχολῇ γὰρ οὖν δή τις ἂν ἄλλο σκοπῶν ἢ νόμους ἢ πολιτείας ἄλλας θεάσαιτο σωζούσας καλὰ C καὶ μεγάλα πράγματα ἢ καὶ τοὐναντίον διαφθειρούσας τὸ παράπαν, εἰ ἀμελήσειε τούτων.

ΑΘ. Τοῦτο μὲν ἄρα, ὡς ἔοικεν, εὐτυχῶς πως ἐμβεβήκαμέν γε εἴς τινα σκέψιν ἱκανήν.

ΜΕ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΑΘ. Ἆρ' οὖν, ὦ θαυμάσιε, λελήθαμεν ἄνθρωποι πάντες, καὶ τὰ νῦν δὴ ἡμεῖς, οἰόμενοι μὲν ἑκά-

stio ad τὰ νῦν in marg. Vat. Ω. adscriptum legitur: ἐν ὅλοις ἀντιγράφοις.

Cap. VII. C. ἐμβεβήκαμέν γε εἴς τινα σκ.] Sic pro vulg. ἐμβεβλήκαμεν A. B. Ω. Ξ. v. f. h. a. c. δ. o. x. qui partim vitiose scriptum habent ἐκβεβήκαμεν. Paullo ante quidam ἀμελήσει.

Cap. VII. Πῶς οὖν καὶ πῇ διώλετο;] Auf welche Art und Weisse; v. ann. ad p. 681. D. — σύστημα, vocabatur antea συσταθεῖσα τάξις, atque intelligitur constitutio et foedus civitatum Peloponnesi Doricarum. Ceterum conf. Demosth. 355, 2. et p. 689, 15: τηλικαῦτα καὶ τοιαῦτα. Ibid. p. 416, 10. et 546, 1: τηλικαύτῃ καὶ τοιαύτῃ P. 472, 11: τηλικούτων καὶ τοιούτων. Sed etiam inverso ordine. Lycurg. p. 137. §. 3. ed. Reisk.: τοιαῦτα καὶ τηλικαῦτα. Ibid. p. 171: ἐν τοῖς τοιούτοις φόβοις καὶ τηλικαύτοις.

Σχολῇ γὰρ οὖν δή τις ἄλλο σκοπῶν] Vix enim quis aliud quid considerans aut leges aut civitates alias possit considerare recteque iudicare, quibus aut pulcrae atque magnae res conservatae sint aut etiam perditae plane ac pessumdatae, si (in hac quaestione) illas (Doriensium Peloponnesi) neglexerit. In his εἰ ἀμελήσειε τούτων iterat quodammodo praegressum istud ἄλλο σκοπῶν. Similia talis repetitionis exempla passim notavimus. Nec vero opus putamus, ut cum Astio refingatur ἄλλοσε σκοπῶν. aliorsum spectans. Nam ἄλλο σκοπῶν est: aliud quid considerans, hoc rei exemplo neglecto.

C. εὐτυχῶς πως ἐμβεβήκαμεν —] Sic codd. optimi pro eo, quod Stephanus dedit, ἐμβεβλήκαμεν. Etenim Τοῦτο μὲν ἄρα est accusativus absolutus. De comparatione disputationis cum via aliqua et itinere v. p. 685. A.

στοτέ τι καλὸν ὁρᾶν πρᾶγμα γενόμενον καὶ θαυμαστὰ ἂν ἐργασάμενον, εἴ τις ἄρα ἠπιστήθη καλῶς
D αὐτῷ χρῆσθαι κατά τινα τρόπον, τὸ δὲ νῦν γε ἡμεῖς τάχ' ἂν ἴσως περὶ τοῦτο αὐτὸ οὔτ' ὀρθῶς διανοοίμεθα οὔτε κατὰ φύσιν, καὶ δὴ καὶ περὶ τὰ ἄλλα πάντες πάντα, περὶ ὧν ἂν οὕτω διανοηθῶσι;

ΜΕ. Λέγεις δὲ δὴ τί, καὶ περὶ τίνος σοι φῶμεν μάλιστ' εἰρῆσθαι τοῦτον τὸν λόγον;

ΑΘ. Ὦ 'γαθέ, καὶ αὐτὸς ἐμαυτοῦ νῦν δὴ κατεγέλασα. ἀποβλέψας γὰρ πρὸς τοῦτον τὸν στόλον, οὗ πέρι διαλεγόμεθα, ἔδοξέ μοι πάγκαλός τε εἶναι καὶ θαυμαστὸν κτῆμα παραπεσεῖν τοῖς Ἕλλησιν, ὅπερ
E εἶπον, εἴ τις ἄρα αὐτῷ τότε καλῶς ἐχρήσατο.

D. αὐτῷ χρῆσθαι] χρῆσθαι A. B. Ω. h. r. δ. Alii cum vulg.

καὶ θαυμαστὰ ἂν ἐργασάμενον —] quod mirabilia fuisset effecturum, si quis eo scivisset recte uti aliquo modo.

D. τὸ δὲ νῦν γε ἡμεῖς —] Anacoluthon perquam notabile, quod ex ipsius sententiae audaciore conversione ortum duxit. Nam quum praecedat οἰόμενοι μὲν κτλ., continuari oratio debuit in hunc fere modum: διανοούμενοι δὲ περὶ αὐτὸ οὔτ' ὀρθῶς οὔτε κατὰ φύσιν, ὥσπερ νῦν καὶ ἡμεῖς τάχ' ἂν οὐκ ὀρθῶς περὶ αὐτὸ τοῦτο διανοοίμεθα κτλ. Haec vero alio prorsus modo enuntiata sunt, quandoquidem secundaria sententia in locum primariae successit. De τὸ δέ, quum tamen, v. ad Apolog. Socr. p. 23. A. Legg. I. p. 642. A. VII. p. 803. D. al.

ἀποβλέψας γὰρ — ἔδοξέ μοι] De nominativo participii sequente ἔδοξέ μοι v. ann. ad Apolog. Socr. p. 21. C. Eadem loquendi ratio recurrit in his libris infra VII. p. 811. C. et 817. D. VI. p. 769. C. Ac pertinet huc etiam Libr. II. p. 673. C. διαλεγόμενος — τί ποτέ σοι οἴει ἀποκρινεῖσθαι; Dixerunt de eadem etiam Valcken. ad Eurip. Phoeniss. 292. int. ad Sophocl. Philoctet. v. 547 sqq. ed. Brunck. Boeckh. in Min. p. 102. Matthiae Gr. §. 556. ann. 3. Bernhardy Syntax. p. 479 sqq. Haec satis erunt, opinor, ad refellendam sententiam Stephani, ἀποβλέψαντι coniectantis.

E. καὶ ἐχόντως νοῦν] prudenter; adverbium verbale cum casu verbi sui consociatum. Hinc Phileb. p. 64. A., ubi νοῦς laudatur, ἐχόντως ἑαυτόν, ubi v. ann. Frequens est νουνεχόντως, de quo consule etiam Apollon. De Adverb. Anecdot. Bekker. T. II. p. 587. 15. νουνεχῶς dixit Polyb. III. 107. De aliis v. Baiter. ad Isocrat. Panegyr. p. 25.

εὐθὺς ἔπαθε τοῦτο, ὡς — εὐδαιμονοῖ.] Rarior haec est breviloquentia, quandoquidem ἔπαθε τοῦτο sensu praegnanti, quem vocant, idem est quod ἔπαθε τοῦτο ὥστε οἴεσθαι s. δοκεῖν. Contulit cum his Hein-

ΜΕ. Οὐκοῦν εὖ καὶ ἐχόντως νοῦν σύ τε πάντα εἶπες καὶ ἐπῃνέσαμεν ἡμεῖς;

ΑΘ. Ἴσως· ἐννοῶ γε μήν, ὡς πᾶς, ὃς ἂν ἴδῃ τι μέγα καὶ δύναμιν ἔχον πολλὴν καὶ ῥώμην, εὐθὺς ἔπαθε τοῦτο, ὡς εἴπερ ἐπίσταιτο ὁ κεκτημένος αὐτῷ χρῆσθαι τοιούτῳ τε ὄντι καὶ τηλικούτῳ, θαυμαστ' ἂν καὶ πολλὰ κατεργασάμενος εὐδαιμονοῖ.

ΜΕ. Οὐκοῦν ὀρθὸν καὶ τοῦτο; ἢ πῶς λέγεις; 687

ΑΘ. Σκόπει δή, ποῖ βλέπων ὁ τὸν ἔπαινον τοῦτον περὶ ἑκάστου ὀρθῶς λέγει. πρῶτον δὲ περὶ αὐτοῦ τοῦ νῦν λεγομένου, πῶς, εἰ κατὰ τρόπον ἠπιστήθησαν τάξαι τὸ στρατόπεδον οἱ τότε διακοσμοῦντες, τοῦ καιροῦ πως ἂν ἔτυχον; ἆρ' οὐκ εἰ ξυνέστη-

χρήσασθαι.

dorfius illa Phaedon. p. 75. B: *εἰ ἐμέλλομεν τὰ ἐκ τῶν αἰσθήσεων ἴσα ἐκεῖσε ἀνοίσειν, ὅτι προθυμεῖται μὲν πάντα τοιαῦτα εἶναι, κτλ.* ubi v. eius ann. Itaque verba sic interpreteris: verumtamen animadverto, unicuique, si viderit magnum quiddam, quod multam habeat potentiam magnumque robur, statim hoc accidere, ut existimet, eum, qui illud possideat, si hac tanta talique re uti sciat, mirabilia multa perpetraturum atque beatum futurum esse. De ordine verborum *θαυμαστὰ καὶ πολλά* v. ad Politic. p. 262. C. conf. Legg. VII. p. 798. B. De Rep. VI. p. 505. B. Ex oratoribus exempla eius collegerunt Guil. Dindorf. Praefat. ad Demosthen. p. IX. et Wurm. Comment. in Dinarch. p. 158 sq.

P. 687. *πρῶτον δὲ περὶ αὐτοῦ τοῦ λεγομένου,*] Intell. *σκόπει.* — *κατὰ τρόπον,* recte et ipsi rei convenienter.

τοῦ καιροῦ πως ἂν ἔτυχον;] *Τοῦ καιροῦ τυγχάνειν* est nancisci alicuius rei opportunitatem; consequi id, quod commodum atque utile ad aliquid esse videatur. Itaque hoc dicit: Considera ante omnia id, de quo mentio iniecta est, quomodo, si recte scivissent disponere exercitum qui ei tunc fuere praefecti, id, quod ipsis commodum et utile erat futurum, aliquo modo consequi potuissent? Nonne illud essent tum consequuti, si eum tuto coniunctum in omne tempus conservassent, ita ut et ipsi liberi manerent, et aliis, quibus vellent, imperarent, et omnino apud omnes, et Graecos et barbaros, facere possent quidquid cuperent quum ipsi tum posteri? Haesit hic Winkelmannus in *πῶς* sequente *πως*, ut libris invitis encliticam eiiciendam statuerit. Hermannus vero *πῶς* deleto deinde encliticam in *πῶς* commutavit. Neutra mutatione opus.

σάν τε ἀσφαλῶς αὐτὸ διέσωζόν τε εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον, ὥςτε αὐτούς τε ἐλευθέρους εἶναι καὶ ἄλλων ἄρχοντας ὧν βουληθεῖεν, καὶ ὅλως ἐν ἀνθρώποις
B πᾶσι καὶ Ἕλλησι καὶ βαρβάροις πράττειν ὅ τι ἐπιθυμοῖεν αὐτοί τε καὶ οἱ ἔκγονοι; μῶν οὐ τούτων χάριν ἐπιθυμοῖεν ἄν;

ΜΕ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΑΘ. Ἆρ' οὖν καὶ ὃς ἂν ἰδὼν πλοῦτον μέγαν ἢ τιμὰς διαφερούσας γένους ἢ καὶ ὁτιοῦν τῶν τοιούτων εἴπῃ ταὐτὰ ταῦτα, πρὸς τοῦτο βλέπων εἶπεν, ὡς διὰ τοῦτ' αὐτῷ γενησόμενα, ὧν ἂν ἐπιθυμῇ, πάντα ἢ τὰ πλεῖστα καὶ ὅσα ἀξιώτατα λόγου;

ΜΕ. Ἔοικε γοῦν.

C ΑΘ. Φέρε δή, πάντων ἀνθρώπων ἐστὶ κοινὸν ἐπιθύμημα ἕν τι τὸ νῦν ὑπὸ τοῦ λόγου δηλούμενον, ὡς αὐτός φησιν ὁ λόγος;

P. 687. *αὐτούς τε ἐλευθέρους εἶναι*] Vulgo γε, quod primus correxi ex pr. Ω. et h. a. Tenuit tamen vulgat. Scheider.
ὧν βουληθεῖεν] V. ὧν ἂν β. Sed ἂν non agnoscunt A. B. Ω. v. f. h. r. a δ. o.
C. *παῖδές τε ὄντες καὶ ἄνδρες καὶ πρ.*] καὶ post ἄνδρες om. Par. A. Voss., marg. Vat. Ω. et Flor. a. δ. Non male. Nam ἄνδρες πρεσβῦται in unum coniungendum est, quo facto παῖδές τε ὄντες καὶ ἄνδρες πρεσβῦται idem est quod: inde a pueritia usque ad senectutem; quod qui non perspexerunt, ii καὶ facile

B. *μῶν οὐ τούτων χάριν —*] nonne verisimile est, eos harum rerum gratia ista concupivisse, et ita τοῦ καιροῦ τυχεῖν sibi visos esse? Nam haec videtur esse sententia verborum, quae Astius mire sollicitavit. Is enim in iis putavit contineri repetitionem quandam superiorum: ποῖ βλέπων ὁ τὸν ἔπαινον τοῦτον περὶ ἑκάστου τιθέμενος ὀρθῶς λέγει, ideoque corrigi iussit: ἐπαινοῖεν ἄν; In qua sententia fuit etiam Dorvillius, qui ἐπαινεθεῖεν ἂν scribendum censuit, quod nuper praeter librorum auctoritatem Platonis verbis inseruit C. Fr. Hermannus. Sed nec aptum hoc est ad sententiae rationem, nec verba referenda sunt ad τὸν τιθέμενον περὶ ἑκάστου τὸν ἔπαινον, de quo in proximis demum agitur. Imo subiiciuntur haec verbis: πῶς ἂν τοῦ καιροῦ ἔτυχον, quae etiam ante εἰ ξυνέστησάν τε ἀσφαλῶς κτλ. ad ἆρ' οὐκ intelligenda sunt, ut significetur, coniici licere, hoc ipsum iis commodum atque utile visum esse. Attigimus hunc usum optativi ad p. 677. B., quem illustravit item A. Matthiae Gr. Gr. § 514. 2. a.
Ἆρ' οὖν καὶ ὃς ἂν ἰδὼν —] Nunc demum revertitur ad quae-

ΜΕ. Τὸ ποῖον;

ΑΘ. Τὸ κατὰ τὴν τῆς αὐτοῦ ψυχῆς ἐπίταξιν τὰ γιγνόμενα γίγνεσθαι, μάλιστα μὲν ἅπαντα, εἰ δὲ μή, τά γε ἀνθρώπινα.

ΜΕ. Τί μήν;

ΑΘ. Οὐκοῦν ἐπείπερ βουλόμεθα πάντες τὸ τοιοῦτον ἀεί, παῖδές τε ὄντες καὶ ἄνδρες καὶ πρεσβῦται, τοῦτ' αὐτὸ καὶ εὐχοίμεθ' ἂν ἀναγκαίως διὰ τέλους;

ΜΕ. Πῶς δ' οὔ;

ΑΘ. Καὶ μὴν τοῖς γε φίλοις που ξυνευχοίμεθ' ἂν ταῦτα, ἅπερ ἐκεῖνοι ἑαυτοῖσι. D

ΜΕ. Τί μήν;

ΑΘ. Φίλος μὲν υἱὸς πατρί, παῖς ὢν ἀνδρί.

ΜΕ. Πῶς δ' οὔ;

potuerunt post *ἄνδρες* inculcare, ut scilicet omnes vitae humanae aetates commemorarentur. Dein vulg. *εὐχόμεθα ἀναγκαίως*. Par. A. Voss. *εὐχοίμεθα*. Hinc Bekkerus extudit: *εὐχοίμεθ' ἄν*, emendatione evidentissima, etiam in marg. Voss. notata, quam tamen sprevit Schneider., veteri lectione revocata.

D. *ξυνευχοίμεθ' ἂν τ.*] Vat. Ω. Ven. Ξ. al. *ξυνευχόμεθ' ἄν*, nec vero *ξυνειχόμεθ' ἄν*, ut Bekkerus refert. Dein x. pro vulg. *αὐτοῖς* A., et marg. Ω. cum f. a. o. x. *ἑαυτοῖσι* vel *ἑαυτοῖσιν*.

stionem illam: *ποῖ βλέπων κτλ.* Ostendit enim, etiam eum, qui divitias et honores laudet, id facere solere ideo, quia sese existimet eorum beneficio maxima quaeque esse consequuturum, quorum cupiditate captus teneatur. — *εἴπῃ ταὐτὰ ταῦτα*, qualia sunt quae p. 686. E. leguntur: *εὐθὺς ἔπαθε τοῦτο, ὡς—θαυμαστ' ἂν καὶ πολλὰ κατεργασάμενος εὐδαιμονοῖ.*

C. *πάντων ἀνθρώπων ἐστὶ κοινὸν* —] Ordo verborum hic est: *ἐπιθύμημα ἕν τι κοινόν ἐστι πάντων ἀνθρ.* Quo non perspecto Astius *ἔστι*, retracto accentu, scribendum censuit. — Verba, *ὡς αὐτός φησιν ὁ λόγος*, nescio quomodo mirifice videntur languere, ut ea prope pro supervacaneis habeamus.

Τὸ κατὰ τὴν τῆς αὐτοῦ ψ.—] H. e. secundum animi sui voluntatem ac sententiam. De *μάλιστα μέν, εἰ δὲ μή*, v. ann. ad Sophist. p. 246. D.

εὐχοίμεθ' ἂν ἀναγκ. διὰ τέλους;] H. e. *διὰ παντὸς τοῦ χρόνου*, perpetuo. v. Lobeck. ad Soph. Aiac. p. 309. ed. 2. vers. 685. Sic etiam infra libr. IV. p. 721. C. et innumeris aliis scriptorum locis.

D. *ξυνευχοίμεθ' ἂν ταῦτα*,

ΑΘ. Καὶ μὴν ὧν γ' ὁ παῖς εὔχεται ἑαυτῷ γίγνεσθαι, πολλὰ ὁ πατὴρ ἀπεύξαιτ' ἂν τοῖς θεοῖς μηδαμῶς κατὰ τὰς τοῦ υἱέος εὐχὰς γίγνεσθαι.

ΜΕ. Ὅταν ἀνόητος ὢν καὶ ἔτι νέος εὔχηται λέγεις;

ΑΘ. Καὶ ὅταν γε ὁ πατὴρ ὢν γέρων, ἢ καὶ
E σφόδρα νεανίας, μηδὲν τῶν καλῶν καὶ τῶν δικαίων γιγνώσκων, εὔχηται μάλα προθύμως ἐν παθήμασιν ἀδελφοῖς ὧν τοῖς γενομένοις Θησεῖ πρὸς τὸν δυστυχῶς τελευτήσαντα Ἱππόλυτον, ὁ δὲ παῖς γιγνώσκῃ, τότε, δοκεῖς, παῖς πατρὶ συνεύξεται;

Καὶ μὴν ὧν γ' ὁ παῖς] γ' om. A. ac marg. Ω. a.
τοῦ υἱέος εὐχάς] V. υἱέως. Sed υἱέος codd. omnes praeter Angel.
Ὅταν ἀνόητος ὢν] Ald. Lov. Bass. 1. 2. Ὅτε ἀνόητος cum Ξ. v. f. a. c. o. Vitium primus sustulit Stephanus.
E. *οὐ τοῦτο εὐκταῖον*] In Par. A. primitus scriptum fuisse εὐκτέον pro εὐκταῖον, Bastius narrat. Etiam Vat. Ω. in ipsa ora-

ἅπερ ἐκ.] Acute demonstravit Boeckhius, ταῦτα non esse in ταὐτὰ commutandum; posse enim pronomen demonstrativum salva sententia etiam omitti. conf. Sophist. p. 217. B. Gorg. p. 510. A. 472. A. al.

πολλὰ ὁ πατὴρ ἀπεύξαιτ' ἂν —] Post ἀπεύξαιτ' ἄν, deprecetur, de more μηδαμῶς infertur; habet enim ἀπεύχεσθαι negandi vim et potestatem. v. Gregor. Corinth. p. 103. ed. Schaefer. Hermann ad Viger. p. 810. ann. 459. Matthiae Gr. Gr. §. 534. ann. 5. Utitur verbo ἀπεύχεσθαι etiam Aristoph. Thesm. v. 721. τοῦτο μέντοι μὴ γένοιτο μηδαμῶς, ἀπεύχομαι. Ceterum de universi loci sententia conferas Alcibiad. II. p. 142. D. sqq. p. 148. B. sqq. qui totus fere libellus in his rimandis versatur, sed versatur sic, ut facile agnoscas ineptum Platonis imitatorem. Mox de λέγεις in parenthesi posito v. Heindorf. ad Crat. p. 127.

Καὶ ὅταν γε ὁ πατὴρ ὢν γέρων] "Sensus est: non solum dico, patrem, quae filius insipienter precatus fuerit, deprecaturum esse, sed etiam filium ea, quae pater insipiens precetur. De fabula Thesei, qui iratus Hippolytum filium perdidit, quum ter optandi a Neptuno patre habuisset potestatem (Cic. De N. D. III. 31.) v. Eur. Hippol. v. 887 sq. Cic. De Off. I. 10. Hygin. fab. 47. et Meurs. Thes. c. 20. Gronov. Thes. Ant. Graecc. X. p. 540. seq. Cf. Legg. XI. 11. p. 931. B." Astius.

E. *τότε, δοκεῖς, παῖς π. συν.*] De interiecto δοκεῖς v. Men. p. 93. C. Theaet. p. 147. A. De Rep. VII. 520. D. X. p. 600. C. Symp. p. 216. D. Cratyl. p. 438. C. Hipp. mai. p. 298. A. ubi οἴει eodem modo positum; conf. Valcken. ad Eurip. Hippol. p. 215.

οὐ τοῦτο εὐκταῖον οὐδὲ

ME. Μανθάνω ὃ λέγεις. λέγειν γάρ μοι δοκεῖς, ὡς οὐ τοῦτο εὐκταῖον οὐδὲ ἐπεικτέον, ἕπεσθαι πάντα τῇ ἑαυτοῦ βουλήσει, τὴν βούλησιν δὲ μηδὲν μᾶλλον τῇ ἑαυτοῦ φρονήσει· τοῦτο δὲ καὶ πόλιν καὶ ἕνα ἡμῶν ἕκαστον καὶ εὔχεσθαι δεῖν καὶ σπεύδειν, ὅπως νοῦν ἕξει.

Cap. VIII. *ΑΘ.* Ναί, καὶ δὴ καὶ πολιτικόν γε 688
ἄνδρα νομοθέτην ὡς ἀεὶ δεῖ πρὸς τοῦτο βλέποντα τιθέναι τὰς τάξεις τῶν νόμων, αὐτός τε ἐμνήσθην, καὶ ὑμᾶς ἐπαναμιμνήσκω, κατ' ἀρχὰς εἰ μεμνήμεθα τὰ λεχθέντα, ὅτι τὸ μὲν σφῷν ἦν παρακέλευσμα,

tione *εὐκτέον*. Habet id praeterea Angel. unde recepit Bekkerus obsecundante Schneidero. Sed retinendum *εὐκταῖον*. v. infra.

τὴν βούλησιν δὲ μηδὲν μᾶλλον] In his *μηδὲν* cum Bekkero inseruimus, sequuti fidem librorum A. Ω. v. f. a. δ. o. x. Sed in marg. A. Ω. a. δ. x. pro eo annotatum *πολύ*, quod habet Par. β. h. r.

Cap. VIII. P. 688. *ἦν παρακέλευσμα*] *παρακέλευμα* Ω. v. f. h. α. δ. o. Receperunt Bekker. Schneider. Turr. Herm.

ἐπεικτέον] Moer. p. 195. ed. Bekk. = 137. ed. Pierson.: *εὐκταῖον ἑνικῶς παρ' οὐδενὶ τῶν παλαίων, εἰ μὴ παρὰ Πλάτωνι ἐν Νόμοις.* Plenius Thomas Mag., qui addit: *ἀλλὰ εὐκταῖα καὶ εὐκταιότατα.* Errarunt tamen boni grammatici. Nam singulari numero vocabuli usi sunt Aeschyl. Agam. v. 1396. *εὐκταίαν χάριν.* Eurip. Orest. v. 214. *εὐκταία θεός.* Nisi forte ob sequens *ἐπεικτέον* hic reponendum *εὐκτέον*, quae fuit Piersoni sententia. Quamquam huic opinioni et codd. reluctantur, et adversatur Herodian. ap. Bastium Epist. Crit. p. 217 sq.: *τὰ διὰ τοῦ εον θετικὰ διὰ τοῦ ε ψιλοῦ γράφεται, οἷον ποιητέον — πλὴν τοῦ εὐκταῖον καὶ ἀπευκταῖον.* conf. Schol. Theocr. X. 52. De ipsa sententia v. Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. Vol. I. p. 212. ed. Lips. qui similia certe comparavit non pauca.

Cap. VIII. P. 688. A. *αὐτός τε ἐμνήσθην* —] et ipse memini, et vobis in mentem revoco, si meminimus quae dicta sunt ab initio, vos quidem censuisse necessarium esse, ut legumlator ctr. Prave haec vulgo distincta leguntur sic: *καὶ ὑμᾶς ἐπαναμιμνήσκω κατ' ἀρχάς, εἰ μεμνήμεθα, τὰ λεχθέντα, κτλ.* Imo comma post *ἀρχὰς* et *μεμνήμεθα* delendum, ut haec omnia in unum comprehendantur: ab initio quae dicta sunt si recordamur. In quibus cur *κατ' ἀρχάς* primum locum teneat, nemo quisquam dubitaverit. Iam vero commate post *ἐπαναμιμνήσκω* interposito, facile apparet, verba: *ὅτι τὸ μὲν σφῷν ἦν π.* ex *εἰ μεμνήμεθα τὰ κατ' ἀρχὰς λεχθέντα* suspensa esse cum iisque arctissime cohaerere; qua ratione diligenter animadversa omnia habent explicationem longe facillimam. Respicitur vero ad l. 6. sq.

ὡς χρεὼν εἴη τὸν ἀγαθὸν νομοθέτην πάντα πολέμου χάριν τὰ νόμιμα τιθέναι, τὸ δ' ἐμὸν ἔλεγον, ὅτι τοῦτο μὲν πρὸς μίαν ἀρετὴν οὐσῶν τεττάρων κελεύοι τίθεσθαι τοὺς νόμους, δέοι δὲ δὴ πρὸς πᾶσαν μὲν βλέπειν, μάλιστα δὲ καὶ πρὸς πρώτην τὴν τῆς ξυμπάσης ἡγεμόνα ἀρετῆς, φρόνησις δ' εἴη τοῦτο καὶ νοῦς καὶ δόξα μετ' ἔρωτός τε καὶ ἐπιθυμίας τούτοις ἑπομένης. ἥκει δὴ πάλιν ὁ λόγος εἰς ταὐτόν, καὶ ὁ λέγων ἐγὼ νῦν λέγω πάλιν ἅπερ τότε, εἰ μὲν βούλεσθε, ὡς παίζων, εἰ δ', ὡς σπου-

B. ἥκει δὴ πάλιν] V. δέ, quod correctum ex A. Ω. v. f. h. a. c. δ. x. Ad verba: καὶ ὁ λέγων ἐγώ, in marg. Vat. Ω. Flor. a. c. notatum: ἀλλαχοῦ καὶ ὃ ἔλεγον ἐγώ· οὐκ εὖ.

εἰ δ', ὡς σπουδάζων] V. εἴθ' ὡς σπ. Correxi de Boeckhii sententia. Veterem errorem tenuit Schneider.

τὸ δ' ἐμὸν ἔλεγον —] Laudat haec Stobaeus Serm. XLI. p. 265. = Vol. II. p. 139. ed. Gaisf. Lips. usque ad τούτοις ἑπομένης. — τὸ δ' ἐμὸν ἔλεγον ὅτι τοῦτο κτλ. i. e. τὸ δ' ἐμὸν παρακέλευμα ἔλεγον κτλ. Perperam enim Astius τὸ ἐμὸν pro ἐγώ censet positum esse; quae loquendi ratio licet Atticis sit usitatissima, tamen ab hoc loco aliena est.

B. μάλιστα δὲ καὶ πρὸς πρώτην —] Stobaeus: μάλιστα δὲ καὶ πρὸς τὴν πρώτην καὶ τῆς ξυμπάσης ἡγ. ἀρετῆς. Praestat, opinor, lectio vulgata, quam Stobaei critici videntur perspicuitatis adiuvandae gratia mutavisse. Ibidem mox scriptum reperitur ἑπομένοις.

φρόνησις δ' εἴη τοῦτο καὶ νοῦς καὶ δόξα] Conf. I. p. 631. C. sqq. Adverte vero, praeter sapientiam et mentem memorari etiam δόξαν, ut infra p. 689. A.B. et alibi. Enimvero etiam rectae opinioni philosophus in rebus humanis cognoscendis iudicandisque maximum statuit pretium. conf. Legg. II. p. 653 A. Men. p. 97. B. 98. C. Phil. p. 66. A. sqq. Tim. p. 37. B. Quemadmodum autem in Philebo summum bonum vitae humanae absolvi voluit cognitione et scientia adiunctis voluptatibus iis, quas illius natura ferret et admitteret, ita hoc loco φρόνησιν iudicavit primam esse virtutem humanam, obtemperante ei cupiditate atque amore, s. animi impetu ad illius leges temperato.

ἥκει δὴ πάλιν ὁ λόγος —] reversa igitur oratio est eodem. Sic enim δή accipiendum, quod Astium miramur per ἤδη declarare.

εἰ δ', ὡς σπουδάζων] Verissima est haec emendatio Boeckhii. Vett. editt. et codd. εἴθ' ὡς σπουδ. quod iniuria retinuit Schneiderus. Nam etsi Graecis post εἰ subinde infertur εἴτε, ut Latinis sive post nudum si, de quo usu loquendi v. Hermann. ad Viger. p. 834. Bentlei. ad Terent. Andr. I. 3, 11., tamen inde vulgatae lectioni nihil accedit praesidii. Talibus enim in locis si et εἰ dicitur in membro priore pro sive et εἴτε, quod in hunc qui-

δάζων, ὅτι δή φημι εὐχῇ χρῆσθαι σφαλερὸν εἶναι νοῦν μὴ κεκτημένον, ἀλλὰ τἀναντία ταῖς βουλήσεσίν οἱ γίγνεσθαι. σπουδάζοντα δ' εἴ με τιθέναι βούλεσθε, C τίθετε· πάνυ γὰρ οὖν προςδοκῶ νῦν ὑμᾶς εὑρήσειν τῷ λόγῳ ἑπομένους, ὃν ὀλίγον ἔμπροσθεν προὐθέμεθα, τῆς τῶν βασιλέων τε φθορᾶς καὶ ὅλου τοῦ διανοήματος οὐ δειλίαν οὖσαν τὴν αἰτίαν, οὐδ' ὅτι τὰ περὶ τὸν πόλεμον οὐκ ἠπίσταντο ἄρχοντές τε καὶ οὓς προςῆκεν ἄρχεσθαι, τῇ λοιπῇ δὲ πάσῃ κακίᾳ διεφθαρμένα, καὶ μάλιστα τῇ περὶ τὰ μέγιστα τῶν

C. *τιθέναι βούλεσθε*] V. *βούλεσθαι*, invitis codd. fere omnibus itemque vett. editt.

οὓς προςῆκεν ἄρχεσθαι] *προςήκειν* A. Ω. v. f. h. r. c. errore.

dem locum omnino non convenit; ut manifesto erraverit etiam Winckelmannus ad Euthydem. p. 54. Huc accedit, quod post *εἰ μὲν βούλεσθε, εἰ μὲν βούλει, εἰ μὲν βούλεται, κ. τ. λ.* constanti usu cum ellipsi infertur *εἰ δέ*, ut eam loquendi formulam mutare non videatur licitum fuisse. Quis enim tales formulas, quas usus loquendi perpetuus tanquam sanxit et confirmavit, temere variari posse sibi persuadeat? Iam conferas mihi talia: De Rep. I. p. 351. C. IV. p. 432. A. Cratyl. p. 407. D. Sympos. p. 212. C. Euthydem. p. 285. C. Protagor. p. 348. A. atque illa, quae collegit diligentia A. Matthiae Gr. Gr. §. 617, et facile videbis, hic quoque *εἰ δέ* unice verum esse.

ὅτι δή φημι εὐχῇ χρῆσθαι] Cohaerent haec arctissime cum antegressis, *εἰ δ' ὡς σπουδάζων*, hoc sensu: Eadem ego nunc, quae antea, dico, si quidem vultis, tanquam ludens, sin minus, ut serio agens, quia scilicet dico precibus uti periculosum esse homini mente destituto, atque contraria fere ipsi obtingere iis, quae spectaverit. Ex qua interpretatione sponte intelligetur, opinor, frustra Badhamum Praef. ad Phaedr. p. XI. *ἀλλ' ἢ τἀναντία* legendum censuisse. Nimirum postrema indicant, quorsum spectet, quod in altero membro addit *εἰ δ', ὡς σπουδάζων*. Recte igitur dein pergit: veruntamen si me serio agere ponere vultis, per me licet; reperietis enim me caussas interitus civitatum recte perspectas habuisse. Pervertit locum miserrime Astius, qui ante *ὅτι δή* plene interpunxit, atque *ὅτι* interpretatur: quod attinet ad hoc, quod dico, ita quidem, ut apodosis inde ab *σπουδάζοντα δ' εἴ με τιθέναι βούλεσθε* exordiatur.

C. *τῆς τῶν βασιλέων τε φθορᾶς* —] Boeckhius in Min. p. 172. pro *βασιλέων* legendum censet *βασιλειῶν* collatis superioribus p. 684. A. Verisimiliter. Quamquam librorum scripturam non protenus muta-

D ἀνθρωπίνων πραγμάτων ἀμαθίᾳ. ταῦτ' οὖν ὡς οὕτω γέγονε περὶ τὰ τότε, καὶ νῦν, εἴ που, γίγνεται, καὶ ἐς τὸν ἔπειτα χρόνον οὐκ ἄλλως συμβήσεται, ἐὰν βούλησθε, πειράσομαι ἰὼν κατὰ τὸν ἑξῆς λόγον ἀνευρίσκειν τε καὶ ὑμῖν δηλοῦν κατὰ δύναμιν ὡς οὖσι φίλοις.

ΚΛ. Λόγῳ μὲν τοίνυν σε, ὦ ξένε, ἐπαινεῖν ἐπαχθέστερον, ἔργῳ δὲ σφόδρα ἐπαινεσόμεθα· προθύμως γὰρ τοῖς λεγομένοις ἐπακολουθήσομεν, ἐν οἷς ὅ γε ἐλεύθερος ἐπαινῶν καὶ μὴ μάλιστά ἐστι καταφανής.

E ΜΕ. Ἄριστ', ὦ Κλεινία, καὶ ποιῶμεν ἃ λέγεις.

ΚΛ. Ἔσται ταῦτα, ἐὰν θεὸς ἐθέλῃ. Λέγε μόνον.

D. εἴ που, γίγνεται,] „γίγνεται bis posuerim." Bekker. ἐπαινῶν καὶ μὴ] Vett. editt. ἐπαίνων. Correxit Casaubon. ad Theophrast. p. 51. ed. Fischer.

verim, quum ipsa quoque sensum habeat probabilem. Nimirum regum corruptio et interitus idem regnorum fuit. — ὅλου τοῦ διανοήματος, universi illius consilii, quo tres civitates et bonis legibus temperatae et communi foedere iunctae erant. — οὓς προσῆκεν ἄρχεσθαι, i. e. οἱ ἀρχόμενοι. Plurimi codd. προσήκειν, quod manifesto ex depravatione verbi προσῆκεν ortum.

D. ταῦτ' οὖν ὡς οὕτω γέγονε] Corrigendum cum Bekkero: γέγονε περὶ τὰ τότε, καὶ νῦν εἴ που γίγνεται, γίγνεται, καὶ εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον κ. τ. λ.

Λόγῳ μὲν τοίνυν σε —] Recte codices praestantissimi in his ἐπαινῶν pro vulgato ἐπαίνων scriptum exhibent. Nec vero opus est, ut pro ἐλεύθερος scribatur ἐλευθέρως, quae Astii et Hermanni fuit opinio. Sententia verborum haec est: Verbis quidem, o hospes, te laudare grave fuerit et odiosum; at re ipsa te vehementer laudabimus. Studiose enim atque cupide sermonem tuum sequemur, in qua quidem re vel maxime est perspicuum, utrum alterum laudet an non laudet. De ἐπαχθές, quod est proprium vocabulum de laude molesta et invidiosa, v. Heindorf. ad Charmid. p. 158. D. et nostra ad Phaedon. p. 87. A. Dein ἐν οἷς γε numero plurali quod ponitur, quum tamen una tantum res respectetur, dictum est de hoc genere loquendi Gorg. p. 447. A. Symp. p. 187. D. — καταφανής ἐστιν notissima loquendi ratione personaliter constructum, ut δῆλός ἐστιν, φανερός ἐστιν, al. Denique de καὶ μή ita usurpato alibi exposuimus, ut non opus sit hunc usum loquendi nunc denuo explicare.

E. Ἄριστ', ὦ Κλεινία, —] Haec vulgo tribuebantur Atheniensi. Verum Megillo ea adscribenda esse, verissime iudicavit Boeckhius. Cui ratione

Cap. IX. *ΑΘ.* Φαμὲν δὴ νῦν, καθ' ὁδὸν ἰόντες τὴν λοιπὴν τοῦ λόγου, τὴν μεγίστην ἀμαθίαν τότε ἐκείνην τὴν δύναμιν ἀπολέσαι καὶ νῦν ταυτὸν τοῦτο πεφυκέναι ποιεῖν, ὥςτε τόν γε νομοθέτην, εἰ τοῦθ' οὕτως ἔχει, πειρατέον ταῖς πόλεσι φρόνησιν μὲν ὅσην δυνατὸν ἐμποιεῖν, τὴν δ' ἄνοιαν ὅ τι μάλιστα ἐξαιρεῖν.

ΚΛ. Δῆλον.

ΑΘ. Τίς οὖν ἡ μεγίστη δικαίως ἂν λέγοιτο ἀμαθία; σκοπεῖτε, εἰ συνδόξει καὶ σφῷν λεγόμενον· ἐγὼ μὲν δὴ τὴν τοιάνδε τίθεμαι. 689

ΚΛ. Ποίαν;

Cap. IX. E. *ὥςτε τόν γε νομοθ.*] *τε* pro *γε* A. Ω. Ξ. v. f. h. r. Dein *εἶθ' οὕτως* Par. A. et pr. Vat. Ω.

quod Astius putat proximum *Λέγε μόνον* adversari, non intellexit vir praestantissimus, Cliniam primum respondere ad ea quae a Megillo dicta sunt, ac deinde verbis *Λέγε μόνον* compellare Atheniensem.

Cap. IX. *Φαμὲν δὴ νῦν καθ' ὁδὸν ἰόντες*—] Laudat locum Stobaeus Serm. XLII. p. 295. = Florileg. Vol. II. p. 139. ed. Gaisf. Lips. usque ad *ἑκάστοτε φαίνεται* p. 689. A. ubi pro *ταὐτὸν τοῦτο* scriptum extat *ταὐτὸ* et *οἰκίαις ὡσαύτως* legitur.

τόν γε νομοθέτην — πειρατέον] De accusativo verbali *πειρατέον* iuncto v. ann. ad Criton. p. 49. A. et quae ex his libris ad VII. p. 793. C. collegimus.

τὴν δ' ἄνοιαν ὅ τι μάλιστα] Libri omnes, etiam Stobaeus, *ἄνοιαν*. At enim vero *ἄνοια* quum non eadem sit quae *ἀμαθία*, sed potius dementia, insania, consequens videatur esse, ut rescribendum sit *ἄγνοιαν*, et hic et in proximis. Atque *ἄγνοιαν* desiderarunt etiam Boeckhius et Astius, qui apte comparant Lysid. 218. A. Soph. 229. C. Theaet. 176. C. Prot. 360. B. Alcib. pr. 118. A. quibus locis omnibus *ἀμαθία* coniuncta est *ἄγνοια*, non item *ἄνοια*. Nec vero ea mutatio iusto videbitur audacior, ubi memineris creberrime utrumque vocabulum in libris esse permutatum. Cuius rei exempla notavimus ad Phileb. p. 38. B. et 48. C. Praeterea conf. quae Astius ad h. l. Valckenar. ad Herod. p. 469. Lennep. ad Phalar. Epist. p. 215 sq. = 236. ed. Lips. hac de re notarunt. Verumtamen scrupulum iniicit illud, quod hoc loco constanter *ἄνοια* servatum in libris est, idque repetitis vicibus. Quamobrem *ἄνοια* fortasse ab ipso scriptore positum, ut simul designaretur dementia eius, qui inscitia laboraret. Nam *ἄνοια* respondet fere nostro: Unverstand. Utut est, certe piaculum duximus, in tanta librorum et Platonis et Stobaei consensione scripturam vulgatam mutare.

ΑΘ. Τὴν ὅταν τῳ τι δόξαν καλὸν ἢ ἀγαθὸν εἶναι μὴ φιλῇ τοῦτο, ἀλλὰ μισῇ, τὸ δὲ πονηρὸν καὶ ἄδικον δοκοῦν εἶναι φιλῇ τε καὶ ἀσπάζηται. ταύτην τὴν διαφωνίαν λύπης τε καὶ ἡδονῆς πρὸς τὴν κατὰ λόγον δόξαν ἀμαθίαν φημὶ εἶναι τὴν ἐσχάτην, μεγίστην δέ, ὅτι τοῦ πλήθους ἐστὶ τῆς ψυχῆς· τὸ γὰρ
B λυπούμενον καὶ ἡδόμενον αὐτῆς, ὅπερ δῆμός τε καὶ πλῆθος πόλεώς ἐστιν. ὅταν οὖν ἐπιστήμαις ἢ δόξαις ἢ λόγῳ ἐναντιῶται, τοῖς φύσει ἀρχικοῖς, ἡ ψυχή,

P. 689. *ὅταν τῳ τι δόξαν κ.*] τι δόξῃ A. B. Ω. Ξ. v. f. r. a. c. δ. ο. Sed vide interpretationem loci. Ad μὴ φιλῇ in marg. Voss. adscr. δέ.

B. *ταὐτὸν καὶ δὴ καὶ ἑνὸς*] καὶ ante δὴ addunt A. x. et marg. Ω. a. c. cum Eusebio Praep. Ev. XII. p. 581. B. Vol.

P. 689. *Τὴν ὅταν τῳ τι δόξαν καλὸν —*] Stobaeus cum codd. Platonis plerisque omnibus pro δόξαν habet δόξῃ, ac deinde φιλεῖ et μισεῖ, modo indicativo, itemque deinceps φιλεῖ et ἀσπάζεται. Quae lectio probari nullo modo potest. Nimirum verborum consecutio manifesto haec est: Τὴν ὅταν τις μὴ φιλῇ τι δόξαν (αὐτῷ) καλὸν ἢ ἀγαθὸν εἶναι ἀλλὰ μισῇ κ. τ. λ. ut profecto appareat clarissime opus esse coniunctivo. At nimirum correctioni participii δόξαν ansam dedisse videtur verborum constructio paullo liberior. Nam τῳ quum proprie nominativo casu ad verbum finitum fuerit referendum, per quandam attractionem proximo accommodatum participio est. Cuius generis constructionem notavimus ad Gorg. p. 492. B. et Sympos. p. 174. E. ubi οἱ ad ἀπαντήσαντα est relatum, quum esse deberet ἕ, quod ad ἄγειν pertineret. Quocirca nec probamus, quod nuper coniecit nonnemo: ὅταν, ἂν τῳ τι δόξῃ καλὸν ἢ ἀγ. εἶναι, μὴ φιλῇ τοῦτο, ἀλλὰ μισῇ, κ. τ. λ. Deinde post τι καλὸν deinceps infertur αὐτό, quo illius vis et significatio denuo inculcatur. Haec igitur videntur iis, qui locum mutarunt, nonnihil negotii creavisse. At enim vero perversam esse hanc mutationem, iure nobis videmur antea contendisse. De articulo τήν, universae sententiae praemisso, v. Matthiae. Gr. Gr. §. 280.

ταύτην τὴν διαφωνίαν —] Stob. τὴν omittit. Articulum tamen hic non posse abesse, plane nobis persuasum est. v. ad Phileb. p. 16. C. p. 65. C.

πρὸς τὴν κατὰ λόγον δόξαν] Memorat τὴν κατὰ λόγον δόξαν, iudicium rationi consentaneum, ob antegressa: ὅταν τῳ τι δόξαν καλὸν κ. τ. λ. opinor. Conferas vero quae supra ad p. 688. B. scripsimus.

ὅτι τοῦ πλήθους ἐστὶ τῆς ψυχῆς] Eleganter animi τὸ ἐπιθυμητικόν, quod alibi vocatur, comparatur cum magna plebis multitudine, cuius sit in civitate bene temperata legibus et magistratibus obedire, non item iis repugnare et adversari. Dein τὸ λυπούμενον καὶ ἡδόμενον est instar nominis substantivi, ideoque cum genitivo coniungitur. Sic De Rep. X. p. 603. A. τὸ

τοῦτο ἄνοιαν προσαγορεύω, πόλεώς τε, ὅταν ἄρχουσι καὶ νόμοις μὴ πείθηται τὸ πλῆθος, ταὐτὸν καὶ δὴ καὶ ἑνὸς ἀνδρός, ὁπόταν καλοὶ ἐν ψυχῇ λόγοι ἐνόντες μηδὲν ποιῶσι πλέον, ἀλλὰ δὴ τούτοις πᾶν τοὐναντίον. ταύτας πάσας ἀμαθίας τὰς πλημμελεστάτας ἔγωγ' ἂν θείην πόλεώς τε καὶ ἑνὸς ἑκάστου τῶν πο- C λιτῶν, ἀλλ' οὐ τὰς τῶν δημιουργῶν, εἰ ἄρα μου καταμανθάνετε, ὦ ξένοι, ὃ λέγω.

ΚΛ. Μανθάνομέν τε, ὦ φίλε, καὶ συγχωροῦμεν ἃ λέγεις.

III. p. 150. ed. Gaisf.

C. εἰ ἄρα μου καταμ.] Sic A. et marg. Ω. a. c. cum codd. Eusebii omnibus. Legebatur ἐμοῦ, quod in hac et similibus formulis locum non habet. De Rep. III. p. 394. C. εἴ μου μανθάνεις. Phileb. p. 51. C. εἴ μου μανθάνεις. al. Dein Euseb. Μανθάνομέν γε.

δοξάζον τῆς ψυχῆς. al. Sed hic usus loquendi apud Platonem non est ita rarus. Iungas autem verba in hunc modum: τὸ γὰρ λυπούμενον καὶ ἡδόμενον αὐτῆς ἐστιν τοῦτο, ὅπερ (ἐστὶν) δῆμός τε καὶ πλῆθος πόλεως.

B. ἐπιστήμαις ἢ δόξαις] V. ann. ad p. 688. B.

πόλεώς τε — ταὐτὸν καὶ δὴ καὶ —] civitatis pariter atque uniuscuiusque hominis. De ταὐτόν adverbialiter usurpato, ut sit pariter, pari modo, v. ad Remp. X. p. 605. B. VII. p. 535. D. Lectionem receptam, pro qua vulgo scribebatur: — τὸ πλῆθος, ταὐτὸν δὴ καὶ ἑνὸς ἀνδρὸς κ. τ. λ., praeter codd. optimos Platonis tuetur etiam Stobaeus l. c. et Eusebius Praep. Evang. p. 581. B. ed. Viger.

μηδὲν ποιῶσι πλέον] H. e. nihil proficiunt, nihil prosunt, sed potius efficiunt contrarium. De loquutione, οὐδὲν πλέον ποιεῖν, v. ann. ad Phaedon. p. 115. B. Pluralis τούτοις rursus ad unum quiddam, h. e. ad τὸ πλέον ποιεῖν refertur; in quo ne haereas, consulas quaeso annot. ad Gorg. p. 447. A. Apol. p. 19. D. De Rep. VI. p. 504. D. al.

C. ἀλλ' οὐ τὰς τῶν δημιουργῶν —] Intelligit quos mox D. vocat τοὺς λογιστικοὺς καὶ οἵτινες πάντα τὰ κομψὰ διαπεπονημένοι εἰσίν. Nimirum quod nostrates hodie proh dolor facere solent, ut artibus ad lucrum et quaestum faciendum comparatis maximum statuant pretium, ideoque eos, qui earum periti sint, summis in republica honoribus dignos arbitrentur, idem etiam Platonis aequales saepenumero senserunt. Quorum quidem iudicia philosophus hic leniter deridet, quippe cui fuit penitus persuasum maximam gravissimamque ad civitatem recte administrandam scientiam esse hanc, ut quis cupiditates suas rationi convenienter regere et moderari posset ideoque nihil vellet aut susciperet, quod cum boni honestique legibus ullo modo pugnaret.

εἰ ἄρα μου καταμανθάνετε —] De hac constructione v. supra et ad Remp. III. p. 394. C. Stobaeus scriptum habet εἰ ἄρα που, quod etiam in uno alteroque Platonis codice repertum est. Sed unice verum putamus

ΑΘ. Τοῦτο μὲν τοίνυν οὕτω κείσθω δεδογμένον καὶ λεγόμενον, ὡς τοῖς ταῦτ' ἀμαθαίνουσι τῶν πολιτῶν οὐδὲν ἐπιτρεπτέον ἀρχῆς ἐχόμενον καὶ ὡς ἀμαθέσιν ὀνειδιστέον, ἂν καὶ πάνυ λογιστικοί τε ὦσι καὶ
D πάντα τὰ κομψὰ καὶ ὅσα πρὸς τάχος τῆς ψυχῆς πεφυκότα διαπεπονημένοι ἅπαντα, τοὺς δὲ τοὐναντίον ἔχοντας τούτων ὡς σοφούς τε προσρητέον, ἂν καί, τὸ λεγόμενον, μήτε γράμματα μήτε νεῖν ἐπιστῶνται, καὶ τὰς ἀρχὰς δοτέον ὡς ἔμφροσι. πῶς γὰρ ἄν, ὦ φίλοι, ἄνευ ξυμφωνίας γένοιτ' ἂν φρονήσεως καὶ τὸ σμικρότατον εἶδος; οὐκ ἔστιν, ἀλλ' ἡ καλλίστη καὶ μεγίστη τῶν ξυμφωνιῶν μεγίστη δικαιότατ' ἂν λέγοιτο

ταῦτ' ἀμαθαίνουσι] ταῦτα μανθάνουσι A. Ω. Ξ. v. f. r. a. c. δ. ο. x., qui tamen partim veram lectionem in marg. annotatam habent. Euseb. ταῦτα ἀμαθαίνουσι.

D. νεῖν ἐπιστῶνται] Vulgo ἐπίστωνται, quod tenuit Schneider, quod retinuimus, siquidem που manifesto originem duxit ex mala critici alicuius correctione.

Τοῦτο μὲν τοίνυν οὕτω κείσθω —] Laudat haec Theodoret. Cur. Aff. Gr. p. 9, 24. ed. Sylb. = 23. ed. Gaisf. usque ad τοῖς ἔμφροσιν. Habet eadem etiam Euseb. l. c. XII. 8. et Stobaeus l. c. Pro κείσθω Stob. κεχωρίσθω legit. Idem ante ταῦτ' ἀμαθαίνουσι insertam habet praepositionem εἰς. Nimirum infra quoque: ἀμαθαίνων εἰς ταῦτα ἑκάστοτε apud ipsum Platonem legimus. Unde sapientes scilicet critici etiam hic εἰς interposuerunt, non animadvertentes illi, quod animadvertere sane fuit facillimum, ταῦτ' hoc loco pro accusativo absoluto accipi oportere. Ἀμαθαίνειν absolute positum reperitur etiam Legg. IX. 7. p. 863. C. atque illustravit hunc usum verbi Astius, qui de his verissime iudicavit.

ἀρχῆς ἐχόμενον] quod cum munere magistratus coniunctum sit. Dein pro ὡς ἀμαθέσιν Theodoretus ὡς ἀγνοοῦσιν. Idem καὶ ante πάνυ et τε post λογιστικοί omittit. Nec habet τὰ ante κομψά. Sunt autem τὰ κομψά, quae pro venustis et scitis habentur, i. e. versuta, callida atque adeo fraudulenta; πανοῦργα, ut interpretatur Hesychius. Vocabuli usum demonstravit egregie Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 161 sqq. — ὅσα πρὸς τάχος τῆς ψυχῆς πεφυκότα, quae ad celeritatem ingenii efficiendam comparata sunt. Pro τάχος Theodoret. habet αὔξην, quod videtur ex interpretatione voc. τάχος fluxisse. Ficinus: „quae ad ornamentum et acumen ingenii spectant." Ex qua interpretatione ingeniose coniecit Astius, lectum fortasse olim esse: πρὸς αὔξην τε καὶ τάχος.

D. τοὐναντίον ἔχοντας τούτων] Theodoretus habet τούτους. Non male. v. ad Theaetet. p. 171. D. coll. Matthiae Gr. §. 472. 2. Sed codd.

σοφία, ἧς ὁ μὲν κατὰ λόγον ζῶν μέτοχος, ὁ δὲ ἀπολειπόμενος οἰκοφθόρος καὶ περὶ πόλιν οὐδαμῇ σωτήρ, ἀλλὰ πᾶν τοὐναντίον ἀμαθαίνων εἰς ταῦτα ἑκάστοτε E *φανεῖται. ταῦτα μὲν οὖν, καθάπερ εἴπομεν ἄρτι, λελεγμένα τεθήτω ταύτῃ.*

ΚΛ. *Κείσθω γὰρ οὖν.*

Cap. X. *ΑΘ.* *Ἄρχοντας δὲ δὴ καὶ ἀρχομένους ἀναγκαῖον ἐν ταῖς πόλεσιν εἶναί που.*

ΚΛ. *Τί μήν;*

ΑΘ. *Εἶεν· ἀξιώματα δὲ δὴ τοῦ τε ἄρχειν καὶ* 690 *ἄρχεσθαι ποῖά ἐστι καὶ πόσα, ἔν τε πόλεσι μεγάλαις καὶ σμικραῖς ἔν τε οἰκίαις ὡσαύτως; ἆρ' οὐχὶ ἓν μὲν*

Alterum accentum referunt Par. A. ex *διττογραφίᾳ* apud Bastium notata, Vat. Ω. Ven. Ξ. f. h. r. cum Eusebio Theodoreto et Stobaeo Gaisfordi. v. Schneider. ad Remp. Vol. III. p. 142. et Buttmann. Gr. Ampl. Vol. I. p. 518. ed. 2.

Platonis omnes *τούτων*, quod ex *τοὐναντίον* suspenditur.

μήτε γράμματα μήτε νεῖν ἐπιστῶνται] Proverbium fuit: *μήτε νεῖν μήτε γράμματα*, quod Diogenianus Proverb. VI. 56. narrat usurpatum fuisse *ἐπὶ τῶν ἀμαθῶν*. Sic etiam Latini: neque litteras neque natare didicit. Laudat hanc in rem Astius intpp. ad Sueton. Aug. 64. Calig. 54. Erasmi Adagg. p. 117. Petiti Legg. Att. p. 239. ubi lex Solonis citatur. Dein pro *δοτέον ὡς ἐμφρ.* Theodoretus *ἐγχειριστέον τοῖς ἔμφροσι*. Idem paullo ante pro *ἂν καὶ τὸ λεγ.* scribit *κἂν τὸ λεγόμενον.*

πῶς γὰρ ἄν, ὦ φίλοι, —] De sententia conf. Reip. IV. p. 443. D. E. Phaedon. p. 93. E. ubi eadem de virtute.

ἡ καλλίστη καὶ μεγίστη —] Laudat haec Theo Smyrn. p. 12. ed. Gelder. qui scribit *μεγίστη τῶν περὶ πόλεων συμφ.* et pro *ἂν λέγοιτο σοφία* exhibet *ἐστὶν ἡ σοφία*. Idem mox pro: *σωτὴρ ἀλλὰ πᾶν τοὐν. ἀμ.* habet: *σωτήριος ἅτε τὰ μέγιστα ἀμαθαίνων*. Pro *εἰς ταῦτα* Stob. *εἰς ταὐτά*. Idem ex ed. Trincavell. *φαίνεται*, pro *φανεῖται*. Dein prave vulgo interpungebatur: *καθάπερ εἴπομεν ἄρτι λελεγμένα, τεθήτω ταύτῃ*, quod vitium sustulit Bekkerus.

Cap. X. E. *Ἄρχοντας δὲ δὴ καὶ ἀρχ. —*] Haec quoque transscripsit Stobaeus Sermon. XLII. p. 295. = Vol. II. p. 203. ed. Gaisf. Lips. usque ad *εἶναι φαμέν.*

P. 690. *ἀξιώματα δὲ δὴ τοῦ τε ἄρχειν —*] *Ἀξιώματα* hic vocantur iudicia, quibus quis vel sibi ipsi vel aliis aliqua re dignus videtur esse, ut fere Germanice reddi possit voc. Ansprüche. Eadem vi et potestate positum est etiam deinceps p. 690. B. et D. ac similiter iudice Wyttenbachio Plutarchus I. p. 644. A. p. 922. A. 986. F. 992. B. *ἀξίωμα ἀρχῆς* dixit. Ficinus verba reddidit: rationes pro dignitate imperandi atque parendi, ut ipse quoque videatur

τό τε πατρὸς καὶ μητρός; καὶ ὅλως γονέας ἐκγόνων ἄρχειν ἀξίωμα ὀρθὸν πανταχοῦ ἂν εἴη;

ΚΛ. Καὶ μάλα.

ΑΘ. Τούτῳ δέ γε ἑπόμενον γενναίους ἀγεννῶν ἄρχειν· καὶ τρίτον ἔτι τούτοις ξυνέπεται τὸ πρεσβυτέρους μὲν ἄρχειν δεῖν, νεωτέρους δὲ ἄρχεσθαι.

ΚΛ. Τί μήν;

B ΑΘ. Τέταρτον δ' αὖ δούλους μὲν ἄρχεσθαι, δεσπότας δὲ ἄρχειν.

ΚΛ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΑΘ. Πέμπτον γε, οἶμαι, τὸν κρείττονα μὲν ἄρχειν, τὸν ἥττω δὲ ἄρχεσθαι.

ΚΛ. Μάλα γε ἀναγκαίαν ἀρχὴν εἴρηκας.

Cap X. P. 690. *γενναίους ἀγεννῶν*] ἀγενῶν Ven. Ξ. B. *τὸν κρείττονα μὲν*] τὸ A. f. a. margo Ω. *ἡγεῖσθαί τε καὶ ἄρχειν*] τε addidimus ex A. B. Ω. v. f. h. r. a. δ. ο. x. Stob. Serm. XLII. p. 292.

simile quid atque nos sensisse; quamquam vim eorum non plane expressit. Similiter usurpatur ἀξίωσις, quod interdum est opinio et iudicium, quo quis sibi aliquid tribuit atque assumit, ideoque postulat. Plutarch. Pericl. c. 28. οὐκ ἦν ἄδικος ἡ ἀξίωσις (αὐτῶν) non iniuria id sibi assumebant. Thucyd. III. 9. νομίζοντες — εἶναι προδότας τῶν πρὸ τοῦ φίλων χείρους ἡγοῦνται, καὶ οὐκ ἄδικος αὕτη ἡ ἀξίωσίς ἐστιν. ubi plura Duckerus. conf. etiam Thomas Mag. p. 78 sqq. ed. Oudend. ibique intpp. His omnibus neglectis et ignoratis Zellerus Studior. Platon. p. 89. ex hac loquendi ratione malae suspicionis argumentum repetiit, scilicet ἀξιώματα τοῦ ἄρχειν καὶ ἄρχεσθαι ne Ficini quidem verbis accurate inspectis interpretans simpliciter: rationes imperandi parendique. Nimirum hoc est altiorem criticam factitare. — Mox pro ἔν τε οἰκίαις ὡσαύτως Stobaeus legit: καὶ οἰκίαις ὡσαύτως.

γενναίους ἀγεννῶν] Non assentior Astio ἀγενῶν scribendum putanti. Nam ἀγεννής ubi opponitur vocabulo γενναῖος, sive id de stirpe et origine sive de animo dicitur, ubique ν geminato scribendum est, id quod vel oppositionis ratio flagitare videtur. Recte igitur libri etiam infra Libr. IV. p. 714. E. γενναίου δὲ ἀγεννῶν. Libr. V. p. 735. B. γενναῖα καὶ ἀγεννῆ. al. Alia ratio est talium locorum, qualis est ille Herodot. V. 6. ubi εὐγενές et ἀγενές inter se opponuntur; ibi enim apparet oppositionem alteram requirere vocabuli scripturam. Nec dubitari potest de Tim. p. 27. C. ubi ἀγενές est ingeneratum, sine origine, ut ab γενέσθαι repetendum sit. Apud Sophoclem Electr. v. 61. κἀξ ἀγεννήτων ἄρα μῦθοι καλῶς πίπτουσιν duplex ν versu firmatur, unde etiam scripturae ἀγεννής robur ac firmamentum accedit.

B. *Πέμπτον γε, οἶμαι—*] Stobaeus: καὶ πέμπτ. non suf-

ΑΘ. Καὶ πλείστην γε ἐν ξύμπασι τοῖς ζώοις οὖσαν καὶ κατὰ φύσιν, ὡς ὁ Θηβαῖος ἔφη ποτὲ Πίνδαρος. τὸ δὲ μέγιστον, ὡς ἔοικεν, ἀξίωμα ἕκτον ἂν γίγνοιτο, ἕπεσθαι μὲν τὸν ἀνεπιστήμονα κελεῦον, τὸν δὲ φρονοῦντα ἡγεῖσθαί τε καὶ ἄρχειν. καί τοι C τοῦτό γε, ὦ Πίνδαρε σοφώτατε, σχεδὸν οὐκ ἂν παρὰ φύσιν ἔγωγε φαίην γίγνεσθαι, κατὰ φύσιν δὲ τὴν τοῦ νόμου ἑκόντων ἀρχὴν ἀλλ' οὐ βίαιον πεφυκυῖαν.

ΚΛ. Ὀρθότατα λέγεις.

ΑΘ. Θεοφιλῆ δέ γε καὶ εὐτυχῆ τινὰ λέγοντες ἑβδόμην ἀρχὴν εἰς κλῆρόν τινα προάγομεν καὶ λαχόντα μὲν ἄρχειν, δυςκληροῦντα δὲ ἀπιόντα ἄρχεσθαι τὸ δικαιότατον εἶναί φαμεν.

C. ἀπιόντα ἄρχεσθαι] Hunc ordinem verborum tuentur A. Ω. v. f. h. r. a. c. δ. o. x. Vulgo erat: ἄρχεσθαι ἀπιόντα. Dein Voss. al. φαῖμεν.

fragantibus libris Platonis. Idem deinde ἥττονα δὲ ἄρχεσθαι, omisso τὸν articulo, quem nemo abiectum volet. De loci sententia conf. Gorg. p. 484. B. ubi eadem res disceptatur.

καὶ πλείστην γε ἐν ξ.] H. e. latissime patentem; v. ad Politic. p. 280. C. 282. A. 288. A. Sophist. p. 234. B. Similiter infra Libr. VII. p. 823. A. θήρα γὰρ πάμπολύ τι πρᾶγμά ἐστιν. v. Schaefer. ad Long. p. 352. — *καὶ κατὰ φύσιν*, etiam secundum naturam. De Pindari verbis dictum ad Gorg. p. 484. B. Respiciuntur ea etiam Libr. IV. p. 714. D. Libr. X. p. 890. A. Protag. p. 337. D. Gorg. p. 488. B.

C. *καί τοι τοῦτό γε* —] Ac profecto hoc quoque, o Pindare sapientissime, non dixerim ego praeter naturam fieri, sed secundum naturam, hoc est, secundum legis in voluntarios imperium, non violentum illud. Enimvero non per vim coguntur ignorantes parere prudentioribus, sed ipsa lex naturae ita fert, ut illi his obedire debeant. Ἀρχή cum duplici genitivo iunctum, altero subiecti, obiecti altero, non ita rari est usus. v. ad Phileb. p. 32. A. coll. Matthiae Gr. Gr. §. 380. Fefellit tamen haec ratio scribas Stobaei, qui pro ἑκόντων temere posuerunt ἐχόντων.

Θεοφιλῆ δέ γε καὶ εὐτυχῆ —] Qui fortunae favorem expertus sit, eundem vult philosophus etiam carum diis esse. Etenim faustitatem fortunae benignitatis divinae argumentum esse arbitratur. conf. Phileb. p. 40. B. ubi spes eorum iudicatur rata fieri, qui sint θεοφιλεῖς. Cogitat vero de sortitione, cui ipse quoque in Legibus concessit locum imprimisque in sacerdotibus et iudicibus creandis aliquid tribuit; conf. Libr. VI. p. 756. E. sqq. 759. B. sqq. 768. B. sqq. — *λαχόντα*, int. κλῆρον. — ἀπι-

ΚΛ. Ἀληθέστατα λέγεις.

D ΑΘ. Ὁρᾷς δή, φαῖμεν ἄν, ὦ νομοθέτα, πρός τινα παίζοντες τῶν ἐπὶ νόμων θέσιν ἰόντων ῥᾳδίως, ὅσα ἐστὶ πρὸς ἄρχοντας ἀξιώματα καὶ ὅτι πεφυκότα πρὸς ἄλληλα ἐναντίως; νῦν γὰρ δὴ στάσεων πηγήν τινα ἀνευρήκαμεν ἡμεῖς, ἣν δεῖ σε θεραπεύειν. πρῶτον δὲ μεθ' ἡμῶν ἀνάσκεψαι, πῶς τε καὶ τί παρὰ ταῦτα ἁμαρτόντες οἱ περί τε Ἄργος καὶ Μεσσήνην βασιλῆς αὑτούς ἅμα καὶ τὴν τῶν Ἑλλήνων δύναμιν, οὖσαν θαυμαστὴν ἐν τῷ τότε χρόνῳ, διέφθειραν;

E ἆρ' οὐκ ἀγνοήσαντες τὸν Ἡσίοδον ὀρθότατα λέγοντα,

D. *καὶ ὅτι πεφυκότα*] V. *καὶ ὅσα π.* Correximus cum Bekkero ex A. f. o. x. et marg. Ω. a. c. δ.

ἁμαρτόντες οἱ π.] V. *ἁμαρτάνοντες.* Aoristum exhibuerunt

όντα ἄρχεσθαι, abire sibique imperari pati.

D. *Ὁρᾷς δή, φαῖμεν ἄν, ὦ νομ.*] Admonitionem cum irrisione quadam habet istud *ὁρᾷς δή*, sic praemissum reliquae orationi; v. annot. ad Apolog. Socr. p. 24. D: *ὁρᾷς, ὦ Μέλητε, ὅτι σιγᾷς καὶ οὐκ ἔχεις εἰπεῖν;* et ad Gorg. p. 475. E. Atque haec ipsa caussa est etiam sermocinationis, per quam philosophus legumlatorem alloquitur. Creberrimam esse eam figuram in his libris, iam alibi ostendimus.

τῶν ἐπὶ νόμων θέσιν — ῥᾳδίως] eorum, qui temere et inconsulto accedunt ad legumlationem. — *πρὸς ἄρχοντας*, ad imperantes quod attinet. Germanice dixeris: wie gross in Bezug auf die Herrschenden die Erwartungen und Ansprüche sind, und wie widersprechend unter einander ihrer Natur nach. Pro vulg. *καὶ ὅσα πεφυκότα* res ipsa flagitabat quod ex codd. reposuimus *καὶ ὅτι πεφ.*

στάσεων πηγήν τινα] H. e. originem, principium. Metaphoricum usum voc. *πηγή* illustravit Dorvill. ad Chariton. p. 427. ed. Lips. = 374. ed. princ. Relicta vero deinceps metaphora dicit *θεραπεύειν*, perinde ac si praecesserit *κακόν* aut simile aliquod vocabulum.

E. *Ἡσίοδον ὀρθότατα λέγοντα* —] Scite ac venuste utitur hoc dicto Hesiodi, melius futurum fuisse ostensurus, si reges illi imperandi cupiditati suae modum statuissent. Enimvero loquitur poeta Ascraeus Opp. et DD. v. 41. de regibus *δωροφάγοις* iniusteque iudicantibus, de quibus quidem subiungit per exclamationem haec: *νήπιοι, οὐδὲ ἴσασιν, ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός!* h. e. quanto melius sit paucis contentum esse, quam multis magnisque frui iniuste partis. Utitur Plato eodem dicto etiam De Rep. V. p. 466. C. et II. in. sed paullo aliter; quod permovit Zellerum Stud. Platt. p. 106., ut illud hoc loco minus apte ad rem praesentem adhibitum esse contenderet. Nimirum vir doctissimus, si quid suspicari licet, ipsum Hesiodum non inspexit; alioquin certe

ὡς τὸ ἥμισυ τοῦ παντὸς πολλάκις ἐστὶ πλέον; ὁπόταν ᾖ τὸ μὲν ὅλον λαμβάνειν ζημιῶδες, τὸ δ' ἥμισυ μέτριον, τότε τὸ μέτριον τοῦ ἀμέτρου πλέον ἡγήσατο ἄμεινον ὂν χείρονος;

ΚΛ. Ὀρθότατά γε.

ΑΘ. Πότερον οὖν οἰόμεθα περὶ βασιλέας τοῦτ' ἐγγιγνόμενον ἑκάστοτε διαφθείρειν πρότερον ἢ ἐν τοῖσι δήμοις;

ΚΛ. Τὸ μὲν εἰκὸς καὶ τὸ πολὺ βασιλέων τοῦτο 691 εἶναι νόσημα ὑπερηφάνως ζώντων διὰ τρυφάς.

ΑΘ. Οὐκοῦν δῆλον, ὡς πρῶτον τοῦτο οἱ τότε

A. et corr. Ω. cum codd. h. δ. x. Probavit eum iam Steph. E. *πλέον ἡγήσατο*] Ven. Ξ. a m. sec. *ἡγήσαντο*. Ald. et Bass. *ἡγησάμενον*.

cautius de hac re iudicaturus erat. De mente et sententia Hesiodi, quocum etiam Pittacus idem sensit, v. Graevii Lectt. Hesiod. Cap. II. p. 513. ed. Lössner. et Orellius Opuscul. Graecor. Vet. Sententiosa Vol. I. p. 552 sq. Praeterea de proverbiali versiculi usu consuluisse iuvabit Schott. Adagg. ex Suida Cent. VII. 53. p. 438 sq. et quos laudat Astius ad Rempubl. Libr. II. c. 17. p. 426. Nempe alii illud in alium sensum detorserunt, veluti Horat. Epist. I. 2, 4. dimidium facti, qui coepit, habet; ubi v. Obbarium. Nec vero ipse Plato hac in re sibi constitit, qui eo pro varia disputationis ratione vario sensu usus est. Ceterum ad *ἄρ' οὐκ* ex antegressis repetendum *διέφθειραν*, ad quod pertinet participium *ἀγνοήσαντες*.

ὁπόταν ᾖ τὸ μὲν ὅλον λ. ζ.] In his Ald. Bas. 1. et 2. scriptum habent *ἡγησάμενον*. Sed *ἡγήσατο* cum Stephan. codd. omnes. Atque hoc unice verum putamus. Mutatum vero est in *ἡγησάμενον* ab iis, qui moleste ferrent asyndeton, praesertim quum etiam insolentem quandam subiecti permutationem adiunctam habeat. At enim vero hic quoque accidit, quod innumeris locis observavimus, ut viri docti non reputarent, continere haec verba epexegesin verborum antecedentium, ideoque sine coniunctione *γάρ* adiungi superioribus. Est vero sententia verborum haec: Nimirum putavitne ille, sicubi totum prehendere noxium sit, dimidium vero iustum modum habeat, tum moderatum immoderato plus esse, quippe melius deteriore. Ceterum totam hanc *ῥῆσιν* inde ab *ὁπόταν* usque ad *ὂν χείρονος* Hermannus tamquam languidam dicti Hesiodei explicationem uncis inclusit.

ἢ ἐν δήμοις;] Int. *γιγνόμενον*.

P. 691. *Τὸ μὲν εἰκὸς καὶ τὸ π.*] Consentaneum quidem est vel maxime hunc esse morbum regum, superbe viventium propter luxuriam. Nam *καί* ante *τὸ πολύ* positum ut in formulis *καὶ πάνυ, καὶ σφόδρα*, aliis.

ὡς πρῶτον τοῦτο οἱ τότε

βασιλῆς ἔσχον, τὸ πλεονεκτεῖν τῶν τεθέντων νόμων, καὶ ὃ λόγῳ τε καὶ ὅρκῳ ἐπῄνεσαν, οὐ ξυνεφώνησαν αὐτοῖς, ἀλλ' ἡ διαφωνία, ὡς ἡμεῖς φαμέν, οὖσα ἀμαθία μεγίστη, δοκοῦσα δὲ σοφία, πάντ' ἐκεῖνα διὰ πλημμέλειαν καὶ ἀμουσίαν τὴν πικρὰν διέφθειρεν;

ΚΛ. Ἔοικε γοῦν.

B ΑΘ. Εἶεν· τί δὴ τὸν νομοθέτην ἔδει τότε τιθέντα εὐλαβηθῆναι τούτου περὶ τοῦ πάθους τῆς γενέσεως; ἆρ' ὦ πρὸς θεῶν νῦν μὲν οὐδὲν σοφὸν γνῶναι τοῦτο οὐδ' εἰπεῖν χαλεπόν, εἰ δὲ προϊδεῖν ἦν τότε, σοφώτερος ἂν ἦν ἡμῶν ὁ προϊδών;

ΜΕ. Τὸ ποῖον δὴ λέγεις;

ΑΘ. Εἰς τὸ γεγονὸς παρ' ὑμῖν, ὦ Μέγιλλε, ἔστι.

P. 691. *Βασιλῆς ἔσχον*] V. *Βασιλεῖς*. Vat. Ω. *Βασιλῆις*. Hoc etiam Par. A. hic et supra p. 690. D. a pr. m. scriptum habuit, siquidem Bastio fidem habere fas est. conf. ann. ad p. 684. A. B.

βασιλεῖς —] primum reges illorum temporum hoc habuisse, ut legibus sancitis vellent esse superiores, et iusto plura sibi arrogarent. Nam verba: *τὸ πλεονεκτεῖν τ. τ. νόμων*, pronomini *τοῦτο* per epexegesin subiecta sunt. Male post *ἔσχον* omittunt vulgo interpunctionem. — *καὶ ὃ λόγῳ — αὐτοῖς*, et quod verbis ac iureiurando confirmaverant, de eo non secum ipsis consensisse, quippe alia lingua promta habentes, alia sentientes animo. — *πάντ' ἐκεῖνα*, numero multitudinis dictum ut alibi *ταῦτα*; v. Bernhardy Syntax. p. 280. — *διὰ πλημμέλειαν κ. τ. λ.* per discrepantiam et musici concentus defectum. Manet enim in metaphora; unde *πλημμέλειαν* commemorat, quae propria est eorum, qui a recto cantu aberrant absurdeque canunt. Eodem pertinet etiam *ἀμουσία*, quae vocatur *πικρά*, quia habet nescio quid acrimoniae, sicubi animadvertitur. Male Ficinus aliique locum interpretati sunt.

B. *τί δὴ τὸν νομοθέτην — γενέσεως;*] Quid igitur legislatorem tum oportebat sancire ut caveret, ne hic morbus s. hoc malum (discordiae maximaeque inscitiae) oriretur? Praepositio *περί*, monente etiam Astio, ad *τῆς γενέσεως* referenda est. Huius collocationis exempla bene multa congessit Astius ad Libr. I. c. 10. p. 640. B. conf. Matthiae Gr. §. 595.

Cap. XI. C. *Ἐὰν τις μείζονα διδῷ* —] Recitat haec Stobaeus Sermon. XLI. p. 266. = Vol. II. p. 140 sq. ed. Gaisf. Lips. usque ad *ἀδικίαν*, ubi edit. Trincav. et cod. Par. A. *δύνα-*

νῦν γε κατιδόντα γνῶναι, καὶ γνόντα εἰπεῖν ῥάδιον, ὃ τότε ἔδει γίγνεσθαι.

ΜΕ. Σαφέστερον ἔτι λέγε.

ΑΘ. Τὸ τοίνυν σαφέστατον ἂν εἴη τὸ τοιόνδε.

ΜΕ. Τὸ ποῖον;

Cap. XI. ΑΘ. Ἐάν τις μείζονα διδῷ τοῖς C ἐλάττοσι [δύναμιν] παρεὶς τὸ μέτριον, πλοίοις τε ἱστία καὶ σώμασι τροφὴν καὶ ψυχαῖς ἀρχάς, ἀνατρέπεταί που πάντα, καὶ ἐξυβρίζοντα τὰ μὲν εἰς νόσους θεῖ, τὰ δ' εἰς ἔκγονον ὕβρεως ἀδικίαν. τί οὖν δή ποτε λέγομεν; ἆρά γε τὸ τοιόνδε, ὡς οὐκ ἔστ', ὦ φίλοι ἄνδρες, θνητῆς ψυχῆς φύσις, ἥτις ποτὲ δυνήσεται τὴν μεγίστην ἐν ἀνθρώποις ἀρχὴν φέρειν νέα καὶ ἀνυπεύθυνος, ὥςτε μὴ τῆς μεγίστης νόσου, ἀνοίας, πληρωθεῖσα αὐτῆς τὴν διάνοιαν μῖσος ἔχειν D

B. γνῶναι τοῦτο] Sic Par. A. et Bastio teste Vat. Ω. Vulgo erat τοῦτο γνῶναι.

Cap. XI. C. παρεὶς] παριεὶς, quod edidit Hermann.

εἰς νόσους θεῖ] A. Ω. a. δ. x. in marg. πίπτει.

μιν post ἐλάττοσι omittunt. Recte, opinor. Uncis nuper vocabulum δύναμιν inclusit etiam Hermannus, nostrum secutus iudicium. — παρεὶς τὸ μέτριον, neglecto eo, quod iustum modum habet ceterisque affert. Quid sit τὸ μέτριον, declaratur Politic. p. 283. E. sq. conf. etiam Phileb. p. 64. D. ubi illud ad efficiendam vitae humanae bonitatem necessario requiri iudicatur.

καὶ ἐξυβρίζοντα τὰ μὲν —] et lascivientia (i. e. prae petulantia) alia quidem in morbos incurrunt, alia in lasciviae prolem, iniustitiam. De verbo θεῖ aptissime Astius comparat Reip. III. 22: θέοντες ἤδη τότε ἐγγύτατα τοῦ ὀλέθρου.

τί οὖν δή ποτε λέγομεν;] Interrogatio animandae orationis gratia interposita; id quod apud Platonem fit creberrime. V. Libr. I. p. 630. B. II. p. 652. A. 5. 659. C. III. p. 701. C. IV. p. 722. D. VI. p. 780. A. VIII. p. 848. B. et quae dedimus ad Sympos. p. 178. D. Prot. p 343. B.

νέα καὶ ἀνυπεύθυνος] H. e. rationi reddendae non obnoxia. Libr. VI. p. 761. E: ἄρχων ἀνυπεύθυνος. Libr. IX. p. 875. B: ἀνυπεύθυνός τε καὶ αὐτοκράτωρ.

D. πληρωθεῖσα αὐτῆς τὴν διάνοιαν —] Accusativus pertinet ad πληρωθεῖσα. Formula μῖσος ἔχειν autem fere idem significat quod μισεῖσθαι. Itaque sententia verborum haec est: ita ut non maximo morbo, hoc est, insipientia, animum replens suum vel a proximis amicis odium sibi conflet; quod ubi fit, protenus id quum

πρὸς τῶν ἐγγύτατα φίλων, ὃ γενόμενον ταχὺ διέφθειρεν αὐτὴν καὶ πᾶσαν τὴν δύναμιν ἠφάνισεν αὐτῆς; τοῦτ᾽ οὖν εὐλαβηθῆναι γνόντας. τὸ μέτριον μεγάλων νομοθετῶν: ὡς οὖν δὴ τότε γενόμενον νῦν ἔστι μετριώτατα τοπάσαι, τόδ᾽ ἔοικεν εἶναι.

ΜΕ. Τὸ ποῖον;

ΑΘ. Θεός, οἶμαι, κηδόμενος ὑμῶν τις, ὃς τὰ

D. ὡς οὖν δὴ τότε, γενόμ.] Astius ante τότε inserendum censet τό.

Θεός, οἶμαι, κηδόμενος] Bekkerus suffragantibus Turr. et Schneid. scripsit: Θεὸς εἶναι κηδόμενος ἡμῶν τις, in Commentariis criticis annotans haec: „εἶναι καὶ h. οἶμαι στ." Videtur vero hoc eius de ceteris codd. silentium significare receptam ab ipso scripturam in illis omnibus reperiri. Quod tamen secus habere,

ipsam pessumdat, tum omnem eius vim potestatemque aufert. De aoristo, qui aliquid statim et cito fieri significat, v. infra Libr. IV. p. 716. B. V. p. 736. A. X. p. 904. D. XII. p. 945. D. Phaed. p. 73. D. ibique ann. Gorg. p. 484. A. De Rep. V. p. 462. C. VI. p. 495. B. p. 508. D. Symp. p. 188. B. al. Dein ad μεγάλων νομοθετῶν int. ἐστίν.

ὡς οὖν δὴ τὸ τότε γ. — ἔοικεν εἶναι] Ordo verborum hic est: ὡς οὖν δὴ νῦν ἔστι (ἔξεστι) μετριώτατα τοπάσαι τὸ τότε γενόμενον, ἔοικεν εἶναι τοῦτο; prouti igitur nunc licet id, quod tunc factum est, coniectura assequi probabiliter, videtur haec fuisse eius ratio. Sermo utique durior et perplexior.

Θεός, οἶμαι, κηδόμενός τις —] Quod Elmsleius olim statuit, Graecos potius dicere θεῶν τις quam θεός τις, id multis exemplis allatis confutavit Lobeckius ad Sophocl. Aiac. v. 998. p. 417. ed. 2. Nec inusitate τις a nomine suo, interposito alio vocabulo, removetur. Pindar. Isthm. VIII. 21: τὸν Ταντάλου λίθον παρά τις ἔτρεψε θεός. Eurip. Iph. Aul. v. 411: Ἑλλὰς κατὰ θεὸν νοσεῖ τινα. Ceterum ad κηδόμενος int. ἐστίν. — δίδυμον φυτεύσας τὴν κ. τ. λ. geminam vobis regum stirpem ex unigena procreans, ut semper apud vos bini essent reges. Miratur dictionis insolentiam Zellerus Stud. Platon. p. 90. Et habet ea sane aliquid coloris poëtici, quod tamen ipsi sententiae est longe convenientissimum.

E. φύσις τις ἀνθρωπίνη —] Praeter numen aliquod divinum naturae humanae quandam bonitatem, quae divina quadam vi polluerit, caussam extitisse arbitratur, cur respublica Lacedaemoniorum tam sapienter instituta fuerit et temperata. Scripta haec sunt paullo licentius. Nam primum quidem τις ter repetitum vides intervallo brevissimo. Deinde vocabulum δύναμις dehinc paene ad nauseam usque inculcatur, siquidem quinquies deinceps legitur, et non una eademque vi et potestate positum. Nimirum talia

μέλλοντα προορῶν, δίδυμον ὑμῖν φυτεύσας τὴν τῶν βασιλέων γένεσιν ἐκ μονογενοῦς, εἰς τὸ μέτριον μᾶλλον συνέστειλε. καὶ μετὰ τοῦτο ἔτι φύσις τις ἀνθρωπίνη μεμιγμένη θείᾳ τινὶ δυνάμει, κατιδοῦσα ὑμῶν τὴν ἀρχὴν φλεγμαίνουσαν ἔτι, μίγνυσι τὴν κατὰ γῆρας σώφρονα δύναμιν τῇ κατὰ γένος αὐθάδει ῥώμῃ, 692 τὴν τῶν ὀκτὼ καὶ εἴκοσι γερόντων ἰσόψηφον εἰς τὰ

E

a Bastio edocti sumus. Is enim eam ex uno Ven. Ξ. enotavit, sed Parisini A et B. itemque Vat. Ω. cum Stephani lectione consensionem liquido testatus est. Nec vero ex Voss. istud εἶναι annotatum. Praeterea nec unus Stephanus, sicuti Bekkerus significat, Θεός, οἶμαι, κηδόμενος, scriptum dedit, sed est haec lectio communis etiam Ald. Bas. 1. 2. Itaque eam tueri et conservare non dubitavimus. Hermannus nobiscum unice probavit οἶμαι.

eo valent, ut Platonem existimare debeamus operi suo ultimam limam non admovisse; illud neutiquam efficiunt, ut alium libri auctorem fuisse, atque ipsum, statuere cogamur.

τὴν ἀρχὴν φλεγμαίνουσαν ἔτι] Φλεγμαίνειν, φλέγμη et φλεγμονή, quum proprie de inflammatione dici soleant, tum etiam universe designant morbum. Itaque φλεγμαίνειν nunc ad significandum vitiosum imperii statum transfertur. Similiter illud Reip. I. p. 372. E. adhibetur in describenda civitate per luxuriam et mollitiem depravata: ἡ μὲν οὖν ἀληθινὴ πόλις δοκεῖ μοι εἶναι, ἣν διεληλύθαμεν, ὥσπερ ὑγιής τις· εἰ δ' αὖ βούλεσθε καὶ φλεγμαίνουσαν πόλιν θεωρήσωμεν, οὐδὲν ἀποκωλύει. ubi v. ann. Nec inepte compares Herodot. III. 76: οἰδεόντων τῶν πρηγμάτων. Ibid. c. 127: ἅτε οἱ (Δαρείῳ) οἰδεόντων ἔτι τῶν πρηγμάτων καὶ νεωστὶ ἔχων τὴν ἀρχήν. Memorat locum Platonis Plutarch. Lycurg. p. 42. D: πλειόνων δὲ καινοτομουμένων ὑπὸ τοῦ Λυκούργου πρῶτον ἦν καὶ μέγιστον ἡ κατάστασις τῶν γερόντων, ἥν φησιν ὁ Πλάτων τῇ τῶν βασιλέων ἀρχῇ φλεγμαινούσῃ μιχθεῖσαις καὶ γενομένην ἰσόψηφον εἰς τὰ μέγιστα σωτηρίαν ἅμα καὶ σωφροσύνην παρασχεῖν.

μίγνυσι τὴν κατὰ γῆρας — ῥώμῃ.] H. e. temperat sobriа senectutis vi superbum gentis robur. Pertinet ἡ κατὰ γένος αὐθάδης ῥώμη ad reges Lacedaemoniorum, qui fuerunt Heraclidae. Horum igitur indolem natura ferociorem et superbiorem Lycurgus dicitur temperasse quasi atque mitigasse instituto senatu (γερουσίᾳ γερωνίᾳ s. γεροντίᾳ), penes quem summam consilii esse voluit. Cicero De Rep. II. 28: Lycurgus γέροντας Lacedaemone appellavit, nimis is quidem paucos, viginti octo, quos penes summam consilii voluit esse, quum imperii summam rex teneret. Id. Legg. III. c. 7. Plutarch. Lycurg. c. 26. Sed conf. Müller. Doriens. II. p. 91 sq. Hermann. Antiquitatt. Graec. §. 25. Schömann. Antiquitatt. Iur. Publ. Graec. IV. 1. §. 8. 9.

μέγιστα τῇ τῶν βασιλέων ποιήσασα δυνάμει. ὁ δὲ τρίτος σωτὴρ ὑμῖν ἔτι σπαργῶσαν καὶ θυμουμένην τὴν ἀρχὴν ὁρῶν οἷον ψάλιον ἐνέβαλεν αὐτῇ τὴν τῶν

P. 692. *οἷον ψάλιον ἐνέβαλε*] V. ψάλλιον. Sed ψάλιον

P. 692. *ὁ δὲ τρίτος σωτὴρ ὑμῖν* —] Praeter senatores delecti sunt etiam quinque ephori, qui iurisdictionem haberent. Quos quidem alii ab ipso Lycurgo (Herodot. I. 65. Plat. Ep. VIII. Xenoph. De Rep. Laced. VIII. 3. al.) alii a Theopompo institutos esse narrant. Cum his manifesto etiam Plato h. l. facit. Sunt autem Aristot. Polit. V. 9, 1. Plutarch. Lycurg. c. 7. et 27. Cleomen. c. 10. Cicer. De Rep. II. 33. Legg. III. 77. Valer. Max. IV. 1, 8. alii multi, quos memorant intpp. ad Herodot. T. V. p. 77 sq. ed. Schweigh. Aelian. Varr. Histor. III. 17. conf. Manso Spart. T. I. T. I. p. 243. Müller. Geschichten Hellen. Stämme u. Städte Vol. III. p. 111 sqq. qui docere conatur, ephoros nec a Lycurgo nec a Theopompo rege, sed multo post institutos esse; Tittmann. Darstellung der griechisch. Staatsverfassungen p. 104 sq. Schömann. Antiquitatt. Iur. Publ. Graec. p. 128. Nimirum sunt etiam, qui eos volunt a Chilone esse introductos. Ea vero sententiarum discrepantia facili negotio tolli ac removeri poterit, si audias Tittmannum l. c. Hunc enim si sequare, nec Lycurgus, nec Theopompus ephoros constituit. Imo illi dudum ante Lycurgi tempora viguerunt, fueruntque ab initio antistites communitatis civium, qui de privatorum controversiis iudicarent, sicuti apud Cretenses *κόσμοι*, apud Messenios, Heracleenses, alios Dorienses populos, ephori. v. Aristot. Pol. III. 1, 7. Müller. l. c. p. 115. Quod vero nunc a Lycurgo, nunc a Theopompo, nunc ab alio narrantur potestate sua ornati esse, id exinde idoneam, opinor, habet explicationem, quod aliis aetatibus aliam habuerunt auctoritatem. Nam quod Lycurgo dicuntur debere originem suam, fieri potest, ut is primus iis concesserit aliquam publicam dignitatem, quum antea fuissent invalidi admodum neque publica auctoritate muniti civium antistites ac magistri. Quod vero Theopompus narratur eos publice constituisse, verisimile iudicamus, per hunc ita factum esse, ut iis multo maior quam antehac concederetur potentia. v. etiam Göttling. ad Aristot. Polit. Excurs. I. p. 466. Nam crevit profecto procedente aetate eorum auctoritas adeo, ut omnes magistratus atque cives, imo etiam ipsi reges, illi essent obnoxii, quum ipsi ad rerum suarum reddendam rationem a nemine possent adigi, nisi a suis sucessoribus. v. Schömann. l. c. p. 128 sqq. Müller. l. c. alii. Quamobrem a Cicerone Legg. III. 7, 16. et De Rep. III. 33. extr. non iniuria comparantur cum Romanorum tribunis plebis, adeoque gratia populari gavisi sunt maxima, quippe qui regum et magistratuum arbitrio viderentur iustum modum statuere; id quod etiam Plato h. l. significat, quocum conferas Aristotel. Pol. II. 3, 10. Hanc vero tantam potestatem iis iam a Lycurgo fuisse tributam, certe minime videbitur verisimile iis, qui caus-

ἐφόρων δύναμιν, ἐγγὺς τῆς κληρωτῆς ἀγαγὼν δυνάμεως. καὶ κατὰ δὴ τοῦτον τὸν λόγον ἡ βασιλεία

B. Ω. Ξ. v. l. r. a. δ. et accentu variato ψαλίον Par. A.

sas et rationes legum ab eo latarum diligentius perpenderint. Iam vero haec si probabiliter disputata sunt, quis significetur verbis ὁ τρίτος σωτήρ, dubium esse vix potest. Intelligitur enim Theopompus, qui lepide proverbiali hac dictione designatur. Proverbium τὸ τρίτον τῷ σωτῆρι illustravimus ad Phileb. p. 66. D. Reip. IX. p. 583. A. conf. etiam Heindorf. ad Charmid. p. 167. B.

ἔτι σπαργῶσαν καὶ θυμουμένην —] Haec respiciens Plutarchus Vit. Lycurg. p. 43. E: οὕτω τὸ πολίτευμα τοῦ Λυκούργου μίξαντος, ὅμως ἄκρατον ἔτι τὴν ὀλιγαρχίαν καὶ ἰσχυρὰν οἱ μετ' αὐτὸν ὁρῶντες σπαργῶσαν καὶ θυμουμένην, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, οἷον ψάλιον ἐμβάλλουσιν αὐτῇ τῶν ἐφόρων δύναμιν, ἔτεσί που μάλιστα τριάκοντα καὶ ἑκατὸν μετὰ Λυκοῦργον, πρῶτον τῶν περὶ Ἔλατον ἐφόρων κατασταθέντων ἐπὶ Θεοπόμπου βασιλεύοντος. Idem dictionis elegantiam expressit Vit. Fabii p. 190. C: καίτοι δόξειεν ἂν οὐχ οὕτω χαλεπὸν εἶναι πόλιν ἐν συμφοραῖς μεταχειρίσασθαι ταπεινὴν καὶ τοῦ φρονοῦντος ὑπ' ἀνάγκης κατήκοον γενομένην, ὡς δι' εὐτυχίαν ἐπηρμένῳ καὶ σπαργῶντα δήμῳ χαλινὸν ἐμβαλεῖν ὕβρεως καὶ θρασύτητος. Contulit praeterea Ruhnkenius ad Tim. p. 234. qui nec locorum Plutarchi fuit immemor, veterem poëtam ap. Cicer. de Orat. III. 41: nam exultantem te et praefidentem tibi repriment validae legum habenae, atque imperii insistent iugo. Usum verbi σπαργᾶν, quo dicitur de aestuanti cupiditate vehementique alicuius rei cupiditate, eleganter illustravit Ruhnken. ad Tim. p. 234 sq. Baehrius ad Plutarch. Flamin. p. 125. et in Creuzeri Melett. Critt. III. p. 19 sqq. De voc. ψάλιον, quo significantur proprie annuli ferrei frenorum, ac deinde omnino frena, quum ψέλια sint armillae, disputarunt Henr. Valesius Emendatt. L. I. c. 10. p. 60. Oudendorp. ad Thom. Mag. s. v. Pierson. ad Moer. p. 420. = 309. ed. Lips. Dictionem ἐμβάλλειν ψέλιον s. χαλινόν multi frequentarunt. Etiam Cicero De Rep. II. 33. p. 309. ed. Moser.: Ac ne Lycurgi quidem disciplina tenuit illos in hominibus Graecis frenos.

ἐγγὺς τῆς κληρωτῆς ἀγ. δυνάμεως.] Int. αὐτήν, usu fere constanti et legitimo. Mire vero dictum: τὴν τῶν ἐφόρων δύναμιν ἐγγὺς τῆς κληρωτῆς ἤγαγε δυνάμεως, ephororum potestatem prope adduxit ad potestatem eam, quae sortitione obtingeret. Nimirum pertinet hoc procul dubio eo, quod ephori ex omni numero civium eligebantur, ut eorum munus cuique posset obtingere. Non enim illi perpetuam habebant potestatem, ut reges ac senatores, sed quotannis a populo creabantur, et quidem etiam ex tenuissimae fortunae hominibus. v. Aristot. Polit. II. 3, 10. 6, 14. 15. 8, 2. IV. 7, 4. et Hermann. De homoeis p. 15. Itaque locus nihil habet offensionis, quamquam

παρ' ὑμῖν ἐξ ὧν ἔδει σύμμικτος γενομένη καὶ μέτρον ἔχουσα σωθεῖσα αὐτὴ σωτηρίας τοῖς ἄλλοις γέγονεν
B αἰτία. ἐπεὶ ἐπί γε Τημένῳ καὶ Κρεσφόντῃ καὶ τοῖς τότε νομοθέταις, οἵτινες ἄρ' ἦσαν νομοθετοῦντες, οὐδ' ἡ Ἀριστοδήμου μερὶς ἐσώθη ποτ' ἄν. οὐ γὰρ ἱκανῶς ἦσαν νομοθεσίας ἔμπειροι· σχεδὸν γὰρ οὐκ ἄν ποτ' ᾠήθησαν ὅρκοις μετριάσαι ψυχὴν νέαν λαβοῦσαν ἀρχήν, ἐξ ἧς δυνατὸν ἦν τυραννίδα γενέσθαι. νῦν δ' ὁ θεὸς ἔδειξεν, οἵαν ἔδει καὶ δεῖ δὴ τὴν μενοῦσαν μάλιστα ἀρχὴν γίγνεσθαι. τὸ δὲ παρ'

σωθεῖσα αὐτὴ σωτηρίας] Vulgo erat: αὕτη. Correxit Stephanus, consentiente Boeckhio, Bekkero, Astio.

τὴν μενοῦσαν μάλιστα] Vulgo μὲν οὖσαν. Veram lectionem, Bastio teste, liquido scriptam exhibet Ven. Ξ. In marg. licentius repetitum idem vocabulum est.

σύμμικτος γενομένη καὶ μέτρον ἔχουσα] Polyb. VI. 3. Vol. II. p. 458. ed. Schweigh. δῆλον γάρ, ὡς ἀρίστην μὲν ἡγητέον πολιτείαν τὴν ἐκ πάντων τῶν προειρημένων ἰδιωμάτων συνεστῶσαν (i. e. ex imperio regio, aristocratia, et democratia), ubi disserit de republica Lacedaemoniorum. Dionys. Hal. Archaeol. VI. 55. p. 1440. Conferas etiam Ciceron. De Rep. I. 35. p. 143. ed. Moser. Ibid. c. 45. p. 182. II. 23. p. 280. Ibid. 33. p. 308. ubi inter alia: Id enim tenetote, quod initio dixi, nisi aequabilis hac in civitate compensatio sit et iuris et muneris, ut et potestatis satis in magistratibus, et auctoritatis in principum consilio, et libertatis in populo sit, non posse hunc incommutabilem reipublicae conservari statum. Ad quos quidem locos similia veterum iudicia compararunt interpretes: alia ad h. l. attulit Astius, quae nolumus iterare.

B. ἐπεὶ ἐπί γε Τημένῳ—] nam per Temenum et Cresphontem et illorum legumlatores (i. e. si res penes eos fuisset, eorum permissa fuisset arbitrio) ne Aristodemi quidem pars unquam servata esset. Prave Astius ἐπί interpretatur quod attinet ad. Imo valet prorsus idem, quod in formula τὸ ἐπ' ἐμοί, quantum in me est. Sed v. Fischer. ad Weller. Vol. III. P. II. p. 235. et Matthiae Gr. §. 585. b. α. Sententia haec est: ne Lacedaemonia quidem respublica, (Laconica), quae obtigerat Aristodemo, salva permansisset, si ei Cresphontes aut Temenus, qui Argolidem et Messeniam acceperant, praefuissent, quum ea divina tantum fortuna videatur melius esse constituta atque confirmata, quippe quae statim ab initio binos reges habuerit, ac deinde sapientibus Lycurgi et Theopompi consiliis ita sit temperata, ut omnia iustum modum nanciscerentur.

ὅρκοις μετριάσαι ψυχὴν

ἡμῶν γιγνώσκεσθαι ταῦτα, ὅπερ εἶπον ἔμπροσθεν, νῦν μὲν γενόμενον οὐδὲν σοφόν· ἐκ γὰρ παραδείγματος ὁρᾶν γεγονότος οὐδὲν χαλεπόν. εἰ δ' ἦν τις προορῶν τότε ταῦτα καὶ δυνάμενος μετριάσαι τὰς ἀρχὰς καὶ μίαν ἐκ τριῶν ποιῆσαι, τά τε νοηθέντα ἂν καλὰ τότε πάντα ἀπέσωσε καὶ οὐκ ἄν ποτε ὁ Περσικὸς ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα οὐδὲ ἄλλος οὐδεὶς ἂν στόλος ὥρμησε, καταφρονήσας ὡς ὄντων ἡμῶν βραχέος ἀξίων. C

ΚΛ. Ἀληθῆ λέγεις.

Par. A. scriptum: ἴσως, μένουσαν. Proximum ταῦτα Stephanus in τοῦτο mutari iubebat.

C. οὐδεὶς ἂν στόλος] Par. A. et pr. Vat. Ω. οὐδεὶς στόλος ἂν ὥρμ.

νέαν —] iureiurando temperare, s. modestum efficere, animum iuvenilem imperium accipientem. Μετριάζειν alibi fere intransitive dicitur; hoc tamen loco active significat. Nisi forte praestat verba sic interpretari: non enim putavissent animum iuvenilem, imperium accipientem, propter iusiurandum moderate sese gerere. Sed activa vi idem verbum recurrit mox p. 692. C. ubi aliter explicari nequit.

ὁ θεὸς ἔδειξεν —] Deus ostendit, qualem esse oportuerit atque etiamnunc oporteat esse principatum s. regnum, qui mansurus sit, h. e. salvus et incolumis futurus.

C. νῦν μὲν γενόμενον] Pertinet γενόμενον ad τὸ παρ' ἡμῶν γιγνώσκεσθαι, hoc sensu: Harum rerum intelligentia quod nunc quidem nobis obtigit (olim autem desiderata fuit), non est sapientiae alicuius argumentum. Quod quum fugisset Stephanum, scribi ille in antegressis voluit: γιγνώσκεσθαι τοῦτο, ut γενόμενον ad hoc τοῦτο referretur. Quod parum recte ab eo coniectum esse vel μέν particula post νῦν interposita arguit, quippe quae ea ratione comprobata non habitura esset idoneam explicationem. Multo minus vero audiendus Astius est, qui γενόμενον ad ταῦτα refert sic, ut hic eandem illam censeat loquendi rationem obtinere, quae cernitur in ταῦτα ἀδύνατον et similibus. Nimirum confudit vir egregius, quae sunt generis longe diversissimi. Sed de his verbo admonuisse satis erit. — ἐκ γὰρ παραδείγματος ὁρᾶν, int. αὐτό. Est autem παράδειγμα γεγονός exemplum rerum historia comprobatum. — μετριάσαι τὰς ἀρχάς, imperia temperare.

καταφρονήσας ὡς ὄντων ἡμῶν βρ. ἀξ.] H. e. καταφρονήσας ἡμῶν ὡς ὄντων βραχέος ἀξίων. Ordo verborum prope legitimus, de quo v. Protagor. p. 337. E. Theaet. p. 170. A. Reip. VI. p. 414. E. VIII. p. 545. E. Ibid. p. 553. A Legg. X. p. 905. B. Schaefer. ad

D ΑΘ. Αἰσχρῶς γοῦν ἠμύναντο αὐτούς, ὦ Κλεινία. τό δ' αἰσχρὸν λέγω οὐχ ὡς οὐ νικῶντές γε οἱ τότε καὶ κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλατταν καλὰς νενικήκασι μάχας· ἀλλὰ ὃ φημι αἰσχρὸν τότ' εἶναι, τόδε λέγω· τὸ πρῶτον μὲν ἐκείνων τῶν πόλεων τριῶν οὐσῶν μίαν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος ἀμῦναι, τὼ δὲ δύο κακῶς οὕτως εἶναι διεφθαρμένα, ὥςτε ἡ μὲν καὶ Λακεδαίμονα διεκώλυεν ἐπαμύνειν αὐτῇ, πολεμοῦσα αὐτῇ κατὰ κράτος, ἡ δ' αὖ πρωτεύουσα ἐν τοῖς τότε χρό-
E νοις τοῖς περὶ τὴν διανομήν, ἡ περὶ τὸ Ἄργος, παρακαλουμένη ἀμύνειν τὸν βάρβαρον οὔθ' ὑπήκουσεν οὔτ' ἤμυνε. πολλὰ δὲ λέγων ἄν τις τὰ τότε γενόμενα περὶ ἐκεῖνον τὸν πόλεμον τῆς Ἑλλάδος οὐδαμῶς εὐσχήμονα ἂν κατηγοροῖ· οὐδ' αὖ ἀμύνασθαι τήν γε Ἑλλάδα λέγων ὀρθῶς ἂν λέγοι, ἀλλ' εἰ μὴ

D. εἶναι διεφθαρμένα] V. διεφθαρμένω. Correctum hoc ex Ω. Ξ. v. f. h. r. a. c. o. δ. x. De Par. A. B. ambigimus, quia Bastius inde varietatem non enotavit.

P. 693. καὶ βάρβαρα ἐν Ἑλλ.] Scribebatur βαρβαρικὰ, in-

Dionys. Halic. p. 327. ad Gregor. Corinth. p. 394. Praefat. ad Iulian. p. XIX sq. — βραχέος sine τινός non insolens; v. ann. ad Symp. p. 175. B.

D. Αἰσχρῶς γοῦν ἠμύναντο —] Certe quidem turpiter illos propulsarunt. Int. Persas, ut rursus synesis habeat locum. Alia id genus exempla afferemus infra ad pag. 701. E.

ὡς οὐ νικῶντες — νενικήκασι] ac si non — terra marique egregias reportaverint victorias. In his νικῶντες νενικήκασι eodem modo dicitur, quo alibi: μαχόμενοι ἐμάχοντο, de quo nos alio loco explicare meminimus. Mox ante τὸ πρῶτον temere vulgo neglecta distinctio est, quod Astium in magnum quendam errorem induxit. Sed rem verbo tetigisse satis erit.

μίαν ὑπὲρ τῆς Ἑλλάδος] Spartam. — ἡ μὲν, Messene.

ἐπαμύνειν αὐτῇ] Int. Graeciae. Sed proximum αὐτῇ post πολεμοῦσα refer ad Lacedaemoniam civitatem. — ἡ περὶ τὸ Ἄργος, Argiva civitas.

E. παρακαλουμένη ἀμύνειν τὸν βάρβαρον] Rem copiose narrat Herodot. VII. c. 148 sqq. Omnino vero de dissidiis inter Spartanos et Argivos v. *Hermann*: Lehrbuch der griech. Staatsalterthümer, §. 33.

πολλὰ δὲ λέγων ἄν τις —] Consecutionem verborum hanc esse puta: πολλὰ δὲ λέγων ἄν τις κατηγοροῖ ἂν τῆς Ἑλλάδος τὰ τότε γενόμενα περὶ ἐκεῖνον τὸν πόλεμον οὐδαμῶς εὐσχήμονα

τό τε Ἀθηναίων καὶ τὸ Λακεδαιμονίων κοινῇ διανόημα ἤμυνε τὴν ἐπιοῦσαν δουλείαν, σχεδὸν ἂν ἤδη 693 πάντ' ἦν μεμιγμένα τὰ τῶν Ἑλλήνων γένη ἐν ἀλλήλοις καὶ βάρβαρα ἐν Ἕλλησι καὶ Ἑλληνικὰ ἐν βαρβάροις, καθάπερ ὧν Πέρσαι τυραννοῦσι τὰ νῦν, διαπεφορημένα καὶ ξυμπεφορημένα κακῶς ἐσπαρμένα κατοικεῖται. ταῦτ', ὦ Κλεινία καὶ Μέγιλλε, ἔχομεν ἐπιτιμᾶν τοῖς τε πάλαι πολιτικοῖς λεγομένοις καὶ νομοθέταις καὶ τοῖς νῦν, ἵνα τὰς αἰτίας αὐτῶν ἀναζητοῦντες ἀνευρίσκωμεν, τί παρὰ ταῦτα ἔδει πράτ- B τειν ἄλλο· οἷον δὴ καὶ τὸ παρὸν εἴπομεν, ὡς ἄρα οὐ δεῖ μεγάλας ἀρχὰς οὐδ' αὖ ἀμίκτους νομοθετεῖν, διανοηθέντας τὸ τοιόνδε, ὅτι πόλιν ἐλευθέραν τε εἶναι δεῖ καὶ ἔμφρονα καὶ ἑαυτῇ φίλην, καὶ τὸν νομοθετοῦντα πρὸς ταῦτα βλέποντα δεῖ νομοθετεῖν.

vitis codd. omnibus, exceptis fortasse Par. A. B. Voss.; de his enim non liquet nobis Bekkeriana et Bastiana conferentibus.
B. ὅτι πόλιν ἐλευθ.] τὴν vulgo ante πόλιν adiectum om. A. B. Ω. v. f. h. r. a. δ.

(εἶναι): multa quis afferens Graeciam arguat, quae illo bello tunc gesta sint, neutiquam ei fuisse decora et honesta, h. e. multis exemplis docere possit ctr. Nisi forte malis cum Astio verba hunc in modum iungere: λέγων ἄν τις τὰ τότε περὶ ἐκεῖνον τὸν πόλεμον γενόμενα, πολλὰ οὐδαμῶς εὐσχήμονα κατηγοροίη ἂν τῆς Ἑλλάδος.

οὐδ' αὖ ἀμύνασθαι τήν γε Ἑλλάδα] Hoc dicit: nec si quis dicat Graeciam (universam) hostium impetus a se defendisse, recte ille iudicaverit. Neque enim universa Graecia vim hostium sustinuit, sed fuit potius commune Atheniensium et Lacedaemoniorum consilium, quod imminentem omnibus servitutem propulsavit.

P. 693. καθάπερ ὧν Πέρσαι —] quemadmodum ea, quae nunc Persis parent, male dispersa (dissipata) incoluntur, quippe partim distracta ac direpta, partim confusa ac perturbata.

πολιτικοῖς λεγομένοις] qui vocari solent.

B. τί παρὰ ταῦτα — ἄλλο.] Structuram verborum attigimus ad Phileb. p. 21. D.

οἷον δὴ καὶ τὸ παρὸν εἴπομεν —] quale est etiam quod nunc diximus s. iudicavimus, non oportere magna imperia aut non temperata atque mixta sancire legibus. Lib. IV. p. 708. A: τὸ δὲ δὴ παρὸν ἡμῖν λέγε. De Rep. VI. p. 487. C: εἰς τὸ παρὸν ἀποβλέψας. Ibid. p. 503. B: πεφοβημένον κινεῖν τὸ νῦν παρόν.

μὴ θαυμάσωμεν δέ, εἰ πολλάκις ἤδη, προθέμενοι ἄττα, εἰρήκαμεν, ὅτι πρὸς ταῦτα δεῖ νομοθετεῖν
C βλέποντα τὸν νομοθέτην, τὰ δὲ προτεθέντα οὐ ταὐτὰ ἡμῖν φαίνεται ἑκάστοτε· ἀλλ' ἀναλογίζεσθαι χρή, ὅταν πρὸς τὸ σωφρονεῖν φῶμεν δεῖν βλέπειν ἢ πρὸς φρόνησιν ἢ φιλίαν, ὡς ἔσθ' οὗτος ὁ σκοπὸς οὐχ ἕτερος, ἀλλ' ὁ αὐτός. καὶ ἄλλα δὴ πολλὰ ἡμᾶς τοιαῦτα ἂν γίγνηται ῥήματα, μὴ διαταραττέτω.

ΚΛ. Πειρασόμεθα ποιεῖν οὕτως ἐπανιόντες τοὺς λόγους· καὶ νῦν δὴ τὸ περὶ τῆς φιλίας τε καὶ φρονήσεως καὶ ἐλευθερίας, πρὸς ὅ τι βουλόμενος ἔμελ-
D λες λέγειν δεῖν στοχάζεσθαι τὸν νομοθέτην, λέγε.

Cap. XII. ΑΘ. Ἄκουσον δὴ νῦν. εἰσὶ πολιτειῶν οἷον μητέρες δύο τινές, ἐξ ὧν τὰς ἄλλας γεγονέναι λέγων ἄν τις ὀρθῶς λέγοι. καὶ τὴν μὲν προσαγορεύειν μοναρχίαν ὀρθόν, τὴν δ' αὖ δημοκρατίαν· καὶ τῆς μὲν τὸ Περσῶν γένος ἄκρον ἔχειν, τῆς δὲ ἡμᾶς. αἱ δ' ἄλλαι σχεδὸν ἅπασαι, καθάπερ

C. ἢ πρὸς φρόνησιν] Hoc ἢ om. B. Ω. Ξ. v. f. h. r. a. c. In Par. A. illud, Bastio teste, primitus omissum, sed postea eadem manu adscriptum est.

ἡμᾶς τοιαῦτα ἂν] Vulgo ὑμᾶς, praeter fidem codicum mss.

Πειρασόμεθα ποιεῖν] Sic A. Ω. pr. pro vulg. Πειρασώμεθα. Ficinus: conabimur ita facere, unde correxit Astius.

μὴ θαυμάσωμεν δέ, εἰ πολλάκις —] Ne autem miremur, si iam saepe, aliqua proponentes, ad haec respicienda esse legumlatori diximus, quum proposita videantur non esse eadem; at reputare debemus, si quando dicamus ei respiciendam esse vel temperantiam, vel sapientiam vel amicitiam (concordiam), hunc finem esse non diversum, sed eundem. Nimirum res eodem redit; nam libertas civitatem item facit ἔμφρονα καὶ ἑαυτῇ φίλην, ac vicissim.

C. ἀλλὰ δὴ πολλὰ ἡμᾶς —] Vulgo ὑμᾶς invitis codicibus. At enim vero urbane semet ipsum quoque, utpote disputationis socium, una cum audientibus significat. Traiectum vero ὑμᾶς est pertinetque ad μὴ διαταραττέτω. In sqq. verba hunc in modum iungas: καὶ νῦν δὴ λέγε τὸ περὶ τῆς φιλίας τε καὶ φρονήσεως καὶ ἐλευθερίας, πρὸς ὅ τι βουλόμενος τὸν νομοθέτην στοχάζεσθαι ἔμελλες λέγειν (αὐτό). Contorte haec interpretatur Astius.

Cap. XII. D. καθάπερ εἶπον] V. p. 691. D. E. 692. A. ibique ann. — ἐκ τούτων διαπεποικιλμέναι, ex his tan-

εἶπον, ἐκ τούτων εἰσὶ διαπεποικιλμέναι. δεῖ δὴ οὖν καὶ ἀναγκαῖον μεταλαβεῖν ἀμφοῖν τούτοιν, εἴπερ ἐλευθερία τ' ἔσται καὶ φιλία μετὰ φρονήσεως· ὃ δὴ E
βούλεται ἡμῖν ὁ λόγος προστάττειν, λέγων ὡς οὐκ ἄν ποτε τούτων πόλις ἄμοιρος γενομένη πολιτευθῆναι δύναιτ' ἂν καλῶς.

ΚΛ. Πῶς γὰρ ἄν;

ΑΘ. Ἡ μὲν τοίνυν τὸ μοναρχικόν, ἡ δὲ τὸ ἐλεύθερον ἀγαπήσασα μειζόνως, ἢ ἔδει, μόνον, οὐδετέρα τὰ μέτρια κέκτηται τούτων· αἱ δὲ ὑμέτεραι, ἥ τε Λακωνικὴ καὶ Κρητική, μᾶλλον. Ἀθηναῖοι
δὲ καὶ Πέρσαι τὸ μὲν πάλαι οὕτω πως, τὸ νῦν δὲ 694
ἧττον. τὰ δ' αἴτια διέλθωμεν. ἢ γάρ;

ΚΛ. Πάντως, εἴ γέ που μέλλομεν ὃ προὐθέμεθα περαίνειν.

ΑΘ. Ἀκούωμεν δή. Πέρσαι γὰρ ὅτε μὲν τὸ μέτριον μᾶλλον δουλείας τε καὶ ἐλευθερίας ἦγον ἐπι Κύρου, πρῶτον μὲν ἐλεύθεροι ἐγένοντο, ἔπειτα δὲ

Cap. XII. E. *οὐδετέρα τὰ μετρ.*] οὐδ' ἑτέρα Ω. Ξ. teste Bekkero.

P. 694. *πρῶτον μὲν ἐλ.*] αὐτοὶ vulgo post μὲν adiectum om. A. B. Ω. Ξ. f. h. r. a. c. δ. ο. Eiecit voc. etiam Bekkerus. Videtur pronomen adiectum esse ob seqq. ἄλλων πολλῶν.

quam varie mixtae et temperatae sunt.

E. *ὁ λόγος προστάττειν,*] praecipere ac docere. De ὁ λόγος λέγων v. Phileb. p. 18. B.

οὐδετέρα τὰ μέτρια] En οὐδετέρα post ἡ μὲν — ἡ δὲ subiunctum per appositionem, quod exemplum constructionis rarioris addas iis, quae collegit Matthiae Gr. §. 289. 8. Dein ad αἱ δὲ ὑμέτεραι μᾶλλον int. τὰ μέτρια κέκτηνται. Idem fere repetas etiam in proximis. — *τὸ μὲν πάλαι οὕτω πως*, i. e. sic fere. Verba ἥ τε Λακωνικὴ καὶ Κρητικὴ ne glossema esse putentur, v. ann. ad Phaedr. p. 229. B.

P. 694. *ἦγον ἐπὶ Κύρου.*] τὸ μέτριον δουλείας τε ἐλευθερίας est: medium inter servitutem et libertatem. Themistius Orat. XIX. p. 283. ed. Dind.: Καὶ διὰ τοῦτο Πέρσαι καλῶς Κῦρον μὲν πατέρα, Καμβύσην δὲ δεσπότην, Δαρεῖον δὲ κάπηλον ἐπωνόμαζον. ποιεῖ δὲ πατέρα μὲν δικαιοσύνη, θυμὸς δὲ δεσπότην, κάπηλον δὲ φιλοχρηματία. Quae hausta sunt ex Herodoto III. c. 89: λέγουσι Πέρσαι, ὡς Δαρεῖος μὲν ἦν κάπηλος, Καμβύσης δὲ δεσπότης, Κῦρος δὲ πατήρ· ὁ μέν, ὅτι ἐκαπήλευε πάντα τὰ πρήγματα, ὁ δέ, ὅτι χαλεπός τε ἦν καὶ ὀλίγωρος, ὁ δέ, ὅτι ἤπιός τε καὶ

ἄλλων πολλῶν δεσπόται· ἐλευθερίας γὰρ ἄρχοντες μεταδιδόντες ἀρχομένοις καὶ ἐπὶ τὸ ἴσον ἄγοντες μᾶλλον φίλοι τε ἦσαν στρατιῶται στρατηγοῖς καὶ
B προθύμους αὐτοὺς ἐν τοῖς κινδύνοις παρείχοντο· καὶ εἴ τις αὖ φρόνιμος ἦν ἐν αὐτοῖς καὶ βουλεύειν δυνατός, οὐ φθονεροῦ τοῦ βασιλέως ὄντος, διδόντος δὲ παῤῥησίαν καὶ τιμῶντος τοὺς εἴς τι δυναμένους συμβουλεύειν, κοινὴν τὴν τοῦ φρονεῖν εἰς τὸ μέσον παρείχετο δύναμιν· καὶ πάντα δὴ τότε ἐπέδωκεν αὐτοῖς δι' ἐλευθερίαν τε καὶ φιλίαν καὶ νοῦ κοινωνίαν.

ΚΛ. Ἔοικέ γέ πως τὰ λεγόμενα οὕτω γεγονέναι.

C ΑΘ. Πῇ δὴ οὖν ποτὲ ἀπώλετο ἐπὶ Καμβύσου

B. τοὺς εἴς τι δυναμένους] Perperam vulgo: τοὺς εἴ τι. Non melius est τοὺς εἴ τις, quod habent v. f. r. a. c. o. Recte τοὺς εἴς τι codd. δ. h. x. et corr. Ω. Sed Par. A. pr. τούς τι δ.

ἀγαθά σφι πάντα ἐμηχανήσατο. Praeterea de Cyro conferas Herodot. I. 134 sqq. ibique Bährium. III. 89. Diod. Sic. IV. 30. Ceterum Platonem in iis, quae de rebus Persicis memoriae tradidit, usum esse Persicis Ctesiae, coniecit Blum. *Herodot. et Ctesias* (Heidelberg. a. 1836. 8.) §. 125.

ἐλευθερίας γὰρ ἄρχοντες —] H. e. ἄρχοντες γὰρ (αὐτοὶ) ἀρχομένοις μεταδιδόντες ἐλευθερίας καὶ ἄγοντες (αὐτοὺς) εἰς τὸ ἴσον κ. τ. λ. Sunt vero hi nominativi soluti s. pendentes, quandoquidem deinceps repente mutatur orationis tenor. Debebat enim sermo fere hunc in modum continuari: φίλους τε εἶχον στρατιώτας στρατηγοῖς κ. τ. λ. Structurae consimilis exempla collegerunt intpp. ad Gregor. Corinth. p. 83. et 87. ed. Schaefer. Valcken. ad Herod. II. 66. ad Eurip. Phoen. v. 292. Poppo Obss. ad Thucyd. p. 197. Heindorf. ad Theaet. p. 389. Bernhardy. Syntax. p. 69. Ast. ad Legg. III. 2. p. 145. qui apte contulit etiam V. p. 739. D. p. 744. B. XII. p. 953. A.

B. τοὺς εἴς τι δυναμένους ξ.] Perperam vulgo τοὺς εἴ τι δ., quod est in libris plerisque omnibus. Bekkerus cum uno Par. A. pr., de quo tamen Bastius tacet, voculam εἰς omisit. Sed verisimilius legas τοὺς εἴς τι, quod dudum ex aliquot mss. revocavimus, probantibus etiam Turicensibus. Etenim εἴς τι est in aliqua re; et συμβουλεύειν dicitur absolute non addito casu obiecti, ut sit nostrum rathen, einen Rath geben. Winckelmannus Praef. ad edit. min. p. XI. legendum coni. τοὺς χρηστόν τι δ. quae iusto audacior est coniectura.

πάντα δὴ τότε ἐπέδωκεν αὐτοῖς] Sic Stephanus correxit egregie quod libri omnes exhibent ἀπέδωκεν. Nam ἐπιδιδόναι intransitive positum significat incrementa capere, augeri, felices facere pro-

καὶ πάλιν ἐπὶ Δαρείου σχεδὸν ἐσώθη· βούλεσθε οἷον μαντείᾳ διανοηθέντες χρώμεθα;

ΚΛ. Φέρει γοῦν ἡμῖν σκέψιν τοῦτο ἐφ' ὅπερ ὡρμήκαμεν.

ΑΘ. Μαντεύομαι δὴ νῦν περί γε Κύρου τὰ μὲν ἄλλ' αὐτὸν στρατηγόν τε ἀγαθὸν εἶναι καὶ φιλόπολιν, παιδείας δὲ ὀρθῆς οὐχ ἧφθαι τὸ παράπαν οἰκονομίᾳ τε οὐδὲν τὸν νοῦν προσεσχηκέναι.

ΚΛ. Πῶς δὴ τὸ τοιοῦτον φῶμεν;

ΑΘ. Ἔοικεν ἐκ νέου στρατεύεσθαι διὰ βίου, D ταῖς γυναιξὶ παραδοὺς τοὺς παῖδας τρέφειν. αἱ δὲ ὡς εὐδαίμονας αὐτοὺς ἐκ τῶν παίδων εὐθὺς καὶ μα-

quod Bekker. Schn. Herm. receperunt. v. explicatt.

ἐπέδωκεν αὐτοῖς] Praeclara haec Stephani emendatio est. Libri mss. omnes cum vett. editt. prave ἀπέδωκεν.

gressus, ut infra Libr. VI. p. 769. C. XI. p. 913. B. Hipp. mai. p. 282. B. aliisque locis innumeris. Recte igitur idem Stephanus locum interpretatur sic: tunc igitur illis omnia progressus habuerunt propter libertatem amicitiamque et mentis communionem; i. e. res eorum prosperum habuerunt successum laeteque effloruerunt.

C. μαντείᾳ διανοηθέντες χρώμεθα;] H. e. divinatione in re expendenda utamur. Nimirum quae de his rebus expositurus est, ea significat magnam certe partem niti mera mentis coniectura, non certa et explorata historiae fide confirmari. Hinc mox: μαντεύομαι περί γε Κύρου; et paullo post: ἔοικεν ἐκ νέου στρατεύεσθαι. Eodemque modo p. 695. C: ἔοικέ γε σχεδὸν οὕτω πως γεγονέναι. Usum hunc verbi μαντεύεσθαι, apud Platonem perquam frequentatum, exemplis illustravimus ad Remp. I. p. 349. A. Proxima iunge: τοῦτο γοῦν, ἐφ' ὅπερ ὡρμήκαμεν, φέρει ἡμῖν σκέψιν, hoc certe ad id, ad quod contendimus, perducit nobis considerationem, h. e. valet certe hoc ad rei quaestionem.

ἀγαθὸν εἶναι καὶ φιλόπολιν] Apol. Socr. p. 24. B: Μέλητον τὸν ἀγαθόν τε καὶ φιλόπολιν, ὥς φησιν. ubi v. ann. Sic in Inscriptionn. frequentatur ἀγαθὸς καὶ εὔνους τῷ δήμῳ, ut docet Meier. De proxenia Athen. p. 10 sq. Athenaeus male φιλόπονον.

οἰκονομίᾳ τε οὐδὲν τ. ν. πρ.] ad rei domesticae administrationem nihil plane animum advertisse. Nam οὐδέν, ut Lat. nihil, fortius dictum quam simplex οὐ s. οὐχ. Quocirca nec indigemus coniectura Astii οὐδὲ corrigendum putantis.

D. ταῖς γυναιξὶ παραδοὺς τ. π. τρ.] liberorum suorum educationem permittens mulierculis.

καρίους ἤδη γεγονότας καὶ ἐπιδεεῖς ὄντας τούτων οὐδενὸς ἔτρεφον· κωλύουσαι δὲ ὡς οὖσιν ἱκανῶς εὐδαίμοσι μήτε αὐτοῖς ἐναντιοῦσθαι μηδένα εἰς μηδέν, ἐπαινεῖν τε ἀναγκάζουσαι πάντας τὸ λεγόμενον ἢ πραττόμενον ὑπ' αὐτῶν, ἔθρεψαν τοιούτους τινάς.

ΚΛ. Καλήν, ὡς ἔοικας, τροφὴν εἴρηκας.

E ΑΘ. Γυναικείαν μὲν οὖν βασιλίδων γυναικῶν, νεωστὶ γεγονυιῶν πλουσίων, καὶ ἐν ἀνδρῶν ἐρημίᾳ, διὰ τὸ μὴ σχολάζειν ὑπὸ πολέμων καὶ πολλῶν κινδύνων, τοὺς παῖδας τρεφουσῶν.

D. ἤδη γεγονότας] ἤδη, additum ex A. B. Ω. Ξ. v. f.

τούτων οὐδενὸς] Referas τούτων ad εὐδαίμονας καὶ μακαρίους εἶναι.

μήτε αὐτοῖς ἐν. μηδένα — ἐπαινεῖν τε —] Anacoluthon notabis; nam in altero membro exspectabas: μήτε ψέγειν τὸ λεγόμενον ἢ πρ. κ. τ. λ.

Καλήν, ὡς ἔοικας, — εἴρηκας.] Pulcram vero narrasti educationem! Haec ironice dicta esse, sponte apparet. Dein μὲν οὖν est: imo, ut sexcenties.

E. καὶ ἐν ἀνδρῶν ἐρημίᾳ —] Iungenda sunt haec: καὶ τρεφουσῶν τοὺς παῖδας ἐν ἐρημίᾳ ἀνδρῶν. Ad διὰ τὸ μὴ σχολάζειν int. αὐτούς, hoc est τοὺς ἄνδρας.

ποίμνια — καὶ πρόβατα] Heerden und Vieh; armenta et pecudes. Nam ποίμνια sunt armenta, imprimis ovium greges; πρόβατα autem non modo oves dicuntur, sed pecudes omnis generis, veluti capellae, boves, al. Hesychius: Πρόβατα· τὰ τετράποδα, ἀπὸ τοῦ πρὸ τῆς βάσεως πρόβασιν ἔχειν ἑτέραν τῶν ἔμπροσθεν ποδῶν πρὸς τὰ ὀπίσθια. Suidas: Πρόβατα· πάντα τὰ τετράποδα. Etymol. Magn. s. v. al. Sic Herodot. IV. 61. ubi v. Valckenar. VI. 56. Xenoph. Cyrop. V. 3, 1. VI. 2, 8. VII. 3, 2. VIII. 2, 8.

P. 695. οὐ παιδευομένους τέχνην —] Hunc locum interpolatum esse, primus vidit Astius, qui tamen iusto egit violentius, quum eiicienda statuit haec: Περσικὴν ποιμένων ὄντων Περσῶν, τραχείας χώρας ἐκγόνων. Nimirum ista omnia unde originem traxerint, ut temere potuerint genuinae orationi intertexi, vix quisquam dixerit. Non inepte autem ea addi, vel illud certissimo est argumento, quod opponitur in proximis Medica educatio, quae propter effeminatam mollitiem, cui indulget, notatur. Itaque haec sententiae pars dubitari non potest quin aptissime sit interposita. Sed haeremus tamen in re quadam leviuscula. Nam ubi tenueris lectionem librorum: οὖσαν Περσικήν, primum moleste post πατρῴαν denuo videtur inculcari istud Περσικήν, praesertim quum subiungatur: ποιμένων ὄντων Περσῶν; deinde misere laborat verborum constructio, quandoquidem vocabulum σκληρὰν — καὶ ἱκανήν — quia primariam continet notionem, non potest sic per appositionem reliquis annecti, prae-

ΚΛ. Ἔχει γὰρ λόγον.

ΑΘ. Ὁ δὲ πατήρ γε αὐτοῖς αὖ ποίμνια μὲν καὶ πρόβατα καὶ ἀγέλας ἀνδρῶν τε καὶ ἄλλων πολλῶν πολλὰς ἐκτᾶτο, αὐτοὺς δέ, οἷς ταῦτα παραδώσειν ἔμελλεν, ἠγνόει τὴν πατρῴαν οὐ παιδευομένους 695
τέχνην, οὖσαν [Περσικὴν] ποιμένων ὄντων Περσῶν, τραχείας χώρας ἐκγόνων, σκληρὰν καὶ ἱκανὴν ποιμένας ἀπεργάζεσθαι μάλα ἰσχυροὺς καὶ δυναμένους θυραυλεῖν καὶ ἀγρυπνεῖν καὶ εἰ στρατεύεσθαι δέοι στρατεύεσθαι. διεφθαρμένην δὲ παιδείαν ὑπὸ τῆς

h. r. a. e. δ. o., olim aberat.

sertim quum antecedant verba ποιμένων — ἐκγόνων, quibus apertum est caussam et rationem significari, cur Persarum πατρῴα τέχνη, h. e. educatio, dura et aspera fuerit. Quocirca nos quidem in ea sententia sumus, ut Περσικήν eiiciendum putemus, quo eiecto οὖσαν pertinet ad σκληρὰν καὶ ἱκανὴν ποιμ. ἐργ., atque loci sententia existit haec: ignorabat filios suos non erudiri arte patria, quae quum Persae pastores essent, asperae regionis alumni, dura erat ctr. Nec vero obscurum videtur, quae fuerit supposititii vocabuli origo. Fluxit enim ex genuinorum verborum interpretatione, quam aliquis allevit, quo facilius appareret, in proximis opponi educationem Μηδικήν.

δυναμένους θυραυλεῖν] excubias agere. Verbi usum docte illustravit Ruhnken. ad Tim. p. 143.

διεφθαρμένην δὲ παιδείαν —] H. e. non animadvertit, filios suos a mulieribus et eunuchis Medica educatione formari, corrupta illa per felicitatem, quae dicebatur, i. e. per luxuriem ac lubidinem. — τροφὴ ἀνεπίπληκτος est, in qua non habet locum ulla reprehensio et castigatio, i. e. mollis et ab omni severitatis disciplina aliena. Suidas: ἀνεπίπληκτος· ἄμεμπτος, ᾧ οὐδεὶς ἐπιπλήττει ἁμαρτάνοντι. Memorabilis vero totus hic locus est, quo de Cyro agitur. Quod enim Plato multo aliter de rege Persarum nobilissimo statuit atque factum est a Xenophonte, protenus extiterunt qui hic quoque vestigia odorarentur simultatis illius, quam inter utrumque intercessisse a nonnullis memoriae proditum est. v. Athen. XI. p. 377. T. IV. ed. Schw. Gell. N. A. XIV. 3. conf. Valckenar. ad Herod. III. 89. et De Geerius Diatr. in Politic. Platonic. Princip. p. 174. Verum enim vero nihil plane hic reperiri, quod istam mutui odii et invidiae suspicionem alere aut confirmare queat, egregie docuit Boeckhius De simultate, quae Platoni cum Xenophonte intercessisse fertur p. 27 sqq. Etenim Xenophon Cyrum non qualis fuit, sed qualis et ille et quivis rex esse debet, Socratica ratione descripsit, nec voluit Cyropaediam suam ad historiae fidem examinari. Id quod nec

λεγομένης εὐδαιμονίας τὴν Μηδικὴν περιεῖδεν ὑπὸ γυναικῶν τε καὶ εὐνούχων παιδευθέντας αὐτοῦ τοὺς
B υἱεῖς, ὅθεν ἐγένοντο οἵους ἦν εἰκὸς αὐτοὺς γενέσθαι, τροφῇ ἀνεπιπλήκτῳ τραφέντας. παραλαβόντες δ' οὖν οἱ παῖδες τελευτήσαντος Κύρου τρυφῆς μεστοὶ καὶ ἀνεπιπληξίας, πρῶτον μὲν τὸν ἕτερον ἅτερος ἀπέκτεινε τῷ ἴσῳ ἀγανακτῶν, μετὰ δὲ τοῦτο αὐτὸς μαινόμενος ὑπὸ μέθης τε καὶ ἀπαιδευσίας τὴν ἀρχὴν ἀπώλεσεν ὑπὸ Μήδων τε καὶ τοῦ λεγομένου τότε εὐνούχου, καταφρονήσαντος τῆς Καμβύσου μωρίας.

P. 695. B. *εἰκὸς αὐτοὺς γ.*] *αὐτοὺς εἰκὸς* A. *καὶ ἔοικέ γε σχεδὸν*] Hoc alterum *γε* om. A. Ω. v. f. h.

Platonem potuit praeterire. Qui si Cyrum talem fuisse negat, qualis est apud Xenophontem, non ipsum hunc, sed eos, qui Xenophontem male intelligebant, refutat, tantumque abest, ut Cyropaediae auctorem reprehendat, ut nihil nisi caveat, ne quis ea, quae Xenophon ex arbitrio Cyrum fecit dicentem et agentem, ita arbitretur proposita, quasi vere acciderint. Ac ne verum quidem est, quod illi dictitant, Platonem in describendo Cyri ingenio a Xenophontis sententia plane recedere; quem ipse quoque narrat fuisse et iustissimum et populi sui amantissimum, ut ei libertatem etiam quam maximam concesserit. Sed istud quidem in eo reprehendit, quod liberos suos non recte educaverit atque neglexerit rei familiaris administrationem. Quo ipso ita evenisse censet, ut Persarum felicitas multum imminueretur. Hoc ipsum autem est eiusmodi, ut cum Xenophonteis neutiquam pugnet. Nam Xenophon de ea educatione loquitur, quam Cyrus a parentibus suis nactus erat, h. e. de educatione Persica, quam Plato quoque suis quibusdam ornat laudibus; Plato vero disputat de filiorum eius institutione, quam Xenophon ne verbo quidem memorat. Itaque nihil prorsus hoc loco invenias, quod invidiae alicuius aut simultatis faciat indicium. Huc accedit, quod tum, quum Leges scriberentur, quae certe post Olymp. CVI. 1. inchoatae sunt a Platone sene, Xenophon fortasse iam fato defunctus erat. Quis est igitur, qui sibi persuadeat, iracundiae aut invidiae flammam in senis scriptoris animo etiam tunc ita arsisse, ut vel mortuum corriperet Xenophontem? Nec vero hac in caussa negligendum illud est, de quo supra monuimus, quod Plato quae de Cyro atque rerum Persicarum ruina narrat, ea identidem non tam explorata rerum veritate, quam coniectura et verisimilitudine niti significat. Hoc enim quum ita fecerit, manifesto apparet, eum Xenophontis corripiendi consilium omnino habere non potuisse.

B. *παραλαβόντες δ' οὖν οἱ παῖδες* —] Cambyses et Smerdis. De quorum fato v. Herodot. III. c. 61 — 67. et cap. 68 — 79. Iustin. I. 9. Verbum

ΚΛ. Λέγεται δὴ ταῦτά γε, καὶ ἔοικέ γε σχεδὸν οὕτω πως γεγονέναι. C

ΑΘ. Καὶ μὴν καὶ πάλιν εἰς Πέρσας ἐλθεῖν τὴν ἀρχὴν διὰ Δαρείου καὶ τῶν ἑπτὰ λέγεταί που.

ΚΛ. Τί μήν;

ΑΘ. Θεωρῶμεν δὴ ξυνεπόμενοι τῷ λόγῳ. Δαρεῖος γὰρ βασιλέως οὐκ ἦν υἱὸς παιδείᾳ τε οὐ διατρυφώσῃ τεθραμμένος, ἐλθὼν δ' εἰς τὴν ἀρχὴν καὶ λαβὼν αὐτὴν ἕβδομος διείλετο ἑπτὰ μέρη τεμόμενος, ὧν καὶ νῦν ἔτι σμικρὰ ὀνείρατα λέλειπται, καὶ νό-

r. a. δ. ο. Nimirum in Par. A. est: καὶ ἔοικεν σχ. Paullo ante Voss. et pauci alii μανίας pro μωρίας.

παραλαβόντες positum videtur absolute pro παραλαβόντες τὴν ἀρχήν. At vero id quidem foret insolentius. Nam alia ratio obtinet Gorg. p. 523. A. ubi ad παραλαβόντες facili negotio intelligitur τὴν ἀρχήν, quia idem nomen paullo ante perscriptum legitur. Alia item ratio est Crit. p. 109. D: τὰ δὲ ἔργα διὰ τὰς τῶν παραλαμβανόντων φθορὰς καὶ τῷ μήκει τῶν χρόνων ἠφανίσθη. quo loco αὐτούς intelligendum relinquitur, subiecto antecedente. At nimirum poterat hic quoque ad παραλαβόντες intelligi αὐτόν, i. e. Cyrum. Id ipsum vero clarius significatur additis deinceps verbis τελευτήσαντος Κύρου. Hinc igitur facile perspicietur, quaenam constructionis caussa et ratio sit.

αὐτὸς μαινόμενος —] H. e. αὐτὸς ο ἕτερος, ὃς ἀπέκτεινε τὸν ἕτερον, i. e. Cambyses. Male Astius αὐτός positum ita accepit, ac si de domino et rege esset interpretandum; quod certe in hunc locum neutiquam convenit. — καὶ τοῦ λεγομένου τότε εὐνούχου, qui Smerdis nomen mentitus est, et, aliis testibus, non eunuchus, sed magus fuit. Cambysen a magis sublatum esse narrat etiam Strabo libr. XV. 34. Alii narrant, eum gladio sua sponte evaginato, in femore graviter vulneratum, occubuisse poenasque luisse maleficiorum antea perpetratorum; v. Herodot. III. 64. Iustin. Hist. I. 9. Ammian. Marcellin. XVII. 6. — καταφρον. τῆς Κ. μωρίας, quum is Cambysis stoliditatem contemsisset.

C. διὰ Δαρείου καὶ τῶν ἑπτὰ λ.] Rem narrat Herod. III. 86 — 88. Valckenarius ad Herodot. III. 86. corrigi iubebat: καὶ τῶν ἕξ. Nam ipse Herodot. III. 84: ἦν ἐς ἄλλον τινὰ τῶν ἑπτὰ (coniuratorum) ἔλθῃ ἡ βασιληΐη. et c. 140: καὶ ἐκ τῶν ἑπτὰ Δαρεῖος τὴν βασιληΐην ἔσχεν. Sed καὶ τῶν ἑπτὰ est: omninoque per septemviros, in quorum scilicet numero fuit Darius. v. Dorvill. ad Chariton. p. 104. = 262. ed. Lips. et Wyttenbach. ad Plutarch. Moral. II. 1. p. 15.

ἕβδομος διείλετο ἑπτὰ μέρη] Imperium Persarum a Dario non in septem tantum,

D) μους ἠξίου θέμενος οἰκεῖν ἰσότητά τινα κοινὴν εἰςφέρων, καὶ τὸν τοῦ Κύρου δασμὸν ὃν ὑπέσχετο Πέρσαις [εἰς τὸν νόμον ἐνέδει, φιλίαν πορίζων καὶ κοινωνίαν πᾶσι Πέρσαις, χρήμασι καὶ δωρεαῖς τὸν Περσῶν δῆμον προςαγόμενος· τοιγαροῦν αὐτῷ τὰ στρατεύματα μετ' εὐνοίας προςεκτήσατο χώρας οὐκ ἐλάττους ὧν κατέλιπε Κῦρος. μετὰ δὲ Δαρεῖον ὁ τῇ

D. *τὸν νόμον ἐνέδει*] Vulgo pessimo errore scribebatur *ἐνέδυ*, invitis codd. omnibus. Dein Par. A. Voss. *τῶν Περσῶν* pro *τὸν Π.*

sed in viginti provincias s. satrapias fuisse divisum narrat Herodotus III. c. 89. de qua narrationis discrepantia v. Brissonius De regno Persarum l. p. 148. Schweighäuserus ad locum Herodoti: „Fortasse, inquit, distributionem, quae posteriore tempore obtinuit, cum illa priore, quae a Dario instituta est, permutavit philosophus.“ Nobis secus videtur. Verisimile enim putamus, ipsam septemvirorum coniurationem significari extitisse caussam, quam ob rem Darius septem satrapias instituerit. Et fieri hoc ita potuit a novo rege initio regni sui, quum tamen institutum postea rursus mutaverit. Ceterum hic quoque Platonem Ctesiae auctoritatem sequutum esse suspicentur, qui sibi persuaserunt philosophum sua ex huius potissimum fontibus hausisse. — De verbis dividendi cum duplici accusativo constructis v. ad Phileb. p. 23. D. Dein *σμικρὰ ὀνείρατα* sunt tanquam leves umbrae, i. e. parva vestigia. Alibi *ὀνείρατα* vocantur res inanes ac nihili faciendae. Sed nec hic usus vocabuli a primaria eius significatione abhorrere iudicandus est.

D. *εἰς τὸν νόμον ἐνέδει*] lege definivit, lege constituit. De tributis ac vectigalibus Persarum v. Herodot. III. c. 90 — 97. — *προσαγόμενος*, i. e. sibi concilians et devinciens.

μετὰ δὲ Δαρεῖον — — παραπλήσια ἀπετ.] Hic locus in omnibus editt. circumfertur pessime deturpatus. Nam post *παιδείᾳ Ξέρξης* et *Κῦρος Καμβύσην* vulgo plene distinguitur. Quod quam prave ita fiat, verbo monuisse satis erit. Etenim ea ratione admissa, quae deinceps sequuntur membra orationis, misere laborant, siquidem ea primum tanquam in frusta dissecta videntur, ut omnia hient turpissime; deinde vero etiam manca et imperfecta existunt, quandoquidem certe in isto *μετὰ δὲ Δαρεῖον — Ξέρξης* desideratur aliquid ad sententiae integritatem. His vero malis facile occurritur verbis: *Ὦ Δαρεῖε — Κῦρος Καμβύσην*, in parenthesi acceptis, quae ipsa verba nuper Hermannus iniuria tanquam suspecta cancellis inclusit, ita ut primum illud membrum orationis, quod mancum diximus esse, absoluta parenthesi inde a verbis *ὁ δὲ ἅτε τῶν αὐτῶν κ. τ. λ.* continuari atque absolvi putetur. Qua verborum distinctione restituta sententiae ratio emergit haec: Post Darium autem qui rursus regia atque molli educa-

βασιλικῇ καὶ τρυφώσῃ πάλιν παιδευθεὶς παιδείᾳ Ξέρξης — Ὦ Δαρεῖε, εἰπεῖν ἐστὶ δικαιότατον ἴσως, ὃς τὸ Κύρου κακὸν οὐκ ἔμαθες, ἐθρέψω δὲ Ξέρξην ἐν E τοῖς αὐτοῖς ἤθεσιν, ἐν οἷςπερ Κῦρος Καμβύσην — ὁ δὲ, ἅτε τῶν αὐτῶν παιδειῶν γενόμενος ἔκγονος, παραπλήσια ἀπετέλεσε τοῖς Καμβύσου παθήμασι·

ὅς τὸ Κύρου κακὸν] Sic pro ὅς τοῦ K. codd. omnes unanimi consensione.

tus disciplina est, Xerxes, is *igitur* utpote eiusdem disciplinae alumnus (atque Cambyses) similia perpetravit atque expertus Cambyses erat. Nimirum ὁ δὲ post parenthesin infertur, ut abrupti sermonis tanquam filum denuo resumatur, quemadmodum Phaedon. p. 80. D. praegresso ἡ δὲ ψυχὴ ἄρα deinceps post longiorem orationis intercapedinem rursus αὕτη δὲ interponitur, atque ibidem p. 88. B. in apodosi potiora protasis verba iterantur, δέ particula adiecta. Sed v. de hoc usu Matthiae Gr. §. 616. 3. Hermann. ad Sophocl. El. v. 776. ad Viger. p. 847. Iam vero his quod interponuntur verba: Ὦ Δαρεῖε — Κῦρος Καμβύσην, meminisse iuvabit, senem nostrum disputatorem creberrime uti hoc prosopopoeiae genere, ut certe non mirum accidat, quod hic quoque illud adhibuit, cum affectu quodam inchoatum sermonem interpellans; conf. Libr. I. p. 629. B. 637. C. 648. A. 649. A. Libr. II. 662. C. Libr. III. 690. C. D. quae centenis fere aliis augeri possunt. Haerebat vero Stephanus in verbis δικαιότατον ἴσως, ὅς τὸ K., pro ὃς scribendum ratus ὡς. Aliter sensit Astius, qui ὅς voluit exterminari, utpote natum ex ultima syllaba vocabuli ἴσως inepte repetita. Verum nihil omnino caussae est, cur librorum lectionem aspernemur. Nam vocativus non raro per se solus ponitur sic, ut deinde nihil subiiciatur, quod ad compellationem pertineat. Quocirca ille, hoc ubi fit, non tam alloquutionem, quam exclamationem videtur significare, perinde ac si Germanice dixeris: O über dich Darius, kann man sicher mit vollstem Recht sagen, der du das Schlimme (Fehlerhafte) an Cyrus nicht erkanntest, und den Xerxes in denselben Sitten aufziehen liessest, wie Cyrus den Kambyses! Nimirum in ipso vocativo continetur simul sententia haec: te iam alloquor, te compello; unde ea recte supprimitur. Exempla vocativi ita usurpati notavit Seidlerus ad Eurip. Electr. in. ubi inter alia comparat initium Alcestidis: ὦ δώματ' Ἀδμήτει', ἐν οἷς ἔτλην ἐγὼ θῆσσαν τράπεζαν αἰνέσαι, θεός περ ὤν. Ζεὺς γὰρ κ. τ. λ. Electr. v. 54 sqq.: ὦ νὺξ μέλαινα, χρυσέων ἄστρων τροφέ, ἐν ᾗ τόδ' ἄγγος τῷδ' ἐφεδρεῦον κάρᾳ φέρουσα, πηγὰς ποταμίας μετέρχομαι. Eodem modo Aristoph. Avv. v. 733: (743. ed. Dind.) Μοῦσα λοχμαία, ποικίλη, μεθ' ἧς ἐγὼ νάπαισι καὶ κορυφαῖς ἐν ὀρείαις Πανὶ νόμους ἱεροὺς ἀναφαίνω. h. e. Musa sylve-

καὶ σχεδὸν ἔκ γε τοσούτου βασιλεὺς ἐν Πέρσαις οὐδείς πω μέγας ἐγγέγονεν ἀληθῶς, πλήν γε ὀνόματι: τὸ δ' αἴτιον οὐ τύχης, ὡς ὁ ἐμὸς λόγος, ἀλλ' ὁ
696 κακὸς βίος, ὃν οἱ τῶν διαφερόντως πλουσίων καὶ τυράννων παῖδες τὰ πολλὰ ζῶσιν· οὐ γὰρ μή ποτε γένηται παῖς καὶ ἀνὴρ καὶ γέρων ἐκ ταύτης τῆς τροφῆς διαφέρων πρὸς ἀρετήν. ἃ δή, φαμέν, τῷ νομοθέτῃ σκεπτέον, καὶ ἡμῖν δὲ ἐν τῷ νῦν παρόντι. δίκαιον μήν, ὦ Λακεδαιμόνιοι, τοῦτο γε τῇ πόλει ὑμῶν ἀποδιδόναι, ὅτι πενίᾳ καὶ πλούτῳ καὶ ἰδιωτείᾳ καὶ βασιλείᾳ διαφέρουσαν οὐδ' ἥντινοῦν τιμὴν καὶ τροφὴν νέμετε, ἃς μὴ τὸ κατ' ἀρχὰς ὑμῖν θεῖον παρὰ
B θεοῦ διεμαντεύσατό τινος. οὐ γὰρ δὴ δεῖ κατὰ πό-

E. *μέγας ἐγγέγονεν ἀληθῶς*] *μέγας ἐγγέγονεν* Par. A. Voss. Vulgo *γέγονεν*. Mox pro *τύχης* Stephan. Ast. Hermann, invitis libris *τύχη*.

stris, te alloquor, ctr. Horat. Carm. Libr. IV. 6. in. Dive, quem proles Niobea magnae Vindicem linguae Tityosque raptor sensit. ubi post compellationem tertia stropha continuo subiunguntur haec: Ille mordaci velut icta ferro pinus — Procidit late ctr. Iam vero his ita explicatis quivis facile largietur ex parte emendanda esse quae scripsit A. Matthiae Gr. Gr. §. 312., hunc vocativi usum lyricis tantum atque tragicis poëtis proprium esse ratus. Sed plus etiam peccavit Bernhardy Syntax. p. 74. qui cum hoc loquendi genere incautius confudit alterum, toto coelo diversum illud, quo post vocativum *γάρ* solet inferri; quod qua causa et ratione nitatur, dudum demonstravit egregie A. Matthiae. Sed haec tanquam in transcursu. Restat, ut unum adhuc expediendum sit. Nam istud *ἴσως* fortasse cuipiam molestiam creaverit. Nec tamen in eo haerendum putamus, quandoquidem illud ab Atticis crebro usurpatur sic, ut non tam fortasse, quam potius certe, sane, significet; quod in hunc locum plane convenit. v. Phaedon. p. 61. C: *οὐ μέντοι γ' ἴσως βιάσεται αὑτόν*. Ibid. p. 67. A: *τοῦτο δ' ἐστὶν ἴσως τἀληθές*. al. v. Locella. ad Xenoph. Ephes. p. 188. Schaefer. ad Longin. p. 224. ed. Seiler.

E. *ἔκ γε τοσούτου*] inde a tam longo tempore. Male Astius *χρόνου* intelligit. Nam *ἐκ τοσούτου* neutro genere dicitur sicuti *ἐξ οὗ*.

P. 696. *οὐ γὰρ μή ποτε γένηται*] Mireris Zellerum Stud. Platon. p. 110. scribentem, haec composita esse ad similitudinem loci Reip. VI. p. 492. E: *οὐδὲ οὖν μὴ γένηται ἀλλοῖον ἦθος πρὸς ἀρετὴν κ. τ. λ.* ideoque ex imitatione fluxisse. Nempe istud *οὐ μὴ γένηται* ab omnis generis scriptoribus ipsoque Platone adeo frequentatum est, ut, si quis illo utatur, eum pro-

λιν γε εἶναι τὰς τιμὰς ὑπερεχούσας, ὅτι τίς ἐστι πλούτῳ διαφέρων, ἐπεὶ οὐδ' ὅτι ταχὺς ἢ καλὸς ἢ ἰσχυρὸς ἄνευ τινὸς ἀρετῆς, οὐδ' ἀρετῆς ἧς ἂν σωφροσύνη ἀπῇ.

ΜΕ. Πῶς τοῦτο, ὦ ξένε, λέγεις;

Cap. XIII. ΑΘ. Ἀνδρεία που μόριον ἀρετῆς ἕν;

ΜΕ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΑΘ. Δίκασον τοίνυν αὐτὸς τὸν λόγον ἀκούσας, εἴ σοι δέξαιο ἂν σύνοικον ἢ γείτονα εἶναί τινα σφόδρα μὲν ἀνδρεῖον, μὴ σώφρονα δέ, ἀλλ' ἀκόλαστον.

ΜΕ. Εὐφήμει. C

V. 696. καὶ ἰδιωτείᾳ καὶ βασιλείᾳ] Hunc verborum ordinem tenent A. B. Ω. v. f. h. r. a. δ. ο. x. Vett. editt. καὶ βασιλείᾳ καὶ ἰδιωτείᾳ.

tenus contendere velle servo imitatorum pecori annumerari oportere, vere ridiculum sit. De usu formulae vid. quae ipsi ad locum Reipublicae annotavimus.

καὶ ἰδιωτείᾳ καὶ βασιλείᾳ] Reip. X. p. 618. D: ἰδιωτεῖαι καὶ ἀρχαί. De inscitia et ignorantia ἰδιωτεία dixit Lucianus De conscr. hist. c. 27. et Abdic. 7. Mox pro καὶ τροφήν Cornarius ἀρχήν malebat. Ficinus: „quod paupertati — nullos excellentes honores munerave praebetis. Verum est τροφήν. Laudatur enim in Lacedaemoniis, quod nec honoribus nec educationis ratione pauperes a divitibus aut privatos a regibus distinguant. Quae sententia pertinet ad proxime superiora, ubi de Cambyse et Xerxe alia omnia narrata sunt.

ἅς μὴ τὸ κατ' ἀρχὰς ὑμῖν —] quae non ab initio vobis divina natura per deum tanquam vaticinio significaverit. Hic τὸ θεῖον vocatur, quod p. 691. E. dicebatur φύσις ἀνθρωπίνη μεμιγμένη θείᾳ τινὶ δυνάμει. Significatur vero, ut illic, Lycurgus. — παρὰ θεοῦ, ab Apolline. v. I. 1. in.

B. οὐ γὰρ δὴ δεῖ — διαφέρων.] non enim debent in civitate quidem esse insignes honores, quoniam quis divitiis insignis est. Pro ὑπερεχούσας elegantius fuerit διαφερούσας, quod respondeat proximo διαφέρων. Dein ad ἐπεὶ οὐδ' ex antegressis repetendum δεῖ εἶναι τὰς τιμὰς ὑπερεχούσας s. διαφερούσας, et ad ὅτι ταχύς κ. τ. λ. assumendum denuo τίς ἐστιν.

οὐδ' ἀρετῆς,] Int. δεῖ εἶναι τιμάς, ac ne virtutis quidem in civitate eximii debent honores esse, a qua (si ab ea) seiuncta sit temperantia.

Cap. XIII. C. Εὐφήμει.] Dii meliora; s. Bona verba, quaeso. — περὶ ταῦτα per synesin dictum; refertur enim

ΑΘ. Τί δέ; τεχνικὸν μὲν καὶ περὶ ταῦτα σοφόν, ἄδικον δέ;

ΜΕ. Οὐδαμῶς.

ΑΘ. Ἀλλὰ μὴν τό γε δίκαιον οὐ φύεται χωρὶς τοῦ σωφρονεῖν.

ΜΕ. Πῶς γὰρ ἄν;

ΑΘ. Οὐδὲ μὴν ὅν γε σοφὸν ἡμεῖς νῦν δὴ προὐθέμεθα, τὸν τὰς ἡδονὰς καὶ λύπας κεκτημένον συμφώνους τοῖς ὀρθοῖς λόγοις καὶ ἑπομένας.

ΜΕ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΑΘ. Ἔτι δὴ καὶ τόδε ἐπισκεψώμεθα τῶν ἐν
D τοῖς πόλεσι τιμήσεων ἕνεκα, ποῖαί τε ὀρθαὶ καὶ μὴ γίγνονταί ἑκάστοτε.

ΜΕ. Τὸ ποῖον;

ΑΘ. Σωφροσύνη ἄνευ πάσης τῆς ἄλλης ἀρετῆς ἐν ψυχῇ τινι μεμονωμένη τίμιον ἢ ἄτιμον γίγνοιτ' ἂν κατὰ δίκην;

ΜΕ. Οὐκ ἔχω ὅπως εἴπω.

ΑΘ. Καὶ μὴν εἴρηκάς γε μετρίως. εἰπὼν γὰρ

Cap. XIII. C. *Τί δέ; τεχνικὸν*] δαὶ Ricc. et Flor. δ.
Πῶς γὰρ ἄν;] Vulgo: *Πῶς γὰρ οὔ;* quod ne unus quidem firmat cod. manuscr.
νῦν δὴ προὐθέμεθα] Pro δὴ vitiose Steph. δεῖ.
D. *καὶ μὴ γίγνονται*] μὴ om. pr. A. Ω.

ad τὰ τεχνικά, quum τεχνικόν idem sit quod τῶν τεχνῶν ἔμπειρον.

Πῶς γὰρ ἄν;] Male vulgo *Πῶς γὰρ οὔ;* quod haberet vim aiendi ab hoc loco alienam. Astius οὔ abiiciendum censuit; neque vero ἄν ille comprobat a codd. oblatum, quia in antegressis non praecedat optativus. Verum sexcenties apud Platonem ἄν ita ponitur, ut optativus, quamvis alio verbi modo antecedente, intelligendus relinquatur. Cuius generis exempla adscripsimus ad Phileb. p. 15. C. conf. Hermann. De particula ἄν p. 187. Sauppius Epistol. Crit. ad Hermannum p. 72. De πῶς γὰρ ἄν; v. Euthydem. p. 284. A.

D. *Καὶ μὴν εἴρηκάς γε μετρίως.*] H. e. καλῶς. Cratyl. p. 401. A: Ἀλλά μοι δοκεῖς μετρίως λέγειν. Criton. p. 46. C: πῶς οὖν ἂν μετριώτατα σκοποίμεθα αὐτά; Phaed. p. 96. D: οὐ δοκῶ σοι μετρίως; Theaet. p. 180. C. D. Reip. IV. p. 421. C. VI. p. 484. B. al. Opponitur deinde παρὰ μέλος φθέγγεσθαι, de quo v. Phileb. p. 28. B. ibique ann.

τὸ μὲν δὴ πρόσθημα, ὧν τιμαί —] itaque additamentum istud eorum, in quae honos vel ignominia

δὴ ὧν ἠρόμην ὁποτερονοῦν παρὰ μέλος ἔμοιγ' ἂν δοκεῖς φθέγξασθαι.

ΜΕ. Καλῶς τοίνυν γεγονὸς ἂν εἴη.

ΑΘ. Εἶεν· τὸ μὲν δὴ πρόσθημα, ὧν τιμαί τε καὶ ἀτιμίαι, οὐ λόγου, ἀλλά τινος μᾶλλον ἀλόγου E
σιγῆς ἄξιον ἂν εἴη.

ΜΕ. Σωφροσύνην μοι φαίνει λέγειν.

ΑΘ. Ναί. τὸ δέ γε τῶν ἄλλων πλεῖστα ἡμᾶς ὠφελοῦν μετὰ τῆς προσθήκης μάλιστ' ἂν τιμώμενον ὀρθότατα τιμῷτο, καὶ τὸ δεύτερον δευτέρως· καὶ οὕτω δὴ κατὰ τὸν ἑξῆς λόγον τὰς ἐφεξῆς τιμὰς λαγχάνον ἕκαστον ὀρθῶς ἂν λαγχάνοι.

ΜΕ. Ἔχει ταύτῃ.

ΑΘ. Τί οὖν; οὐ νομοθέτου καὶ ταῦτα αὖ φή- 697
σομεν εἶναι διανέμειν;

ΜΕ. Καὶ μάλα.

ΑΘ. Βούλει δὴ τὰ μὲν ἅπαντα καὶ ἐφ' ἕκαστον ἔργον καὶ κατὰ σμικρὰ ἐκείνῳ δῶμεν νεῖμαι, τὸ δὲ τριχῇ διελεῖν, ἐπειδὴ νόμων ἐσμὲν καὶ αὐτοί πως

ἠρόμην ὁποτερονοῦν] ὁποτεροῦν Steph.

πρόσθημα, ὧν τιμαί] ὧν restitutum ex A. et marg. Ω. x., male vulgo deerat.

E. *φαίνει λέγειν*] Par. A. teste Bastio primitus pro φαίνῃ habuit φαίνει, quod liquido comparet in Vat. Ω. Ang. et Flor. o.

cadit, **dignum videtur non oratione, sed muto silentio**, i. e. eo, quo de pretio eius omnino cohibeatur iudicium. Vult igitur temperantiam in se spectatam et a reliquis virtutibus rebusque seiunctam nihil habere dignitatis, ut nec ullum honorem ullamve ignominiam mereatur. Nimirum temperantiam nunc informat eam virtutem, quae rebus afferat iustum modum iustamque rationem. Itaque illa si ei nihil sit subiectum, ut prorsus habeatur solitaria, profecto nihil est, nisi forma quaedam inanis, in quam nec praemium nec poena ulla conveniat. Cum virtutibus reliquis autem atque bonis consociata eadem efficit, ut iis maximum accedat decus et ornamentum.

E. *τὸ δέ γε τῶν ἄλλων πλεῖστα ἡμᾶς ὠφελοῦν*] Verborum sententia haec est: **Ex reliquis autem, quod nobis plurimum affert utilitatis cum temperantia coniunctum**, (*μετὰ τῆς προσθήκης*) **id si plurimi aestimetur, rectissime aestimabitur; atque secundum** (quod nobis proxime post illud prodest adiunctam habens temperantiam) **secundo loco.**

P. 697. *τὸ δὲ τριχῇ διελεῖν — καὶ τρίτα;*] **Sed tri-**

— ἐπιθυμηταί, πειραθῶμεν, διατεμεῖν χωρὶς τά τε μέγιστα καὶ δεύτερα καὶ τρίτα;

ΜΕ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΑΘ. Λέγομεν τοίνυν, ὅτι πόλιν, ὡς ἔοικε, τὴν
B μέλλουσαν σώζεσθαί τε καὶ εὐδαιμονήσειν εἰς δύναμιν ἀνθρωπίνην δεῖ καὶ ἀναγκαῖον τιμάς τε καὶ ἀτιμίας διανέμειν ὀρθῶς. ἔστι δὲ ὀρθῶς ἄρα τιμιώτατα μὲν καὶ πρῶτα τὰ περὶ τὴν ψυχὴν ἀγαθὰ κεῖσθαι, σωφροσύνης ὑπαρχούσης αὐτῇ, δεύτερα δὲ τὰ περὶ τὸ σῶμα καλὰ καὶ ἀγαθά, καὶ τρίτα τὰ περὶ τὴν

P. 697. *Λέγομεν τοίνυν*] λέγωμεν Cod. v. quod recepit Schneider.

fariam ea dividere, quum et ipsi legum simus nescio quomodo studiosi, conemur, hoc est, secernere maxima, secunda et tertia. Sic haec expedienda sunt, quae vulgo intricatiora fiunt omisso post *πειραθῶμεν* commate, quod res ipsa flagitat. Etenim verba: *διατεμεῖν — καὶ τρίτα,* per epexegesin addita sunt superioribus *τὸ δὲ τριχῇ διελεῖν,* ad quae *αὐτὰ* intelligendum relinquitur. Exempla talis epexegesis alibi annotavimus bene multa.

B. *εἰς δύναμιν ἀνθρωπίνην*] pro viribus humanis, quantum hominibus liceat. — *δεῖ καὶ ἀναγκαῖον* iunctum ut supra p. 693. D: *δεῖ δὴ οὖν καὶ ἀναγκαῖον μεταλαβεῖν.*

ἔστι δὲ ὀρθῶς ἄρα —] Ad *ὀρθῶς* int. *διανέμειν*, ut verba proxima: *τιμιώτατα — κεῖσθαι,* rursus per epexegesin subiuncta sint. Structurae rationem declaraverunt dilucidius Astius ad Remp. p. 372. Schaefer. ad Greg. Cor. p. 83. Matthiae Gr. §. 309. ann. Statuit igitur philosophus hic tria bonorum genera, quibus singulis vult adiunctam esse temperantiam, virtutes animi, bona corporis, et bona fortunae. Cui sententiae alicui videatur illud adversari, quod alibi de bonis externis loquitur cum contemtu atque ea arbitratur fere nihili facienda esse. At enim vero tantum abest, ut hac in re ipse secum pugnet, ut plane sibi constare existimandus sit. Etenim etsi bona animi censuit esse ea, quae unice nomine suo digna sint, tamen nec bonis externis eripuit suum pretium, quippe quae talia esse iudicavit, ut, qui recte iis utatur, is quum ad sapientiae studium tum ad vitae fructum et iucunditatem magnum habeat praesidium et adiumentum. Nimirum nec voluptatibus vitam humanam carere posse censuit, quamquam in optimo vitae statu eas tantum voluit ex illis locum habere, quae purae esse viderentur et cum sapientiae natura consociari posse; de qua re acutissime in Philebo disputatur. conf. supra Legg. I. p. 631. B sqq. coll. in. libri V., ubi animi bonis reliqua omnia simpliciter opponuntur, ita quidem, ut illa ma-

οὐσίαν καὶ χρήματα λεγόμενα. τούτων δὲ ἂν ἐκτός τις βαίνῃ νομοθέτης ἢ πόλις, εἰς τιμὰς ἢ χρήματα προάγουσα ἤ τι τῶν ὑστέρων εἰς τὸ πρόσθεν τιμαῖς C τάττουσα, οὔθ' ὅσιον οὔτε πολιτικὸν ἂν δρῴη πρᾶγμα. εἰρήσθω ταῦτα ἢ πῶς ἡμῖν;

ΜΕ. Πάνυ μὲν οὖν εἰρήσθω σαφῶς.

ΑΘ. Ταῦτα μὲν τοίνυν ἡμᾶς ἐπὶ πλέον ἐποίησεν εἰπεῖν ἡ Περσῶν περὶ διάσκεψις τῆς πολιτείας. ἀνευρίσκομεν δὲ ἐπὶ ἔτι χείρους αὐτοὺς γεγονότας. τὴν δὲ αἰτίαν φαμέν, ὅτι τὸ ἐλεύθερον λίαν ἀφε-

C. ἡ περὶ Περσῶν δ.] Vulgatum πέρι, quia praepositio non ad Περσῶν sed ad τῆς πολιτείας refertur, cum Astio in περὶ mutavi.

iora et divina, haec autem minora et humana audiant. Legg. II. p. 661. IX. p. 870. B. De Rep. I. p. 331. A sqq. VI. p. 491. C. al. Euthyd. p. 279 sqq. Men. p. 87. E. Tria bonorum genera, eodem modo quo hic factum videmus, quum alii posterioris aetatis philosophi distinxerunt, tum imprimis etiam Aristot. Ethic. Nicom. I. 8.; coll. Diog. Laërt. III. §. 80. 81. eiusque rationis vestigia iam in Gorg. p. 477. B. et Phaedr. p. 239. A. — 241. C. extare videntur. Usi vero eadem divisione sunt etiam Pythagorei, sicuti apparet ex Fragm. Archytae apud Stob. Serm. I. al. et Iamblich. Protrept. p. 64 sq. et p. 74. ed. Kiessl. Postea vero illam certatim celebrarunt Academici et Peripatetici, sicuti demonstravit Car. Beierus ad Cicer. Offic. III. 6. Vol. II. p. 228 sq.

C. ἤ τι τῶν ὑστέρων εἰς τὸ πρόσθεν —] Stobaeus, qui hunc locum inde ab Λέγομεν τοίνυν usque ad πολιτικὸν ἂν δρῴη πρᾶγμα in Florileg. suum retulit Vol. II. p. 141. ed. Gaisf. Lips. = Serm. XLI. p. 266., pro ὑστέρων scriptum exhibet ὕστερον. Sed ὑστέρων videtur praestabilius, quippe quod melius respondeat antegressis, πρῶτα, δεύτερα, καὶ τρίτα.— Mox σαφῶς est certo.

ἐπὶ πλέον ἐπ. εἰπεῖν] fusius exponere s. disputare.

ἀνευρίσκομεν δὲ ἐπὶ ἔτι χείρους] Locus foede corruptus. Orellius corrigendum statuit: ἔπειτα ἔτι. Verum ea emendatio vix cuiusquam desiderio satisfaciet. Nam ut taceam de isto ἔπειτα, quod parum recte hic interpositum foret, verba consequentia certe arguunt, excidisse aliquid, in quo subiecti mentio esset iniecta, ad quod proxima verba ἀφελόμενοι ἀπώλεσαν referrentur. Quamobrem nec placet Schneideri coniectura in Progr. Uratisl. 1822. hib. proposita ἐπ' ἔτη, licet ea eximie probata sit C. Fr. Hermanno. Astius ἐπὶ Καμβύσου legi mavult. At ne hoc quidem satis est idoneum, quoniam verborum numerus pluralis subsequitur. Nec Cambyses omnis mali auctor fuit, quod potius civitatem Persarum inde a Xerxis

λόμενοι τοῦ δήμου, τὸ δεσποτικὸν δ' ἐπαγαγόντες,
D μᾶλλον τοῦ προςήκοντος τὸ φίλον ἀπώλεσαν καὶ τὸ κοινὸν ἐν τῇ πόλει. τούτου δὲ φθαρέντος οὔθ' ἡ τῶν ἀρχόντων βουλὴ ὑπὲρ ἀρχομένων καὶ τοῦ δήμου βουλεύεται, ἀλλ' ἕνεκα τῆς αὑτῶν ἀρχῆς, ἄν τι καὶ σμικρὸν πλέον ἑκάστοτε ἡγῶνται ἔσεσθαί σφισιν, ἀναστάτους μὲν πόλεις, ἀνάστατα δὲ ἔθνη φίλια πυρὶ καταφθείραντες, ἐχθρῶς τε καὶ ἀνηλεῶς μισοῦντες μισοῦνται· ὅταν τε εἰς χρείαν τοῦ μάχεσθαι περὶ ἑαυτῶν τοὺς δήμους ἀφικνῶνται, οὐδὲν κοινὸν ἐν αὐ-
E τοῖς αὖ μετὰ προθυμίας τοῦ ἐθέλειν κινδυνεύειν καὶ μάχεσθαι ἀνευρίσκουσιν, ἀλλὰ κεκτημένοι μυριά-

D. ἡγῶνται ἔσεσθαι] Sic pro vulg. ἡττῶνται A. Ω. h. r. a. c. δ. ο. χ.

ἀνηλεῶς μισοῦντες] Vulgo ἀνελεῶς, quod ex marg. Ω. et

aetate invasisse antea narratum est. Nam inde ab eo tempore, quo hic regnum acceperat, nullus omnino rex Persarum extitit, qui eo nomine dignus videretur. Itaque facile suspiceris legendum esse: ἐπὶ Καμβύσου καὶ Ξέρξου. Verum istud quidem quominus pro vero habeamus, vocula ἔτι prohibet, qua significatur, Persas iam antea fuisse mala reipublicae administratione corruptos. Quid igitur? num forte legendum: ἐπ' ἐκείνων χείρους? Certe hoc si scriptum legeretur, nemo quisquam habiturus esset, opinor, in quo iure offenderet. Ceterum non supervacaneum erit admonuisse, Stephanum in ea fuisse sententia, ut ἐπὶ delendum putaret. Cui rationi quid potissimum officiat, ex iis, quae disputavimus, sponte appariturum putamus.

D. τὸ φίλον ἀπώλεσαν —] Liquidum est reges intelligi oportere. Ceterum conf. supra p. 695. D: φιλίαν πορίζων καὶ κοινωνίαν πᾶσι Πέρσαις.

οὔθ' ἡ τῶν ἀρχόντων β.] Huic οὔθ' in proximis respondet: ὅταν τε εἰς χρείαν κ. τ. λ.

ἔσεσθαί σφισιν, ἀναστάτους μὲν πόλεις —] si vel tantillum commodi s. utilitatis sperent in se redundaturum esse. Dein Astius scribendum censet: ἀναστάτους μὲν πόλεις ποιοῦσιν. Sed isto ποιοῦσιν non opus est. Quippe mutatur in proximis nonnihil tenor orationis. Quum enim dicendum esset: ἀνάστατα δὲ ἔθνη φίλια ποιήσαντες ἐχθρῶς κ. τ. λ., praeter expectationem subiungitur πυρὶ καταφθείραντες. Quod si cui displiceat, refingi poterit, opinor, probabilius: ἀνάστατα δὲ ἔθνη φίλια ποιήσαντες καὶ πυρὶ καταφθείραντες ἐχθρῶς κ. τ. λ.

ἀνηλεῶς μισοῦντες] Vulgo ἀνελεῶς, quod ex codd. plurimis mutatum. Hesychius: ἀνηλεῶς· ἀνοίκτως, ἀσπλάγχνως. Phrynichus in Bekkeri Anecd. p. 26. ἀνηλέητο

δας ἀπεράντους λογισμῷ ἀχρήστους εἰς πόλεμον πάσας κέκτηνται, καὶ καθάπερ ἐνδεεῖς ἀνθρώπων μισθούμενοι ὑπὸ μισθωτῶν καὶ ὀθνείων ἀνθρώπων ἡγοῦνταί ποτε σωθήσεσθαι· πρὸς δὲ τούτοις ἀμαθαίνειν ἀναγκάζονται, λέγοντες ἔργοις, ὅτι λῆρος πρὸς 698
χρυσόν τε καὶ ἄργυρόν ἐστιν ἑκάστοτε τὰ λεγόμενα τίμια καὶ καλὰ κατὰ πόλιν.

ΜΕ. Πάνυ μὲν οὖν.

Cap. XIV. *ΑΘ.* Τὰ μὲν δὴ περί γε Περσῶν, ὡς οὐκ ὀρθῶς τὰ νῦν διοικεῖται διὰ τὴν σφόδρα δουλείαν τε καὶ δεσποτείαν, τέλος ἐχέτω.

ΜΕ. Πάνυ μὲν οὖν.

v. f. h. r. o. mutavimus. Par. A. B. a. δ. x. et pr. Vat. Ω. ἀνηλεήτως.

P. 698. *περί γε Περσῶν*] γε pro vulg. τε praebuerunt A. Ω. b. r. x. δ. In Par. B. legitur περί γε τῶν Περσῶν.

καὶ ἀνηλεής. Lexic. Sangermann ibid. p. 400. ἀνελήμων καὶ ἀνελεήμων φασί. Νικόχαρις δὲ ἀνηλεήμων λέγει. v. Ruhnken. ad Hymn. in Cerer. v. 283. et Schaefer. ad Schol. Apollon. Rhod. p. 312. cuius haec sunt verba. „Ceterum, inquit, si Graeci dixerunt et ἀνελεήμων et ἀνηλεήμων, nihil, opinor, obstitit, quominus dicerent et ἀνελεής et ἀνηλεής: quamquam usus loquendi postremo huc inclinavit, ut prior forma posthaberetur. v. Addenda ad Gregor. Corinth. p. 880. Itaque non accedam iis, qui ἀνελεής et ductum inde adverbium ἀνελεῶς, ubicunque occurrunt, ut voces nihili exterminant.“ conf. etiam Osann. Auctar. Lexic. p. 15.

P. 698. *λέγοντες ἔργοις, ὅτι λῆρος* —] desipere coguntur re ipsa declarantes s. profitentes, nugas esse ad aurum et argentum (cui ipsi inhiant) comparata, quae vulgo in civitate honore digna et honesta dicantur. Acumen inest in verbis λέγοντες ἔργοις, indem sie es durch die That aussprechen; quae male disiunxerunt, qui ἔργοις cum ὅτι λῆρός ἐστι censuerunt connecti oportere.

Cap. XIV. *Τὰ μὲν δὴ περί γε Περσῶν* —] Posteaquam Persici imperii exemplo demonstravit, quibus vitiis laboret ea respublica, in qua nimia extiterit unius regis potentia (p. 694. A. — 698. A.); vicissim etiam ita accidere posse docet, ut immoderata plebis exoriatur libertas: unde quanta mala nascantur, dehinc exemplo Atheniensis reipublicae ostendit. Etenim Plato sicuti facile pervidit impotentem regum dominationem reipublicae plurima atque maxima mala importare, ita etiam democratiam immoderatumque civilis libertatis studium iudicavit uberrimum esse gravissimorum malorum fontem; id quod maxime in civitate Atheniensium reprehendi oportere

ΑΘ. Τὰ δὲ περὶ τὴν τῆς Ἀττικῆς αὖ πολιτείαν τὸ μετὰ τοῦτο ὡσαύτως ἡμᾶς διεξελθεῖν χρεών, ὡς ἡ παντελὴς καὶ ἀπὸ πασῶν ἀρχῶν ἐλευθερία τῆς μέ-
B τρον ἐχούσης ἀρχῆς ὑφ' ἑτέρων οὐ σμικρῷ χείρων·

τῆς Ἀττικῆς αὖ πολιτείαν] πολιτείας A. Ω v. f. h. a. c. x. Verum iidem libri antea servant τὴν nec τῆς scriptum exhibent. Dein vulgo ordine inverso: διεξελθεῖν ἡμᾶς, quem ordinem unus fere Ξ. servat.

arbitratus est. Itaque popularis imperii formam in Politico p. 297. B. — 300. E. coll. p. 303. A. B. graviter impugnat, ac similiter democratiae vim naturamque De Rep. VIII. p. 557. A. — 561. E. talem describit, unde nihil verae utilitatis in civium communitatem redundare queat. Sed de his exposuimus in Prolegg. ad Politicum.

ὡσαύτως ἡμᾶς διεξελθεῖν χρ. —] pariter nos oportet exponere, libertatem absolutam omnibusque carentem magistratibus haud paullo deteriorem esse imperio aliorum, quod certum habeat modum, beneque temperatum sit. Sic haec intelligenda putamus, in quibus fuerunt qui multum movendo nihil promoverent; quod etiam ideo ita factum est, quia locus olim non satis recte scriptus fuit. Sed videamus de singulis ordine deinceps. Itaque primum quidem ἀπὸ πασῶν ἀρχῶν connectendum videtur cum ἐλευθερία, quod ideo cum ἀπὸ et genitivo coniungitur, quia dicitur etiam ἐλεύθερον εἶναι et ἐλευθεροῦσθαι ἀπό τινος. De Rep. VIII. p. 569. A. ἵνα ἀπὸ τῶν πλουσίων — ἐλευθερωθείη. Legg. VIII. p. 832. D: ἐλεύθεροί τε ἀπ' ἀλλήλων εἰσίν. De nomine substantivo cum praepositione constructo v. De Rep. II. p. 358. A: εὐδοκιμήσεις διὰ δόξαν. Ibid. p. 363. D. E. μισθοὶ παρὰ θεῶν. Ibid. III. p. 390. C: Ἄρεώς τε καὶ Ἀφροδίτης ὑπὸ Ἡφαίστου δεσμός. Sympos. p. 216. B: τιμῆς τῆς ὑπὸ τῶν πολλῶν. Xenoph. Cyrop. III, 3, 2: ἥδεσθαι τῇ ὑπὸ πάντων τιμῇ. Indidem explicationem suam habent quae statim sequuntur ἀρχῆς ὑφ' ἑτέρων, ubi ὑφ' ἑτέρων ideo cum ἀρχῆς constructum est, quia ἄρχεσθαι ὑπό τινος dici solet. Perperam in vett. editt. omissum fuit ἀρχῆς, quod nuper demum redhibuerunt codd. meliores. Itaque dubitatio, quae olim de his obtinuit, utique ope librorum sublata videri potuit. Novam tamen dubitationem de iis movit Astius, qui verba ὑφ' ἑτέρων in glossematis suspicionem adducere conatus est. Scripsit enim haec: „Sed quinam sunt illi alii? Haud dubie ipsi imperantes. At quid ineptius cogitari potest, quam imperium sub imperantibus? Accedit insolita praepositionis ὑπό cum ἀρχή coniunctio, quum usus postulet ἀρχή τινος. Ne multa, pro ὑφ' ἑτέρων scribendum esse puto ὑμετέρας." Haec igitur vir doctissimus idemque ingeniosissimus. Quae quamvis primo adspectu acutissime videantur disputata esse, tamen nos quidem adeo non movent, ut locum esse sincerissimum plane nobis persuaserimus. Et insolitam quidem praepositionis ὑπό cum ἀρχή coniunctionem, quam ille dixit, haudquaquam a Graecorum usu loquendi abhorrere, iam antea demonstravisse videmur. Quod vero imperium sub imperantibus absurdum quiddam et ineptum est visum, neglexit Astius

ἡμῖν γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, ὅτε ἡ Περσῶν ἐπίθεσις τοῖς Ἕλλησιν, ἴσως δὲ σχεδὸν ἅπασι τοῖς τὴν Εὐρώπην οἰκοῦσιν, ἐγίγνετο, πολιτεία τε ἦν παλαιὰ καὶ ἐκ τιμημάτων ἀρχαί τινες τεττάρων, καὶ δεσπότις

τῆς μέτρον ἐχούσης] Sic libri omnes excepto Ven. Ξ, qui cum Steph. habet *μέτριον*. Praeterea *ἀρχῆς* additum habes ex Par. A. et Voss. x. Vide interpretat.

imperium nunc non illud intelligi, quo quis aliis imperat, sed potius tale, quo cui ab aliis imperatur, vel quo quis est sub aliorum potestate, ut adeo vocabulum vi passiva positum sit. Quod ne quis reprehendat, prorsus eadem ratio est locorum Xenophontis et Platonis, quos antea adscripsimus, in quibus *τιμὴ ὑπό τινος* intelligitur non is honor, quem quis habet alteri, sed potius ille, qui alicui habetur. Verum de his quidem satis. Pergimus ad alia. Quod igitur nunc scriptum habes *τῆς μέτρον ἐχούσης*, id, sicuti codd. plerisque debetur, ita etiam unice verum esse iudicari debet. Nam quod vett. editt. exhibent *τῆς μέτριον ἐχούσης*, certe in eo desideratur *τὸ* articulus. Formula *μέτρον ἔχειν* vero usus est scriptor saepissime, veluti supra p. 692. A: *μέτρον ἔχουσα* (*ἡ βασιλεία*). VIII. p. 836. A. XII. p. 957. A. 959. A. D. quae comparavit Astius. Veram lectionem Ficinus quoque sequutus est. Denique non inutile erit monuisse, verba, *ὡς ἡ παντελὴς κτλ.* paullo liberius addi superioribus, ita ut quandam eorum epexegesin contineant. Quod quidem ideo fieri potuit commodissime, quia *διεξελθεῖν* vi praegnanti positum est, ita ut significet: percurrentem ostendere ac docere. Itaque Germanice locum expresseris sic: Was aber die Staatsverfassung von Attika betrifft, so müssen wir dieselbe nun auf gleiche Weise durchgehen, darthuend, dass eine völlige und von aller Obrigkeit unabhängige Freiheit eine um nicht weniges schlechtere Verfassung sei, als eine Abhängigkeit (ein Beherrschtwerden) von Andern, welche ein Maas hat.

B. *ἐπίθεσις τοῖς Ἕλλησιν*] hostilis adversus Graecos impetus. Dativi ex *ἐπίθεσις* apti sunt, quod nomen verbale eodem modo construitur, quo *ἐπιτίθεσθαί τινι*, aliquem hostiliter aggredi, aliquem adoriri. Libr. I. p. 633. C: *αὐτοῖς ἑαυτῶν διακονήσεις.* ubi v. ann. Cratyl. p. 437. C: *ἀκολουθία τοῖς πράγμασι.* Parmen. p. 128. C: *βοήθεια τῷ λόγῳ.* Sed multa id genus olim ad Euthyphron. p. 15. A. annotavimus.

ἐκ τιμημάτων ἀρχαί τινες τεττάρων,] Solon enim cives pro census magnitudine in quattuor classes diviserat, *πεντακοσιομεδίμνους,* quibus tantum fundorum esset, unde quingenti saltem medimni frugum redirent vel totidem vini oleive metretae; *ἱππεῖς,* equites, quibus trecenti, *ζευγίτας*, quibus centum quinquaginta medimni essent; *θῆτας* denique quibus minor esset agrorum reditus. v. Plutarch. Solon. c. 18. Aristot. Pol. II. 10. Pollux VIII. 130, 132. Meurs. Sol. c. 14. Corsini Fast. Att. III. p. 77. Boeckh. De Oeconom. Athen. II. p. 30 sqq. = Vol. I. p. 645. ed. 2. Hermann. Antiquitatt. Gr. §.

ἐνῆν τις αἰδώς, δι' ἣν δουλεύοντες τοῖς τότε νόμοις ζῆν ἠθέλομεν. καὶ πρὸς τούτοις δὴ τὸ μέγεθος τοῦ στόλου κατά τε γῆν καὶ κατὰ θάλατταν γενόμενον,
C φόβον ἄπορον ἐμβαλόν, δουλείαν ἔτι μείζονα ἐποίησεν ἡμᾶς τοῖς τε ἄρχουσι καὶ τοῖς νόμοις δουλεῦσαι. καὶ διὰ πάντα ταῦθ' ἡμῖν ξυνέπεσε πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς σφόδρα φιλία. σχεδὸν γὰρ δέκα ἔτεσι πρὸ τῆς

B. φόβον ἄπορον] V. ἄπειρον, quod rursus solus fere Ven. Ξ. tuetur, ceteri ignorant.

C. τοῖς τε ἄρχουσι] Sic A. et corr. Ω. cum codd. h. r. α. δ. Vulgo: τοῖς τότε ἀρχ. Dein A. et marg. Ω. cum Flor. c. o. καὶ διὰ πάντα ταῦθ' ἡμῖν, quod dedimus pro vulg. καὶ διὰ ταῦτα πάνθ' ὑμῖν.

108 seq. Schömann. Antiqq. Iur. Publ. Graec. p. 174. Huc spectant τὰ τιμήματα, quae commemorantur. Nam τίμημα est census. Ex divitiarum vero possessione Solon etiam honores publicos quodammodo suspensos esse voluerat. Etenim honores et magistratus omnes ex legibus eius a tribus tantum superioribus classibus capi poterant, excepta archontum dignitate, paucisque aliis muneribus publicis, quae quum fidem postularent locupletiorem, pentacosiomedimnis relinquebantur. v. praeter eos, quos antea laudavimus, Perizon. ad Ael. Varr. Historr. VIII. 10. De dictione conf. Reip. VIII. p. 553. A. αὕτη ἡ πολιτεία, ἣν ὀλιγαρχίαν καλοῦσι, ἐκ τιμημάτων ἔχουσα τοὺς ἄρχοντας.

δεσπότις ἐνῆν τις αἰδώς —] Verecundiam ait inter Athenienienses ita regnavisse, ut omnes ultro atque sponte legibus publicis debitam obedientiam praestarent, atque legum servi esse vellent, quo ipsi liberi permanerent, ut loquitur fere Cicero Or. pro Cluentio c. 53. Etenim verecundia et pudor una cum iustitia et legum observantia certissima sunt publicae salutis fundamenta. Hinc Graeci tam saepe coniungunt αἰδῶ τε καὶ δίκην, de quo v. ann. ad Protagor. p. 322. B. — D. Nimirum custos virtutum omnium, dedecus fugiens laudemque maxime consequens, verecundia est, ut ait Cicero Partitt. Oratt. c. 23. Quam quidem etiam Plato iudicavit ad tuendam conservandamque reipublicae salutem plurimum valere. conf. Legg. I. p. 617. A. sqq. IV. p. 729. B. De Rep. V. p. 465. A. B. Sympos. p. 178. D. al. Cum ea verecundia autem scriptor ait tunc etiam φόβον fuisse consociatum, h. e. metum hostium, qui legum reverentiam immensum quantum auxerit. Quod eleganter profecto ita exposuit, praesertim quum Graeci pudorem et metum non raro coniunxisse reperiantur. Sic iam Homerus Iliad. XV. 657: ἴσχε γὰρ αἰδὼς καὶ δέος. Celebratissimus item fuit versiculus veteris cuiusdam poëtae: ἵνα γὰρ δέος, ἔνθα καὶ αἰδώς, de quo integro diximus ad Euthyphron. p. 12. A. Sophocles Aiac. v. 1087. δέος γὰρ ᾧ πρόσεστιν αἰσχύνη θ' ὁμοῦ, σωτηρίαν ἔχοντα τόνδ' ἐπίστασο. Platon. Phaedr. p. 254. E. De Rep. V. p. 465. A. VIII. p. 562. E.

φόβον ἄπορον ἐμβαλὼν] Vulgo scribebatur ἄπειρον, invitis codd. melioribus, quibus suppetias fert Aristid. Orat.

ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίας ἀφίκετο Δᾶτις Περσικὸν στόλον ἄγων πέμψαντος Δαρείου διαῤῥήδην ἐπί τε Ἀθηναίους καὶ Ἐρετριέας, ἐξανδραποδισάμενον ἀγαγεῖν, θάνατον αὐτῷ προειπὼν μὴ πράξαντι ταῦτα. καὶ ὁ Δᾶτις τοὺς μὲν Ἐρετριέας ἔν τινι βραχεῖ χρόνῳ παν- D
τάπασι κατά κράτος τε εἷλε μυριάσι συχναῖς, καί τινα λόγον εἰς τὴν ἡμετέραν πόλιν ἀφῆκε φοβερόν, ὡς οὐ-

σφόδρα φιλία] σφόδρα A. Ω. Ξ. v. f r. Alii σφοδρά. Sed vid. explicatt. In Flor. a c o. et Vat. f. extat φίλια.

D. *κατὰ κράτος τε*] τε additum habes ex A. B. Ω. v. f. h. r. a. δ. o. x. Mox Voss. αὐτὸς ἀποπεφευγώς, et marg. αὐτοὺς ἀπ.

Plat. II. p. 282. ed. Iebb. = Vol. II. p. 365. ed. Dindorf. ubi rhetor totum hunc locum inde ab: *ἡμῖν γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον κτλ.* maligne carpit. Est vero *ἄπορος φόβος*, qui homines in maximam coniicit consilii inopiam, ut plane non videant, ubi malorum imminentium aliquod effugium reperiant. Quod monemus propter Astium, vocabulum secus nec satis recte interpretantem, siquidem illud voluit significare metum inexpugnabilem. At enim vero hanc interpretationem neutiquam confirmant quae attulit vir egregius Libr. IX. p 873. C: ubi est *αἰσχύνη ἄπορος*. Herodot. III. 52: *ἄπορον κακόν*. Sunt enim haec eadem prorsus ratione interpretanda, quam modo indicavimus, quandoquidem *ἄπορον κακόν* est, quod viam et exitum habet nullum ideoque evitari nequit; *αἰσχύνη ἄπορος* autem est pudor, a quo quis se nullo modo potest liberare et expedire. Mox vulgo scribebatur *τοῖς τότε ἄρχουσι*, quod cur improbandum sit, vix attinet demonstrare. Recte *τε* cum codd. Platonis, quos supra nominavimus, tuetur etiam Aristides l. c. p. 365. Vol. II. ed. Dind.

C. *σφόδρα φιλία*] Sic libri optimi etiam Aristidis. Qui *σφοδρὰ* dederunt, ii non viderunt, posse adverbium item cum *φιλία* connecti, de quo v. ann. ad Legg. I. p. 639. B.

σχεδὸν γὰρ δέκα ἔτεσι] Datim unum memorat, nulla Artaphernis, ducis alterius, iniecta mentione. Quod non praeter morem ita fieri, egregie ostendit Valckenarius ad Herodot. VI. 97. Vol. VI. P. I. p. 216. ed. Schweigh., ubi affert etiam verba Schol. ad Aristidem Miltiad. T. III. p. 269. *Δᾶτις ὁ τοῦ στρατοπέδου κύριος καὶ ἡγεμών*, haec annotantis: *ἐπειδὴ τὸν Δᾶτιν οἶδε κύριον πάντων τῶν πραγμάτων, διὰ τοῦτο αὐτὸν μόνον ὀνομάζει.* Eadem ratio est in Menex. p. 240. A. Quod vero haec omnia decem circiter annis ante pugnam navalem apud Salamina gesta esse narrantur, convenit ea ratio fere cum Thucyd. I. 18. qui Xerxem memoriae prodit decimo post pugnam Marathoniam anno expeditionem adversus Graecos suscepisse. Quamquam de intervallo, quo utraque pugna disiuncta fuerit, non una eademque est historicorum sententia, his decem, illis undecim annos interiectos fuisse existimantibus. Rem accuratius disceptarunt Wesselingius ad Herodot. VII. c. 20. Vol. VI. P. I. p. 287 sq. ed. Schweigh. et Corsinius Fast. Att. III. p. 149.

πέμψαντος Δαρείου διαῤῥήδην —] Res eodem modo

δεὶς Ἐρετριέων αὐτὸν ἀποπεφευγὼς εἴη· ξυνάψαντες γὰρ ἄρα τὰς χεῖρας σαγηνεύσαιεν πᾶσαν τὴν Ἐρετρικὴν οἱ στρατιῶται τοῦ Δάτιδος. ὁ δὴ λόγος, εἴτε ἀληθὴς εἴτε καὶ ὅπῃ ἀφίκετο, τούς τε ἄλλους Ἕλληνας καὶ δὴ καὶ Ἀθηναίους ἐξέπληττε, καὶ πρεσβευομένοις αὐτοῖς πανταχόσε βοηθεῖν οὐδεὶς ἤθελε πλήν
E γε Λακεδαιμονίων· οὗτοι δὲ ὑπό τε τοῦ πρὸς Μεσσήνην ὄντος τότε πολέμου καὶ εἰ δή τι διεκώλυεν ἄλλο αὐτούς, οὐ γὰρ ἴσμεν λεγόμενον, ὕστεροι δ' οὖν ἀφίκοντο τῆς ἐν Μαραθῶνι μάχης γενομένης μιᾷ ἡμέρᾳ.

ὁ δὴ λόγος] Scribebatur δέ, quod praeter Ven. Ξ. et Flor. δ. ο. nullus cod. habet. Hermannus de coniectura sua scripsit ὅς δὴ λόγος.

E. *ὕστεροι δ' οὖν*] V. ὕστερον, quod ex Par. A. x. et corr. Ω. mutavimus. Schneid. tamen ὕστερον servavit. Dein vulgo: πα-

narratur Menex. p. 240. B: Δᾶτιν δὲ ἄρχοντα εἶπεν ἥκειν ἄγοντα Ἐρετριέας καὶ Ἀθηναίους, εἰ βούλοιτο τὴν ἑαυτοῦ κεφαλὴν ἔχειν. Herodot. l. c.: ἐντειλάμενος δὲ ἀπέπεμπε ἐξανδραποδίσαντας Ἀθήνας καὶ Ἐρέτριαν ἄγειν ἑωϋτῷ ἐς ὄψιν ἀνδράποδα. Conferas etiam Herodot. V. c. 99. ubi Darius dicitur Eretriensibus et Atheniensibus maxime fuisse iratus ideo, quia Aristagoram Milesium, molientem adversus Persas seditionem, opibus suis adiuvissent. Praeterea animadversione dignum est anacoluthon, quo post genitivum πέμψαντος Δαρείου deinceps positus est nominativus θανατὸν αὐτῷ προειπών. Nimirum nominativus participii subiunctus est per synesin quandam, quandoquidem scriptor orationem perinde conformavit, ac si antegressum esset: ὃν ἔπεμψε Δαρεῖος διαῤῥήδην κτλ.

D. *ξυνάψαντες γὰρ ἄρα τ. χ. σαγηνεύσαιεν* —] Optativus in oratione obliqua praecedente ὅτι et ὡς cum verbo finito vel accusativo cum infinitivo non ita rarus est. Genus structurae affatim illustravimus ad Phileb. p. 58. B. Pro γὰρ ἄρα Heindorfius Specim. Crit. p. 32. legendum putabat γὰρ ἅμα, assentiente Boeckhio p. 193. Sed ipse vir doctissimus postea sententiam suam repudiavit annot. ad Protagor. p. 484. = p. 315. D. ubi γὰρ ἄρα ita usurpari solere multis rei exemplis in medium allatis demonstravit. conf. Matthiae Gr. §. 614. Rem ipsam narrant eodem modo Plato Menex. p. 240. B.C. et Herodot. III. 149. qui etiam verbo σαγηνεύειν utitur, quod est: tanquam everriculo capere et cohibere. v. Valcken. ad Herodoti l. c. Latius hunc morem Persarum parens historiae describit libro VI. c. 31., ubi Wesselingius ostendit, usum verbi σαγηνεύειν apud scriptores posterioris aetatis, Platonis elegantiam aemulantes, Libanium, Polemonem, Himerium, esse frequentissimum et vero etiam in re Christiana a Gregorio Nazianzeno, Io. Chrysostomo, Proclo, aliis, ad gentes Evangelii doctrina tanquam captas traductum.

ὁ δὴ λόγος εἴτε ἀληθὴς —]

μετὰ δὲ τοῦτο παρασκευαί τε μεγάλαι λεγόμεναι καὶ ἀπειλαὶ ἐφοίτων μυρίαι παρὰ βασιλέως. προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου Δαρεῖος μὲν τεθνάναι ἐλέχθη, νέος δὲ καὶ σφοδρὸς ὁ υἱὸς αὐτοῦ παρειληφέναι τὴν ἀρχὴν καὶ οὐδαμῶς ἀφίστασθαι τῆς ὁρμῆς. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι 699 πᾶν τοῦτο ᾤοντο ἐπὶ σφᾶς αὐτοὺς παρασκευάζεσθαι διὰ τὸ Μαραθῶνι γενόμενον, καὶ ἀκούοντες Ἄθων τε διορυττόμενον καὶ Ἑλλήσποντον ζευγνύμενον καὶ τὸ τῶν νεῶν πλῆθος ἡγήσαντο οὔτε κατὰ γῆν σφίσιν εἶναι σωτηρίαν οὔτε κατὰ θάλατταν — οὐδὲ γὰρ

ρὰ βασιλέως μυρίαι, quem ordinem verborum non agnoscunt A. B. Ω. v. f. h. r. α. δ. ο.

P. 699. Ἄθων τε διορυττόμενον] V. Ἄθω, quod servarunt Turr. et Herm. Sed Ἄθων Par. A. et B. teste quidem Bastio, et Ω. v. f. r. x. a. c. δ ο. Dein pro οὔτε γὰρ de Boeckhii coniectura scripsi οὐδὲ γὰρ β.

Expectabas: οὗτος δὴ ὁ λόγος. Nec tamen demonstrativum in hac narrationis simplicitate omnino necessarium videtur. Dein εἴτε καὶ ὅπῃ fere idem est quod εἴτε καὶ ψευδής. Sed noluit scriptor aperte dicere, ementitum fuisse illum rumorem.

καὶ πρεσβευομένοις —] Πρεσβεύεσθαι est legationem s. legatos mittere. Thucyd. I. 91: εἰ δέ τι βούλονται Λακεδαιμόνιοι ἢ οἱ ξύμμαχοι πρεσβεύεσθαι παρὰ σφᾶς. ubi Schol. interpretatur, πρέσβεις πέμπειν. Ibid. c. 92. τῷ κοινῷ ἐπρεσβεύοντο. h. e. πρέσβεις ἔπεμπον ὑπὲρ τοῦ κοινοῦ. Id. II. 7: Ἀθηναῖοι δὲ — καὶ ἐς τὰ περὶ Πελοπόννησον μᾶλλον χωρία ἐπρεσβεύοντο. al. Aliter usurpatur πρεσβεύειν, quod significat legatum venire, legatum esse. v. Ammonius p. 118. Utrumque verbum subinde male confusum esse, docebunt intpp. Demosthenis Apparat. Schaefer. Vol. I. p. 516 sq. p. 838. II. p. 222.

E. πλήν γε Λακεδαιμονίων.] Herodotus VI. 106. Lacedaemonios narrat lege quadam fuisse impeditos, quominus ante plenilunium in bellum proficiscerentur. Alii alias caussas memorant, cur sero advenerint. v. intpp. Herodoti l. c. Iustin. II. 9. Ceterum Herodot. VI. 108. et Cornel. Nep. Vit. Miltiad. c. 5. etiam Plataeenses testantur Atheniensibus opem tulisse.

ὕστεροι δ' οὖν —] δ' οὖν in epanalepsi positum, ut Gorg. p. 513. D. Cratyl. p. 415. C. p. 426. D. Politic. p. 264. B. p. 271. E. Phileb. p. 42. E. al. — Mox ἐφοίτων est: rumoribus ferebantur, stabant.

P. 699. A. διὰ τὸ Μαραθῶνι γ.] Ne quis ἐν desideret, quod codd. nonnulli additum habent, v. ann. ad Menex. p. 240. D.

Ἄθων τε διορυττόμενον —] Rem multi memorant. v. intpp. ad Isocrat. Panegyr. c. 25. Pompon. Mel. II. 2. Justin. II. 10. conf. etiam quae de Isthmo in ea parte, qua mons Athos continenti iungitur, perfosso narrantur a Gallo doctissimo, Choiseul-Gouffier in opere: Voyage pittoresque de la Grèce, Tom. I. P. II. p. 145 sqq. — ζευγνύμενον, überbrückt.

οὐδὲ γὰρ βοηθήσειν —] Sic vere correxit Boeckhius

βοηθήσειν αὐτοῖς οὐδένα — μεμνημένοι, ὡς οὐδ᾽ ὅτε
τὸ πρῶτον ἦλθον καὶ τὰ περὶ Ἐρέτριαν διεπράξαντο,
σφίσι γε οὐδεὶς τότε ἐβοήθησεν οὐδ᾽ ἐκινδύνευσε ξυμ-
B *μαχόμενος· ταὐτὸν δὴ προςεδόκων καὶ τότε γενήσε-*
σθαι τό γε κατὰ γῆν. καὶ κατὰ θάλατταν δ᾽ αὖ
πᾶσαν ἀπορίαν ἑώρων σωτηρίας νεῶν χιλίων καὶ ἔτι
πλεόνων ἐπιφερομένων. μίαν δὴ σωτηρίαν ξυνενόουν,
λεπτὴν μὲν καὶ ἄπορον, μόνην δ᾽ οὖν, βλέψαντες

ὅτε τὸ πρῶτον ἦλθον] *τὸ πρότερον* A.x. probante Bekkero et Schneidero.

B. *θάλατταν δ᾽ αὖ π.*] In Par. A. primitus *δὴ π.* quod reduxit Schneider. Sed Bastio teste *δ᾽ αὖ* ab eadem manu superscriptum extat. Ex quo sequitur, ut scriba primum a recto aberrans quod libri habent *οὔτε γὰρ β.* Nihil enim est quod respondeat isti *οὔτε.* conf. Phaedr. p. 278. E. Legg. III. p. 680. A. X. p. 892. D. p. 902. D. Sunt vero haec *διὰ μέσου* posita, id quod interpunctionis mutatione planum facere conati sumus. Nam verba sequentia . *μεμνημένοι, ὡς οὐδ᾽ ὅτε κτλ.*, si quidem vulgarem tenemus verborum distinctionem, cohaerent cum *ἡγήσαντο οὔτε κατὰ γῆν σφ. εἶναι σωτηρίαν οὔτε κατὰ θάλατταν.* Quamquam, ut verum fatear, ita postrema haec videntur otiose plane atque moleste inculcari. Itaque universum locum sic refingendum censemus, ut inde ab *μεμνημένοι ὡς οὐδ᾽ ὅτε κτλ.* novum orationis membrum exordiatur, atque commate post *ξυμμαχόμενος* posito, inde a *ταὐτὸν δὴ* apodosis initium capiat. Quippe hac facta verborum interpunctione totum istud membrum: *μεμνημένοι — τό γε κατὰ γῆν*, superioribus illustrandis inservit atque usu fere constanti non addita *γάρ* particula antegressis accedit. Hac vero emendatione probata locum patet Germanice sic esse convertendum: als sie erfuhren, dass — so glaubten sie, dass weder zu Lande noch zur See Rettung für sie möglich sei; denn keiner werde ihnen Beistand leisten. Eingedenk nämlich, dass auch damals, als die Feinde zum ersten Male kamen und iene Unthaten in Eretria verübten, ihnen Niemand zu Hülfe gekommen war und mit zu kämpfen gewagt hatte, erwarteten sie, dass auch damals das nämliche der Fall sein würde, wenigstens zu Lande. Sic igitur haec expedienda esse arbitramur.

χιλίων καὶ ἔτι πλειόνων] „Classis Persarum mille et ducentarum navium longarum fuisse traditur ab Isocrate Paneg. c. 26. 27. 33. Cornelio Nep. Vit. Them. c. 2. Aeschylus vero Pers. v. 339. Herodot. VII. 89. Plutarch. Themist. c. 14. al. mille ducentarum et septem navium eam fuisse referunt. v. Stanlei. ad Aeschyl. l. c.“ Astius.

λεπτὴν μὲν καὶ ἄπορον, μόνην δ᾽ οὖν] tenuem quidem illam ac difficilem, veruntamen unam certe. Postremo enim isto, *μόνην δ᾽ οὖν*, antegressum *μίαν* cum vi

πρὸς τὸ πρότερον γενόμενον, ὡς ἐξ ἀπόρων καὶ τότε ἐφαίνετο γενέσθαι τὸ νικῆσαι μαχομένους. ἐπὶ δὲ τῆς ἐλπίδος ὀχούμενοι ταύτης εὕρισκον καταφυγὴν αὑτοῖς εἰς αὑτοὺς μόνους εἶναι καὶ τοὺς θεούς. ταῦτ' οὖν αὐτοῖς πάντα φιλίαν ἀλλήλων ἐνεποίει, ὁ φόβος ὁ C
τότε παρὼν ὅ τε ἐκ τῶν νόμων τῶν ἔμπροσθεν γεγονώς, ὃν δουλεύοντες τοῖς πρόσθεν νόμοις ἐκέκτηντο, ἣν αἰδῶ πολλάκις ἐν τοῖς ἄνω λόγοις εἴπομεν, ᾗ καὶ

rasse putandus sit.

μόνην δ' οὖν, βλέψαντες] V. *μόνον*, quod ex A. B. Ω. Ξ. f. a. c. δ. ο. x. mutatum.

καὶ τότε ἐφαίνετο] Verba, *καὶ τότε*, vulgo aberant, quae redhibuerunt A. B. Ω. v. f. h. r. a. c. δ. ο. x.

repetitur. De particulis *δ' οὖν* v. ann. ad Sympos. p. 180. E. Prave vulgo legebatur: *μόνον δ' οὖν βλέψαντες κ. τ. λ.*, quod ex codd. correctum. Proxima vero rursus perverse solent interpungi, puncto ante *βλέψαντες* et commate post *μαχομένους* interposito. Quod emendavimus praeeunte Bekkero.

ὡς ἐξ ἀπόρων ἐφαίνετο —] quod post desperatam plane rerum suarum condicionem et fortunam videbatur victoria sibi pugnantibus obtigisse. Dein quod particula *δέ* post *ἐπί* infertur, id emendata verborum interpunctione nihil iam difficultatis habere videbitur, planeque absona sunt quae Astius de eius usu hic commentus est. Loquutionem, *ἐπ' ἐλπίδος ὀχεῖσθαι*, illustrarunt intpp. ad Aristoph. Equitt. v. 1241. Wyttenbach. ad Phaedon. p. 227. Porson. ad Eurip. Orest. v. 68 sq. Willet. ad Galeni Protrept. p. 73.

C. *ταῦτ' οὖν αὐτοῖς πάντα* —] Ad haec per appositionem accedunt proxima: *ὁ φόβος ὁ τότε παρὼν κ. τ. λ.* Intelligitur vero *ὁ φόβος ὁ τότε παρών* metus hostium s. imminentis periculi, qui tunc omnes invaserat; sed *ὁ φόβος ὁ ἐκ τῶν νόμων* est legum reverentia. conf. p. 698. B. De *ἣν* per attractionem proximo *αἰδῶ* accommodato v. Matthiae Gr. §. 440. Schaefer. ad Aristoph. Plut. p. XLV. intpp. ad Viger. p. 708. ad Platon. Phaedr. p. 255. C. Phileb. p. 40. A. Habet vero ea constructio ibi locum, ubi quod subiungitur nomen, aut descriptionem quandam praecedentis continet aut illi plane est synonymum. Quocirca Ovidius Met. I. 6. Unus erat toto naturae vultus in orbe, *quem* dixere chaos, non potuit *quod* dixere chaos scribere. Nec Curtius III. 8. relativum genere ac numero proximo nomini accommodavit in his: Darius ad eum locum, *quem* Amanicas *pylas* vocant, pervenit. Verum haec per occasionem. Desiderant enim expositionem accuratiorem. Ceterum pro *ὃν δουλεύοντες* Aristides, qui haec Vol. II. p. 365. ed. Dind. inde ab *ἐπὶ δὲ τῆς ἐλπίδος* usque ad *ἀγαθοὺς ἔσεσθαι* recitat, scriptum exhibet *ᾧ δουλεύοντες*, et deinde *καὶ ᾗ δουλεύειν*. Loquutio *κτᾶσθαι*

δουλεύειν ἔφαμεν δεῖν τοὺς μέλλοντας ἀγαθοὺς ἔσεσθαι, ἧς ὁ δειλὸς ἐλεύθερος καὶ ἄφοβος· ὃν εἰ τότε μὴ δέος ἔλαβεν, οὐκ ἄν ποτε ξυνελθὼν ἠμύνατο οὐδ' ἤμυνεν ἱεροῖς τε καὶ τάφοις καὶ πατρίδι καὶ τοῖς
D ἄλλοις οἰκείοις τε ἅμα καὶ φίλοις, ὥσπερ τότ' ἐβοη-

φόβον simillima est illis: κτᾶσθαι συμφοράν, δύσκλειαν, ἔχθραν, al. de quibus v. Elmsleius ad Eurip. Med. v. 212.

ἧς ὁ δειλὸς ἐλεύθερος καὶ ἄφοβος —] Locus valde difficilis et controversus. Nec tamen libri manuscripti de vulgata scriptura dissentiunt. Quocirca tota caussa ad unam maxime coniecturam atque interpretandi rationem redire existimanda est. Recordari vero hic ante omnia iuvabit eorum, quae supra p. 698. B. C. de eadem re exposita sunt. Ibi enim philosophus Graeciae libertatem eo servatam esse statuit, quod inter Athenienses adhuc viguerit prisca legum reverentia ingenuusque pudor, quodque ad eum accesserit etiam timor imminentis periculi, qui vim eius neutiquam imminuerit, sed potius mirum quantum adauxerit et confirmaverit. Quocirca apertum est, philosophum utrumque significare in propulsando hostium impetu valuisse, ita tamen, ut ingenuo patriae amori sanctaeque legum et institutorum patriorum reverentiae primarium locum tribuendum censeat. Hoc ipsum igitur hic quoque significare voluisse existimandus est, id quod satis clare indicavit particula οὖν antea in periodi principio inserta. Eam enim particulam constat inter alia etiam sic usurpari, ut orationem reverti ad superiorem aliquam sententiam significetur. Haeserunt vero plerique critici in voc. δειλός, quod certatim sollicitarunt. Nam Heusdius quidem Specim. Crit. p. 112. Heindorf. Specim. Coniectur. p. 32. Fähsius Syllog. Lectt. p. 383. atque Astius ad h. l. scribendum putarunt ὁ δοῦλος, ad quod deinde referretur ὅν, pronomen relativum. Itaque sententiam verborum putarunt hanc esse: a quo (ingenuo pudore) servus sane liber est et immunis; quem tamen (servum) nisi cepisset terror, haud unquam venisset in certaminis societatem nec propulsasset periculum a templis, sepulcris, patria omninoque familiaribus et amicis. Verum huic interpretationi multa sunt quae adversentur. Quid enim? putabimusne Platonem revera non dicam servis, qui proprio nomine vocantur, sed omnino hominibus animi servilis et ab ingenuo patriae amore alienis tantum tribuisse, ut illas potissimum indicaverit veros atque unicos libertatis vindices extitisse? Enimvero hoc qui sibi persuaserit, eum confidenter asseveramus a philosophi mente longissime aberrare, qui quid senserit, paullo ante longe aliter declaravit. Itaque facile assentimur Car. Fr. Hermanno, qui in Actis Societatis Graecae Lipsiensis Vol. I. Fasc. I. p. 11 sqq., hac ratione reiecta, aliam viam ingrediendam esse statuit. Legendum vero ille censuit: ἧς ὁ δῆμος ἐλεύθερος κ. τ. λ. Quocirca sensum loci hunc voluit esse: a quo (pudore) populus (s. magna plebis multitudo)

ϑησεν, ἀλλὰ κατὰ σμικρὰ ἂν ἐν τῷ τότε ἡμῶν ἕκαστος σκεδασθεὶς ἄλλος ἄλλοσε διεσπάρη.

ΜΕ. Καὶ μάλα, ὦ ξένε, ὀρθῶς τε εἴρηκας καὶ σαυτῷ τε καὶ τῇ πατρίδι πρεπόντως.

Cap. XV. ΑΘ. Ἔστι ταῦτα, ὦ Μέγιλλε· πρὸς

immunes est; quem (populum) nisi tunc occupavisset terror ac metus, nunquam congressus sese defendisset et etc. Et certe longe praestabilior haec loci explicatio et correctio est quam superior. Quamquam fatemur ne illam quidem nobis omni ex parte satisfacere. Nam ut taceamus de voc. ὁ δῆμος, quod ab hac sententia alienum esse videtur, quod timori ac terrori potissimum, qui civibus fuerit iniectus, patriae liberatio tribuitur, id vehementer dubitamus, num Platonis menti conveniat, qui certe utrique, et pudori ingenuaeque legum reverentiae, et hostium timori, eam acceptam referri iudicavit. Itaque aliam nobis persuasimus iniri oportere loci vel explicandi vel emendandi rationem. Et vulgatam quidem scripturam ὁ δειλὸς nihil caussae putamus esse cur ullo modo sollicitemus. Etenim verba ista: ἧς ὁ δειλὸς — ἄφοβος, tanquam per occasionem interposita videntur, ut quorumnam hominum animi ab ingenua illa sentiendi ratione abhorreant, significetur. Hoc vero argute ita fit, ut, quum illi, qui vera erga patriam reverentia et pietate repleti sunt, antea servire legibus atque eas revereri ac metuere iudicati sint, (nam φόβος latiore significatione de utroque, de metu pariter atque pudore, dici meminimus), tum hi vicissim liberi et metu vacui dicantur, nimirum liberi a virtute pudorisque expertes, illa civis ingenui, qui leges patriae pro sanctis habet atque adeo veneratur, ut nihil non pro eius salute sibi suscipiendum audendumque statuat. In quo inest profecto non modo argutus verborum lusus, Platoni non inusitatus, verum etiam acrior quaedam ac severior notatio abiecti illius humilisque animi, qui generosiore patriae caritate plane exutus est. Recte vero δειλὸς vocatur, qui ita sentit. Est enim talis homo tam ignavi animi, ut nihil pro patriae libertate atque salute facere et audere sustineat. Hac igitur ratione ista explicanda putamus, in quibus quod ἧς genitivus ab ἐλεύθερος et ἄφοβος pendet, de eo satis erit consuluisse Matthiae Gr. Gr. §. 339. Pergimus ad alia. Et ante omnia quidem quaesivisse iuvabit, quorsum ὅν, relativum pronomen, referri oporteat. De qua re nos quidem ita iudicamus, ut illud pertinere existimemus ad ὁ φόβος ita quidem dictum, ut generaliore sensu et metum periculorum et generosum animi pudorem significet. Quod quominus ita faciamus, certe illud nihil prohibet, quod pronomen relativum iam ter antecessit. Nam verba ὃν δουλεύοντες — ἀγαθοὺς ἔσεσθαι pertinent tantummodo ad describendum τὸν ἐκ τῶν νόμων φόβον. Iis igitur enuntiatis fieri sane potest non incommode, ut tandem pronomen denuo ita inferatur, ut ad primum illud nomen pertineat, quod utrumque designat metum. Quamquam tolerabilior fortasse haec ratio existet, ubi ex Aristide rescri-

γάρ σε τὰ ἐν τῷ τότε χρόνῳ γενόμενα, κοινωνὸν τῇ τῶν πατέρων γεγονότα φύσει, δίκαιον λέγειν. ἐπισκόπει μὴν καὶ σὺ καὶ Κλεινίας, εἴ τι πρὸς τὴν νομοθεσίαν προσήκοντα λέγομεν· οὐ γὰρ μύθων ἕνεκα
E διεξέρχομαι, οὗ λέγω δ' ἕνεκα. ὁρᾶτε γάρ· ἐπειδή τινα τρόπον ταὐτὸν ἡμῖν ξυμβεβήκει πάθος, ὅπερ Πέρσαις, ἐκείνοις μὲν ἐπὶ πᾶσαν δουλείαν ἄγουσι τὸν

Cap. XV. D. κοινωνὸν τῇ τῶν πατέρων] Ven. Ξ. cum Ald. Bas. 1. 2. πατρῴων. male.

pseris καὶ ᾖ δουλεύειν κ. τ. λ. Nec tamen istud est unice necessarium. Iam vero si ὃν ad τὸν φόβον refertur, quaestio oritur, quid significet istud: ὃν εἰ μὴ δέος ἔλαβεν. Fatemur vero libere videri illud nobis dici absurdissime. Nam etiamsi ὃν statueris ad pudorem tantummodo sive alterum metus genus referri, tamen ineptissima oritur sententia. Quid enim istud est, nisi pudorem terror cepisset? Nimirum terror consociari quidem cum pudore potuit, corripere eum non potuit. Rectissime igitur in hoc loquendi genere haesit Zellerus Stud. Platt. p. 99. ann. Iam vero patet, opinor, satis clare, ubi haereat difficultas. Cernitur enim ea in uno vocabulo δέος. Quod quidem etiam ideo vitii movet suspicionem, quia repente in locum τοῦ φόβου successit. Quamvis enim utriusque vocabuli aliquod discrimen statuatur, tamen hic quidem cur illud positum sit, idonea ratio reddi nullo modo potest. Ut paucis dicam quod sentio, corrigendum videtur: ὃν εἰ τότε μηδεὶς ἔλαβεν, quem quidem metum si tunc nemo quisquam suscepisset. Quo restituto protenus omnia expedita habebis. Nam ad οὐκ ἄν ποτε ξυνελθὼν ἠμύνατο κ. τ. λ. iam facillime intelligitur πᾶς s. ἕκαστος, quod constat in membris oppositis, praegresso οὐδείς vel μηδείς, ita reticeri. v. ann. ad Symp. p. 192. E. et Politic. p. 301. D. Loquutio autem ista: λαμβάνειν φόβον, non magis insolens est quam quum dicitur λαμβάνει με φόβος. Sic enim Sophocl. Oed. Col. v. 729: ὁρῶ τιν' ὑμᾶς ὀμμάτων εἰληφότας φόβον νεωρῆ. Et quid frequentius est gemina formula, λαμβάνειν ἐλπίδα, qua Xenophon, Demosthenes, Isocrates, alii multi, usi sunt? Itaque λαμβάνειν φόβον nunc idem est, quod antea dicebatur φόβον κτᾶσθαι. Iam vero his ita expositis totum locum iuvabit reddidisse Germanice. Vertimus igitur eum sic: Dieses Alles also flösste ihnen gegenseitiges Wohlwollen u. Eintracht ein, nemlich die Furcht, die theils damals herrschte, theils aus den Gesetzen der Vorzeit entstanden war, eine Furcht, welche sie sich durch gehorsame Unterwerfung unter die alten Gesetze angeeignet hatten, u. die wir in unsern frühern Gesprächen schon oft *Schaam* genannt haben, wovon wir auch behaupteten, dass alle diejenigen, die dereinst brav u. tugendhaft werden wollen, ihr unterworfen sein müssen, von welcher aber der Feige baar und ledig ist.

δῆμον, ἡμῖν δ' αὖ τοὐναντίον ἐπὶ πᾶσαν ἐλευθερίαν προτρέπουσι τὰ πλήθη, πῶς δὴ καὶ τί λέγωμεν τοὐντεῦθεν; οἱ προγεγονότες ἡμῖν ἔμπροσθεν λόγοι τρό- 700 πον τινὰ καλῶς εἰσὶν εἰρημένοι.

ΜΕ. Λέγεις εὖ· πειρῶ δ' ἔτι σαφέστερον ἡμῖν σημῆναι τὸ νῦν λεγόμενον.

ΑΘ. Ἔσται ταῦτα. οὐκ ἦν, ὦ φίλοι, ἡμῖν ἐπὶ

E. ἄγουσι τὸν δῆμον] ἀγαγοῦσι B. Ω. r. a. δ. quod etiam Stephanus annotavit.

Hätte solche Furcht damals Keiner empfunden, so würden sich niemals Alle zur Gegenwehr vereinigt und Tempel und Grabmähler und Vaterland und ausserdem Verwandte und Freunde geschützt und vertheidiget haben, wie es damals geschah, sondern vereinzelt würde in damaliger Zeit Jeder von uns, der eine dahin der andere dorthin, zerstreut und geworfen worden sein. Badham. Praef. ad Phaedr. p. XI. pro δέος scribendum censuit δῆμος, quod vel ideo displicet, quia opus foret articulo. Nobiscum facit C. Schmidt Lectt. Platt. p. 9. nisi quod verba καὶ ἄφοβος deleta vult, et ξυνελθὼν ante ἠμύνατο extrudit.

Cap. XV. D. κοινωνὸν τῇ τῶν πατέρων γεγ. φύσει] Recte Ficinus: qui parentum naturam servas, h. e. qui aeque benevolus es ac parentes, s. maiores tui, qui cum Atheniensibus hospitalitatis benevolentia fuere coniuncti. v. Libr. I. p. 642. B. Quod Ald. Bass. 1. 2. habent πατρῴων, id verissime Stephanus in πατέρων commutavit, codd. fere omnibus suffragantibus.

εἴ τι πρὸς τὴν νομοθεσίαν πρ.] num quâ dicamus, quae ad legislationem pertineant. Stephanus corrigendum putabat εἰ τὰ πρ. quod probavit editor Bipontinus, inconsideratius etiam Astius in Platonis orationem invexit. Non viderunt boni viri, τί esse accusativum absolutum, haud sane infrequentem illum.

οὐ γὰρ μύθων ἕνεκα δ. κ. τ. λ.] non enim haec dissero confabulandi gratia, sed propter illud, de quo disputo, s. disputare institui; i. e. ut illustretur id, quod in disceptationem vocavimus.

E. ὁρᾶτε γάρ· ἐπειδή τινα —] videte enim hoc: quum idem quodammodo nobis acciderit quod Persis, quippe his ad omnem servitutem adigentibus populum, nobis autem multitudinem ad omnem libertatem impellentibus; quid iam tandem porro disseramus et quomodo? nimirum disputationes nostrae superiores quodammodo bene institutae sunt! h. e. non omnino aberrarunt a fine proposito, quandoquidem exemplo regni Persici atque civitatis Atheniensium demonstratum est aliquatenus, quid in ferendis legibus observandum sit, ne respublica in perniciem ruat. Sic haec explicanda videntur, in quibus tamen moleste ferimus, quod postrema: οἱ προγεγ. —

τῶν παλαιῶν νόμων ὁ δῆμός τινων κύριος, ἀλλά τρόπον τινὰ ἑκὼν ἐδούλευε τοῖς νόμοις.

ΜΕ. Ποίοις δὴ λέγεις;

ΑΘ. Τοῖς περὶ τὴν μουσικὴν πρῶτον τὴν τότε, ἵνα ἐξ ἀρχῆς διέλθωμεν τὴν τοῦ ἐλευθέρου λίαν ἐπίδοσιν βίου. διῃρημένη γὰρ δὴ τότε ἦν ἡμῖν ἡ μου-
B σικὴ κατὰ εἴδη τε ἑαυτῆς ἄττα καὶ σχήματα, καί τι

P. 700. διῃρημένη γὰρ δὴ] δὴ accessit ex A. B. Ω. Ξ. f. h. r. a. c. δ. o. x. Dein ἡμῖν abest ab f. h. o.

εἰρημένοι, ceteris tam abrupte subiunguntur. Num forte legendum: οἱ δὴ προγεγ.? Ficinus quidem certe: habita iam verba et commode dicta quodammodo demonstrant.

P. 700. ἐπὶ τῶν παλαιῶν νόμων] eo tempore, quo veteres leges adhuc vigebant. Perperam alii interpretantur aliter. Usum loquendi illustrat Matthiae Gr. §. 584. γ.

Τοῖς περὶ τὴν μουσικὴν πρῶτον —] Intercedebat apud veteres civitati maxima necessitudo et coniunctio cum civium honestate ac virtute. Ex quo intelligi potest, cur labente morum disciplina etiam civitatis ruina accelerata sit. Labi autem illa coepit sine dubio, ubi primum gliscentibus cupiditatibus bonarum artium studia ad voluptatis gratiam et lubidinem attemperata sunt. Quod quidem, Platone iudice, primum in arte musica eluxit. Etenim de hac posteaquam magna multitudo iudicandi potestatem sibi assumsit, ita quidem, ut omnem eius praestantiam unius delectationis magnitudine et varietate metiretur, non modo ipsa ars praestantissima praeceps ire coepit, sed in dies etiam aucta populi impudentia est, quandoquidem res paullatim devenit eo, ut quisque sibi videretur idoneus, qui de omni re iudicaret. Quocirca ex theatris primum erupit procacitatis et impudentiae pestis, tanta quidem vi, ut brevi modestiae, verecundiae ac pudori vix adhuc locus relinqueretur. Memorabilis profecto hic locus est dignusque diligenti animadversione, ex quo intelligitur clarissime, Plato aliique scriptores veteres cur musicae depravationem reipublicae tam pestiferam iudicaverint. Quippe aucta per eam non modo mollities est et effeminata lubido, verum nutrita etiam populi procacitas, impudentia, et audacia, quae denique legum pariter atque magistratuum reverentiam omnem pessumdedit. Alio nomine, atque hic, musicae mutatio, tanquam periculis plena describitur De Rep. IV. p. 424. C. D. quem locum qui cum his contulerint, ii certe mirabuntur Zellerum Stud. Platonn. p. 103. contendentem haec nostra indidem repetita esse. Etenim nec vola nec vestigium imitationis hic deprehenditur.

τὴν τοῦ ἐλευθέρου λίαν ἐπίδοσιν βίου] vitae iusto liberioris incrementum. conf. ann. ad p. 694. B. ubi de verbo ἐπιδιδόναι explicavimus. Eandem verborum collocationem habes Hipp. mai. p. 300. C: τῆς τῶν παρόντων λέξεως λόγων. Tim. p. 39. D: πρὸς τὴν τῆς διαιωνίας μίμησιν φύσεως. Ibid. p. 50. B: περὶ τῆς τὰ πάντα δεχομένης σώματα φύσεως. Gorg.

ἦν εἶδος ᾠδῆς εὐχαὶ πρὸς θεούς, ὄνομα δὲ ὕμνοι ἐπεκαλοῦντο· καὶ τούτῳ δὴ τὸ ἐναντίον ἦν ᾠδῆς ἕτερον εἶδος, θρήνους δέ τις ἂν αὐτοὺς μάλιστα ἐκάλεσε· καὶ παίωνες ἕτερον, καὶ ἄλλο Διονύσου γένεσις, οἶμαι, διθύραμβος λεγόμενος. νόμους τε αὐτὸ τοῦτο τοὔνομ' ἐκάλουν, ᾠδὴν ὥς τινα ἑτέραν· ἐπέλεγον δὲ κιθαρῳδικούς. τούτων δὴ διατεταγμένων

B. καὶ τούτῳ δὴ τὸ ἐναντίον] τοῦτο Ω. ap. Bekk., Ξ. v. f. h. r. a. c. δ. ο. Mox παιᾶνες Vat. r.

p. 451. A. Politic. p. 277. B. ubi v. ann.

διῃρημένη γὰρ δὴ τότε ἦν —] Discretae erant, inquit, certae quaedam musices species atque formae, veluti hymni, qui continebant preces ad deos, threni, contrarium illis carminum genus, paeanes, rursus ab illis diversi, denique dithyrambi. Quae quidem genera non licebat miscere, nec fas erat alio cantu pro alio uti. Locus sanequam memorabilis, in quo recensentur carminum et musicae genera Athenis olim ita usitata, ut unumquodque a ceteris seiunctum esset atque separatum. Et hymni quidem quod dicuntur comprehendisse preces ad deos, coniunctae cum his sine dubio fuere etiam deorum laudes. De hymnis, paeanibus et dithyrambis audias Menandrum De encomiis ed. Heeren. p. 26. Ἔπαινος δέ τις γίγνεται ὁτὲ μὲν εἰς θεούς, ὁτὲ δὲ εἰς θνητούς· καὶ ὅτε μὲν εἰς θεούς, ὕμνους καλοῦμεν. καὶ τούτους αὖ διαιρούμεθα κατὰ θεὸν ἕκαστον· τοὺς μὲν γὰρ εἰς Ἀπόλλωνα παιᾶνας καὶ ὑπορχήματα νομίζομεν, τοὺς δὲ εἰς Διόνυσον διθυράμβους καὶ ἰοβάκχους, καὶ ὅσα τοιαῦτα εἴρηται Διονύσου. De paeanibus nunc consulas quae copiose exposuit Bodius in Histor. Lyric. Poësis Graec. Vol. I. P. I. p. 35—77. Eundem legeris utiliter ibid. p. 94 sqq. de threnis disputantem. Dithyramborum naturam atque rationem explicare conatus est Timkowsky in Beckii Actis Semin. Reg. Vol. I. p. 205 sqq., pulcre item descripsit Astius in libro: Grundriss der Philologie p. 92 sqq. §. 33. Fuit autem nomen dithyrambi ab initio proprium ipsius Bacchi, qui διφυής et δίμορφος appellatus est. v. Hymn. Orphic. XXX. 2 sq. Unde dithyrambum vocat philosophus Διονύσου γένεσιν. Ceterum de his aliisque poesis et musicae generibus disseruit Burettus in Mem. Acad. Paris. Inscr. X. p. 300 sqq.

B. νόμους τε αὐτὸ τοῦτο τοὔνομα —] Modos musicos quosdam etiam vocatos esse ait hoc ipso legum nomine, quo ipso significat, eos tanquam leges quasdam visos esse inviolabiles. conf. libr. IV. p. 722. D. VII. p. 799. E. De νόμοις v. Bode Hist. Poës. lyr. Gr. Vol. I. p. 195 sq. ac de nominis origine Spanhem. ad Callimach. Hymn. in Del. 364. pag. 579. ed. Ern. Salmas. ad Sueton. Neron. 20. p. 515. et ad Capitolini Pium 7. p. 264. Wernsdorf. ad Himer. p. 571 sq. Sed haec quum facile possint expediri, tamen verba laborant difficultate haud exigua. Nam haeretur in istis: ᾠδὴν ὥς τινα ἑτέραν, quae alii aliter interpre-

καὶ ἄλλων τινῶν οὐκ ἐξῆν ἄλλῳ εἰς ἄλλο καταχρῆ-
C σθαι μέλους εἶδος. τὸ δὲ κῦρος τούτων γνῶναί τε καὶ ἅμα γνόντα δικάσαι ζημιοῦν τε αὖ τὸν μὴ πειθόμενον οὐ σύριγξ ἦν οὐδέ τινες ἄμουσοι βοαὶ πλήθους, καθάπερ τὰ νῦν, οὐδ' αὖ κρότοι ἐπαίνους ἀποδιδόντες, ἀλλὰ τοῖς μὲν γεγονόσι περὶ παίδευσιν δεδογμένον ἀκούειν ἦν αὐτοῖς μετὰ σιγῆς διὰ τέλους,

οὐκ ἐξῆν ἄλλῳ εἰς ἄλλο] ἄλλο εἰς ἄλλο Par. A. marg. Ω., Flor. a. δ. Voss. Sed Voss. marg. ἄλλῳ. Parisini scripturam evulgavit Schneider.

tati sunt. Nobis quid videatur, paucis aperire licebit. Putamus enim sensum verborum esse hunc: ac praeterea modos musicos nomine νόμων vocabant, tamquam cantum quendam ab alio diversum; dicebant autem νόμους *cantus citharoedorum*. Nimirum non auloedorum carmina vel cantus ita appellati sunt, sed tantummodo citharoedorum, quandoquidem tibiae soni ob varietatem suam severioribus legibus non aeque potuerunt adstringi; quo nomine tibiae usum constat Platoni etiam minus fuisse probatum. De νόμοι eximie ad citharoedorum carmina relato v. infra Libr. IV. p. 722. D. VII. p. 799. E. et, quae laudat praeterea Boeckhius, Archyt. ap. Stob. XLI. p. 270. Procl. in Tim. II. p. 108.

ἄλλῳ εἰς ἄλλο — εἶδος.] H. e. ἄλλῳ μέλους εἴδει εἰς ἄλλο εἶδος αὐτοῦ.

C. τὸ δὲ κῦρος τούτων γνῶναί τε —] potestas vero, haec omnia cognoscendi cognitaque iudicandi, eumque, qui ea non observasset, puniendi, non erat posita in sibilis aut rudibus magnae multitudinis vociferationibus, neque in plausu laudes tribuente, etc. h. e. de his cognoscendi iudicandique potestas non erat penes vulgus, cuius vel sibilis et clamoribus exploderentur vel plausibus laudarentur poëtae. Pronomen τούτων quod ex κῦρος suspensum est, quum illud putaveris accusativo positum cum γνῶναι fuisse consociandum, exposuimus de hoc constructionis genere ad Legg. I. p. 626. D. Gorg. p. 513. E. De populo his in rebus iudicandi potestatem sibi arrogante v. Gorg. p. 500. E. — 502. D. et mox p. 701. A.

τοῖς μὲν γεγονόσι — ἐγίγνετο] Male vulgo δεδομένον, quod primus correxit Stephanus. Hoc dicit: sed decretum erat et publice constitutum, ut viri in doctrinae et humanitatis studiis versati tacite ipsi ad finem usque audirent, pueri autem et paedagogi et magna populi turba, virga ordinem servante, castigabantur. Libr. VI. p. 781. C: ὅπου μηδὲ ξυσσίτια ὑπάρχει τοπαράπαν δεδογμένα κατὰ πόλιν εἶναι. Xenoph. Cyrop. VI. 2, 9: δεδογμένον δ' εἴη πᾶσι τοῖς συμμάχοις βασιλεῦσι, πάσῃ τῇ δυνάμει ἕκαστον παρεῖναι. al. Respexit locum Pollux On. III. 143. p. 348. prudenter nos admonens τὸν ῥαβδῷ κοσμοῦντα non esse alium, nisi qui alibi vocatur ὁ ῥαβδοῦχος. Etenim

παισὶ δὲ καὶ παιδαγωγοῖς καὶ τῷ πλείστῳ ὄχλῳ, ῥάβδου κοσμούσης, ἡ νουθέτησις ἐγίγνετο. ταῦτ' οὖν οὕτω τεταγμένως ἤθελεν ἄρχεσθαι τῶν πολιτῶν τὸ D πλῆθος, καὶ μὴ τολμᾶν κρίνειν διὰ θορύβου. μετὰ δὲ ταῦτα προϊόντος τοῦ χρόνου ἄρχοντες μὲν τῆς ἀμούσου παρανομίας ποιηταὶ ἐγίγνοντο φύσει μὲν ποιητικοί, ἀγνώμονες δὲ περὶ τὸ δίκαιον τῆς Μού-

C. δεδογμένον ἀκούειν] Sic A. B. Ω. Ξ. f. h. a. c. δ o. Male vulgo δεδομένον.

in ludis publicis adesse solebant ῥαβδοῦχοι s. ῥαβδοφόροι, ῥαβδονόμοι, qui curabant ut omnia decore honesteque fierent ordinisque turbatores aut silentii ruptores compescebant, quod vocatur κοσμεῖν. Κόσμος enim Attice i. q. τάξις, et κοσμεῖν, i. q. τάττειν, διατάττειν. Stetisse vero illi videntur in hyposcenio prope thymelen. Suidas: ῥαβδοῦχοι· ἦσαν ἐπὶ τῆς θυμέλης ῥαβδοφόροι τινές, οἳ τῆς εὐκοσμίας ἐμέλοντο τῶν θεατῶν. Suidas: ἦσαν ἐπὶ τῆς θυμέλης ῥαβδοφόροι τινὲς πρὸς εὐταξίαν τῶν θεατῶν. Schol. Plat. II. p. 325. ed. Bekk.: ῥαβδοῦχοι· ἄνδρες τῆς τῶν θεάτρων εὐκοσμίας ἐπιμελούμενοι. Exemplum rei extat apud Demosthen. in Mid. p. 572. ed. Reisk. Ceterum ex hoc loco intelligimus, eiusmodi spectaculis atque ludis etiam pueris una cum servis paedagogis interesse licuisse.

ταῦτ' οὖν οὕτω τεταγμένως —] Heindorfius Specim. Coniect. p. 32. legendum coniecit: τούτων οὕτω τεταγμένων. Sed non opus est mutatione. Nam ταῦτα pro accusativo absoluto accipiendum est, ut sententia verborum sic possit declarari: *In his igitur secundum hunc ordinem civium multitudo sibi voluit imperari.*

D. ἄρχοντες μὲν — ποιητικοί —] Procedente tempore ait ita factum esse, ut ipsi poëtae, ingenio quidem illi praestantes, nec vero iustae ac legitimae musae satis gnari, has leges violarent. Etenim quum omnia ad populi gratiam et voluptatis oblectationem accommodare conarentur, pristina simplicitate relicta, coeperunt varia cantuum genera male confundere, modis et harmoniis suis quam maximam varietatem conciliare, denique nihil non tentare, quo sensus suaviter titillarentur atque mollibus et effeminatis audientium affectibus indulgeretur. Rem graviter notavit acerbeque perstrinxit etiam Aristophanes Nubb. v. 332 sqq. Avv. v. 334 sqq. v. 1390 sqq. al. reprehendit item Aristoxenus Musicus, cuius effata de πανδήμῳ καὶ ποικίλῃ μουσικῇ, qua τὰ θέατρα ἐκβεβαρβάρωται, ut ille quidem indicavit, extant apud Athen. Deipn. XIV. p. 632. A. Plutarch. De Mus. p. 1142. B. Themist. Orat. XXXIII. p. 364., illustrata illa a Mahnio Diatr. de Aristoxeno p. 117. 160. et 166. Ex recentioribus scriptoribus elegantissime de his rebus exposuit Barthélemy in Itiner. Anachars. Vol. III. p. 80 sqq. ed. Biester. Cap. XXVII.

ἀγνώμονες δὲ περὶ τὸ δ.] Grammat. in Bekkeri Anecd.

σης καὶ τὸ νόμιμον, βακχεύοντες καὶ μᾶλλον τοῦ δέοντος κατεχόμενοι ὑφ' ἡδονῆς, κεραννύντες δὲ θρήνους τε ὕμνοις καὶ παίωνας διθυράμβοις, καὶ αὐλῳδίας δὴ ταῖς κιθαρῳδίαις μιμούμενοι καὶ πάντα εἰς
E πάντα ξυνάγοντες, μουσικῆς ἄκοντες ὑπ' ἀνοίας καταψευδόμενοι, ὡς ὀρθότητα μὲν οὐκ ἔχοι οὐδ' ἡντινοῦν μουσική, ἡδονῇ δὲ τῇ τοῦ χαίροντος, εἴτε βελτίων εἴτε χείρων ἂν εἴη τις, κρίνοιτο ὀρθότατα. τοιαῦτα δὴ ποιοῦντες ποιήματα λόγους τε ἐπιλέγοντες τοιούτους τοῖς πολλοῖς ἐνέθεσαν παρανομίαν εἰς τὴν μουσικὴν καὶ τόλμαν, ὡς ἱκανοῖς οὖσι κρίνειν. ὅθεν δὴ
701 τὰ θέατρα ἐξ ἀφώνων φωνήεντ' ἐγένοντο, ὡς ἐπαΐ-

D. *καὶ παίωνας δ.*] παιᾶνας Vat. r. ut antea.
P. 701. *δημοκρατία ἐν αὐτῇ*] ἑαυτῇ τις μ. A. B. Ω. Ξ. f.

I. p. 329: *ἀγνωμόνως*· ἀνοήτως ἢ ἀχαρίστως. λέγονται δὲ παρὰ Πλάτωνι ἀγνώμονες οἱ ἀμαθεῖς. Phaedr. p. 275. A: τῶν δικαίων ἀγνώμονες. Lysid. p. 218. A. De Rep. V. p. 450. D.

E. *μουσικῆς ἄκοντες ὑπ' ἀνοίας* —] falso de musica dicentes, inviti quidem atque imprudentes, rectam rationem plane nullam in se habere musicam, sed sola audientium oblectatione, sive quis doctus et eruditus fuerit sive indoctus, rectissime iudicari. In his ὑπ' ἀνοίας rursus est nostrum: aus Unverstand, nec opus est, ut cum Astio ὑπ' ἀγνοίας rescribatur. v. ann. ad c. 8. et ad Gorg. p. 464. D. De καταψεύδεσθαι v. ann. ad Phaedon. p. 85. A. Vocabulum μουσική quod brevi intervallo repetitur, non sine caussa idonea hoc ita factum. Significatur enim musicam per se spectatam nihil habere, unde de recto eius usu iudicium repetendum sit, perinde ac si scriptum legatur: ὡς ὀρθότητα μὲν οὐκ ἔχοι — αὐτὴ καθ' αὑτήν. Optativus ἔχοι et κρίνοιτο post ὡς, licet tempore praesenti antegresso, infertur, quo fortius mera istorum hominum opinio designetur. Quod quidem exemplum huius structurae grammatici nostri transmiserunt silentio, quum illo ad rem suam commodissime uti possent. Eadem ratio est optativi εἴη post εἴτε — εἴτε, cui tamen miramur additam esse particulam ἄν, quandoquidem εἴτε — εἴτε non alia condicione atque simplex εἰ cum optativo et ἂν particula consociari potest. v. ann. ad Protag. p. 329. B. Itaque videndum est, an particula eliminanda sit, vel potius in αὖ commutanda.

ὡς ἱκανοῖς οὖσι κρ.] H. e. perinde ac si idonei sint iudices. Dein τὰ θέατρα sunt spectatores, spectantium multitudo, ut Libr. II. p. 659. A. Symp. 194. A. ubi v. ann. — Mox lusu faceto voc. θεατροκρατία ad similitudinem vocabuli δημοκρατία fictum est. Pro eo Photius et Suidas habent θεατροκρασιά; sed v. Lobeck. ad Phryn. p. 525.

οντα ἐν Μούσαις τό τε καλὸν καὶ μή, καὶ ἀντὶ ἀριστοκρατίας ἐν αὐτῇ θεατροκρατία τις πονηρὰ γέγονεν. εἰ γὰρ δὴ καὶ δημοκρατία ἐν αὐτῇ τις μόνον ἐγένετο ἐλευθέρων ἀνδρῶν, οὐδὲν ἂν πάνυ γε δεινὸν ἦν τὸ γεγονός. νῦν δὲ ἦρξε μὲν ἡμῖν ἐκ μουσικῆς ἡ πάντων εἰς πάντα σοφίας δόξα καὶ παρανομία, ξυνεφέσπετο δὲ ἐλευθερία. ἄφοβοι γὰρ ἐγίγνοντο ὡς εἰδότες, ἡ δὲ ἄδεια ἀναισχυντίαν ἐνέτεκε· τὸ γὰρ τὴν τοῦ βελτίονος δόξαν μὴ φοβεῖσθαι διὰ θράσος, τοῦτ' αὐτό ἐστι B σχεδὸν ἡ πονηρὰ ἀναισχυντία διὰ δή τινος ἐλευθερίας λίαν ἀποτετολμημένης.

ΜΕ. Ἀληθέστατα λέγεις.

ἦρξε μὲν ἡμῖν] ὑμῖν A. Ω. Ξ. r. x. Alii pauci pronomen omittunt.

P. 701. ἐν αὐτῇ] Sc. μουσικῇ, quod per synesin petendum ex Μούσαις. v. infra ad p. 701. E.

εἰ γὰρ δὴ καὶ δημοκρατία — ἐλευθέρων] H. e. hominum liberaliter institutorum et ingenuorum. Legg. VII. p. 808. A: αἰσχρὸν — καὶ οὐκ ἐλευθέρου. De Rep. III. p. 405. A: τοὺς ἐν ἐλευθέρῳ σχήματι προσποιουμένους τεθράφθαι. Gorg. p. 485. C: ἐλεύθερόν τινα εἶναι τοῦτον τὸν ἄνθρωπον, τὸν δὲ μὴ φιλοσοφήσαντα ἀνελεύθερον. Menex. p. 245. C: τό γε τῆς πόλεως γενναῖον καὶ ἐλεύθερον. al.

νῦν δὲ ἦρξε μὲν] H. e. agmen veluti duxit per musicam ingentis sapientiae opinio et legum neglectio, quam deinde consequuta libertas est. Neque enim sine caussa positum est verbum activum. Nam ἄρχειν ab ἄρχεσθαι ita differt, ut hoc sit ipsum incipere, illud vero, initii exemplum praeire; ita incipere, ut alii sequantur. Quod quum alibi saepe a viris doctis neglectum sit, tum hoc quoque loco ab Astio aliisque non satis animadversum videmus. Pro ξυνεφέσπετο quod codd. nonnulli habent ξυνεφέπετο, formam vulgarem, noli dubitare quin haec quoque vulgari sermoni propria fuerit. Thucyd. I. 60: ἐθελονταὶ ξυνέσποντο. Aristoph. Vesp. v. 1269: ᾧ χάρις ἐφέσπετο. Sed haec in propatulo esse arbitramur. Dubitaveris vero de sententiae ratione. Quod enim dicitur simpliciter ex nimia sapientiae opinione legumque neglectione consequutam esse ἐλευθερίαν, id primo saltem adspectu, si non inepte at certe admodum obscure dictum videatur, siquidem ἐλευθερία per se non potuit simpliciter verti opprobrio. At nimirum ad ἐλευθερία referendum rursus est πάντων, quod oppositum est antecedenti ἐλευθέρων ἀνδρῶν. Qualis autem ea intelligatur, statim post declaratur accuratius. De ἀποτετολμημένος conferunt Lexicographi Plut. Galb. p. 1064. D: διὰ τὴν ὀλιγότητα τῶν ἀποτετολμημένων. De re ipsa vero

Cap. XVI. *ΑΘ.* Ἐφεξῆς δὴ ταύτῃ τῇ ἐλευθερίᾳ ἡ τοῦ μὴ ἐθέλειν τοῖς ἄρχουσι δουλεύειν γίγνοιτ' ἄν, καὶ ἑπομένη ταύτῃ φεύγειν πατρὸς καὶ μητρὸς καὶ πρεσβυτέρων δουλείαν καὶ νουθέτησιν, καὶ ἐγγὺς τοῦ

Cap. XVI. B. *καὶ νουθέτησιν*] A. Ω. Ξ. a. c. x. v. f. h. r. *νομοθέτησιν*, quod Bekkerus recepit suffragantibus Turr. Hermanno, Schneidero. Nihilominus *νουθέτησιν*, utpote sententiae contulisse iuvabit quae egregie exposuit Thucyd. III. c. 82.

Cap. XVI. B. *Ἐφεξῆς δὴ ταύτῃ τῇ ἐλευθερίᾳ* —] Comparasse non erit inutile quae de eodem argumento disputantur De Rep. IV. p. 424. D. ubi item exponitur, quaenam scelera et flagitia ex temeraria musicae mutatione proficiscantur. Inter alia vero huc pertinent ista: *ἡ γοῦν παρανομία αὕτη — ἠρέμα ὑποῤῥεῖ πρὸς τὰ ἤθη τε καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα, ἐκ δὲ τούτων εἰς τὰ πρὸς ἀλλήλους ξυμβόλαια μείζων ἐκβαίνει, ἐκ δὲ δὴ τῶν ξυμβολαίων ἔρχεται ἐπὶ τοὺς νόμους καὶ πολιτείας σὺν πολλῇ ἀσελγείᾳ, ἕως ἂν τελευτῶσα πάντα ἰδίᾳ καὶ δημοσίᾳ ἀνατρέψῃ.* De nimio libertatis studio, quod Athenis exarserit, v. etiam Reip. VIII. p. 557. B. E. p. 562. D. sqq. ubi eadem vitia corripiuntur, et acerbe notantur.

καὶ ἐγγὺς τοῦ τέλους οὖσι] qui prope iam ad finem accesserunt, eos velle atque cupere legibus non obedire; ubi autem ad ipsum finem pervenerunt, non amplius curare iuraiuranda et foedera omninoque deos. De *ζητεῖν*, quod est cupere, velle, v. Apol. Socr. p. 37. C. Phileb. p. 46. A. Protagor. p. 322. B. Men. p. 90. E. De Rep. II. p. 375. E. VI. p. 486. D. IX. p. 571. C. al. Constructionem verborum *ὑπήκοον εἶναι τῶν νόμων* illustravit Matthiae Gr. §. 362. ann. 1. *Ὅρκοι καὶ πίστεις* quod coniunguntur, monuit de hac loquendi consuetudine Winckelmannus ad Plutarch. Amator. p. 193.

C. *τὴν λεγομένην παλαιὰν Τιτανικὴν*] Comparavit Astius locum Ciceron. De Legg. II. 2. § 5: Noster vero Plato Titanum e genere statuit eos, qui, ut illi coelestibus, sic hi adversentur magistratibus. ad quem locum vid. intpp. Pythagoricum effatum refert Dio Chr. Orat. XXX. p. 550: *λέξω δὲ ὑμῖν οὔτε πάνυ τερπνὸν ὄντα οὔτε χαριέντα λόγον, ὅτι τοῦ τῶν Τιτάνων αἵματος ἐσμὲν ἡμεῖς ἅπαντες οἱ ἄνθρωποι· ὡς οὖν ἐκείνων ἐχθρῶν ὄντων τοῖς θεοῖς καὶ πολεμησάντων, οὐδὲ ἡμεῖς φίλοι ἐσμέν, ἀλλὰ κολαζόμεθά τε ὑπ' αὐτῶν καὶ ἐπὶ τιμωρίᾳ ἐν φρουρᾷ γεγόναμεν.* Nimirum ortum humani generis quum veteres a Titanibus vel Gigantibus repeterent, animadversa nativa naturae humanae ad impia et flagitiosa quaeque proclivis vitiositate, Titanas, utpote generis humani parentes, finxerunt genus audax omnia perpeti, quod rueret per vetitum nefas ipsumque coelum peteret stultitia sua. v. Lobeck. De Tritopatribus in Seebodii Miscellan. Critt. Vol. I. P. IV. p. 620. Creuzer. Symb. II. p. 430. 440.

ἐπὶ τὰ αὐτὰ πάλιν ἐκεῖνα —] Ante haec verba Stephanus desiderabat *ὥστε*. Quod Astius quidem non addendum,

τέλους οὖσι νόμων ζητεῖν μὴ ὑπηκόοις εἶναι, πρὸς αὐτῷ δὲ ἤδη τῷ τέλει ὅρκων καὶ πίστεων καὶ τὸ παράπαν θεῶν μὴ φροντίζειν, τὴν λεγομένην παλαιὰν Τιτανικὴν φύσιν ἐπιδεικνῦσι καὶ μιμουμένοις, ἐπὶ τὰ C

loci unice consentaneum, pro vero probamus, idque confirmat ex Bastianis Par. B. et Flor. δ. v.

sed intelligendum censuit. Verum ea ratione ne hilum quidem proficitur ad expediendam verborum rationem. De qua nos quidem ita statuimus. Participium *ἀφικομένους* post dativos *ἐπιδεικνῦσι* et *μιμουμένοις* accusativo infertur facta constructionis mutatione quadam, quae ibi locum habet, ubi verbum enuntiati primarium utramque fert rationem. Quod plane in hunc locum convenit. Poterat enim in antegressis quoque scribi: *γίγνοιτο ἂν — ἐγγὺς τοῦ τέλους ὄντας νόμων ζητεῖν μὴ ὑπηκόους εἶναι — ἐπιδεικνύντας καὶ μιμουμένους*, quandoquidem *γίγνεται* pariter atque *ἔστιν* et *ἔξεστιν* modo cum dativo modo cum accusativo et infinitivo copulantur. De Rep. IX. p. 586. E: *τῷ φιλοσόφῳ ἄρα — ὑπάρχει εἴς τε τἆλλα — δικαίῳ εἶναι, καὶ δὴ καὶ τὰς ἡδονὰς τὰς ἑαυτοῦ ἕκαστον — καρποῦσθαι.* Euthyphr. p. 5. A: *ἆρ' οὖν μοι — κράτιστόν ἐστιν μαθητῇ σῷ γενέσθαι — λέγοντα, ὅτι κ. τ. λ.* Politic. p. 274. A: *τῷ κόσμῳ προσετέτακτο αὐτοκράτορα εἶναι.* Gorg. p. 492. B: *οἷς ἐξ ἀρχῆς ὑπῆρξεν ἢ βασιλέων υἱέσιν εἶναι ἢ αὐτοὺς τῇ φύσει ἱκανούς.* Charm. p. 173. B. Lachet. p. 186. D: Xenoph. Cyrop. II. 1, 15: *ἔξεστι δ' ὑμῖν, εἰ βούλεσθε, λαβόντας ὅπλα, εἰς τὸν αὐτὸν ἡμῖν κίνδυνον ἐμβαίνειν.* Sed ne dubites de casu ita in participiis variato, age accipe etiam haec. De Rep. VI. p. 500. C: *οὐδὲ γάρ που — σχολὴ τῷ γε ὡς ἀληθῶς πρὸς τοῖς οὖσι τὴν διάνοιαν ἔχοντι κάτω βλέπειν καὶ μαχόμενον αὐτοῖς φθόνου — ἐμπίπλασθαι.* Ibid. X. p. 606. E: *ἄξιος ἀναλαβόντι μανθάνειν τε καὶ κατὰ τοῦτον τὸν ποιητὴν πάντα τὸν ἑαυτοῦ βίον κατασκευασάμενον ζῆν.* Ibid. III. p. 386. B. Sympos. p. 176. D. Gorg. p. 456. E. 492. B. 510. E. 513. E. His adde quae collegit A. Matthiae Gr. Gr. §. 356. ann. 3. p. 1293 sq. ed. 3. qui tamen dissimilia non satis secrevit ac distinxit. Itaque *ἀφικομένους* iam dixit respiciens infinitivum *φροντίζειν*: quod si tenemus, nec dubitabimus, quin in locum coli ante *ἐπὶ τὰ αὐτὰ* vulgo positi comma fuerit sufficiendum. Iam vero proxima: *χαλεπὸν αἰῶνα — κακῶν*, verbis *ἐπὶ τὰ αὐτὰ ἐκεῖνα* per epexegesin adiiciuntur, perinde ac si scriptum legatur: *ὥστε μὴ λῆξαί ποτε κακῶν — χαλεπὸν αἰῶνα διάγοντας.* Nam infinitivus quum etiam fini significando inserviat, de quo usu v. ad VII. p. 799. A. recte sane declarandae sententiae gratia post *ἐπὶ τὰ αὐτά* subiungi potuit. Itaque sententiam verborum hanc esse putamus: ad eadem rursus reiecti et destinati, quibus illi fuerunt obnoxii, ut grave degentes aevum haud unquam a malis liberentur. Ceterum haec verba nescio quid coloris poëtici referunt, id quod vel usus voc. *αἰών* arguit. Protag. p. 345. C. in verbis Simonidis:

αὐτὰ πάλιν ἐκεῖνα ἀφικομένους, χαλεπὸν αἰῶνα διάγοντας μὴ λῆξαί ποτε κακῶν. τίνος δὴ καὶ ταῦθ' ἡμῖν αὖ χάριν ἐλέχθη; δεῖν φαίνεται ἔμοιγε, οἷόνπερ ἵππον, τὸν λόγον ἑκάστοτε ἀναλαμβάνειν, καὶ μὴ

D. ἀπό τινος ὄνου π.] Par. A. et marg. Ω. cum Flor. δ. et Voss. (x.) pro ὄνου habent νοῦ. Vide de hac asini cum mente

οὔ ποτ' ἐγὼ μοῖραν αἰῶνος βαλέω. Gorg. p. 448. C: ἐμπειρία — ποιεῖ τὸν αἰῶνα ἡμῶν πορεύεσθαι κατὰ τέχνην. ubi habes affectatam et artis calamistris exornatam Gorgiae orationem.

τίνος δὴ — ἐλέχθη;] De interrogationibus crebro apud Platonem mediae orationi insertis, ut ei alacritas et vigor quidam concilietur, v. ann. ad I. p. 630. B. C.

δεῖν φαίνεταί ἔμοιγε —] His verbis caussam indicat, cur denuo de ea re sciscitandum existimet. Qua explicata, mox iterat eandem interrogationem. Comparat autem sermonem equo alicui, cui frena iniicienda sint. Similiter Protagor. p. 338. A: ἐφεῖναι καὶ χαλάσαι τὰς ἡνίας τοῖς λόγοις. Hinc apparet quid sit ἀναλαμβάνειν. Nam hoc verbum quum omnino dicatur de iis, qui quem in disciplinam recipiunt, sicuti Apol. Socr. p. 18. B. et Gorg. p. 483. E., tum inprimis etiam in re equestri usitatum est. Pollux I. 205: ἀναλαμβάνειν (τὸν ἵππον), ὅπερ καὶ ὑπολαμβάνειν καλεῖται καὶ κατέχειν καὶ ἠρεμίζειν καὶ ἀνέχειν. conf. Id. I. 208. 219. Est igitur: refrenare, atque opponitur τὸν χαλινὸν ἐνδοῦναι. Pro ἑκάστοτε vir doctus in Ephemer. Hal. anni 1805. n. 20. ἕκαστον scribi iubebat. Quo non opus est. Nam ἑκάστοτε est, quotiescunque ita fert occasio; quoties explicatum est aliquid sermonibus nostris. Ad infinitivum ἀναλαμβάνειν vero sponte intelligas τινά, quod inest vi sua iam in infinitivo δεῖν ex φαίνεται suspenso; quam rationem alibi attigimus. Loquitur enim universe, quum de semet ipsis cogitari velit. Iam vero ad illud τινά, quod reticetur, pertinent participia κεκτημένον et φερόμενον. Nam plenius dici potuit etiam sic: καὶ μὴ ἀχάλινον αὐτὸν (sc. τὸν λόγον) κεκτημένον (κατὰ) τὸ στόμα — πεσεῖν. De ἀχάλινον στόμα Aristoph. Rann. v. 862. ibique Bergler. De proximo βίᾳ ὑπὸ τοῦ λόγου conf. libr. IX. p. 866. D: βίᾳ ὑπό τινων. Ibid. p. 872. E: ὑπὸ τέκνων βίᾳ. Pag. 874. C: ὑπὸ τοῦ ὑβρισθέντος βίᾳ. L. XI. p. 919. A: ὑπὸ χειμώνων ἀγρίων βίᾳ. De Rep. VIII. p. 554. C. VII. p. 520. C. IX. p. 577. E. Politic. p. 309. A. al. Quum vero τινὰ sit subiectum, perspicuitatis gratia ad φερόμενον additur ὑπὸ τοῦ λόγου, quod sane omitti poterat, additum autem non moleste ferri debet. Proverbium ἀπ' ὄνου πεσεῖν, de cuius origine multa fabulantur grammatici, in eos dicitur, qui inconsulto quippiam agunt et imperite, aut in eos, qui praesentibus commodis, quibus uti nesciunt, excidunt. v. Zenob. Cent. II. Adag. 57. Suidas in voc. Ἀπ' ὄνου, et in voc. Ληρεῖς, qui hunc locum afferunt. Schol. ad Aristoph. Nubb. v. 1276. Est vero in Graecis verbis faceta παρήχησις, siquidem sonant similiter atque ἀπὸ νοῦ, unde Comici videntur subinde risum captasse. Inde factum

καθάπερ ἀχάλινον κεκτημένον τὸ στόμα, βίᾳ ὑπὸ τοῦ λόγου φερόμενον κατὰ τὴν παροιμίαν ἀπό τινος D ὄνου πεσεῖν, ἀλλ' ἐπανερωτᾶν τὸ νῦν δὴ λεχθέν, τὸ τίνος δὴ χάριν ἕνεκα ταῦτα ἐλέχθη;

permutatione interpret. nostram.

est, ut in multis codd. scriptum extet *ἀπὸ νοῦ*, atque hic quoque in quibusdam libris legatur *ἀπό τινος νοῦ*. At enim vero eam scripturam hoc loco doctis grammaticis acceptam referri, qui sapientiam scilicet suam data opportunitate ostentare vellent, certissime ex eo intelligitur, quod interpositum pronomen *τινός*, quod lenit ac mitigat rei mentionem, omnem lusum verborum reddit inficetum et ineptum.

D. *τὸ τίνος δὴ χάριν ἕνεκα τ. ἐλ.*] Iteratur his verbis, ut diximus antea, superior interrogatio, sed paullulum immutata, quandoquidem nunc post *χάριν* etiam *ἕνεκα* infertur. Quod grammaticis atque criticis perquam molestum accidit. Et Boeckhius quidem quum in ea esset sententia, ut duas praepositiones putaret ita tantum geminari posse, si altera esset adverbii instar, alterutram vocem deleri iussit. In quo consentientem habet Wunderum ad Sophocl. Philoct. v. 546. ed. Goth. C. Fr. Hermannum, qui *χάριν* cancellis inclusit, Winckelmannum, qui in Zimmermanni diario: Zeitschrift für Alterthumswissenschaft, a. 1842. p. 295. *ἕνεκα* eiiciendum statuit. At enimvero huic conatui dudum fortiter obviam ivit G. Hermannus, qui in Commentatione de Ellipsi et Pleonasmo Wolfii et Buttmanni Museo Antiquitatis Studiorum inserta p. 202. et ad Sophocl. Phil. 550. certissimis demonstravit exemplis, etiam binas praepositiones, quae ad unum eundemque casum nominis pertineant, consociari posse. Attulit enim haec. Thucyd. VIII. 92: *καὶ ὁ μὲν Θηραμένης — ὅσον ἀπὸ βοῆς ἕνεκα ὠργίζετο τοῖς ὁπλίταις*, i. e. et Theramenes quidem non serio et facto, sed quantum voce fieri poterat, reprehendebat gravis armaturae milites. Xenoph. Histor. Gr. II. 4, 21: *προσέβαλλεν ὅσον ἀπὸ βοῆς ἕνεκεν.* de quo v. Wyttenbach. ad Select. Princ. Histor. p. 414. Sophocl. Trachin. v. 1160: *πρὸς τῶν πνεόντων μηδενὸς θανεῖν ὕπο.* Eurip. Iphig. Taur. v. 1138: *εἰς Ἀθηναίων ἐπὶ γᾶν.* Similiter Aristoph. Plut. v. 1002. *καὶ πρὸς ἐπὶ τούτοις εἶπεν,* quamquam ibi *πρός* adverbii instar esse potest, ut sit praeterea. Sophocl. Philoctet. v. 554. ed. Brunck.: *ἅ τοῖσιν Ἀργείοισιν ἀμφὶ σοῦ ἕνεκα βουλεύματ' ἐστί*: ubi quod correxerunt *ἀμφὶ σοῦ νέα*, id ab re ipsa abhorret. Sed prorsus eodem modo Plato ipse Politic. p. 302. B: *ἅπανθ' ἕνεκα τοῦ τοιούτου πάντες δρῶμεν χάριν.* ubi v. ann. nostram. Nec vero mirabuntur hunc usum loquendi, qui meminerint, quam crebro Graeci omnino voces synonymas *ἐκ παραλλήλου* usurpaverint; de quo loquendi genere v. quae exposuerunt intpp. ad Xenoph. Cyrop. V. 4, 30. III. 1, 2. Schaefer. ad Lamb. Bos. de Ellips. p. 871. ad Gregor. Corinth. p. 169 sq. ad Brunckii

ME. Καλῶς.

ΑΘ. Ταῦτα τοίνυν εἴρηται ἐκείνων ἕνεκα.

ME. Τίνων;

ΑΘ. Ἐλέξαμεν, ὡς τὸν νομοθέτην δεῖ τριῶν στοχαζόμενον νομοθετεῖν, ὅπως ἡ νομοθετουμένη πόλις ἐλευθέρα τε ἔσται καὶ φίλη ἑαυτῇ καὶ νοῦν ἕξει. ταῦτ' ἦν; ἢ γάρ;

E. ἐπισκοποῦμεν νυνί,] Sic codd. omnes, praeterquam quod ex Voss. nihil est enotatum. Vulgo: ἐπεσκοποῦμεν. Imper-

Poët. Gnom. p. 170. Poppo de Elocut. Thucyd. p. 197. Bornemann. ad Xenoph. Symp. p. 186 sq. Engelhardt. ad Plat. Lachet. p. 22. Lobeck. ad Phryn. p. 754. Itaque vulgata librorum scriptura profecto undique satis munita videri debet. Illud tamen non supervacaneum erit, opinor, quaesivisse, quamnam ob caussam hic χάριν ἕνεκα scriptum sit, quum antea simpliciter dicatur: τίνος χάριν ταῦτα ἐλέχθη. De qua quidem re ita nobis persuasimus. Repetit Atheniensis superiorem interrogationem nunc non simpliciter, sed ita repetit, ut iam fortius urgeat notionem caussae, quamobrem haec omnia explicata videantur. Quapropter duplicem particulam caussalem ponit, alteram, qua significatur caussa externa, propter quam quid fiat; alteram (χάριν), qua indicatur caussa in propria animi voluntate sita. Hoc vero si recte observavimus, duplici praepositioni etiam hac ex parte idoneum paratum videbitur praesidium et munimentum.

ταῦτ' ἦν; ἢ γαρ;] Post ἦν loco puncti interrogandi notam posuimus. v. ad Gorg. p. 473. C. p. 500. A. Protag. p. 334. A. Charm. p. 167. C.

E. Τούτων ἕνεκα δὴ πολιτείας τήν τε δεσπ.] Ad haec Boeckhius: „Non Graecum est, inquit, illud πολιτείας; debebat aut πολιτείαν aut πολιτειῶν esse. Sed emendandum: τούτων ἕνεκα δὴ δύο εἴδη πολιτείας, τήν τε δεσποτικωτάτην πρ. καὶ τὴν ἐλευθερικωτάτην." Ac sane δύο πολιτείας εἴδη legitur V. p. 735. A. conf. IV. p. 714. B. D. De Rep. VIII. p. 544. A. al. Nec tamen adducor, ut locum vitiosum putem. Nam pluralis quidem numerus nominis, ut Boeckhius ipse concessit, non est inusitatus. Legg. III. p. 693. D: εἰσὶ πολιτειῶν οἷον μητέρες δύο τινές. De Rep. IV. p. 445. C: πέντε τρόποι εἰσὶν πολιτειῶν. Politic. p. 271. E: πολιτεῖαι οὐκ ἦσαν. Sed haec iuxta cum aliis nunc collecta sunt ab Astio Lexic. Plat. Vol. III. p. 141. Genitivus autem pluralis aut accusativus singularis numeri ex lege Graeci sermonis neutiquam fuit necessarius. Thucyd. I. 89. καὶ οἰκίαι αἱ μὲν πολλαὶ ἐπεπτώκεσαν, ὀλίγαι δὲ περιῆσαν. v. Matthiae Gr. §. 289. ann. 8. Germanice locum vertimus sic: Nachdem wir also von Staatsverfassungen die am meisten despotische und am meisten freie vorgenommen (untersucht) hatten, betrachten wir nun so eben, welche von beiden etr. Novi, quod Grammatici docent non

ΜΕ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΑΘ. Τούτων ἕνεκα δὴ πολιτείας τήν τε δεσποτικωτάτην προελόμενοι καὶ τὴν ἐλευθερικωτάτην ἐπισκοποῦμεν νυνί, ποτέρα τούτων ὀρθῶς πολιτεύεται· λαβόντες δὲ αὐτῶν ἑκατέρας μετριότητά τινα, τῶν μὲν τοῦ δεσπόζειν, τῶν δὲ τοῦ ἐλευθεριάσαι, κατείδομεν, ὅτι τότε διαφερόντως ἐν αὐταῖς ἐγένετο εὐ- E

fectum, si per codicum auctoritatem liceret, utique tueremur. Mox ἐν αὐτοῖς Vat. f. In Voss. pro ἀγαγόντων scriptum ἀγαθὸν τῶν.

posse nisi cum tempore praesenti coniungi, de qua re v. Ammon. p. 99. Etym. M. p. 608. Grammat. Hermann. De emend. rat. p. 327. alii, quibuscum concordant Wolf. ad Demosth. Lept. p. 242. et Reisig. Coniect. in Aristoph. I. p. 109 sq., haud dubie erravisse iudicandi sunt. Enimvero viderunt illi sane rectissime, vocabulum dici δεικτικῶς de praesentissimo temporis momento. Sed quod inde collegerunt, non posse illud cum futuro et praeterito tempore in unum coniungi, mentis acumine abusi sunt. Nam praesentissimum momentum cuiusque temporis proprium esse potest. Quocirca post νυνί interdum subiungitur tempus futurum, cuius structurae exempla bene multa ex optimis scriptoribus, Aristophane imprimis, collegit Lobeck. ad Phrynich. p. 19. ann. Nec desunt loci, in quibus praeteritum tempus ei adiunctum est. Apol. Socr. p. 40. A: νυνὶ δὲ συμβέβηκέ μοι. Theaet. p. 158. C: ἅ τε γὰρ νυνὶ διειλέγμεθα. De Rep. I. p. 354. C: ὥστε μοι νυνὶ γέγονεν ἐκ τοῦ διαλόγου μηδὲν εἰδέναι. Hinc igitur ἐπεσκοποῦμεν, quod cum Ald. et Bass. dedit Stephanus, utique defendi potest idemque sensu commendatur. Verum satius duximus ἐπισκοποῦμεν recipere auctoritate codicum. Praeteritum reddidit Ficinus.

λαβόντες δὲ αὐτῶν ἑκατέρας —] Cum vero utriusque ex iis mediocritatem quandam sumsissemus atque moderationem vel dominationis vel libertatis, perspeximus, quum ea vigeret, insignem in iis extitisse rerum omnium prosperitatem, sed utrisque ad summum vel servitutis vel contrarii provectis, id nec his nec illis salutare fuisse. Haec est sententia loci, eaque per se satis perspicua. Verum ipsa verba nescio quid habent difficultatis, quam Astius ita tollere conatus est, ut refingi iuberet: λαβόντων — ἑκατέρων. Sed haec ratio sicuti est violentior, ita nec omnes tollit dubitationes, praesertim quum ea probata insuper etiam ἐν αὐτοῖς corrigendum sit. Experiamur igitur, ecquae suppetat loci utcunque expediendi ratio. Et primum quidem λαβόντες, quod Astius negat recte se habere, quia mox ἀγαγόντων inferatur, connectendum est cum κατείδομεν. Est vero λαμβάνειν μετριότητα nihil aliud, quam contemplandum s. exquirendum sumere statum moderationis, quo civitates gavisae sunt, in quo

πραγία, ἐπὶ δὲ τὸ ἄκρον ἀγαγόντων ἑκατέρων, τῶν μὲν δουλείας, τῶν δὲ τοὐναντίου, οὐ συνήνεγκεν οὔτε τοῖς οὔτε τοῖς.

702 ΜΕ. Ἀληθέϛατα λέγεις.

ΑΘ. Καὶ μὴν αὐτῶν γ' ἕνεκα καὶ τὸ Δωρικὸν ἐθεασάμεθα κατοικιζόμενον ϛρατόπεδον, καὶ τὰς τοῦ Δαρδάνου ὑπωρείας τε καὶ τὴν ἐπὶ θαλάττῃ κατοίκισιν, καὶ τοὺς πρώτους δὴ τους περιλιπεῖς γενομένους τῆς φθορᾶς, ἔτι δὲ τοὺς ἔμπροσθεν τούτων γενο-

P. 702. B. *πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς*] *ὑμᾶς* vett. editt., invitis

τὸ μέτριον in iis obtinebat. De *λαμβάνειν* ita usurpato diximus ad Phileb. p. 23. C. Sophist. p. 261. C. Apol. Socr. p. 24. B. Hunc igitur nodum expeditum arbitramur. Sequitur dein *αὐτῶν ἑκατέρας*. In quibus *αὐτῶν* manifestum est referri ad antegressum *πολιτείας*. Nec vero id fit inepte aut absurde. Quidni enim recte dicere licuerit: utriusque ex illis moderationem spectavimus, quum antea regalis ac liberrimae civitatis species universo civitatum generi subiecta sit? Plus vero difficultatis habent proxima: *τῶν μὲν τοῦ δεσπόζειν — ἐλευθεριάσαι.* Quum enim antecedat *ἑκατέρας*, quisque exspectaverit potius *τῆς μέν — τῆς δέ*. At enim vero nec haec cur sollicitemus, ullam caussam putamus esse. Liberiore enim sermonis conformatione *τῶν μέν — τῶν δέ* refertur ad *αὐτῶν*, h. e. *πολιτειῶν*, quum proprie ad *ἑκατέρας* accommodari debuerit. Eodemque pertinet deinde etiam *ἐν αὐταῖς*, in quo item offenderunt. Porro *τότε* est: quum iustam haberent moderationem, quod dicitur per synesin, habita ratione verborum *αὐτῶν ἑκατέρας μετριότητα*. Haec omnia igitur ita comparata sunt, ut nihil continere videantur, quod merito habeatur suspectum; sicuti nec voc. *εὐπραγία*, de quo consulas Lobeckium ad Sophocl. Aiac. p. 343. ed. sec. ab usu loquendi abhorret. Accedamus igitur ad secundum enuntiati membrum, *ἐπὶ δὲ τὸ ἄκρον ἀγαγ. — οὔτε τοῖς.* Quod quidem Astium maxime videtur commovisse, ut superiora pro vitiatis haberet. Nimirum male habuit virum perspicacissimum, quod in his variatur subiectum, quod vulgo dicunt grammatici. Nam apud *ἀγαγόντων ἑκατέρων* patet non iam *πολιτειῶν* intelligi licere, sed cogitandum esse de utriusque civitatis civibus. At enim vero ne hoc quidem putamus esse eiusmodi, ut ad excitandam firmandamve malam de loci integritate suspicionem valeat. Nam subiecti quidem variationem neutiquam aegre ferimus, quam a Graecis maxima cum libertate fuisse usurpatam quum ad Protag. p. 320. A. et Gorg. p. 510. B. tum alibi ostendimus. Synesin vero istam quod attinet, certe ea non est durior, quam quum ex *τὸ πλοῖον* intelligendum relinquitur *οἱ πλέοντες*, Phaedon. p. 58. B., aut ex *ὑφαντική* assumandum est *τέχναι*, Politic. p. 287. B. aut ex *Περσικὸς στόλος* repetendum *οἱ*

μένους ἡμῖν λόγους περί τε μουσικῆς καὶ μέθης καὶ τὰ τούτων ἔτι πρότερα. ταῦτα γὰρ πάντα εἴρηται τοῦ κατιδεῖν ἕνεκα, πῶς ποτ' ἂν πόλις ἄριϛα οἰκοίη, καὶ ἰδίᾳ πῶς ἄν τις βέλτιϛα τὸν αὑτοῦ βίον διαγάγοι. εἰ δὲ δή τι πεποιήκαμεν προὔργου, τίς ποτ' ἂν ἔλεγχος γίγνοιτο ἡμῖν πρὸς ἡμᾶς αὐτοὺς λεχθείς, ὦ Μέγιλλέ τε καὶ Κλεινία; B

ΚΛ. Ἐγώ τινα, ὦ ξένε, μοι δοκῶ κατανοεῖν. ἔοικε κατὰ τύχην τινὰ ἡμῖν τὰ τῶν λόγων τούτων

codd. plerisque omnibus.

Πέρσαι, Legg. III. p. 692. D. aut, quòd huius loci rationibus prorsus est simile, post *βασιλεῖαι* infertur *οἱ μέν — οἱ δέ*, supra Libr. III. p. 684. A., aut post *στρατόπεδον* ponitur *τούτους*, ibid. 665. E. aut *αὐτούς* supplendum relinquitur post *πόλεις* VI. 780. A. VIII. 783. D. et quae sunt id genus alia innumera. Itaque haec quoque satis putamus expedita esse. Hoc unum superest, ut singulorum verborum ratio illustranda sit. Tenendum vero hic ante omnia est *ἀγαγόντων* poni intransitive. Nam *ἄγειν* interdum est ire, proficisci; unde grammatici fere *ἑαυτόν* volunt cogitatione addendum esse conf. Matthiae Gr. §. 496. Frequens hic usus verbi est de militibus iter facientibus, veluti apud Xenoph. Anabas. I. 3, 19. II. 2, 15. II. 6, 7. III. 4, 59. IV. 8, 10. IV. 8, 12. Cyrop. V. 3, 16. al. Sed etiam alias idem ille regnat, sicubi docuerunt Locella ad Xenophont. Ephes. p. 288. Burgess. ad Dawesii Miscellan. p. 494. intpp. ad Viger. p. 186. Itaque sententia verborum haec est: quum vero utrique (et Persae et Athenienses) ad summam progressi essent servitutem vel libertatem. Dein ad *οὐ ξυνήνεγκεν* int. *αὐτό*. Denique de *οὔτε τοῖς οὔτε τοῖς* conferas Matthiae Gr. Gr. §. 286. extr.

P. 702. A. *ἔτι δὲ τοὺς ἔμπροσθεν — λόγους*] Zeugma paullo rarius, siquidem ex praegresso *ἐθεασάμεθα* intelligendum est *ἐποιησάμεθα*.

B. *εἰ δὲ δή τι πεποιήκαμεν —*] num vero aliquid profecerimus, quodnam tandem argumentum eius rei afferre nobis licebit: ob wir etwas gefördert haben, welchen Beweis dafür könnten wir wohl in unserem Gespräche unter uns beibringen? Mire hic ruit Astius iuxta cum aliis, qui interpretantur: si quid operae pretium fecimus, ecquae reprehensio erit, in quam inter nos incurramus.

ἔοικε κατὰ τύχην τινὰ ἡμῖν —] videntur forte fortuna haec omnia, quae disputavimus, a nobis esse exposita; sum enim propemodum eo adductus, ut iis indigeam; et opportune item accidit quodammodo, ut tu pariter atque Megillus huc adveneritis.

πάντων, ὧν διεξήλθομεν, γεγονέναι· σχεδὸν γὰρ εἰς χρείαν αὐτῶν ἔγωγ' ἐλήλυθα τὰ νῦν, καὶ κατά τινα αὖ καιρὸν σύ τε παραγέγονας ἅμα καὶ Μέγιλλος
C ὅδε. οὐ γὰρ ἀποκρύψομαι σφὼ τὸ νῦν ἐμοὶ ξυμβαῖνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς οἰωνόν τινα ποιοῦμαι. ἡ γὰρ πλείςη τῆς Κρήτης ἐπιχειρεῖ τινα ἀποικίαν ποιήσασθαι, καὶ προςτάττει τοῖς Κνωσίοις ἐπιμεληθῆναι τοῦ πράγματος, ἡ δὲ τῶν Κνωσίων πόλις ἐμοί τε καὶ ἄλλοις ἐννέα· ἅμα δε καὶ νόμους τῶν τε αὐτόθι, εἴ τινες ἡμᾶς ἀρέσκουσι, τίθεσθαι κελεύει, καὶ εἴ τινες ἑτέρωθεν, μηδὲν ὑπολογιζομένους τὸ ξενικὸν αὐτῶν, ἂν βελτίους φαίνωνται. νῦν οὖν ἐμοί τε καὶ

C. ἡμᾶς ἀρέσκουσι] Steph. ἀρέσσουσι.

C. οὐ γὰρ ἀποκρύψομαί σφω — ποιοῦμαι.] neque enim vos celabo quod mihi nunc accidit, imo id *insuper* pro omine quodam habeo; i. e. divinitus ita factum esse puto, quod eodem tempore, quo vos huc venistis atque mecum de his rebus disputavistis, tale mihi munus obtigerit. Male Astius πρός in ὡς commutandum esse arbitratur. De πρός ita posito v. De Rep. I. p. 328. A. V. p. 466. D. VIII. p. 559. A. Euthydem. p. 294. A: καὶ σύ γε πρός. Menon. p. 90. E: καὶ ἀμαθία γε πρός. Gorg. p. 469. B. ubi v. ann.

ἡ γὰρ πλείστη τῆς Κρήτης —] V. ad p. 684. C. in. cap. VI. et Sympos. p. 209. A.

ἐμοί τε καὶ ἄλλοις ἐννέα] Int. προστάττει τοῦ πράγματος ἐπιμεληθῆναι.

νόμους τῶν τε αὐτόθι] leges ex iis, quae ibi sancitae sunt, nos ferre iubent. De ἀρέσκειν accusativo coniuncto hodie nota res est. v. Matthiae Gr. §. 411. 5. 2. Dein mutatus paullulum est tenor sermonis. Expectabas enim: καὶ τῶν ἑτέρωθεν, ad quod item intelligendum relinqueretur: εἴ τινες ἀρέσκουσι. Formulam οὐδὲν ὑπολογίζεσθαί τι illustratam dedimus ad Criton. p. 48. C. Apolog. Socrat. p. 28. B.

D. ταύτην δῶμεν χάριν· ἐκ τῶν εἰρημ.] hoc et mihi et vobis gratiae impertiamur, ut ex iis, quae dicta sunt, eligentes, si quae apta videantur, oratione componamus civitatem, tanquam ab initio eam condentes. Quod ταύτην χάριν, nec vero ταύτην τὴν χάριν scriptum est, de eo v. ann. ad Phileb. p. 16. C. Politic. p. 293. C. Apol. Socr. p. 18. A.

καὶ ἅμα μὲν ἡμῖν οὖ ζητοῦμεν] ita simul et nobis omnibus eius rei, de qua quaerimus, considerandae opportunitas obtinget, et mihi fortasse ad futuram civitatem utilis erit adumbrata haec reipublicae imago.

Οὐ πόλεμόν γε ἐπαγγέλλεις] Idem proverbium habes Phaedr. p. 242. B. ubi Schol.: ἐπὶ τῶν ἀγαθὰ ἀγγελλόντων. ἐμνήσθη ταύτης καὶ ἐν τῷ τρί-

ὑμῖν ταύτην δῶμεν χάριν· ἐκ τῶν εἰρημένων ἐκλέξαντες τῷ λόγῳ συςησώμεθα πόλιν, οἷον ἐξ ἀρχῆς κατοικίζοντες. καὶ ἅμα μὲν ἡμῖν οὗ ζητοῦμεν ἐπίσκεψις γενήσεται, ἅμα δὲ ἐγὼ τάχ' ἂν χρησαίμην εἰς τὴν μέλλουσαν πόλιν ταύτῃ τῇ συςάσει. D

ΑΘ. Οὐ πόλεμόν γε ἐπαγγέλλεις, ὦ Κλεινία· ἀλλ' εἰ μή τι Μεγίλλῳ πρόςαντες, τὰ παρ' ἐμοῦ γε ἡγοῦ σοι πάντα κατὰ νοῦν ὑπάρχειν εἰς δύναμιν.

ΚΛ. Εὖ λέγεις.

ΜΕ. Καὶ μὴν καὶ τὰ παρ' ἐμοῦ.

ΚΛ. Κάλλις' εἰρήκατον. ἀτὰρ πειρώμεθα λόγῳ πρῶτον κατοικίζειν τὴν πόλιν. E

τῳ τῶν Νόμων. Dein πρόςαντες est i. q. ἀηδές, ut interpretatur Hesychius.

ΚΛ. Εὖ λέγεις. ΜΕ. Καὶ μὴν καὶ τὰ παρ' ἐμοῦ.] Boeckhius et Astius duce Ficino locum sic refingendum censent: ΜΕ. Εὖ λέγεις· καὶ μὴν καὶ τὰ παρ' ἐμοῦ, propterea quod Clinias placere sibi, quae ab Atheniensi dicta sint, deinde demum significet verbis his: Κάλλιστα εἰρήκατον. De quo nobis secus videtur. Nam Clinias primum, audita Atheniensis oratione, gratum sibi esse profitetur quod ille dixerit. Deinde vero ubi etiam Megilli promtum paratumque cognovit animum, utrumque simul laudans atque utens superlativo, addit istud: Κάλλιστα εἰρήκατον. Ceterum ad Καὶ μὴν καὶ τὰ παρ' ἐμοῦ, liquet repetendum esse: ἡγοῦ σοι πάντα κατὰ νοῦν ὑπάρχειν.

ARGUMENTUM

LIBRI QUARTI.

Inde ab huius libri initio iam transgreditur disputatio ad ipsam civitatem, quae revera condenda sit, ita quidem, ut ad perfectae civitatis similitudinem quam proxime accedat. Quod quidem ita fit, ut primum considerentur externae conditiones, sub quibus ea possit fundari (IV. p. 704. A. — 712. A.), deinde vero principia legum, quae ei ferendae sint, disquirantur (IV. p. 712. A. — V. 734. E.) atque exponantur.

Postquam enim Clinias Cretensis extremo libro superiore professus est, sibi id muneris publice datum esse, ut colonia deducenda atque nova civitas condenda legibusque instruenda sit; Atheniensis primum de situ et natura loci sciscitatur, ubi futurum sit ut civitas fundetur. Respondet Cretensis, regionem fore non maritimam sed mediterraneam, octoginta fere stadia a mari distantem; portus tamen in littore quamvis remotiore suppetere satis commodos. Ex quibus illud laudat Atheniensis, hoc vero tamquam moribus perniciosum abominatur, quamquam quod nonnihil a mari distet, id censet esse eiusmodi, ut vitiis, quae mercatura afferre soleat, non omnino facilis sit accessio. Praeterea narrat Clinias, locum novae civitati destinatum omnium rerum ad vitam necessariarum satis esse feracem,

nullam urbem in eius vicinia usquam reperiri, totam denique regionem esse montuosam, silvestrem, atque reliquae Cretae simillimam. Quae omnia Atheniensis arbitratur perquam fausta atque opportuna esse ad fundandam novae civitatis felicitatem. Nam primum in bonis numerandum esse, quod situs loci a mari sit remotior, qua una re maxime prohibeatur mercaturae opportunitas, hoc est, rei morum honestati atque integritati longe infestissimae. Deinde quod ea fertilis sit nec tamen nimis frugum ferax, id certe eo valere, ut nec mercatura indigeat, siquidem nec exportandae merces sint nec importandae; eoque ipso etiam fieri, ut nec maior auri argentique vis cum ingenti civium damno comparetur. Praeterea narrat Clinias in illa regione materiam ad naves construendas reperiri omnino nullam. Quod vehementer placet Atheniensi, qui mirantem de hoc iudicio Cliniam meminisse iubet, de quo antea disputatum sit, omnem civitatis rationem ad universae virtutis possessionem spectare oportere. Virtuti vero arbitratur inimicam esse militiam navalem. Milites enim classiarios navibus confidentes virtutem bellicam facile negligere, quum semper paratum habeant receptus vel fugae auxilium. Id quod probare studet exemplo Atheniensium, qui quum olim ob classis defectum hostiles Minois impetus defendere ac propulsare haud potuerint, tamen meliores fuissent permansuri, si saepius adhuc amisissent septenos illos pueros, qui Cretam tributi instar mittendi essent, quam quales extiterint, ex quo tempore pro pedestribus gravis armaturae militibus hosti fortiter resistentibus navales milites facti sint, qui consuescerent leviter huc et illuc discursitare celerique receptu ad naves recurrere, nihil turpe se facere putantes, si mortem non opperirentur hostium impetum sustinentes, sed quaslibet caussas praetexentes atque comminiscentes, quibus usi arma abiicere turpesque fugas capessere possent: quod quidem iudicium etiam Homeri auctoritate confirmari posse ait. Huc vero etiam accedere arbitratur, quod in ea civitate, quae unis maxime navalibus copiis polleat, nec honores praestantissimae civium parti possint attribui. Nam cum salus eius navium gubernatoribus, triremium ducibus, nautis ac remigibus, hoc est, vilissimo saepe homi-

num generi, commissa sit, istos omnes etiam honoribus afficiendos esse, id quod in civitate bene sapienterque constituta fieri non debeat. Quod si quispiam obiiciat, Graeciam una maxime pugna navali apud Salamina commissa ab interitu servatam esse, primum quidem reponi posse ait, revera pugnas ad Marathonem et Plataeas pugnatas Graeciae salutem servasse, quarum altera eam tamquam inchoaverit, altera absolverit; deinde in condenda nova civitate non illud maximum ac gravissimum duci oportere, ut salva et incolumis conservetur, sed hoc potius, ut quam optima fiat semperque maneat (p. 704. A. — 707. D. extr.).

His explicatis ille porro quaerit, quinam sint coloni et qua de caussa illi demigrent. Respondet Clinias, colonos ex Creta maxime fore oriundos et praeterea ex Peloponneso. Ad quae Atheniensis regerit, facillimam sane novae civitatis fore constitutionem, si coloni sint eiusdem stirpis et vel loci angustiis vel alia caussa ad novas sedes quaerendas coacti. Difficillimum tamen omnino opus esse arbitratur, novam condere civitatem eamque idoneis legibus instruere. Nam si coloni unius gentis sint, haud facile eos mores suos atque instituta deserere; sin ex variis civitatibus gentibusque confluxerint, difficillimum esse, concordiam atque amorem animis eorum ingenerare, unde reipublicae concordia et convenientia prodeat (p. 707, E. — 708. E.). —

At nimirum ita est, inquit. Quemadmodum in omni vita humana fortuna et casus valet plurimum, ut nulla eius pars sit, quae illi non obnoxia esse videatur; ita etiam legumlatio inde suspenditur. Veruntamen varii illi casus externaeque rerum conditiones quoniam sunt in potestate deorum, primaria caussa eorum omnium, quae fiunt, a deo repetenda est. Sed praeterea infitiari non licet, in hominum vita etiam artem valere. Quocirca civitati recens condendae quum alia multa, unde salus ipsius pendeat, contingere debent, tum maxime etiam hoc, ut bonum nanciscatur legislatorem (P. 708. E. — 709 C. extr.). — Iam vero sicuti in omnibus rebus is, qui artem tenet, recte etiam aliquid optare poterit, quo ipsi parato arte sua usurus sit; ita idem etiam legumlatori licebit facere. Quid vero ille potius

optet, quam hoc, ut ei civitati, cui leges daturus sit, unus praesit tyrannus, penes quem summa rerum omnium potestas sit? Nam haec una imperii forma maxime idonea est ad novos mores introducendos novaque instituta fundanda atque firmanda; quam laudem proxime post eam imperium duorum, post hoc autem democratia sibi vindicat. Nam plures sicubi reipublicae praesunt, veluti in aristocratia, ibi vero propter opinionum et iudiciorum varietatem ac dissensionem aliquid in melius mutari haud facile potest. Tyrannus autem ille si fuerit iuvenis alacris ingenii, qui facilem bonis consiliis aurem praebeat, ac fortitudine animique magnitudine emineat, nihil fere cogitari aut fingi animo potest, quod legislator ulterius sibi expetat: nam tali viro cives omnes facile parebunt et obsequentur. Flectentur enim, quocunque ille volet; eoque vel praeeunte exemplum vel etiam iubente haud aegre pristinos mores et instituta cum novis permutabunt. Huic igitur si prudens legumlator obtigerit, facillime civitatem ad optima quaeque perducet et formabit; sin autem tyrannus ipse sapientia, temperantia, ceteris virtutibus fuerit ornatus, id quod sanequam rarissime accidit, tum vero nihil est, quod civibus possit contingere salutarius (p. 709. D. — 712. A. extr.). —

Iam vero conemur ad civitatem recens constituendam leges accommodare easque tamquam oratione fingere. Definiendum autem hic ante omnia est, quaenam reipublicae forma illi conveniat, monarchiae an aristocratiae an denique democratiae. Et in Lacedaemonia quidem et Cretensi republica, quod nulla harum reipublicae formarum per se sola expressa cernitur, sed unaquaeque videtur dominari, id argumento est certissimo, has vere iudicari civitates esse. Nam quas nunc ipsum diximus, monarchiam, aristocratiam, democratiam, eae civitates omnino non sunt, sed tamquam urbes inhabitatae, quarum incolae partim dominantur, partim serviunt; quapropter illae etiam nomen suum ceperunt ex domini qui iis imperat potestate, quum tamen oporteret, siquidem ex tali re nominanda civitas esset, a deo, vero sapientium domino, nominari. At quemnam tandem hunc Deum dicemus? Nimirum hic fabulam quandam ad rem praesentem

adhibuisse iuvabit. Dicitur enim multo fuisse antiquior civitatibus illis, quas diximus, civitatis gubernatio illa, quae Saturno regnante viguerit atque summae beatitatis fuerit effectrix. Cuius imitatio tantum est ea, quae nunc inter has, quae sunt, quam optime administratur. Fama enim est antiqua, beatissimam fuisse illorum hominum vitam omnibusque bonis et commodis abundantem. Cuius rei caussa haec fuisse dicitur. Saturnus quum videret humanam naturam reperiri nullam, quae res humanas arbitrio suo gubernaret, quin simul insolentia et iniustitia repleretur, faciendum putavit, ut civitatibus non homines, reges et imperatores praeficerentur, sed potius genios iis duces et moderatores dedit, qui essent stirpis divinioris atque melioris. Quemadmodum igitur nunc homines praesunt pecudum gregibus, ita Deus, amore humani generis ductus tum hominibus praeposuit genios. Et hi quidem curam nostri gerentes, quum pacem, verecundiam, libertatem iustitiaeque largam copiam praeberent, varia ac diversa hominum genera reddiderunt talia, quae a seditione plane abhorrerent ideoque maxima beatitate fruerentur. Nimirum apertum est quid haec fabula doceat. Intelligitur enim ex ea clarissime, eis civitatibus, quarum non Deus moderator adsit sed mortalis aliquis, nullum unquam paratum esse neque malorum neque laborum effugium. Qua re admonemur, ut omni modo vitam imitari studeamus, quae olim Saturno regnante fuisse perhibetur, et quantum in nobismet ipsis insit immortalitatis, ei obsequentes publice privatimque domos et urbes administremus, leges (νόμους) nihil aliud esse putantes nisi m e n t i s r a t i o n i s q u e dispensationem quandam (νοῦ διανομήν). Nimirum sicuti Saturnio aevo divina sapientia omnes ac singulas vitae humanae partes penetravit atque concordiae iunxit vinculo, ita nunc in civitate, quae futura sit quam optima, una mens et ratio valere debet, nec committendum, ut ob singulorum studia et cupiditates solvatur divinum illud regnum rationis, quo uno civitatis secum ipsa consensio continetur. Si igitur vel unus aliquis homo vel etiam pauci vel universus populus, immoderatis lubidinum et cupiditatum studiis dominantibus, imperium exercent legibusque rationis neglectis et contemtis reipublicae habenas tractant, fieri nullo

modo potest, ut civitas beata fiat. Nimirum isti temere legum rationes attemperandas esse censent conservandis variis rerum publicarum formis, ita ut eae serviant commodis imperantium, non virtuti opitulentur. Quocirca iustum dictitant nihil aliud esse nisi superioris commodum, ideoque in quavis civitate arbitrantur eos, qui sint potentiores, leges ferre debere, quibus vel populi vel regis vel domini vis et potentia sustentetur atque ceteri cives a conatu eam minuendi vel evertendi deterreantur: potentissimos enim quosque etiam imperio maxime dignos esse. At enim vero hasce civitates merito dicere licet revera esse nullas, quemadmodum nec rectae leges videntur eae, quae non ob communem civitatis salutem positae sunt, sed ad singulorum quorundam commoda et utilitates referuntur. Imo illae civitates rectius dicentur factiones, ut in quibus singuli, prava regnandi ducti cupiditate, suis tantum rebus consulunt, communem omnium salutem negligunt (P. 712. B. — 715. B.).

Atque haec quidem exposita sunt, ut simul intelligatur, quibusnam civibus in ea civitate, quam tu, Clinia, conditurus es, magistratus et honores deferendi sint. Neque enim divitiarum aut roboris aut potentiae aut nobilitatis ratio ea in re ducenda est. Imo ante omnes alios, cui legum cura et ministerium deferatur, dignus haberi debet ille, qui legibus latis — spretis studiis rerum privatarum — obedire didicerit pulcerrimamque hanc victoriam de aliis omnibus reportaverit. Post hunc sequetur, qui ei hac virtute in civitate proximus est. Atque eodem prorsus modo etiam de iis iudicabitur, qui tertium, quartum, quintum locum occupaturi sint. Quod vero de legum ministerio locuti sumus; quos vulgo imperantes vocamus, eos nihil aliud volumus esse nisi legum ministros; ex qua una re civitatis salus vel maxime suspenditur. In quacunque enim civitate lex non est superior, verum subiecta imperio, ei certissima instat ruina; in qua autem imperantes sunt servi legum, ita ut lex omnium domina sit, ei optima quaeque et praestantissima bona obtingere solent (p. 715. B. — D. extr.).

Atque his explicatis iam tandem convertere se oratio nostra potest ad ipsos colonos, quos iam

praesentes adesse fingamus. Alloquamur igitur nunc illos his verbis, universis legibus nostris praemissis.

O boni, Deus, sicuti effatum illud antiquum ait, initium, finem et medium omnium rerum tenens rectâ via perficit omnia secundum naturam circumcirca obiens. Cui semper comes ac socia adest. Iustitia, vindex eorum, qui a divina lege desciscunt. Hanc vero qui beatus fieri vult, presse subsequitur summissus ac modestus; si quis vero inani fastu elatus, vel opibus superbiens vel honoribus vel etiam corporis formositate, prae petulantia et stoliditate exardescit animo cum insolentia, sese existimans nec imperatore nec duce aliquo indigere, sed potius idoneum esse, qui aliis imperet, is a Deo desertus relinquitur; relictus vero etiam alios trahens in societatem exultat, omnia simul miscens ac perturbans; et multis quidem ille videtur tum aliquid esse, sed non ita multo post poenam solvens non contemnendam Iustitiae et semet ipsum et domum urbemque suam funditus evertit (p. 715. E. — 716. B.).

Hoc vero quum divinitus ita sit constitutum, quomodo sentire atque agere hominem sapientem deceat, sponte intelligitur. Studere enim perpetuo id ipsum decet, ut in pedisequis dei sit. Quaenam vero agendi ratio erit Deo cara eique conveniens? Nimirum una, uno illa nitens veteri effato, quo dicitur simile carum esse simili, modum habenti; immoderata vero nec sibi ipsis mutuo nec moderatis esse amica. Iam Deus quidem rerum omnium modus est vel maxime. Huic igitur si qui carus futurus sit, eum necesse est etiam ipsum talem fieri (μετριον). Atque hac ratione temperans quis etiam carus est deo; est enim deo similis; intemperans vero ei dissimilis est ac dispar, ideoque ei invisus; et quae alia eodem modo sese habent. (P. 716. C. D.).

His porro consequens est, id quod longe videtur pulcerrimum, ut bonus et honestus vir etiam diis sacrificare et per preces ceterumque eorum cultum tamquam familiaritatem cum iis inire possit. Quae res ad vitae beatitatem longe est efficacissima, quandoquidem deum qui sancte colunt, ii etiam bona ab eo impetrant. Nec vero cultus deorum a recto alienus erit, si quidem primum Deos Olympios ac deos civitatis tutelares, deinde vero deos inferos, post hos

daemonas, ultimo denique loco heroas rite veneremur. Sed proxime post deos et heroas parentes vivi et mortui sunt colendi, quibus quisque maxima profecto debet beneficia, ut adeo ingratus erga eos animus a diis gravissime puniatur (p. 716. D. — 718. A.).

Praeterea etiam liberis, cognatis, civibus ac peregrinis, debentur officia, quae singula legumlatione, si qua opus fuerit, definiri oportet (718. A. B.).

Quo magis vero animi civium ad virtutem colendam fiant proclives, non satis est, ut legibus publicis iubeantur haec vel illa facere, imo debent etiam exhortatione et persuasione ad obeunda virtutis ac pietatis officia commoveri atque impelli. Quamobrem legibus prooemia praemittantur necesse est, quae earum argumentum illustrent commendentque civibus. Sunt enim duae legum scribendarum rationes, quemadmodum medicinae factitandae duplex ratio est; una est lenior, mitior et humanior, quae utitur adhortatione et persuasione benevola; altera severa, quae nihil nisi imperat et vetat, poenasque constituit, non additis lenibus admonitionibus. Et nobis quidem ambae videntur esse consociandae, quo efficacior fiat legumlatio ad civium virtutem. Quod quomodo perficiendum sit, age, exemplo legis de matrimoniis ferendae cognoscamus. Primum igitur legem simplicem statuamus hanc, qua ineundi coniugii tempus finiatur, idque negligenti poena irrogetur. Sed huic ipsi legi admonitionem quoque ad persuadendum accommodatam adiiciamus. Eodem vero modo omnes leges scribendae sunt. Inepte enim faciunt, qui admonitione et persuasione omissa et contemta in legibus condendis nihil nisi poenas minantur. Sed age, iam ad ipsam rem accedamus propius, atque prooemia legum conficiamus. Ac de cultu quidem deorum, daemonum et heroum, itemque de officiis erga parentes, non iam opus videtur, ut prooemia exhibeantur; satis enim de his paullo ante dictum est. Sed quae ad animum et corpus itemque ad bona fortunae pertinent, ea vero desiderant peculiarem disputationem (p. 718. C.—724. B.).

Δ.

Cap. I. ΑΘ. Φέρε δή, τίνα δεῖ διανοηθῆναί 704
ποτε τὴν πόλιν ἔσεσθαι; λέγω δὲ οὔ τι τοὔνομα αὐτῆς ἐρωτῶν ὅ τί ποτ' ἔχει τὰ νῦν, οὐδ' εἰς τὸν ἔπειτα χρόνον ὅ τι δεήσει καλεῖν αὐτήν· τοῦτο μὲν γὰρ τάχ' ἂν ἴσως καὶ ὁ κατοικισμὸς αὐτῆς ἤ τις τόπος ἢ ποταμοῦ τινὸς ἢ κρήνης ἢ θεῶν ἐπωνυμία τῶν
ἐν τῷ τόπῳ προςθείη τὴν αὐτῶν φήμην καινῇ γε- B

Cap. I. P. 704. τὴν αὐτῶν φήμην] αὐτῶν vett. editt. ἑαυτῶν Ξ. B. sed αὐτῶν Par. A.

Cap. I. P. 704. λέγω δὲ οὔ τι τοὔνομα —] Posteaquam omnino interrogavit, qualem tandem oporteat civitatem futuram esse, mentem suam deinceps declarans apertius primum monet, sese non iam quaerere de nomine ei imponendo, quippe quod ipsa eius exstructio facile suppeditatura sit, sed illud potius scire avere, utrum maritima sit futura, an mediterranea. Prudenter vero ita fecisse existimandus est. Nam isto certe modo tanquam in transcursu admonet, cur non iam de novae civitatis nomine quaerendum putet; gravius enim illud esse, ut ante omnia situs et natura loci exquiratur, in quo nova civitas condenda sit. Monenda haec putavimus propter ea, quae scripsit Zellerus Stud. Platonice. p. 62: „Im vierten Buche ist es von übler Vorbedeutung, wenn die allerdings undeutliche Frage, mit der es beginnt: τίνα δεῖ διαν. — πόλιν ἔσεσθαι; weiter erklärt wird: λέγω δὲ οὔ τι τοὔνομα κ. τ. λ. War gerade dieses Missverständniss von den Mitredenden zu fürchten, so konnten sie freilich nicht wohl eine wissenschaftliche Unterhaltung führen." Vellem vir doctus ipse locum accuratius consideravisset.

ὅ τι δεήσει καλεῖν] Int. ὄνομα. v. ad Gorg. p. 448. C. Cratyl. p. 383. B. Reip. X. p. 596. B. Matthiae Gr. §. 420.

τὴν αὐτῶν φήμην καινῇ —] Est haec constructio καθ' ὅλον καὶ μέρος. Nam quod post τοῦτο hic subiungitur τὴν αὐτῶν φήμην, valet hoc ad definien-

νομένῃ τῇ πόλει· τόδε δὲ περὶ αὐτῆς ἐςίν, ὃ βουλόμενος μᾶλλον ἐπερωτῶ, πότερον ἐπιθαλαττίδιος ἔςαι τις ἢ χερσαία.

ΚΛ. Σχεδόν, ὦ ξένε, ἀπέχει θαλάττης γε ἡ πόλις, ἧς πέρι τὰ νῦν δὴ λεχθέντα ἡμῖν, εἴς τινας ὀγδοήκοντα ςαδίους.

ΑΘ. Τί δέ; λιμένες ἆρ' εἰσὶ κατὰ ταῦτα αὐτῆς, ἢ τὸ παράπαν ἀλίμενος;

ΚΛ. Εὐλίμενος μὲν οὖν ταύτῃ γε ὡς δυνατόν ἐςι μάλιςα, ὦ ξένε.

C ΑΘ. Παπαί, οἷον λέγεις! τί δὲ περὶ αὐτὴν ἡ χώρα; πότερα πάμφορος ἢ καὶ τινῶν ἐπιδεής;

B. *ἐπιθαλαττίδιος*] ἐπιθαλαττιαῖος Ω. v. h. δ. et a m. sec. Par. A. Vulgatam tuetur etiam Euseb. Praep. Evang. XII. 48. p. 617. B. Nimirum videtur ἐπιθαλαττίδιος, qua forma utitur etiam Xenoph. Hist. Gr. III. 4. 28. Thucyd. IV. 76. Dionys. Art. rhet. 5, 5. Libanius I. p. 286. 4. Polluc. IX. 17. temere depravatum esse in ἐπιθαλαττιαῖος, ut Strab. II. p. 73. III. p. 167. Neque enim θαλαττιαῖος aut ἐπιθαλαττιαῖος usitatum fuit.

Τί δέ; λιμένες —] δαί Voss. et corr. A. Iidem dein κατὰ ταὐτὰ αὐτῆς. Euseb. κατ' αὐτῆς, omisso ταῦτα.

Εὐλίμενος μὲν οὖν ταύτῃ] V. μὲν οὖν ἐστὶ ταύτῃ. Omittunt istic ἐστὶ Ω. v. f. h. r. o. c. δ. o. x. cum Eusebio.

dam accuratius notionem pronomini subiectam. Etenim φήμην appellat nomen cum religione quadam coniunctum atque augurii quasi quandam speciem habens. Exposuit de usu vocabuli copiosissime Wyttenbach. Biblioth. Crit. Vol. III. P. I. p. 57 sqq. Putat vero Stephanus ad τοῦτο deesse δοίῃ aut simile verbum, in quo nos virum eximium errasse censemus.

B. *τόδε δὲ περὶ αὐτῆς*] Exscripsit locum Euseb. Praep. Evang. p. 617. B. XII. 48. Quam vero regionem Plato deinceps describit atque novae reipublicae concessit, eam ipse appellat Magnetum civitatem Libr. VIII. p. 848. D. IX. p. 860 E. XI. p. 919. D. XII. p. 946. B. p. 969. A. ex quo postremo loco nomen esse confictum facile apparet. Nec tamen illud mero arbitrio fictum, siquidem Boeckhius in Min. et Legg. p. 68. ex locis Plat. Legg. XI. p. 919. D. XII. p. 649. B. Strabon. XIV. p. 943. Schol. Apollon. Argon. I. 584. inter se collatis probabiliter coniecit, olim Magnetas in Creta habitavisse, qui postea in Asiam minorem migraverint et condiderint Magnesiam ad Maeandrum. De qua re etiam Hoeckius in amplo opere: De Creta insula, Vol. II. p. 409 sqq. ita disputat, ut Boeckhio prorsus assentiatur. Itaque Plato eundem locum, quem illi olim deseruissent, huic civitati, quae in Legibus conditur, concessisse existimandus est.

εἴς τινας ὀγδοήκοντα

ΚΛ. Σχεδὸν οὐδενὸς ἐπιδεής.

ΑΘ. Γείτων δὲ αὐτῆς πόλις ἆρ' ἔςαι τις πλησίον;

ΚΛ. Οὐ πάνυ· διὸ καὶ κατοικίζεται. παλαιὰ γάρ τις ἐξοίκησις ἐν τῷ τόπῳ γενομένη τὴν χώραν ταύτην ἔρημον ἀπείργαςαι χρόνον ἀμήχανον ὅσον.

ΑΘ. Τί δ' αὖ πεδίων τε καὶ ὀρῶν καὶ ὕλης; πῶς μέρος ἑκάςων ἡμῖν εἴληχε;

ΚΛ. Προςέοικε τῇ τῆς ἄλλης Κρήτης φύσει ὅλη. D

ΑΘ. Τραχυτέραν αὐτὴν ἢ πεδιεινοτέραν ἂν λέγοις.

ἐξοίκησις ἐν τῷ τόπῳ] Sic A. B. Ξ. Ω. v. f. h. r. a. c. δ. x. cum Ald. Bas. 1. 2. et codd. Eusebii omnibus. Stephanus dedit ἐξοίκισις, quod retinuit Bekkerus. v. infra explicat.

Τί δ' αὖ — ὕλης;] Interrogandi notam, vulgo post αὖ positam, transposuimus post ὕλης. v. exeg. ann. Voss. et Par. A. corr. δαὶ pro δ' αὖ. Libri Eusebii: τί δέ; πεδίων, quod cur praetulerit Schneider. non liquet.

D. πεδιεινοτέραν] Legebatur πεδινωτέραν, quod correximus ex A. B. Ω. v. f. h. a. δ. o. Tuetur tamen veterem lectionem Eusebius.

στ.] circiter octoginta fere stadia, ungefähr *gegen* 80 Stadien. De εἰς sic apud numeralia usurpato v. Matthiae Gr. §. 578. g. edit. III. p. 1349. et de adiecto τινας, quod Latine reddas fere, Bernhardy Syntax. p. 442. — Mox κατὰ ταῦτα αὐτῆς est: in his eius partibus, quae mari sunt vicinae. Prave Eusebius κατ' αὐτῆς, pro quo Vigerus putabat κατὰ ταὐτὰ αὐτῆς vel κατ' αὐτὴν refingendum esse. Etiam Stephanus locum pro corrupto habuit. Iniuria. Mox ταύτῃ γε est: hac certe parte.

τί δὲ περὶ αὐτὴν ἡ χώρα; πότερα —] Quid vero regio ei circumiecta? estne omnium rerum ferax an etiam quarundam indigens? De formula τί δέ; sic cum subiecto reliquae orationi praemisso v. ann. ad Gorg. p. 501. E. A. Matthiae Gr. Gr. §. 630. Erfurdt. ad Sophocl. Aiac. v. 972. Matthiae ad Cicer. Or. pro Rosc. Amer. c. 33. Prave distingunnt nonnulli: τί δέ; περὶ αὐτὴν ἡ χώρα πότερα π. κ. τ. λ. Idem vitium in proximis vulgo admissum fuit, ubi scriptum exhibent: Τί δ' αὖ; πεδίων — ὕλης πῶς μέρος ἑκάστων ἡμῖν εἴληχεν; Nimirum sublata post αὖ distinctione interrogandi nota post ὕλης interponenda fuit. De τί δέ; ita cum genitivo consociato v. ad Phaedon. p. 78. D. et Gorg. p. 509. E. —

παλαιὰ γάρ τ. ἐξοίκησις] Vera haec unice lectio est, quam etiam codd. praestantis-

ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΑΘ. Οὐ τοίνυν ἀνίατός γε ἂν εἴη πρὸς ἀρετῆς κτῆσιν. εἰ μὲν γὰρ ἐπιθαλαττία τε ἔμελλεν εἶναι καὶ εὐλίμενος καί μὴ πάμφορος ἀλλ' ἐπιδεὴς πολλῶν, μεγάλου τινὸς ἔδει σωτῆρός τε αὐτῇ καὶ νομοθετῶν θείων τινῶν, εἰ μὴ πολλά τε ἔμελλεν ἤθη καὶ ποικίλα καὶ φαῦλα ἕξειν τοιαύτη φύσει γενομένη· νῦν

P. 705. *ἐμπιπλᾶσα αὐτὴν*] *ἐμπιμπλᾶσα* Par. A. et teste simi tuentur. Vulgo *ἐξοίκισις*. At enim vero *ἐξοικίζειν* quum sit: domo eiicere, expellere; tum *ἐξοίκισις* significat expulsionem potius quam demigrationem. Itaque restituendum *ἐξοίκησις*, quod ductum est ab *ἐξοικέω*, e sedibus discedo, demigro, legiturque etiam infra libr. VIII. p. 850. B: *ἤ τινα ἀναβολὴν τῆς ἐξοικήσεως ἀξιῶν αὐτῷ γίγνεσθαι;* Error etiam alibi admissus.

D. *ἐπιθαλαττία τε ἔμ.*] Antea p. 704. B. erat *ἐπιθαλαττίδιος*. De forma feminini generis ab adiectivo composito ducta v. Matthiae Gr. §. 106. et §. 116. Dein *ἔδει*, opus esset, quod positum est sine *ἄν*, vide ea de re annot. ad Remp. I. p. 328. Sympos. p. 190. C. Hermann. De particula *ἄν* I. 12.

εἰ μὴ πολλά τε ἔμελλεν —] De toto, qui sequitur loco contulisse iuvabit Ciceron. De Rep. II. c. 3. et 4. unde haec transscribimus. „Sed hoc vir excellenti providentia (Romulus) sensit ac vidit, non esse opportunissimos situs maritimos urbibus iis, quae ad spem diuturnitatis conderentur atque imperii. Primum enim, quod essent urbes maritimae non solum *multis* periculis oppositae, sed etiam coecis (i. e. improvisis et inexspectatis). — Est autem maritimis urbibus etiam quaedam corruptela ac demutatio morum: admiscentur enim novis sermonibus ac disciplinis, et importantur non merces solum adventitiae, sed etiam mores; ut nihil possit in patriis institutis manere integrum. Iam qui incolunt eas urbes, non haerent in suis sedibus, sed volucri semper spe et cogitatione rapiuntur a domo longius, atque etiam, cum manent corpore, animo tamen excurrunt et vagantur. — Multa etiam ad luxuriam invitamenta perniciosa civitatibus suppeditantur mari, quae vel capiuntur vel importantur, atque habet etiam amoenitas ipsa vel sumtuosas vel desidiosas illecebras multas cupiditatum ctr. Strabo VII. 9: *καὶ Πλάτων δὲ ἐν τῇ πολιτείᾳ τὴν θάλατταν ὡς πονηροδιδάσκαλον φεύγειν οἴεται δεῖν ὅ τι πορρωτάτω τοὺς εὖ πολιτευομένους καὶ μὴ οἰκεῖν ἐπ' αὐτῇ.* Proclus in Polit. p. 352. 13: *ὅτι τοὺς ἐπιθαλαττιδίους τόπους τῆς θορυβώδους ζωῆς καὶ ποικίλης γέμειν ἀναγκαῖον, τὰς δὲ πορρωτέρω πόλεις ἐκείνων καθαρεύειν τῶν κακῶν.* Omnino veteres sapientes nautarum com-

δὲ παραμύθιον ἔχει τὸ τῶν ὀγδοήκοντα ςαδίων. ἐγγύτερον μέντοι τοῦ δέοντος κεῖται τῆς θαλάττης, σχεδὸν ὅσον εὐλιμενωτέραν αὐτὴν φῂς εἶναι. ὅμως 705 δὲ ἀγαπητὸν καὶ τοῦτο. πρόςοικος γὰρ θάλαττα χώρᾳ τὸ μὲν παρ' ἑκάςην ἡμέραν ἡδύ, μάλα γε μὴν ὄντως ἁλμυρὸν καὶ πικρὸν γειτόνημα· ἐμπορίας γὰρ καὶ χρηματισμοῦ διὰ καπηλείας ἐμπιπλᾶσα αὐτήν,

Bastio Vat. Ω. Pro vulg. ἑαυτὴν, quod etiam mss. tuentur, Astius de coniectura restituit verissime αὐτήν.

mercium bonis moribus inimicum esse putarunt. v. Hesiod. OO. DD. v. 236. Arat. Phaenom. v. 110 sqq. et Horat. Epod. XVI. v. 57 — 60.

P. 705. ὅμως δὲ ἀγαπητὸν καὶ τοῦτο] etiam hoc acquiescendum. Nam ea vi et potestate ἀγαπᾶν frequentari constat; v. De Rep. I. p. 330. B. III. p. 399. B. V. p. 472. C. p. 473. B. p. 475. B. Theaet. p. 207. A. Gorg. p. 483. C. Men. p. 75. C. Sophist. p. 241. C. Euthydem. p. 306. C. al. Prorsus ut hoc loco Cratyl. p. 439. B: ἀγαπητὸν δὲ καὶ τοῦτο. Ibid. p. 429. E: ἀλλ' ἀγαπητὸν καὶ τοῦτο. Hipp. mai. p. 302. B: ἐξαρκεῖ, ὦ Ἱππία. ἀγαπητὰ γὰρ καὶ ταῦτα. De Rep. IV. p. 435. D: οὐκοῦν ἀγαπητόν; ἔφη· ἐμοὶ γὰρ ἔν γε τῷ παρόντι ἱκανῶς ἂν ἔχοι. Prorsus a Platonis sententia aberravit Astius, qui verba sic interpretatur: boni tamen consulendum s. praeclare cum ea agi putandum est, quod a mari remota erit (urbs).

πρόσοικος γὰρ θάλαττα χώρᾳ —] H. e. maris vicinia dulcis quidem videtur, at revera salsi quid et amari habet. Quod dicitur metaphorice de mari, quatenus mercatura ac frequentius commercium morum bonorum efficit depravationem. Usus vero hic philosophus in rem suam est dicto quodam Alcmanis, de quo vid. Welkerum in Fragment. Alcman. p. 66 sqq. Servavit illud Scholiasta Aristidis ad Oratt. Platon. Is enim ad p. 206. T. II. ed. Iebb. = p. 272. Vol. II. ed. Dind., ubi hic locus Platonis ab rhetore celeberrimo corripitur, haec annotat: ἔστω τὸ γειτόνημα ἁλμυρόν, ὥς φησιν, Ἀλκμὰν ὁ λυρικὸς τοῦτο εἶπεν· ἁλμυρὸν τὸ γειτόνημα, ἀντὶ τοῦ κακόν ἐστι γείτονα ἔχειν τὴν θάλασσαν. v. etiam Scholia Arist. ed. Dindorf. p. 635. et quae exposuit Creuzerus ad Plotin. De pulcritudine p. 465 sq. Audiendus vero praeterea est etiam Apostolius II. 54. qui proverbii loco affert: ἁλμυρὸν γειτόνημα ἔκβλεπε πόῤῥω, Alcmanem et Platonem commemorans. Locum Platonis imitati sunt quum alii, tum Aelian. Epist. 13. Eundem in Florilegium suum retulit Stobaeus Serm. XLI. p. 266. ubi scribitur καπηλίας et ἀντεπίμπλαι' ἄν.

διὰ καπηλείας ἐμπιπλ.] De Rep. II. p. 371. D. ubi inter alia: αὕτη ἄρα — ἡ χρεία καπήλων ἡμῖν γένεσιν ἐμποιεῖ τῇ πόλει, ἢ οὐ καπήλους καλοῦμεν τοὺς πρὸς ὠνήν τε καὶ πρᾶσιν διακονοῦντας ἱδρυμένους ἐν ἀγορᾷ, τοὺς δὲ πλανήτας ἐπὶ τὰς πόλεις ἐμπόρους; Propter haec ipsa vero, quae hic disseruntur, philosophus in Legum opere mer-

ἤθη παλίμβολα καὶ ἄπιστα ταῖς ψυχαῖς ἐντίκτουσα, αὐτήν τε πρὸς αὐτὴν τὴν πόλιν ἄπιστον καὶ ἄφιλον ποιεῖ καὶ πρὸς τοὺς ἄλλους ἀνθρώπους ὡσαύτως. παραμύθιον δὲ δὴ πρὸς ταῦτα καὶ τὸ πάμφορος εἶ-
B ναι κέκτηται· τραχεῖα δὲ οὖσα δῆλον ὡς οὐκ ἂν πολύφορός τε εἴη καὶ πάμφορος ἅμα. τοῦτο γὰρ ἔχουσα, πολλὴν ἐξαγωγὴν ἂν παρεχομένη, νομίσματος ἀργυροῦ καὶ χρυσοῦ πάλιν ἀντεμπίπλαιτ' ἄν, οὗ μεῖζον κακόν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πόλει ἀνθ' ἑνὸς ἓν οὐδὲν ἂν γίγνοιτο εἰς γενναίων καὶ δικαίων ἠθῶν κτῆσιν, ὡς ἔφαμεν, εἰ μεμνήμεθα, ἐν τοῖς πρόσθεν λόγοις.

ΚΛ. Ἀλλὰ μεμνήμεθα, καὶ συγχωροῦμεν τότε λέγειν ἡμᾶς ὀρθῶς καὶ τὰ νῦν.

C ΑΘ. Τί δὲ δή; ναυπηγησίμης ὕλης ὁ τόπος ἡμῖν τῆς χώρας πῶς ἔχει;

B. νομίσματος ἀργυροῦ καὶ χρυσοῦ] Legebatur ἀργύρου, consentientibus mss. omnibus. Correxit Boeckhius, adstipulantibus codicibus Eusebii a Gaisfordo tractatis. Deinde vulgo

cenariam atque mercaturam peregrinis relinquendam, civibus reipublicae a se conditae interdicendam iudicavit. v. Libr. VIII. p. 846. C sqq. XI. p. 919. C sqq. XII. p. 949. E sq.

ἤθη παλίμβολα —] Libr. XII. p. 949. E sq. πέφυκε δὲ ἡ πόλεων ἐπιμιξία πόλεσιν ἤθη κεραννύναι παντοδαπὰ κ. τ. λ. — παλίμβολα ἤθη dici versuta et callida, egregie demonstravit Ruhnken. ad Tim. Gloss. p. 204 sq.

παραμύθιον δὲ δὴ πρὸς ταῦτα] Sed istud quidem quod attinet, consolationem habet etiam illud, quod quum omnium rerum fertilis sit, tamen propter regionis asperitatem non adeo multa profert, ut etiam rerum multarum abundantia suppetat.

B. νομίσματος ἀργυροῦ καὶ χρυσοῦ] numis argenteis et aureis repleretur. Male vulgo ἀργύρου, quod ex Euseb. Praep. Evang. p. 617. b. correxerunt. conf. VII. p. 801. B. Mox de ἓν ἀνθ' ἑνός v. ann. ad libr. I. p. 647. B. et Phileb. 63. C.

καὶ συγχωροῦμεν — καὶ τὰ νῦν.] et concedimus etiam nunc, recte nos ea dixisse antea.

C. ναυπηγησίμης — ἔχει;] Genitivum liquet non ex uno πῶς esse suspensum, quae Astii fuit opinio, sed pendere potius ex integra formula πῶς ἔχει; de quo constructionis genere satis erit laudavisse A. Matthiae Gr. Gr. §. 337. cuius copiis addimus De Rep. X. p. 612. D: ὥσπερ ἔχει δόξης. Ex talibus etiam declarandus est lo-

ΚΛ. Οὐκ ἔστιν οὔτε τις ἐλάτη λόγου ἀξία οὔτ' αὖ πεύκη, κυπάριττός τε οὐ πολλή· πίτυν τ' αὖ καὶ πλάτανον ὀλίγην ἂν εὕροι τις, οἷς δὴ πρὸς τὰ τῶν ἐντὸς τῶν πλοίων μέρη ἀναγκαῖον τοῖς ναυπηγοῖς χρῆσθαι ἑκάστοτε.

ΑΘ. Καὶ ταῦτα οὐκ ἂν κακῶς ἔχοι τῇ χώρᾳ τῆς φύσεως.

ΚΛ. Τί δή;

ΑΘ. Μιμήσεις πονηρὰς μιμεῖσθαι τοὺς πολεμίους μὴ ῥᾳδίως δύνασθαί τινα πόλιν ἀγαθόν. D

ΚΛ. Εἰς δὴ τί τῶν εἰρημένων βλέψας εἶπες ὃ λέγεις;

Cap. II. *ΑΘ.* Ὦ δαιμόνιε, φύλαττέ με εἰς τὸ κατ' ἀρχὰς εἰρημένον ἀποβλέπων, τὸ περὶ τῶν Κρη-

erat ἀντεπίμπλατ'. Par. A. B. Vat. Ω. ἀντεπίμπλαιτ', cum Stobaeo. Alii variant inter ἀντεπίμπλαντ' et ἀντεμπίπλαιτ'. Voss. ἀντεμπίμπλαιτ' ἄν. Optativum etiam Eusebii codd. tuentur.

cus Reip. IX. p. 576. D: εὐδαιμονίας αὖ καὶ ἀθλιότητος ὡσαύτως ἢ ἄλλως κρίνεις; Mox quod post οὔτε — οὔτε infertur τε οὐ, v. ad III. p. 679. C.

Καὶ ταῦτα οὐκ ἂν — τῆς φύσεως.] Hyperbaton est. Iunge cum Astio: καὶ ταῦτα τῆς φύσεως οὐκ ἂν κακῶς ἔχοι τῇ χώρᾳ.

Μιμήσεις πονηρὰς μ. — ἀγαθόν.] Dicitur μιμεῖσθαί τινα. Eodem prorsus modo construitur formula μιμεῖσθαι μιμήσεις πονηράς. Itaque sententia verborum haec est: mala imitatione i. e. in rebus pravis, hostes non facile imitari posse aliquam civitatem, bonum est. Hanc interpretationem confirmant illa p. 706. A. τὴν δὲ δὴ μίμησιν ἔλεγον τὴν τῶν πολεμίων τὴν κακὴν τοιάνδε γίγνεσθαι.

Cap. II. D. *τὸ περὶ τῶν Κρητικῶν*] H. e. εἰς τὸ εἰρημένον π. τ. Κρ. Dein τοῦτ' αὐτὸ intelligitur τὸ ἕν τι. Respicitur ad ea, quae Libr. I. p. 630. C sqq. de hac re disputata sunt, ubi reprehenduntur Lacedaemoniorum et Cretensium legumlatores, quod in scribendis legibus suis unam respexerint fortitudinem, ceteras virtutes non curaverint. Contendit autem ibi Atheniensis, universam virtutem legumlatori propositam esse oportere, quam ipsam nunc voc. ἕν τι significat. Ad hanc igitur sese ait nunc quoque respectare in re navali aestimanda atque iudicanda, quandoquidem militia navalis sibi videatur virtuti omnino officere maximeque masculae fortitudinis nervos elidere atque frangere. De universa virtute, civitatis fine, v. etiam Libr. III. p. 688. A sqq.

τικῶν νόμων, ὡς πρὸς ἕν τι βλέποιεν. καὶ δὴ καὶ τοῦτ' ἐλεγέτην αὐτὸ εἶναι σφὼ τὸ πρὸς τὸν πόλεμον, ἐγὼ δὲ ὑπολαβὼν εἶπον, ὡς, ὅτι μὲν εἰς ἀρετήν ποι βλέποι τὰ τοιαῦτα νόμιμα κείμενα, καλῶς ἔχοι, τὸ δὲ ὅτι πρὸς μέρος ἀλλ' οὐ πρὸς πᾶσαν,
E σχεδὸν οὐ πάνυ ξυνεχώρουν. νῦν οὖν ὑμεῖς μοι τῆς

Cap. II. D. *τοῦτ' ἐλεγέτην*] Legebatur *ἐλέγετον*. Sed A. B. Ω. Ξ. v. f. h. r. a. c. δ. o. x. *ἐλεγέτην*, de qua forma diximus ad Euthydem. p. 273. E. Sympos. p. 189. C. Eadem flexio recurrit infra VI. p. 753. A. Voss. in marg. *ἐλέγετον*.

P. 706. *συνεχῶς τούτων τῶν ἀεὶ καλῶν τι ξυνέπηται μόνῳ*] Par. A. marg. Vat. Ω. et Flor. a. *τοῦ τῶν ἀεὶ κ.* Vat. Ω. Ven. Ξ. v. f. r. a. c. δ. *τούτων ἀεὶ κ.* Ricc. et marg. Par. A. *συνεχῶς τῶν ἀεὶ κ.* Pro *καλῶν* Ω. Ξ, v. f. r. a. c. δ. o. *καλόν*.

ὡς, ὅτι μὲν εἰς ἀρετήν ποι βλ.] Haec sic putamus enucleanda: *ὡς καλῶς μὲν ἔχοι, ὅτι εἰς ἀρετήν ποι βλέποι τὰ τοιαῦτα νόμιμα κείμενα.* Iam vero subiungi debebant, nisi fallor, haec: *ὅτι δὲ πρὸς μέρος ἀλλ' οὐ πρὸς πᾶσαν* (*ἀρετήν*), *οὐ καλῶς ἔχοι.* Sed pro iis libera oratione per anacoluthon dicitur sic: *τὸ δ' ὅτι — ξυνεχώρουν.* Etenim Stephanus quidem manifesto falsus est, etiam istud *ξυνεχώρουν* ex praecedenti *ὅτι* pendere existimans.

E. *ἀντιφυλάξατε ἑπόμενοι,*] vicissim me observate, sicuti ego antea vos observavi et reprehendi, quum non universam virtutem, sed unam fortitudinem civitati propositam esse statueretis.

τοῦτον γὰρ δὴ τίθεσθαι τὸν νόμον —] hanc enim legem recte ferri arbitror unam, quae instar sagittarii semper ad id contendat, quod unum eximie continenter ac perpetuo aliquid eorum, quae semper bona et honesta sunt, sibi adiunctum habeat. Sententia loci plana est et aperta. Nihilominus de verbis dubitatur magnopere. Et vulgata quidem lectio ea est, quam servavimus: *ὅτῳ ἂν συνεχῶς τούτων τῶν ἀεὶ καλῶν τι ξυνέπηται μόνῳ.* De qua tamen lectione libri mss. valde dissentiunt. Etenim pro *τούτων τῶν* alii cum Par. A. *του τῶν*, alii simpliciter *τῶν*, alii etiam *τούτων*. Pro *καλῶν* porro non pauci *καλόν*. Denique pro *μόνῳ* alii *μόνον*, alii *μόνων*. Haec vero librorum discrepantia fecit, ut olim scriberemus: *ὅτῳ ἂν ξυνεχῶς ἀεὶ καλόν τι ξυνέσπηται μόνον.* Noveramus enim non raro *ξυνεχῶς ἀεὶ* isto modo consociari, sicuti exemplis demonstrarunt Schaefer. ad Gregor. Corinth. p. 190. et Valckenar. ad Theocrit. Adoniaz. p. 71. ed. Berol. Praeterea etiam a Faehsio Syllog. Varr. Lectt. p. 303. acceperamus, eam scripturam repertam esse in marg. Par. A. (n. 1807.) annotatam. Sed fatemur aperte, nunc nos consilii nostri poenitere. Nam quod Faehsius scripsit in marg. cod. A. legi haec: *ὅτῳ ἂν συνεχῶς ἀεὶ καλῶν τι ξυνίσπηται μόνον*, omisso *τούτων*, in eo vir optimus falsus est. Quippe didicimus nunc a Bekkero pariter atque Ba-

παρούσης νομοθεσίας ἀντιφυλάξατε ἑπόμενοι, ἐὰν
ἄρα τι μὴ πρὸς ἀρετὴν τεῖνον ἢ πρὸς ἀρετῆς μό-
ριον νομοθετῶ. τοῦτον γὰρ δὴ τίθεσθαι τὸν νόμον
ὀρθῶς ὑποτίθεμαι μόνον, ὃς ἂν δίκην τοξότου ἑκά-
στοτε στοχάζηται τούτου, ὅτῳ ἂν συνεχῶς τούτων τῶν 706
ἀεὶ καλῶν τι ξυνέπηται μόνῳ, τὰ δὲ ἄλλα ξύμπαντα

Schneider. edidit: *συνεχῶς τῶν ἀεὶ καλῶν*. Pro *μόνῳ* non pauci *μόνων* vel *μόνον*, quod ortum ex scriptura dativi *μόνωι*. Edidit tamen *μόνον* Schneider. Pro *ξυνέπηται* olim Faehsio confisi ex cod. Par. marg. *ξυνέσπηται* dedimus, de qua forma dixit Astius ad III. c. 15. Sed codd. non addicunt, neque certo eam formam Faehsius inde protulit, sicuti nunc didicimus ex Bastii et Bekkeri notationibus.

stio, rem se habere utique aliter. Quocirca lectio illa destituitur omnino codicum auctoritate. Alio modo locum refingendum censuit Winckelmannus, ad Euthydem. p. 117. corrigens: *ὅτῳ ἂν συνεχῶς ἀεὶ τῶν καλῶν τι ξυνέπηται μόνον*. Verum nec haec scriptura testimoniis codicum satis firmatur, quandoquidem in illis omnibus inter *συνεχῶς* et *ἀεί* aut *του τῶν* aut *τούτων* aut denique *τῶν* interiectum legitur. Dicam paucis, quid nunc de re controversa sentiam. Vera est unice lectio olim a Stephano aliisque suscepta, quae temere videtur sollicitata esse ideo, quia critici vim et significationem verborum singulorum non usquequaque perspectam habuerunt. Quippe primum illi haeserunt in *τούτων*, quod variis modis est depravatum. At nimirum dicitur illud, nisi fallor, sic, ut *τὰ ἀεὶ καλά* tanquam nota omnibus atque celebrata significentur. De quo usu pronominis diximus ad Phaedon. p. 69. C. et supra ad Legg. III. p. 677. A. Sunt autem *τὰ ἀεὶ καλά*, ut sexcenties, eadem quae vocantur etiam *αὐτὰ τὰ καλά*, quae in se honesta ac bona sunt, quorumque natura constans est, sempiterna et immutabilis. Praeterea vero critici etiam in isto *μόνῳ* haeserunt, quod vel in *μόνον* vel in *μόνων* commutandum putarunt. Verum unice placet dativus, qui cohaeret cum *ὅτῳ*, atque explicandus est hunc in modum: cui unice s. eximie continenter adiunctum est aliquid eorum, quae semper honesta sunt. Usum loquendi illustravimus ad Sympos. p. 215. C. et 222. A. Hac igitur ratione dubitationes de vulgatae lectionis, etiam codd. fide sustentatae, integritate removendas esse nobis persuasimus, ut nec probemus Hermannum, qui nuper suo arbitratu sic edidit: *στοχάζηται τοῦ ὅτῳ ἂν συνεχῶς τῶν ἀεὶ καλῶν τι ξυνέπηται μόνῳ*. Restat, ut de dictione aliquid monendum sit. Quod igitur *ὁ νόμος* dicitur debere *δίκην τοξότου στοχάζεσθαι τῶν καλῶν*, apte comparavit Astius libr. XI. p. 934. B: *πρὸς πάντα τὰ τοιαῦτα βλέποντας τοὺς νόμους τοξότου μὴ κακοῦ στοχάζεσθαι δίκην*. Addimus Aeschyl. Agam. v. 610: *ἔκυρσας, ὥστε τοξότης ἄκρος, σκοποῦ*. ubi v. Blomfield.

παραλείπῃ, ἐάν τέ τις πλοῦτος ἐάν τε ἄρα τι τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων ὂν τυγχάνῃ ἄνευ τῶν προειρημένων. τὴν δὲ δὴ μίμησιν ἔλεγον τὴν τῶν πολεμίων τὴν κακὴν τοιάνδε γίγνεσθαι, ὅταν οἰκῇ μέν τις πρὸς θαλάττῃ, λυπῆται δ' ὑπὸ πολεμίων, οἷον — φράσω γὰρ οὔ τι μνησικακεῖν βουλόμενος ὑμῖν — Μίνως γάρ δή ποτε τοὺς οἰκοῦντας τὴν Ἀττικὴν πα-
B *ρεστήσατο εἰς χαλεπήν τινα φορὰν δασμοῦ, δύναμιν πολλὴν κατὰ θάλατταν κεκτημένος. οἱ δ' οὔτε πω πλοῖα ἐκέκτηντο, καθάπερ νῦν, πολεμικά, οὔτ' αὖ τὴν*

ἄρα τι τῶν ἄλλων τῶν τοιούτων] *τῶν ἄλλων* excidit in ed. Schneider. vitiosissime impressa, invito, opinor, editore. Certe codd. illud firmant omnes.

C. *μονίμων ναυτ.*] Legebatur *νομίμων*, quod solus Ξ. νί-

P. 706. *ἄνευ τῶν προειρημένων*] seiunctum ab iis, quae modo diximus, h. e. a virtute et honestate.

τὴν δὲ δὴ μίμησιν τὴν τ. π. τὴν κακὴν] Articulum ter positum vides. In qua ratione ne offendas, conferas quaeso Sympos. p. 213. E: *τὴν τούτου ταυτηνὶ τὴν θαυμαστὴν κεφαλήν*. De Rep. VIII. p. 565. D: *τὸ ἐν Ἀρκαδίᾳ τὸ τοῦ Διὸς τοῦ Λυκαίου ἱερόν*. De Rep. III. p. 407. B. ubi v. ann. Gorg. p. 502. A. al.

οἷον — φράσω γὰρ οὔτι μ. β. — Μίνως γὰρ] Post *οἷον* locum habet aposiopesis, cuius indicem lineolam esse voluimus. Nimirum infertur continuo parenthesis. Resumitur vero abruptae orationis filum inde a verbis: *Μίνως γὰρ κ. τ. λ.*, unde explicationem habet alterum istud *γάρ*, in quo nollem viri docti offendissent.

B. *παρεστήσατο εἰς χαλεπήν τινα —*] De re v. ann. ad Phaedon. p. 58. A. B. Praeterea de Minois copiis navalibus Astius conferri iubet Meurs. Cret. III. 3. et Wesseling. ad Diodor. Sic. IV. 60.

ἔτι γὰρ ἂν πλεονάκις —] In his miramur istud *γάρ*, quod plane non habet explicationem idoneam. Nam sive illud referimus ad ea, quae proxime antecedunt, sive ad superiora illa: *οὔκουν οἷοί τε ἐγένοντο — πολεμίους ἀμύνασθαι*, spectare dicimus; neutra ratio est eiusmodi, ut inde appareat, quaenam vis et potestas vocabulo subiecta sit. Sententiarum consecutio fere hoc videtur requirere: Et vero melius cum iis actum esset, si adhuc saepius septenos pueros amisissent, prius quam consuescerent, ex pedestribus gravis armaturae militibus, hostium impetum sustinentibus, navales facti, crebro desilire ac celeri cursu ad naves recurrere, nihil se putantes turpe committere ctr. Quod si recte ita iudicamus, haud sane absurdum fuerit reponere: *ἔτι τοι γὰρ ἂν πλεονάκις*, nisi forte praestabilius videtur *ἔτι τ' ἂν πλεονάκις*. Verum satis erit, ulcus monstrasse, cui alii fortasse nobis felicius medicinam invenient. De septenis pueris

χώραν πλήρη ναυπηγησίμων ξύλων, ὥςτ' εὐμαρῶς ναυτικὴν παρασχέσθαι δύναμιν· οὔκουν οἷοί τ' ἐγένοντο διὰ μιμήσεως ναυτικῆς αὐτοὶ ναῦται γενόμενοι εὐθὺς τότε τοὺς πολεμίους ἀμύνασθαι. ἔτι γὰρ ἂν πλεονάκις ἑπτὰ ἀπολέσαι παῖδας αὐτοῖς συνήνεγκε, πρὶν ἀντὶ πεζῶν ὁπλιτῶν μονίμων ναυτικοὺς C γενομένους ἐθισθῆναι πυκνὰ ἀποπηδῶντας δρομικῶς εἰς τὰς ναῦς ταχὺ πάλιν ἀποχωρεῖν, καὶ δοκεῖν μηδὲν αἰσχρὸν ποιεῖν μὴ τολμῶντας ἀποθνήσκειν μένοντας ἐπιφερομένων πολεμίων, ἀλλ' εἰκυίας αὐτοῖς

detur tueri; ceteri *μονίμων*. Verum habet et Plutarch. Themist. c. 5. ubi hunc locum imitatus est.

ἀλλ' εἰκυίας αὐτοῖς] Sic A. B. Ω. h. a. δ. x. Legebatur *εὐκαίας*. Dein vulgo *γίνεσθαι* invitis A. B. Ω. Ξ. aliis.

in Cretam insulam vectigalis loco mitti solitis v. ann. ad Phaedon. p. 58. A sq.

C. ὁπλιτῶν μονίμων γ.] Respexit ad hunc locum Plutarchus Philopoem. c. 14. p. 363. F. ab Astio comparatus: *ὅπως αὐτῷ μὴ λάθωσιν ἀντὶ μονίμων ὁπλιτῶν, κατὰ Πλάτωνα, ναῦται γενόμενοι καὶ διαφθαρέντες, ἄπρακτοι ἐκ τῆς Ἀσίας καὶ τῶν νήσων ἀπελθεῖν ἑκουσίως.* unde receptae scripturae *μονίμων* tanto firmius robur accedit, quod idem Plutarch. Themistocl. c. 4. p. 113. E: *ἀντὶ μονίμων ὁπλιτῶν, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, ναυβάτας καὶ θαλαττίους ἐποίησεν.* Deinde *πρίν* non tempus indicat, sed significat potius illud, quod fieri satius fuerit, ut reddi Latine possit: potius quam, sicuti vere iudicavit Astius. Graece dici poterat etiam *πρότερον ἤ.* — πυκνὰ ἀποπηδῶντες, crebro desilientes e navibus in terram. Dein *δρομικῶς* referimus iuxta cum *ταχὺ* ad *ἀποχωρεῖν*, contra quam fecit Astius, qui illud ad *ἀποπηδῶντας* retulit, commate ante *εἰς τὰς ναῦς* interposito. Enimvero *δρομικῶς ἀποχωρεῖν* illi dicuntur, qui non solebant *μένειν ἐπιφερομένων πολεμίων;* id ipsum vero, quod cursu se recipiebant non sustinentes hostium aggressiones, faciebant etiam *ταχύ*, sive celeriter. Mox animadversione dignus plurium participiorum concursus est, quae tamen ita posita sunt, ut utrumque infinitivorum explicationi inserviat. Etenim *μὴ τολμῶντας ἀποθνήσκειν* pertinet ad *μηδὲν αἰσχρὸν ποιεῖν*, sed istud ipsum, *ἀποθνήσκειν*, rursus addito *μένοντας ἐπιφερομένων πολεμίων*, illustratur. Itaque sententia verborum haec est: ac videri nihil turpe committere, si non auderent mortem oppetere manentes in acie hostium impetum excipientes.

ἀλλ' εἰκυίας αὐτοῖς γίγνεσθαι] Inflectitur repente tenor orationis, facta subiecti, quod dicunt, permutatione quadam. Nam pergi debebat fere hoc modo: *ἀλλὰ χρῆσθαι (αὐτοὺς) προφάσεσι — ὅπλα τε ἀπολλύντας καὶ φεύγοντας δή τινας οὐκ αἰσχρὰς φυγάς.* Nec vero in his offendent, qui

γίγνεσθαι προφάσεις καὶ σφόδρα ἑτοίμας ὅπλα τε ἀπολλῦσι καὶ φεύγουσι δή τινας οὐκ αἰσχράς, ὥς φασι, φυγάς. ταῦτα γὰρ ἐκ ναυτικῆς ὁπλιτείας ῥήματα φιλεῖ ξυμβαίνειν, οὐκ ἄξια ἐπαίνων πολλάκις
D μυρίων, ἀλλὰ τοὐναντίον· ἔθη γὰρ πονηρὰ οὐδέποτε ἐθίζειν δεῖ, καὶ ταῦτα τὸ τῶν πολιτῶν βέλτιςον μέρος· ἦν δέ που τοῦτό γε καὶ παρ' Ὁμήρου λαβεῖν, ὅτι τὸ ἐπιτήδευμα ἦν τὸ τοιοῦτον οὐ καλόν. Ὀδυσσεὺς γὰρ αὐτῷ λοιδορεῖ τὸν Ἀγαμέμνονα, τῶν Ἀχαιῶν τότε ὑπὸ τῶν Τρώων κατεχομένων τῇ μάχῃ, κελεύοντα τὰς ναῦς εἰς τὴν θάλατταν καθέλκειν· ὁ δὲ χαλεπαίνει τε αὐτῷ καὶ λέγει

ταῦτα γὰρ ἐκ ναυτικῆς] Coraës ad Plut. I. p. 208. 20. correxit τοιαῦτα, quod recepit Bekkerus.
φιλεῖ ξυμβαίνειν] Legebatur φασὶ ξυμβ. quod unus Ven. Ξ. et Flor. o. c. cum Steph. tuetur.
D. τὸ τοιοῦτον] Voss. τοῦτο.

meminerint, quanta libertate Graeci omnino in variandis subiecti rationibus usi sint. Pro *εἰκαίας*, quod vulgo legebatur, ex optimis codd. *εἰκυίας* scripsimus, quod interpretamur speciosas, quas vellent ipsi haberi probabiles vel verisimiles. Eaedem vero caussae vocantur etiam *σφόδρα ἕτοιμαι*, admodum promtae, quo indicatur, Athenienses in iis inveniendis atque excogitandis fuisse maxime sollertes et exercitatos. De *δή τινας — φυγάς* conferas, quaeso, Legg. X. p. 890. A: *ἀλλ' οὐ δή τινι φύσει*. De Rep. II. p. 373. A. VII. p. 521. C. Phaedon. p. 107. D. p. 115. D. Symp. p. 179. C. ibique ann. Alia collegit Boissonad. ad Philostr. Heroica p. 299. Recte Hermann. ad Antig. v. 158. *δή τις* interpretatur nescio quis; quod prorsus in hunc locum convenit. Proprie est: scilicet aliquas videlicet.

ταῦτα γὰρ ἐκ ναυτικῆς — φιλεῖ ξυμβαίνειν] Pro *ταῦτα*, quod libri omnes mordicus tenent, Coraës ad Plutarch. Vol. I. p. 208. 20. corrigendum censuit *τοιαῦτα*, idque sine librorum suffragiis recepit Bekkerus. Nec tamen putamus eam correctionem necessariam esse, quandoquidem *ταῦτα* similem habet rationem atque *τοιαῦτα*. Quod enim dicitur: Istae enim voces ex navali militia solent existere; id vero paullo fortius dictum pro: istiusmodi voces. Nec vero recte aliquis articulum *τὰ* ante *ῥήματα* desideret. Qui cur omissus sit, docebunt quae scripsimus ad Phileb. p. 16. C. et p. 65. D. Rem attigimus etiam Legg. III. p. 702. C. Dein pro *φιλεῖ*, quod codd. tuentur, prave olim erat *φασίν*. Nimirum Atheniensis nunc non refert, quid homines vulgo de ea re dicere et indicare soleant, sed potius suam ipse sententiam in medium affert. Statim post Stephanus non sine

ὅς κέλεαι πολέμοιο συνεςαότος καὶ αὐτῆς E
νῆας ἐϋσσέλμους ἅλαδ' ἕλκειν, ὄφρ' ἔτι μᾶλλον
Τρωσὶ μὲν εὐκτὰ γένηται ἐελδομένοισί περ ἔμπης,
ἡμῖν δ' αἰπὺς ὄλεθρος ἐπιῤῥέπῃ· οὐ γὰρ Ἀχαιοὶ
σχήσουσιν πολέμου νηῶν ἅλαδ' ἑλκομενάων,
ἀλλ' ἀποπαπτανέουσιν, ἐρωήσουσι δὲ χάρμης.
ἔνθα κε σὴ βουλὴ δηλήσεται, οἷ' ἀγορεύεις. 707

ταῦτ' οὖν ἐγίγνωσκε καὶ ἐκεῖνος, ὅτι κακὸν ἐν θαλάττῃ τριήρεις ὁπλίταις παρεςῶσαι μαχομένοις· καὶ λέοντες ἂν ἐλάφους ἐθισθεῖεν φεύγειν τοιούτοις ἔθεσι χρώμενοι. πρὸς δὲ τούτοις αἱ διὰ τὰ ναυτικὰ πόλεων δυνάμεις ἅμα σωτηρίᾳ τιμὰς οὐ τῷ καλλίςῳ τῶν πο-

E. νῆας ἐϋσσέλμους] ἐϋσέλμους A. B. Ω. εὐσέλμους Ξ. f. h. r. a. c. δ. ο.

ἀλλ' ἀποπαπτανέουσιν] Sic A. B. Ω. v. a. δ. x. Legebatur: ἀλλ' ἀποπτανέουσιν.

caussa scribendum censuit: πολλακιςμυρίων. Certe quidem voces seiunctim scriptae eodem modo intelligendae sunt.

D. ἔθη γὰρ πονηρὰ — μέρος] Verbum ἐθίζειν cum duplici accusativo constructum illustravit Matthiae Gr. §. 421. a.

Ὀδυσσεὺς γὰρ αὐτῷ λοιδορεῖ] De αὐτῷ, apud eum, v. Matthiae Gr. §. 387. Locus Homeri est Iliad. XIV. v. 96 sqq.

E. σχήσουσιν πολέμου] pugnam sustinebunt.

P. 707. ὅτι κακὸν ἐν θ.] Iunge verba hunc in modum: ὅτι τριήρεις ἐν θαλάττῃ παρεστῶσαι ὁπλίταις μαχομένοις εἰσὶ κακόν, i. e. κακόν τι. v. Matthiae Gr. §. 437.

καὶ λέοντες ἂν ἐλάφους —] ac profecto leones (adeo) cervos fugere adsuescerent, tales mores si haberent. At vulgo pavent capreae leones, ut loquitur Horat. Epod. XII. 26.

πρὸς δὲ τούτοις αἱ διὰ τὰ ν.] praeterea etiam civitatum potentia per rem navalem comparata, sicuti non praestantissimae parti salutem debet suam, ita nec praestantissimis militibus honores debitos retribuit. In his rursus nomen abstractum, quod vocatur, positum est pro concreto. Nam αἱ διὰ τὰ ναυτικὰ πόλεων δυνάμεις dictum pro: αἱ πόλεις αἱ διὰ τὰ ναυτικὰ δυνάμεναι, civitates, navalibus copiis potentes. Quod nobis haudquaquam accidit inusitatum. Libr. I. p. 625. B: καὶ μὴν ἔστι γε — προϊόντι κυπαρίττων — ὕψη καὶ κάλλη θαυμάσια. ubi v. ann. Phaedr. p. 229. E: καὶ ἄλλων ἀμηχάνων πλήθη τε καὶ ἀτοπίαι τερατολόγων τινῶν φύσεων. Legg. XI. p. 924. C: ἡ χρεία τῶν παίδων, liberi tutela indigentes. Ibid. p. 930. C. ἱκανότης παίδων, h. e. ἱκανοὶ παῖδες. Alius generis sunt de quibus dictum est ad Libr. III. p. 684. A. 711.

λεμικῶν ἀποδιδόασι. διὰ κυβερνητικῆς γὰρ καὶ πεν-
B τηκονταρχίας καὶ ἐρετικῆς, καὶ παντοδαπῶν καὶ οὐ πάνυ σπουδαίων ἀνθρώπων γιγνομένης, τὰς τιμὰς ἑκάστοις οὐκ ἂν δύναιτο ὀρθῶς ἀποδιδόναι τις. καίτοι πῶς ἂν ἔτι πολιτεία γίγνοιτο ὀρθὴ τούτου στερομένη;

ΚΛ. Σχεδὸν ἀδύνατον. ἀλλὰ μήν, ὦ ξένε, τήν γε περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίαν τῶν Ἑλλήνων πρὸς τοὺς βαρβάρους γενομένην ἡμεῖς γε οἱ Κρῆτες τὴν Ἑλλάδα φαμὲν σῶσαι.

ΑΘ. Καὶ γὰρ οἱ πολλοὶ τῶν Ἑλλήνων τε καὶ
C βαρβάρων λέγουσι ταῦτα. ἡμεῖς δέ, ὦ φίλε, ἐγώ τε καὶ ὅδε, Μέγιλλος, φαμὲν τὴν πεζὴν μάχην τὴν ἐν Μαραθῶνι γενομένην καὶ ἐν Πλαταιαῖς τὴν μὲν ἄρξαι τῆς σωτηρίας τοῖς Ἕλλησι, τὴν δὲ τέλος ἐπιθεῖναι, καὶ τὰς μὲν βελτίους τοὺς Ἕλληνας ποιῆσαι, τὰς δὲ οὐ βελτίους, ἵν' οὕτω λέγωμεν περὶ τῶν τότε

P. 707. καὶ ἐρετικῆς] ἐρετρικῆς A. B. Ξ. Ω. v. f. h. r. a. δ. ο. Voculam καὶ ante παντοδαπῶν, quae aberat vulgo, interseruimus ex A. B. Ω. Ξ. a. c. δ. ο. x.

D. al. Dein ἅμα σωτηρίᾳ, una cum salute, h. e. quemadmodum salutem suam ei debet. Verbum ἀποδιδόναι est tanquam debitum persolvere, tribuere alicui id, quod conveniat; de quo usu v. ann. ad Tim. p. 19. C: τὰ προσήκοντα ἀποδιδοῦσα τῇ παιδείᾳ. Legg. II. p. 666. E: πάντα προσήκοντα ἀποδιδοὺς τῇ παιδοτροφίᾳ. al. Hinc igitur per zeugma quoddam ad ἅμα σωτηρίᾳ cogitandum id est, de quo modo admonuimus. Porro τὰ πολεμικὰ intelliguntur ii, qui rei bellicae operam navant. Ceterum in vulgus notum est, nautas fere tanquam genus hominum rude atque turpe male audivisse. v. Heindorf. ad Platon. Phaedr. p. 243. C. ubi ipsi quoque de hac re nonnulla annotavimus. Consulas etiam intpp. ad Horat. Sat. I. 5, 4. et Juvenal. VIII. 174. Permixtum nautis aut furibus aut fugitivis.

διὰ κυβερνητικῆς γὰρ καὶ πεντ.] Mire corrupit locum Astius, qui διὰ vulgo ante κυβερνητικῆς collocatum ante παντοδαπῶν interposuit, hac una ratione ratus sensum emergere perspicuum. At enim vero sensus loci, etiam servata librorum lectione, perspicuus est, modo illud διὰ recte intelligatur. Significat aute nihil aliud, quam quod nos dicimus vermittelst, mit Hülfe; de quo usu v. Fischer. ad Weller. III. P. II. p. 166 sqq. et Matthiae Gr. Gr. §. 580. d. Itaque verba sic interpretanda sunt: Nam per artem gubernatoriam et navium quinquaginta remis instructarum praefecturam et remigationem, ab omnigenis neque iis admodum laudabilibus hominibus tractari solitam, ne-

ξυσσωσασῶν ἡμᾶς μαχῶν· πρὸς γὰρ τῇ περὶ Σαλαμῖνα τὴν περὶ τὸ Ἀρτεμίσιόν σοι προςθήσω κατὰ θάλατταν μάχην. ἀλλὰ γὰρ ἀποβλέποντες νῦν πρὸς πολιτείας ἀρετὴν καὶ χώρας φύσιν σκοπούμεθα καὶ D
νόμων τάξιν, οὐ τὸ σώζεσθαί τε καὶ εἶναι μόνον ἀνθρώποις τιμιώτατον ἡγούμενοι, καθάπερ οἱ πολλοί, τὸ δ' ὡς βελτίστους γίγνεσθαί τε καὶ εἶναι τοσοῦτον χρόνον, ὅσον ἂν ὦσιν. εἴρηται δ' ἡμῖν, οἶμαι, καὶ τοῦτο ἐν τοῖς πρόσθεν.

ΚΛ. Τί μήν;

ΑΘ. Τοῦτο τοίνυν σκοπώμεθα μόνον, εἰ κατὰ τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἐρχόμεθα βελτίστην οὖσαν πόλεσι κατοικίσεων πέρι καὶ νομοθεσιῶν;

ΚΛ. Καὶ πολύ γε.

Cap. III. ΑΘ. Λέγε δὴ τοίνυν τὸ τούτοις ἑξῆς. E
τίς ὁ κατοικιζόμενος ὑμῖν λεὼς ἔσται; πότερον ἐξ

C. ἄρξαι τῆς σωτηρίας] τὴν σωτηρίαν editt. vett. ante Steph.
D. ὁδὸν ἐρχόμεθα] ἀρχόμεθα editt. ante Steph. Dein κατοικήσεων Ω. pr. Ξ. v. r. n. c. δ.

mo quisquam recte potuerit singulis honores attribuere, qui iis debeantur. Ceterum ad παντοδαπῶν conferas illa Gorg. p. 489. C: ἢ οἴει με λέγειν, ἐὰν συρφετὸς συλλεγῇ δούλων καὶ παντοδαπῶν ἀνθρώπων μηδενὸς ἀξίων κτλ. De εἶναι et γίγνεσθαι cum genitivo iunctis nota res est. v. Matthiae Gr. §. 315.

C. ἀλλὰ γὰρ ἀποβλέποντες —] Hoc dicit: At enim nunc ad civitatis virtutem respectantes (virtutis habita ratione) et regionis naturam contemplamur et legum ordinem; quocirca non tam salus quam virtus eius nobis ob oculos versari debet.

D. Τοῦτο τοίνυν σκοπώμεθα —] Politic. p. 268. D: πάλιν τοίνυν ἐξ ἄλλης ἀρχῆς δεῖ καθ' ἑτέραν ὁδὸν πορευθῆναι. Soph. p. 237. B: σκοπῶν αὐτός τε ἴθι κἀμὲ κατὰ ταύτην τὴν ὁδὸν ἄγε.

Cap. III. E. πότερον ἐξ ἁπάσης Κρήτης] Huic πότερον deinceps non subiungitur ἤ. Nam quod legitur: ἢ κατὰ τὴν ἐκ τῆς γῆς τροφήν, quam pro victus, quem terra effert, modulo; id manifestum est post πλείους illatum esse, neque vim interrogandi habere. Nec vero πότερον, non insequente altero interrogationis membro, molestum nobis accidit, qui illud meminerimus etiam aliis locis apud Platonem eodem modo usurpari. Cuius usus exempla collegimus ad Phileb. p. 44. A. ubi etiam caussam significavimus, cur ita dicatur. Hoc loco alterum membrum reticetur propterea, quod deinde adduntur haec: οὐ γάρ που τόν βουλόμενόν γε κτλ. Enimvero πότερον quum esset positum, proprie debebant haec subsequi: ἢ ἐκ πάντων τῶν Ἑλλήνων. Itaque mutatus est repente universae orationis tenor, quo fa-

ἁπάσης Κρήτης ὁ ἐθέλων, ὡς ὄχλου τινὸς ἐν ταῖς πόλεσιν ἑκάσταις γεγενημένου πλείονος ἢ κατὰ τὴν ἐκ τῆς γῆς τροφήν; οὐ γάρ που τὸν βουλόμενόν γε Ἑλλήνων συνάγετε. καίτοι τινὰς ὑμῖν ἔκ τε Ἄργους ὁρῶ καὶ Αἰγίνης καὶ ἄλλοθεν τῶν Ἑλλήνων εἰς τὴν
708 χώραν κατῳκισμένους. τὸ δὲ δὴ παρὸν ἡμῖν λέγε, πόθεν ἔσεσθαι φῂς στρατόπεδον τῶν πολιτῶν τὰ νῦν;

ΚΛ. Ἔκ τε Κρήτης ξυμπάσης ἔοικε γενήσεσθαι, καὶ τῶν ἄλλων δὲ Ἑλλήνων μάλιστά μοι φαίνονται τοὺς ἀπὸ Πελοποννήσου προςδέξασθαι ξυνοίκους. καὶ γάρ ὃ νῦν δὴ λέγεις ἀληθὲς φράζεις, ὡς ἐξ Ἄργους εἰσί, καὶ τό γε μάλιστ' εὐδοκιμοῦν τὰ νῦν ἐνθάδε γένος τὸ Γορτυνικόν· ἐκ Γόρτυνος γὰρ τυγχάνει ἀπῳκηκὸς ταύτης τῆς Πελοποννησιακῆς.

B ΑΘ. Οὐ τοίνυν εὔκολος ὁμοίως γίγνοιτ' ἂν ὁ κατοικισμὸς ταῖς πόλεσιν, ὅταν μὴ τὸν τῶν ἑσμῶν γίγνηται τρόπον, ἓν γένος ἀπὸ μιᾶς ἰὸν χώρας οἰ-

Cap. III. P. 708. ἔοικε γενήσεσθαι] γίγνεσθαι Ω. pr. m. B., Ξ. v. h. r. a. c. δ. cum Ald. Bass. 1. 2. Veram lectionem primus exhibuit Stephanus. Tuetur eam praeter alios Par. A.

προςδέξασθαι ξυνοίκους] Pro v. προςδέξεσθαι dedi προς-

ctum est etiam, ut altera pars interrogationis non potuerit enuntiari.

ἔκ τε Ἄργους — καὶ Αἰγίνης] Significat imprimis Gortyniam s. Gortynam, ut patet ex proximis. De ea urbe v. Pompon. Mel. III. 2. ibique Tzschuck. p. 811 sqq. Eustathius ad Hom. Iliad. II. v. 646. p. 646. Stephan. Byzant. s. v. Etymol. M. in voc. Ἑλλωτία. Sed quidquid de ea memoriae proditum est, id sedulo congessit Hoeck De Creta insula Vol. I. p. 8 sqq. et p. 398 sqq. cui addas quae disputavit Sieber, Reise nach der Insel Kreta Vol. II. p. 12.

B. ὅταν μὴ τὸν τῶν ἑσμῶν γίγνηται τρόπον, ἓν γένος ἀπὸ μ. ἰ. χ. οἰκίζηται] Habes hic quoque integrae sententiae appositionem, in qua orationis conformatione copula recte omittitur. v. ann. ad Apolog. Socr. p. 22. A. Phaedon. p. 68. E. Gorg. p. 450 A. p. 465. D. al. coll. Krüger. ad Xenoph. Anab. V. 5, 34. Matthiae ad Eurip. Hecub. v. 777. et Gramm. Gr. §. 630. ann. e. Creberrima ea ratio est, ubi indicativus ponitur. Nec tamen illa cum aliis modis inusitata. Coniunctivi exemplum habes apud Euripid. Heraclid. v. 179: μὴ πάθῃς σὺ τοῦτο, τοὺς ἀμείνονας παρὸν φίλους ἑλέσθαι, τοὺς κακίονας λάβῃς. Plat. Gorg. p. 505. E: ἵνα μοι τὸ τοῦ Ἐπιχάρμου γένηται, ἃ πρὸ τοῦ δύο ἄνδρες ἔλεγον, εἷς ὢν ἱκανὸς γένωμαι. Quocirca sententia verborum est haec: Itaque non aequali facilitate fieri poterit civitatum novarum constitutio, quando

κίζηται, φίλον παρὰ φίλων, στενοχωρίᾳ τινὶ πολιορκηθὲν γῆς ἤ τισιν ἄλλοις τοιούτοις παθήμασιν ἀναγκασθέν. ἔστι δ' ὅτε καὶ στάσεσι βιαζόμενον ἀναγκάζοιτ' ἂν ἑτέρωσε ἀποξενοῦσθαι πόλεώς τι μόριον· ἤδη δέ ποτε καὶ ξυνάπασα πόλις τινῶν ἔφυγεν, ἄρδην κρείττονι κρατηθεῖσα πολέμῳ. ταῦτ' οὖν πάντ' C ἐστὶ τῇ μὲν ῥᾴω κατοικίζεσθαί τε καὶ νομοθετεῖσθαι, τῇ δὲ χαλεπώτερα. τὸ μὲν γάρ ἕν τι εἶναι γένος ὁμόφωνον καὶ ὁμόνομον ἔχει τινὰ φιλίαν, κοινωνὸν ἱερῶν ὂν καὶ τῶν τοιούτων πάντων, νόμους δ' ἑτέρους καὶ πολιτείας ἄλλας τῶν οἴκοθεν οὐκ εὐπετῶς ἀνέχεται, τὸ δ' ἐνίοτε πονηρίᾳ νόμων ἐστασιακὸς καὶ διὰ συνήθειαν ζητοῦν ἔτι χρῆσθαι τοῖς αὐτοῖς ἤθεσι, δι' ἃ καὶ πρότερον ἐφθάρη, χαλεπὸν τῷ κατοικίζοντι καὶ νομοθετοῦντι καὶ δυςπειθὲς γίγνεται· τὸ δ' αὖ παντοδαπὸν ἐς ταὐτὸ ξυνεῤῥυηκὸς γένος ὑπακοῦσαι μὲν τινων νόμων D καινῶν τάχα ἂν ἐθελήσειε μᾶλλον, τὸ δὲ συμπνεῦ-

δέξασθαι ex A. B. Ω. Ξ. v f. b. r. s. c. δ. o. Futurum propter antegressum γενήσεσθαι illatum est. Praeterea vulg. συνοίκους, quod ex optimis codd. mutavimus.

C. τε καὶ νομοθετεῖσθαι] Haec om. Par. A. pr. m.

non fiat in modum examinis apium, ita ut unum genus ex una regione s. terra profectum, amicum ab amicis, demigret.

στενοχωρίᾳ τινὶ πολιορκηθὲν] „angustia loci, ut Theaet. p. 195. A: ἐὰν δὲ πρὸς πᾶσι τούτοις ἐπ' ἀλλήλων ξυμπεπτωκότα ᾖ ὑπὸ στενοχωρίας. Aelian. V. H. II. 61. III. 23. al. Sic στενοχωρεῖν, angustum reddere, v. Dorvill. ad Charit. p. 429. ed. Lips. et Hemsterhus. ad Nigr. Lucian. p. 52. Deinde πολιορκεῖσθαι sensu translato omnino est premi, urgeri, vexari, ut solent, qui obsidentur. Sic Xenoph. Cyrop. VI. 1, 15: τὰ μὲν ἐπιτήδεια πλείω ἕξουσιν, ὁπότεροι ἂν πλείω δύνωνται λαβόντες ἀποτίθεσθαι, πολιορκήσονται δέ, ὁπότεροι ἂν ἥττους ὦσιν. Memorab. III. 1, 15. 17. Alcibiad. II. p. 142. A.“ Astius.

ἄρδην κρείττονι κρατηθεῖσα πολ.] prorsus superata ac devicta bello, cui gerendo impar erat. Hoc enim est πόλεμος κρείττων.

C. ταῦτ' οὖν πάντ' ἐστὶ τῇ μὲν —] Haec igitur omnia partim faciliora, partim difficiliora sunt ad constituendum atque legibus temperandum.

ἄλλας τῶν οἴκοθεν οὐκ εὐπετῶς ἀν.] H. e. ἢ τὰς οἴκοθεν. Alias leges, inquit, aliaque instituta publica, nisi quae domi viguerunt, non statim perfert atque suscipit.

D. τὸ δὲ συμπνεῦσαι καὶ — παγχάλεπον] Male Ald. et Bass. cum Ven. Ξ. ξυμφύσαι vel ξυμφῦσαι. Unice verum est ξυμφυσῆσαι. Nam συμπνεῖν καὶ

— σαι καὶ καθάπερ ἵππων ζεῦγος καθ' ἕνα εἰς ταὐτόν, τὸ λεγόμενον, ξυμφυσῆσαι χρόνου πολλοῦ καὶ παγ-

D. καθάπερ ἵππων ζεῦγος] ἱππέων Ω. pr. m. et B.Ξ.v.f. r.a.c.o.

ξυμφυσῆσαι χρ. π.] Editt. ante Steph. ξυμφῦσαι, quod habet unus Ξ.

ἀλλ' ὅμως ἐστὶ νομοθ.] ὄντως, quod Turicenses dederunt, A.f.h.r.o.x. et margo Ω.a δ. In Par. A: marg. et h. etiam οὕτως ξυμφυσᾶν, ut Latinum conspirare, translate dicitur de iis, qui inter se consentiunt et ad unam eandemque rem adspirant, eandemque communiter aggrediuntur. Apte comparat Astius Aristot. Pol. V. 3: στασιωτικὸν δὲ καὶ τὸ μὴ ὁμόφυλον, ἕως ἂν συμπνεύσῃ. Atque pertinet huc etiam Aelian. Hist. An. III. 44: συμπνεῦσαι εἰς γάμον. Demosth. De Coron. p. 284. 17. ed. Reisk. οὐκ ἂν συμπνευσάντων ὑμῶν καὶ Θηβαίων. — καθ' ἕνα, in unum; v. Viger. p. 635. ibique intpp. Malim tamen καθ' ἕν. Hermannus Praef. ad Vol. VI. Plat. Teubner. p. XXXVIII. καθέντα coniectat. Dein ad χρόνου πολλοῦ int. ἐστίν, longi temporis est, h. e. multum tempus postulat.

ἀλλ' ὅμως ἐστὶ — ἀνδρῶν] Nihilominus vero, licet tanta obiecta sint impedimenta, legumlatio et civitatum constitutio res est longe maxime idonea ad efficiendam iuvandamque hominum virtutem. Quod in libris plurimis perscriptum extat, ἀλλ' ὄντως, id, quamquam per se non est reprobandum, tamen illud alteri lectioni non anteposuerim. Mox quod pro ὅπῃ δ' αὖ βλέπων ex uno cod. scripsimus ὅποι δ' αὖ βλέπων, conferas quaeso, VI. p. 752 B: περὶ τί βλέπων καὶ ποῖ μάλιστα αὐτὸ εἴρηκας τὰ νῦν; XII. p. 963. B: εἴπομεν εἰς τὸ ἓν ἐκεῖνο, οἷ δεῖ βλέπειν. Ibid. B: οὐδὲ δὴ ποῖ σκοπεῖς; De Rep. VII. p. 518 D: οὐδὲ βλέποντι οἷ δεῖ. Theaet. p. 202. E: ἄλλοσέ ποι βλέποντα. Legg. I. p. 645. D: πρὸς τί δὲ σκοπούμενος αὐτὸ ἐπανερωτᾷς; Ab usu loquendi πῇ et ὅπῃ in talibus abhorret.

Cap. IV. E. Ὦ 'γαθέ, ἔοικα περὶ νομοθετῶν —] Argumentum universi, qui sequitur, loci fere huc redit. Hic vero, inquit Atheniensis, admonitione quadam opus videtur, quamvis trita illa et vulgari. Quemadmodum enim in omnibus vitae humanae partibus casus et fortuna magnopere dominari solet, ita etiam in legumlatione idem animadverti potest. At enimvero varii illi multiplicesque casus quoniam sunt in potestate deorum, primaria caussa omnium eorum, quae nobis accidunt, a deo repetenda est. Sed quamquam hoc ita se habet, tamen nec negari potest, in hominum vita etiam artem valere plurimum. Quocirca civitati recens condendae quum alia multa, unde salus ipsius pendeat, contingere debeant, tum maxime etiam hoc ei optandum est, ut bonum nanciscatur legislatorem (P. 708. E. — 709. C.). Iamvero sicuti in rebus omnibus is, qui artem earum tenet, iure meritoque aliquid optare poterit, quo comparato demum recte arte sua usurus sit,

χάλεπον. ἀλλ' ὅμως ἐστὶ νομοθεσία καὶ πόλεων οἰκισμοὶ πάντων τελεώτατον πρὸς ἀρετὴν ἀνδρῶν.

ΚΛ. Εἰκός· ὅποι δ' αὖ βλέπων τοῦτ' εἴρηκας, φράζ' ἔτι σαφέστερον.

perscriptum extat. ὅμως cum vett. editt. tuetur Ω. pr. m. et Flor. a. δ., pr. m. Ξ.B. et marg. ann. altera Par. A. Atque hoc sententiae rationibus est convenientissimum. Mox pro vulg. ὅπῃ δ' αὖ βλέπων ex uno. h. ὅποι dedi.

ita etiam legumlatori idem licebit facere. Quid vero est, quod ille potius sibi exoptet, quam hoc, ut ei civitati, quam legibus sit instructurus, unus aliquis tyrannus praesit, penes quem sit rerum omnium potestas? Nimirum haec una imperii forma maxime est idonea ad novos mores introducendos atque nova reipublicae instituta fundanda et stabilienda; quam tandem proxime post eam duorum imperium, post hoc autem democratia vindicare sibi videtur. Nam plures sicubi praesunt reipublicae, veluti in aristocratia, ibi propter opinionum et iudiciorum varietatem ac discrepantiam aliquid in melius mutari haud facile potest. Iam vero tyrannus ille, si fuerit iuvenis alacris ingenii, qui bonis consiliis lubenter obsequatur atque fortitudine animique magnitudine excellat, nihil fere cogitari aut fingi animo poterit, quod legislator ulterius sibi expetat; nam tali certe principi cives omnes lubenter parebunt eiusque voluntati ita obtemperabunt, ut haud aegre pristinos mores et instituta cum novis permutaturi sint. Huic igitur si sapiens legumlator obtigerit, facili negotio recens nata civitas ad optima quaeque instituetur et conformabitur. Si vero tyrannus ipse fuerit sapientia, temperantia, ceterisque virtutibus ornatus, id quod sane rarissime solet evenire, tum vero nihil est, quod civibus possit obtingere melius aut salutarius (P. 709. D. — 712. A.). Hoc igitur argumentum loci est. Quod duplici de caussa explicandum putavimus. Nam primum quidem disputatio, quae sequitur, aliquanto est intricatior ac difficilior, quam ut statim possit recte percipi et intelligi. Quod nunc quidem, summa eius exposita, multo facilius fieri poterit. Deinde simul ostendere voluimus, quid sentiendum sit de iudicio Zelleri, qui in Studiis Platonn. p. 103. haec omnia, quae p. 709. A. usque ad p. 712. A. leguntur, excerpta et consarcinata existimat ex Reipubl. libro V. p. 473. B—E. VI. p. 487. A. p. 499. C. sq. p. 502. A—C. VII. p. 540. D. sqq. adeoque contendit nonnulla ad verbum inde exscripta esse. Nimirum loquitur Plato sane his quoque locis de tyranno, quem tamen ibi ad perfecti sapientis exemplum informavit, sicuti fecit etiam Politic. p. 291. C — 297. B. Verum inde neutiquam consequitur, ut hic Legum locus illinc sit repetitus et adornatus. Nam primum quidem quas Zelerus crepat singulorum verborum ac sententiarum iterationes, eae quales sint, mox ipsis Reipublicae locis appositis, ab unoquoque sponte intelligetur. Deinde quum pleraque omnia,

Cap. IV. *ΑΘ.* *Ὦ 'γαθέ, ἔοικα περὶ νομοθετῶν ἐπανιὼν καὶ σκοπῶν ἅμα ἐρεῖν τι καὶ φαῦλον· ἀλλ' ἐὰν πρὸς καιρόν τινα λέγωμεν, πρᾶγμ' οὐδὲν γίγνοιτ' ἂν ἔτι. καίτοι τί ποτε δυςχεραίνω; σχεδὸν γάρ τοι πάντα οὕτως ἔοικ' ἔχειν τὰ ἀνθρώπινα.*

709 *ΚΛ.* *Τοῦ δὴ πέρι λέγεις;*

ΑΘ. *Ἔμελλον λέγειν, ὡς οὐδείς ποτε ἀνθρώπων οὐδὲν νομοθετεῖ, τύχαι δὲ καὶ ξυμφοραὶ παντοῖαι πίπτουσαι παντοίως νομοθετοῦσι τὰ πάντα ἡμῖν. ἢ*

Cap. IV. E. *ἐπανιὼν καὶ σκοπῶν*] Sic Par. A. et corr. Ω. cum Voss. x. Legebatur olim *ἐπαινῶν*.

σχεδὸν γάρ τοι πάντα] Bekkerus: „Imo *γάρ τι*.“ Sed v. ann. ad Protagor. p. 346. C. Dein *ἔοικ'* pro *ἔοικεν* Par. A. et marg. Ω. Iidem libri pro *τἀνθρώπινα* habent *τὰ ἀνθρώπινα*. Utrumque restitui, quamquam Bekkerus de posteriore scriptura nihil monuit.

quae hic disseruntur, longe aliter atque illic comparata sint, tum ne tyrannus quidem ad perfecti sapientis similitudinem informatur. Etenim hic quidem Plato nihil aliud sibi proposuit, nisi hoc, ut qualis reipublicae forma et qualis tyranni natura atque indoles legumlatori leges suas in veram aliquam civitatem introducturo maxime optabilis videri deberet, paucis exponeret. Vult igitur eum esse virum ingenio valentem, temperantem atque fortem, eundemque etiam eius sapientiae capacem et amantem, quam leges sapienter scriptae propriam sibi habeant. Sed multo tamen maiorem ac laudabiliorem eum fore ait, si ipse ea polleat sapientia, quam aliter a legumlatore tanquam mutuam civitati assumere debeat. Itaque omnia vides prudenti consilio ita esse disputata, ut operis de Legibus scripti consiliis et rationibus egregie conveniant.

περὶ νομοθετῶν ἐπανιών] Sic codd. mss. plerique omnes pro vulgato *ἐπαινῶν*. At nimirum posteaquam de aliis quibusdam rebus expositum est, iam inde a verbis *ἀλλ' ὅμως ἐστὶ νομοθεσία — τελεώτατον πρὸς ἀρετὴν ἀνδρῶν* revertitur ad legumlationem; id quod indicatur verbo *ἐπανιών*. Qui *ἐπαινῶν* scripsere, ii videntur moleste tulisse istud *περὶ νομοθετῶν ἐπανιών*, ideoque respectis verbis antegressis: *τελεώτατον πρὸς ἀρετήν*, reposuisse *ἐπαινῶν*. At *περὶ νομοθετῶν*, ut minus commode iungatur cum *ἐπανιών*, tamen cum *σκοπῶν* ita connecti licet, ut *ἐπανιών* putetur *διὰ μέσου* positum esse. Cuius structurae exempla collegimus ad Phaedon. p. 94. D. collegerunt etiam Lobeckius ad Sophocl. Aiac. v. 475. et Matthiae Gr. Gr. §. 428. 2. — *καὶ φαῦλον*, admodum vulgare quiddam. — *πρᾶγμα οὐδὲν γίγνοιτ' ἂν ἔτι*, nulla inde redundabit molestia, vel, nihil referet. Formulam, *οὐδὲν πρᾶγμά ἐστιν*, illustravimus ad Euthyphr. p. 3. C. et Lachet. p. 200. A. illustravit item Heindorf. ad Hipp. mai. p. 291. A. Gorg. p. 447. B.

καίτοι τί ποτε δυςχεραίνω;] quamquam quid tandem (in hac re) aegre fero, ut adeo videar vile quid dicturus esse, si eam proferam?

P. 709. *ἀνέτρεψε πολιτείας*] De usu aoristi v. ad Symp. p. 188. B. al. Mox verba *λοι-*

γὰρ πόλεμός τις βιασάμενος ἀνέτρεψε πολιτείας καὶ μετέβαλε νόμους, ἢ πενίας χαλεπῆς ἀπορία· πολλὰ δὲ καὶ νόσοι ἀναγκάζουσι καινοτομεῖν, λοιμῶν τε ἐμπιπτόντων, καὶ χρόνον ἐπὶ πολὺν ἐνιαυτῶν πολλῶν πολλάκις ἀκαιρίας. ταῦτα δὴ πάντα προϊδών τις ἄϊξειεν ἂν εἰπεῖν ὅπερ ἐγὼ νῦν δή, τὸ θνητῶν μὲν μηδένα νομοθετεῖν μηδέν, τύχας δ' εἶναι σχεδὸν ἅπαν- B

P. 709. *ἀναγκάζουσι καινοτομεῖν, λοιμῶν τε —*] De loci interpunctione infra in explicatt. diximus. Dein ἀκαιρία legebatur. In Par. A. Bastio teste ἀκαιρίαι scriptum extat. Idem in Vat. Ω. primitus fuit perscriptum, sed postea mutatum est in ἀκαιρίᾳ. Refinximus ἀκαιρίας, in quod incidit etiam Hermannus. Schneider edidit ἀκαιρίαι.

τὸ θνητῶν μὲν μηδένα νομ.] θνητῶν tuentur Ven. Ξ. et Florentini. Ceteri habent θνητὸν, quod dederunt nuperi editt. Mox τἀνθρώπινα unus A. et marg. Vat. Ω. πάντα ταῦτα, syllabae elisione non admissa.

μῶν τε ἐμπιπτόντων, post quae vulgo commate distinguitur, coniunximus cum proximis, perversa interpunctione sublata, ac pro ἀκαιρία scripsimus ἀκαιρίας. Eam correctionem firmat scriptura cod. Par. A. ἀκαιρίαι et Vat. Ω. ἀκαιρίᾳ et marg. ἀκαιρίαι. Quamquam Stobaeus quoque, qui haec inde ab Ὡς οὐδεὶς ἀνθρώπων usque ad Ἀληθέστατα λέγεις excerpta dedit in Sermon. XLI. p. 266. s. Florileg. ed. Gaisf. Lipsiens. Vol. II. p. 142. veterem tuetur lectionem. Astius τε post λοιμῶν delendum censet. Sed duplex videtur morborum caussa commemorari, altera, quod subinde pestes incidant, altera quod interdum diuturnior regnet annorum intemperies. De posteriore caussa morborum eleganter exponit Eryximachus Sympos. p. 188. A. B. sqq. unde coniecturae nostrae robur ac firmamentum accedit.

ἀΐξειεν ἂν εἰπεῖν —] Stobaeus habet ἄρξειεν. Sed recte libri Platonis. Nam ἀΐσσειν, quod proprie est, prosilire, insilire, exilire, dicitur etiam eo sensu, ut sit: cum impetu ferri ad aliquid, veluti quum Diogen. Laërt. VI. 87. ἀΐξαι ἐπὶ φιλοσοφίαν κυνικήν dixit. Cum infinitivo iunctum nihil aliud esse potest, quam impetu quodam animi ferri, ut aliquid dicas vel facias. Nec tamen alterum suppetit huius constructionis exemplum. Quod permovit Heindorfium, ut Specim. Crit. p. 32. pro εἰπεῖν scribendum censeret εἰπών. Malim tamen, si quid mutandum, ἀξιώσειεν. Ceterum de verbo ἀΐσσειν conf. Ruhnken. Epistol. Crit. p. 34.

B. *τὸ δ' ἔστι — εὖ λέγειν*] atque fieri potest, ut quis haec in navigatione et gubernatione et medicina et arte imperatoria et ceteris istiusmodi iudicans recte iudicare videatur. Istud πάντα ταῦτα putamus ceteris per asyndeton additum esse, ut πάντα τἆλλα. De Rep. X. p. 598. B. Aristoph. Rann. v. 620. et πάντα τοιαῦτα Demosth. De Coron. c. 754: πάντα τὰ τοιαῦτα Plat. Symp. p. 186. D. τἆλλα Gorg. p. 503. E. 517. D: ubi v. ann. Male vulgo iungunt: πάντα ταῦτα εἰπόντα ἔστι δοκεῖν εὖ λέγειν περὶ ναυτιλίαν κτλ.

τα τὰ ἀνθρώπινα πράγματα. τὸ δ' ἔστι περί τε ναυτιλίαν καὶ κυβερνητικὴν καὶ ἰατρικὴν καὶ στρατηγικήν, πάντα ταῦτ', εἰπόντα δοκεῖν εὖ λέγειν· ἀλλὰ γὰρ ὁμοίως αὖ καὶ τόδε ἔστι λέγοντα εὖ λέγειν ἐν τοῖς αὐτοῖς τούτοις.

ΚΛ. Τὸ ποῖον;

Ὡς θεὸς μὲν πάντα — ξύμπαντα] In his non sine caussa post πάντα denuo infertur ξύμπαντα. Quippe factum hoc est ideo, quia primum solus deus, deinde vero etiam una cum deo fortuna et temporum opportunitas commemoratur. Docetur vero hic luculente, deum quidem omnia et una cum deo casum et fortunam cuncta humana regere et gubernare, sed fortunam tamen deo tanquam summo rerum omnium arbitro et gubernatori subiectam esse. Etenim τύχη καὶ καιρός ex mente Platonis habent quidem ibi locum, ubi accidunt ea, quorum caussa et origo hominibus obscura est, sed nunquam a divina voluntate sejunguntur, quippe cuius moderamini ipsa quoque sunt obnoxia. Similiter Cicero Academ. I. 7: „Deum — quasi prudentiam quandam procurantem coelestia maxime, mentem sapientiamque perfectam appellant; nonnunquam quidem eandem fortunam, quod efficiat multa improvisa nobis neque opinata propter obscuritatem caussarum." Seneca De provid. c. 5: „Ille ipse omnium conditor ac rector scripsit quidem fata, sed sequitur; semper paret, semel iussit." Quam Stoicorum sententiam copiosius persequitur Balbus apud Ciceronem De Nat. Deor. II. 30. Platonis sententiam declarat Apuleius De habitud. doctr. I. 8: „Ita enim definit: *providentiam* divinam esse sententiam conservatricem prosperitatis, cuius caussa tale suscepit officium; divinam legem esse *fatum*, per quod inevitabiles cogitationes dei atque incepta complentur. Unde, si quid providentiâ geritur, id agitur etiam fato, et quod fato terminatur, providentia debet susceptum videri." Eandem illustrant Alcinous Introd. Cap. 26. Plutarch. Placit. philos. I. 27. et de fato Chalcid. Commentar. in Tim. p. 235 sqq. Consuluisse item iuvabit Plotin. Ennead. III. Libr. I. c. 2. sqq. qui tamen rem suo modo tractavit; et Maxim. Tyr. XIX. 7. Memorabiles in hac caussa imprimis sunt loci Legg. X. p. 904. B—D. Tim. p. 41. E.—42. D. De Rep. X. 617. E. Phaedr. p. 248. C. sqq. Politic. p. 272. E sqq. Veterum philosophorum sententias de fato recensuerunt Grotius Opp. Theol. III. p. 379 sqq. Creuzerus: Veterum philosophorum loci de providentia divina itemque de fato emendantur, explicantur. Heidelberg. 1806. 4. quem legas etiam ad Plotin. Comment. Vol. III. p. 134 sqq. Moshemius ad Cudworth. System. Intellect. p. 7 sqq. De Platone inter recentiores accuratissime exposuisse videntur Tydemann. Dissert. De Deo Platonis. Amstelod. 1830. 8. et Limburg Brouwer Disp. qua respondetur ad quaestionem, An et quatenus philo-

ΑΘ. Ὡς θεὸς μὲν πάντα καὶ μετὰ θεοῦ τύχη καὶ καιρὸς τἀνθρώπινα διακυβερνῶσι ξύμπαντα. ἡμερώτερον μὴν τρίτον ξυγχωρῆσαι τούτοις δεῖν ἕπεσθαι τέχνην· καιρῷ γὰρ χειμῶνος ξυλλαβέσθαι κυβερνητικὴν ἢ μή, μέγα πλεονέκτημ' ἔγωγ' ἂν θείην. ἢ πῶς; C
ΚΛ. Οὕτως.

sophi, qui ante Socratem et Platonem fuerunt, divinae naturae et providentiae Deorum notionem adhibuerint etr. Lugdun. Batav. 1824. 4. Ceterum haec ipsa Platonis verba: ὡς θεὸς μὲν πάντα κτλ. ad rem suam adhibuerunt multi posterioris aetatis scriptores, utpote in eiusmodi dictis colligendis atque celebrandis sedulo occupati. Nonnullos eorum nominavit Astius p. 207. alios alii indicarunt, alios facili negotio ipsi reperient, si quis percurrere Platonicorum scripta velit.

ἡμερώτερον μὴν τρίτον ξυγχ.] lunge: ἡμερώτερον μὴν (ἐστὶ) ξυγχωρῆσαι δεῖν ἕπεσθαι τούτοις τρίτον (ὡς τρίτον) τέχνην; mitius tamen est concedere, his tanquam tertium quiddam artem accedere oportere; h. e. minus rigide ac severe statueris, si etiam humani ingenii sollertiae aliquid tribueris. Etenim durum profecto esset contendere et affirmare, res humanas omnes ex divino numine atque fato tantum pendere, neque hominum in iis curandis ullas esse partes. De re ipsa v. Libr. X. p. 888. E.

C. καιρῷ γὰρ χειμῶνος —] Sententia loci haec est: nam multum referre putaverim, ubi coorta tempestas est, utrum ars gubernatoria adiutrix adsit, necne. In his καιρῷ χειμῶνος dictum esse arbitrantur pro χρόνῳ χειμῶνος. Quod ab usu loquendi prorsus abhorret. Nam καιρός pro χρόνος non dici consuevit nisi a scriptoribus Graecitatis citerioris. Itaque aliquis putaverit καιρῷ pro ἐν καιρῷ accipiendum esse atque χειμῶνος esse genitivum temporis. Sed ne hoc quidem per usum loquendi videtur statui posse. Nam etsi Thucyd. IV. 59. in optimis libris legitur: αὐτὰ δὲ ταῦτα εἰ μὴ καιρῷ τύχοιεν ἑκάτεροι πράσσοντες, tamen aliud huius dictionis exemplum nusquam exstat, ut facile assentiar Popponi ἐν καιρῷ, veterem lectionem, tuenti. conf. etiam Lobeck. ad Sophocl. Aiac. p. 85. ed. 2. Itaque alia verborum interpretatio anquirenda videtur. Ea vero in promtu est. Nam καιρῷ χειμῶνος est: quum tempestas exigit atque postulat. Etenim καιρός non tantum est tempus opportunum, verum etiam temporum condicio atque status, quo hoc vel illud fieri opus est. Hinc καιροὶ μέγιστοι vocantur apud Demosth. Or. adv. Lept. p. 470. ed. Reisk. tempora reip. periculosa, quae etiam a Latinis dicuntur subinde tempora maxima, summa. v. Aprat. Schaefer. Vol. III. p. 132. Atque καιροὶ αἴσχιστοι καὶ δυςποτμότατοι sunt apud Plutarch. in compar. Fabii et Periclis c. 1. et ἔσχατος καιρός ap. eundem Sull. 12. al. Itaque erraverit, si quis hinc demonstrare voluerit, vestigium aliquod citerioris Graecitatis in his libris expressum extare. Dein ξυλλαβέσθαι est: adiuvare, adiutorem esse, quo sensu etiam verbum activum ξυλλαμβάνειν usur-

ΑΘ. Οὐκοῦν καὶ τοῖς ἄλλοις ὡσαύτως κατὰ τὸν αὐτὸν ἂν ἔχοι λόγον, καὶ δὴ καὶ νομοθεσίᾳ ταὐτὸν τοῦτο δοτέον· τῶν ἄλλων ξυμπιπτόντων, ὅσα δεῖ χώρᾳ ξυντυχεῖν, εἰ μέλλει ποτὲ εὐδαιμόνως οἰκήσειν, τὸν νομοθέτην ἀληθείας ἐχόμενον τῇ τοιαύτῃ παραπεσεῖν ἑκάστοτε πόλει δεῖν.

ΚΛ. Ἀληθέστατα λέγεις.

D ΑΘ. Οὐκοῦν ὅ γε πρὸς ἕκαστόν τι τῶν εἰρημένων ἔχων τὴν τέχνην κἂν εὔξασθαί που δύναιτο ὀρθῶς, τί παρὸν αὐτῷ διὰ τύχης τῆς τέχνης ἂν μόνον ἐπιδέοι;

C. εἰ μέλλει ποτὲ εὐδ.] Optativum μέλλοι olim restituimus, Bekkero fidem habentes, qui eam scripturam narrat repertam esse quum in v. f. h., tum etiam in optimis Par. A. et Vat. Ω. Nunc vero, posteaquam Bastium vidimus de his codicibus prorsus tacere, atque μέλλοι ex uno Par. B. enotare, mente mutata, indicativum tuendum putavimus. Voss. x. tamen μέλλοι, quod dedit Schneider.

D. τί παρὸν αὐτῷ —] Par. A. Voss. x. et marg. Vat. Ω. Flor. a. δ. ὀρθῶς τι παρ' αὐτῷ. Par. B. et Ven. Ξ. ὀρθῶς, τί παpatur. Activum legitur Libr. I. p. 645. A. X. p. 905. C. XII. extr. Reip. IV. p. 427. E. VI. p. 488. D. Xenoph. Mem. II. 2, 12. II. 2, 32. al. Medium eodem modo positum Phaedr. p. 237. A. Legg. VI. p. 752. A. Hinc Eurip. Orest. v. 1228. συλληπτὼρ γενοῦ. Sed dixerunt de hoc usu quantum satis est quos laudavit Astius ad h. l. Boissonad. ad Philostr. Heroic. p. 385. et Bast. Epist. Crit. p. 41. Appendic. Pro μέγα πλεονέκτημα ἔγωγε ἂν θείην sententiae ratio exigebat πολὺ ἂν διαφέροι, aut simile quiddam. Nunc vero dixit: μέγα πλεονέκτημα ἔγωγ' ἂν θείην, perinde ac si ἢ μὴ non esset adiectum.

Οὐκοῦν καὶ τοῖς ἄλλοις—] Astius ante τοῖς ἄλλοις inserendum putat ἐν. Sed ferri posse existimo simplicem dativum, praesertim quum subsequatur: καὶ δὴ καὶ νομοθεσίᾳ δοτέον. — ἀληθείας ἐχόμενον, verum suoque nomine dignum. Infra p. 710. E. ὅταν ἀληθὴς μὲν νομοθέτης γένηται φύσει.

D. τί παρὸν αὐτῷ διὰ τύχης] Corrupta librorum lectio est haec: ὀρθῶς τι παρὸν αὐτῷ. Stephanus coniectabat: ὃ παρὸν, quod dictum esset pro οὗ παρόντος. Cui Boeckhius in Min. p. 103. ita adstipulatur, ut pro τι indefinito τί interrogativum restituendum arbitretur. Nostra sententia nec ὃ παρόν verum est, nec τί potest in his relativi partes agere; scribendum potius putamus: ὅ τι λαβόντι αὐτῷ. Mox E. ὃ λαβὼν ἕξεις κτλ. Dein pro ἐπιδέοι Heindorf. Specim. Coniect. p. 33. ἔτι δέοι malebat. Quod cave protenus arripias. Libr. X. p. 899. D. εἴτε ἐπιδέον. Supra p. 704. C. ἢ καὶ τινῶν ἐπιδεής.

Οἵ τε ἄλλοι γε δὴ πάντες] Huic τε in proximis subiungi debebat· καὶ δὴ καὶ νομοθέτης, pro quo tamen, sermone leniter

ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΑΘ. Οἵ τε ἄλλοι γε δὴ πάντες οἱ νῦν δὴ ῥηθέντες, κελευόμενοι τὴν αὑτῶν εὐχὴν εἰπεῖν, εἴποιεν ἄν. ἦ γάρ;

ΚΛ. Τί μήν;

ΑΘ. Ταὐτὸν δὴ καὶ νομοθέτης, οἶμαι, δράσειεν.

ΚΛ. Ἔγωγ' οἶμαι.

ΑΘ. Φέρε δή, νομοθέτα, πρὸς αὐτὸν φῶμεν, τί σοι καὶ πῶς πόλιν ἔχουσαν δῶμεν, ὃ λαβὼν ἕξεις, E
ὥςτ' ἐκ τῶν λοιπῶν αὐτὸς τὴν πόλιν ἱκανῶς διοικῆσαι; Τί μετὰ τοῦτ' εἰπεῖν ὀρθῶς ἔστιν; ἆρα

ρὸν αὐτῷ. Vett. editt, ὀρθῶς τι παρὸν αὐτῷ. Stephanus ante παρὸν interponendum putabat ὅ. Quod dedimus, id debetur coniecturae Boeckhii in Min. et Legg. p. 104. quam probavit etiam Bekker. Quamquam nobis quid videatur, de eo vide quae in explicatt. disputavimus. Dein Heindorf. Coniect. Specim. p. 33. ἔτι δέοι coni. collato loco X. p. 899. D. sed v. infra.

E. *εἰπεῖν ὀρθῶς ἔστιν;*] Vulgo ἐστίν; Correxit Astius. Dein φράζομεν A. corr. B. Ω. Ξ. v. f. h. r. Pro ἆρα editt. ante Steph. et codd. a. c. δ. ο. ἄρα. De toto loco diximus infra in explicatt.

inflexo, infertur: ταὐτὸν δὴ καὶ νομοθέτης. Dein ad δράσειεν ex antegressis intelligendum ἄν.

E. *ὃ λαβὼν ἕξεις, ὥςτ' ἐκ τῶν λοιπῶν* —] quo accepto poteris ex ceteris rebus ipse civitatem rite condere. Pronomen ὅ refertur ad solum τί, quoniam verba καὶ πῶς ἔχουσαν πόλιν tanquam per occasionem interiecta sunt. Post ἕξεις autem quod ὥςτε infertur, eadem prorsus ratio est, quae locum habet in formulis δυνατόν et ἀδύνατον ὥστε, ἱκανὸν ὥςτε, aliis. Protagor. p. 338. C: ἀδύνατον ὑμῖν, ὥστε Πρωταγόρου τοῦδε σοφώτερόν τινα ἑλέσθαι. ubi v. Heindorf. Politic. p. 295. A: πῶς γὰρ ἄν τις ἱκανὸς γένοιτ' ἄν ποτε, ὥςτε ἀεὶ προςτάττειν τὸ προςῆκον; conf. Matthiae Gr. §. 533. ann. 1. et §. 531. ann. 2. Tum ἐκ τῶν λοιπῶν, prave interpretatur Astius: posthac, porro. Imo est: ex reliquis, quae tibi praesto sint praeter illud unum, quod a diis petendum putaveris.

E. *Τί μετὰ τοῦτ' εἰπεῖν ὀρθῶς* —] Pro ὀρθῶς ἐστιν; dedi cum Bekkero ὀρθῶς ἔστιν; h. e. quid deinde recte dici potest? Qui ὀρθῶς ἐστιν, reiecto accentu, tuentur, ii vel interpretantur per ὀρθῶς ἔχει, vel constructionem verborum volunt esse hanc: τί μετὰ τοῦτ' εἰπεῖν ὀρθῶς εἰπεῖν ἐστιν. Sed neutra ratio hic quidem nobis satis probatur, quamquam posterior plane convenit in Legg. III. p 697. B. ubi v. ann. atque Euthyphron. p. 2. C. D. Vide quae de his exposuerunt Heusdius Specim. crit. p. 6. Schaefer. ad Dionys. Hal. De compos. verb. p. 76. ad Gregor. Corinth. p. 83. Astius ad Plat. Polit. p. 372. Mat-

τοῦ νομοθέτου φράζωμεν τοῦτο; ἢ γάρ;

ΚΛ. Ναί.

ΑΘ. Τόδε· τυραννουμένην μοι δότε τὴν πόλιν, φήσει· τύραννος δ' ἔστω νέος καὶ μνήμων καὶ εὐμαθὴς καὶ ἀνδρεῖος καὶ μεγαλοπρεπὴς φύσει. ὃ δὲ καὶ ἐν τοῖς πρόσθεν ἐλέγομεν δεῖν ἕπεσθαι ξύμπασι τοῖς

thiae Gr. §. 309. c. ann. Retracto accentu etiam Reip. VIII. p. 584. A. scripsimus: *πῶς οὖν ὀρθῶς ἔστι τὸ μὴ ἀλγεῖν ἡδὺ ἡγεῖσθαι;*

ἆρα τοῦ νομοθέτου — ἢ γάρ;] Haec verba manifestum est turpissimam suscepisse labem. Nam qui tandem fieri recte potest, ut Clinias rem affirmet nondum ab Atheniensi enunciatam? aut quorsum pertinet istud *ἢ γάρ;* quo qui utuntur, ii aliquid, quod modo dixerint, affirmari ab altero cupiunt? Enimvero nihil dum protulit homo, cui apte suum istud: *ἢ γάρ;* subiungere posset. Itaque Astius scribendum censuit: *ἆρα τὸ τοῦ νομοθέτου φράζωμεν; τοῦτο, ἢ γάρ;* ad *τοῦτο* ex antegressis intelligi iubens: *ὀρθῶς ἔστιν εἰπεῖν.* Atque hanc sententiam sequuti sunt Turicenses. Qua tamen ratione magnopere vereor ne difficultates loci non modo non remotae sed quodammodo etiam auctae sint. Certe quidem Clinias ne sic quidem recte respondet *Ναί,* praesertim quum Atheniensis deinde pergat: *Τόδε· τυραννουμένην μοι δότε κ. τ. λ.* Itaque aliam viam iniit **Schrammius** Spec. II. Annotatt. ad locos nonnullos Legum Platonicarum, p. 17. qui locum sic refingendum arbitratur: *Τί μετὰ τοῦτ' εἰπεῖν ὀρθῶς ἔστιν ἆρα τὸν νομοθέτην; φράζωμεν τοῦτο; ἢ γάρ;* Quid ad hoc igitur recte respondere potest legum lator? Dicamusne hoc? (sc. quod responsurus sit.), Nonne? Sed nec hac coniectura nostro quidem desiderio satisfactum est. Primum enim illa iusto est audacior. Deinde nec ipsa tollit molestiam, quam affert istud *ἢ γάρ;* quod post *φράζωμεν τοῦτο;* non recte subiungitur. Denique nuper C. Fr. Hermannus *ἆρα* de Schrammii sententia in *ἄρα* mutato verba inter colloquentes sic distribuit: *ΚΛ. τοῦ νομοθέτου — ἢ γάρ; ΑΘ. Ναί τόδε· τυραννουμένην — — ὄφελος εἶναί τι.* Quod tamen non uno nomine displicet, imprimis etiam eo, quod isto modo *ἄρα* sine caussa idonea in ultimum reiicitur enunciati membrum. Quocirca experiamur, si forte aliud quid ex vulgata lectione possit extundi. Putamus vero inesse vitium maxime in verbis *ἢ γάρ; ναί.* Quae quomodo refingenda essent, postquam diu multumque dubitavimus, tandem in eam devenimus sententiam, ut in isto *ἢ γάρ;* suspicaremur latere *τί γάρ;* quod Cliniae esset tribuendum. Huic enim per errorem videtur datum esse *Ναί,* posteaquam vera responsio ei erepta erat. Quamquam fieri potest, ut illud *ναί* ex pravo interpretamento duxerit originem, siquidem adscribi potuit ab aliquo grammatico, qui istud *τί γάρ;* pro *τί γὰρ ἄλλο;* accepisset. Itaque locum interpretamur sic: Quid recte deinde dicetur? num hoc legislatoris responsum afferamus? (quod recte dari possit).

τῆς ἀρετῆς μέρεσι, καὶ νῦν τῇ τυραννουμένῃ ψυχῇ τοῦτο ξυνεπέσθω, ἐὰν μέλλῃ τῶν ἄλλων ὑπαρχόντων 710 *ὄφελος εἶναί τι.*

ΚΛ. *Σωφροσύνην μοι δοκεῖ φράζειν, ὦ Μέγιλλε, δεῖν εἶναι τὴν ξυνεπομένην ὁ ξένος. ἢ γάρ;*

ΑΘ. *Τὴν δημώδη γε, ὦ Κλεινία, καὶ οὐχ ἥν*

Clin. Quodnam tandem? *Ath.* Hocce. Date mihi etc.

τύραννος δ' ἔστω νέος —] De Rep. VI. p. 487. A., ubi Socrates imaginem philosophi proposuit ad civitatem gubernandam idonei: *ὃ μή ποτ' ἄν τις οἷός τε γένοιτο ἱκανῶς ἐπιτηδεῦσαι, εἰ μὴ φύσει εἴη μνήμων, εὐμαθὴς, μεγαλοπρεπὴς, εὔχαρις, φίλος τε καὶ ξυγγενὴς ἀληθείας, δικαιοσύνης, ἀνδρείας, σωφροσύνης.* — *ἐν τοῖς ἔμπροσθεν*, supra libr. III. p. 688. A. sqq. — *τῇ τυραννουμένῃ ψυχῇ*, i. e. *τυραννικῇ*. Cornarius malebat *τῇ τοῦ τυράννου ψυχῇ*, sine caussa idonea.

P. 710. *Τὴν δημώδη γε, ὦ Κλεινία,* —] Intell. *φράζω* vel *λέγω*. Popularem temperantiam quod discernit ab illa, quae eadem sit atque prudentia et sapientia Plato, suam ipsius sententiam de gradibus virtutum respexisse videri debet. Etenim magnum discrimen statuit philosophus inter virtutem perfectam, quae esset philosophorum propria, atque virtutem eam, quam vocare solet *δημώδη καὶ πολιτικήν*. Illam enim tribuit iis, qui boni honestique scientia pollerent atque aeternas veritatis virtutisque species animis suis intuerentur, ut iudicia sua, consilia, actiones denique ad earum normam atque legem regere possent et componere. Quam quidem virtutem quum alibi descripsit, tum eximie illustravit Phaedon. p. 82. C. sqq. Theaet. p. 173. C. sqq. Ab hac vero diversam voluit esse virtutem civilem atque popularem, quae etiam in magnam populi multitudinem conveniret. Quippe istam quidem censuit contineri potissimum more, consuetudine, disciplina denique, ideoque a scientiae laude aliquantum abesse. Quamobrem Phaedon. p. 69. B. eam appellat *ἀρετῆς σκιαγραφίαν*, adeoque eos, qui ipsam sequerentur, ibidem p. 68. B. sqq. *τῶν φαύλων* genere comprehendit. conf. etiam Phaedon. p. 81. D. p. 82. A. sqq. et De Rep. X. p. 619. D. Quamquam etiam magnam eiusdem vim esse iudicavit in ipsa hominum vita quum privata tum publica, ut eos praeclare mereri existimaverit, qui civitates bonis legibus instruerent atque homines ad laudem bonorum morum et civilium officiorum observationem perducerent. v. Sympos. p. 209. A. sqq. D. sqq. et Reip. VI. p. 500. D. VII. p. 518. D. Et in Legum quidem opere, in quo vera conditur civitas legesque scribuntur ipsi vitae veritati accommodatae, philosophus ad hoc potissimum virtutis popularis genus respexit. Quamobrem nec tyrannum hic eum informavit, qui esset perfectus sapiens atque rationis usu adeo excellens, ut publicis legibus non opus videretur, qualem finxit De Rep. IV. p. 423. D. sqq. coll. Politic. p. 294. A., sed voluit esse talem, qui quum bona naturae indole praeditus esset, tum vulgarem saltem

τις σεμνύνων ἂν λέγοι, φρόνησιν προςαναγκάζων εἶναι
τὸ σωφρονεῖν, ἀλλ' ὅπερ εὐθὺς παισὶ καὶ θηρίοις,
— τοῖς μὲν ἀκρατῶς ἔχειν πρὸς τὰς ἡδονάς, ξύμφυτον
B ἐπανθεῖ, τοῖς δὲ ἐγκρατῶς· ὃ καὶ μονούμενον ἔφαμεν
τῶν πολλῶν ἀγαθῶν λεγομένων οὐκ ἄξιον εἶναι λόγου.
ἔχετε γὰρ ὃ λέγω που.

ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΑΘ. Ταύτην τοίνυν ἡμῖν ὁ τύραννος τὴν φύσιν ἐχέτω πρὸς ἐκείναις ταῖς φύσεσιν, εἰ μέλλει πόλις ὡς δυνατόν ἐστι τάχιστα καὶ ἄριστα σχήσειν πολιτείαν, ἣν λαβοῦσα εὐδαιμονέστατα διάξει. θᾶττον γὰρ ταύτης καὶ ἀμείνων πολιτείας διάθεσις οὔτ' ἔστιν οὔτ' ἂν ποτε γένοιτο.

P. 710. B. *Ταύτην τοίνυν ἡμ. ὁ τ. τὴν φύσιν*] *τὴν* omittit Steph., errore, ut videtur. Mox Badham. Praef. ad Phaedr. p. XI. corr. *τάχιστα καὶ ῥᾷστα,* ut postea dicitur.
C. *αὐτὸν ἂν πείθοι;*] *ἂν* hic om. Par. A. cuius auctoritati obtemperavit Bekkerus et Schneider. conf. p. 713. B.

atque popularem virtutem coleret ac sequeretur, ut idoneus esset ad novas leges in civitatem introducendas. Quamquam ad civitatis felicitatem etiam conducibile esse iudicavit, si ille non legumlatoris tantum consiliis obsequi cogeretur, sed etiam sua ipsius prudentia atque sapientia posset confidere et acquiescere. — *σεμνύνων ἂν λέγοι*, magnifice extollens atque iactans. — *προςαναγκάζων*, argumentis evincere studens temperantiam in *φρονήσει* positam esse. De *ἀναγκάζειν* et *προςαναγκάζειν* probandi vi et potestate posito v. ad Theaet. p. 153. C. 162. E. Reip. X. p. 611. B.

ἀλλ' ὅπερ εὐθὺς παισὶ καὶ θηρίοις —] Intricatior paullo verborum ordo est. Nam ante *τοῖς μὲν ἀκρατῶς ἔχειν* continuo interponi debebat *ξύμφυτον ἐπανθεῖ*, quippe ex quo reliqua omnia pendeant. Poterat etiam istud *τοῖς δὲ ἐγκρατῶς* post *πρὸς τὰς ἡδονὰς* interseri, ut legitima existeret verborum structura. Ceterum *τοῖς μὲν ἀκρατῶς ἔχειν* explicandum: *ὥστε τοὺς μὲν ἀκρατῶς ἔχειν*. De loquutione conf. Photius, p. 1457. ubi de Isocratis orationibus: *ἐπανθεῖ αὐτοῖς οὐ μόνον ἔμφυτον ἀλλὰ καὶ κομμωτικὸν κάλλος.*

B. *ὃ καὶ μονούμενον ἔφαμεν τῶν πολλῶν*] Respicitur locus Libr. III. p. 696. D: *σωφροσύνη ἄνευ πάσης τῆς ἄλλης ἀρετῆς ἐν ψυχῇ τινὶ μεμονωμένη τίμιον ἢ ἄτιμον γίγνοιτ' ἂν κατὰ δίκην; κ. τ. λ.* — *ἔχετε γὰρ ὃ λέγω που*, tenetis enim, opinor, quod dico. v. ann. ad Phaedon. p. 71. A. Hinc Aristoph. Avv. v. 1448. verba: *πάντ' ἔχεις*, interpretamur: omnia tenes, i. e. perspexisti.

πρὸς ἐκείναις ταῖς φύσεσιν] praeter illas naturae dotes. Sic enim intelligendus pluralis numerus est, in

ΚΛ. Πῶς δὴ καὶ τίνι λόγῳ τοῦτο, ὦ ξένε, λέγων ἄν τις ὀρθῶς λέγειν αὐτὸν ἂν πείθοι; C

ΑΘ. Ῥᾴδιόν που τοῦτό γε νοεῖν ἔστ', ὦ Κλεινία, κατὰ φύσιν ὡς ἔστι τοῦθ'. οὕτω.

ΚΛ. Πῶς λέγεις; εἰ τύραννος γένοιτο, φῄς, νέος, σώφρων, εὐμαθής, μνήμων, ἀνδρεῖος, μεγαλοπρεπής;

ΑΘ. Εὐτυχής, πρόσθες, μὴ κατ' ἄλλο, ἀλλὰ τὸ γενέσθαι τε ἐπ' αὐτοῦ νομοθέτην ἄξιον ἐπαίνου καί τινα τύχην εἰς ταὐτὸν ἀγαγεῖν αὐτῷ. γενομένου γὰρ τούτου D πάντα σχεδὸν ἀπείργασται τῷ θεῷ, ἅπερ ὅταν βουληθῇ διαφερόντως εὖ πρᾶξαί τινα πόλιν· δεύτερον δέ, ἐάν ποτέ τινες δύο ἄρχοντες γένωνται τοιοῦτοι,

γενέσθαι τε ἐπ' αὐτοῦ] Ω. Ξ. v. f. h. r. αὐτῷ, errore manifesto. Quod Bekkerus narrat etiam in Par. A. αὐτῷ perscriptum extare. id Bastii testimonio non confirmatur. Dedit tamen αὐτῷ Schneider.

μεγαλοπρεπής. ΑΘ. Εὐτυχὴς προσθές] Vulgo: μεγαλοπρεπής, εὐτυχής. ΑΘ. Πρόσθες. Emendavit Astius.

quo Zellerus Stud. Platt. p. 87. offendisse videtur. De Rep. III. p. 410. E: δεῖν τοὺς φύλακας ἀμφοτέρω ἔχειν τούτω τὼ φύσῃ. Ibid IV. p. 424. A: φύσεις ἀγαθὰς ἐμποιεῖ. Ibid. sunt φύσεις χρησταί, i. e. bonae animi dotes. Mox Badham. Praefat. ad Phaedr. p. XI. corrigendum censet: τάχιστα. καὶ ῥᾷστα, quemadmodum alibi ῥᾷστά τε καὶ τάχιστα, τάχιστον καὶ ῥᾷστον, τάχος καὶ ῥαστώνη iungatur. Sed recte nunc ἄριστα cum τάχιστα copulatur, quandoquidem civitas dicitur isto pacto et celerrime et optima ratione usura esse beatissimo rerum suarum statu et conditione.

ὀρθῶς λέγειν αὐτὸν ἂν πείθοι;] semet ipsum recte dicere aliis persuadeat.

Πῶς λέγεις; εἰ τύραννος —] Prave olim verba: εἰ τύραννος κ. τ. λ. una cum proximis Εὐτυχής, πρόσθες κ. τ. λ. usque ad ὅσῳ δ' ἐναντίον, ἐναντίως, adscribebantur Atheniensi. Veram eorum distributionem duce Ficino et Cornario primus restituit Stephanus, nisi quod is Atheniensis nomen praefixit verbis: πρόσθες, μὴ κατ' ἄλλο κ. τ. λ., quum etiam vocabulum Εὐτυχής, ad huius orationem pertrahi oportuisset. Sententia loci haec est: adde etiam: *felix*, certe in hoc uno maxime, quod ipso vivo extiterit s. exortus sit legumlator laude dignus, et fortuna ambos eodem ducat. De μὴ κατ' ἄλλο, ἀλλὰ τὸ γενέσθαι κ. τ. λ. in hoc uno maxime, quod etc. v. Phaedr. p. 329. D: οὐ πάνυ εὐτυχοῖς ἀνδρός, κατ' ἄλλο μὲν οὐδέν, ὅτι δ' αὐτῷ ἀνάγκη κ. τ. λ. ubi v. ann. Codd. plerique αὐτῷ, quod si verum est, pendet ex εἰς ταὐτό.

D. *ἅπερ ὅταν βουληθῇ —*] Post ἅπερ int. ἀπεργάζοιτ' ἄν. Dein ad δεύτερον δέ sponte intelligas ἔστιν, i. e. locum habet, illud est. — κατὰ λύ-

τρίτον δ' αὖ καὶ κατὰ λόγον ὡςαύτως χαλεπώτερον, ὅσῳ πλείους· ὅσῳ δ' ἐναντίον, ἐναντίως.

ΚΛ. Ἐκ τυραννίδος ἀρίστην φῂς γενέσθαι πόλιν ἄν, ὡς φαίνει, μετὰ νομοθέτου γε ἄκρου καὶ τυράννου κοσμίου, καὶ ῥᾷστά τε καὶ τάχιστ' ἂν μεταβαλεῖν
E εἰς τοῦτο ἐκ τοῦ τοιούτου, δεύτερον δὲ ἐξ ὀλιγαρχίας. ἢ πῶς λέγεις; καὶ τὸ τρίτον ἐκ δημοκρατίας.

ΑΘ. Οὐδαμῶς, ἀλλ' ἐκ τυραννίδος μὲν πρῶτον, δεύτερον δὲ ἐκ βασιλικῆς πολιτείας, τρίτον δὲ ἔκ τινος δημοκρατίας· τὸ δὲ τέταρτον, ὀλιγαρχία τὴν τοῦ τοιούτου γένεσιν χαλεπώτατα δύναιτ' ἂν προςδέξασθαι· πλεῖστοι γὰρ ἐν αὐτῇ δυνάσται γίγνονται. λέγομεν δὴ ταῦτα γίγνεσθαι τότε, ὅταν ἀληθὴς μὲν νομοθέτης γένηται φύσει, κοινὴ δὲ αὐτῷ τις ξυμβῇ ῥώμη πρὸς
711 τοὺς ἐν τῇ πόλει μέγιστον δυναμένους. οὗ δ' ἂν τοῦτο ἀριθμῷ μὲν βραχύτατον, ἰσχυρότατον δέ, καθάπερ ἐν τυραννίδι, γένηται, ταύτῃ καὶ τότε τάχος καὶ ῥᾳστώνη τῆς μεταβολῆς γίγνεσθαι φιλεῖ.

D. ὡς φαίνει] Sic pr. Par. A. Flor. a. et super vers. Flor. δ. Legebatur φαίνῃ. v. Prolegg.

E. τις ξυμβῇ ῥώμη πρὸς τοὺς —] Par. A. cum Voss. x. ξυμβῇ ῥώμη. Vulgo ῥώμη ξυμβ. Idem liber κοινῇ pro κοινή, quod Stephanus quoque scriptum reperit. Voss. ἀριθμῷ βρ.

γον, pro proportione. — Ante χαλεπώτερον quod non interpositum est τοσούτῳ, vide de hoc loquendi genere sane infrequenti ann. ad Lysid. p. 206. A. Euthydem. p. 281. D.

μετὰ νομοθέτου γε ἄκρου] H. e. τελέου. v. Theaet. p. 148. C. p. 152. E. p. 201. C. ibique ann. — Dignum vero, quod expendatur, iudicium est C. Fr. Hermanni, qui verba: καὶ τὸ τρίτον ἐκ δημοκρατίας et alieno loco posita et sensum pervertere censuit, quippe quum Cliniae de democratia mentionem iniicere nondum licuerit, praesertim quum nec responsum ad aliud quid nisi ad oligarchiam referatur.

E. ἐκ βασιλικῆς πολιτείας,] qualem antea significavit duorum imperio commemorato, et qualis Spartae fuit constituta. Democratiam vero quod anteponendam censet oligarchiae, noli mirari. Nam in illa fere pauci tantum exercent dominationem; in hac autem plurimi existunt domini, ut ipse deinde ait.

κοινὴ δὲ αὐτῷ τις ξυμβῇ ῥώμη] Pro κοινή noli κοινῇ revocare, quod Stephanus narrat a se alicubi repertum esse. Nam quod dicitur: si ei

ΚΛ. Πῶς; οὐ γὰρ μανθάνομεν.

ΑΘ. Καὶ μὴν εἴρηταί γ' ἡμῖν οὐχ ἅπαξ, ἀλλ' οἶμαι, πολλάκις. ὑμεῖς δὲ τάχα οὐδὲ τεθέασθε τυραννουμένην πόλιν.

ΚΛ. Οὐδέ γε ἐπιθυμητὴς ἔγωγ' εἰμὶ τοῦ θεάματος.

ΑΘ. Καὶ μὴν τοῦτό γ' ἂν ἴδοις ἐν αὐτῇ τὸ B
νῦν δὴ λεγόμενον.

ΚΛ. Τὸ ποῖον;

ΑΘ. Οὐδὲν δεῖ πόνων οὐδέ τινος παμπόλλου χρόνου τῷ τυράννῳ μεταβαλεῖν βουληθέντι πόλεως ἤθη, πορεύεσθαι δὲ αὐτὸν δεῖ πρῶτον ταύτῃ, ὅπῃ περ ἂν ἐθελήσῃ, ἐάν τε πρὸς ἀρετῆς ἐπιτηδεύματα προτρέπεσθαι τοὺς πολίτας ἐάν τε ἐπὶ τοὐναντίον, αὐτὸν πρῶτον πάντα ὑπογράφοντα τῷ πράττειν, τὰ
μὲν ἐπαινοῦντα καὶ τιμῶντα, τὰ δ' αὖ πρὸς ψόγον C
ἄγοντα, καὶ τὸν μὴ πειθόμενον ἀτιμάζοντα καθ' ἑκάστας τῶν πράξεων.

P. 711. *ὑμεῖς δὲ τάχα —*] Ante Steph. scribebatur ἡμεῖς invitis codd. omnibus.

Οὐδέ γε ἐπιθυμ.] Editt. ante Steph. Οὐδ' εἴγε. Cum Steph. libri omnes consentiunt.

B. *Οὐδὲν δεῖ πόνων —*] δὴ pr. Ω. α. δ., ut mox iterum.

ὅπῃ περ ἂν ἐθελήσῃ] Sic Par. A. al. pro θελήσῃ.

commune etiam sit robur quoddam apud eos, qui plurimum in civitate possunt, id intelligendum est de tyranni potentia et auctoritate, quae tanquam societatem quandam cum legumlatore iniisse debet, siquidem futurum sit, ut civitas quam celerrime et facillime bonis legibus instruatur ac temperetur.

P. 711. *ταύτῃ καὶ τότε —*] Hoc non tam ad οὐ referendum, quam ad integram sententiam: οὐ δ' ἂν τοῦτο — γένηται. Quocirca nihil sollicitandum.

ὑμεῖς δὲ τάχα οὐδὲ τεθέασθε —] Significat, opinor, Plato, se olim Dionysii exemplo cognovisse, quid quantumque sit, quod tyrannus ad emendandos civitatis leges et mores possit, si modo ipse culturae patienter commodet aures. Dionysium significari, ex proximis (sect. B. C.) satis apparere arbitramur.

B. *ἐάν τε πρὸς ἀρετῆς — τοὐναντίον*] Repetendum est ἐθελήσῃ. Dein ὑπογράφειν πάντα τῷ πράττειν est, omnia agendo tanquam praescribere, metaphora ab iis repetita, qui pueris ductus literarum praescribunt. Usum verbi attigimus ad Theaet. p. 171. D. — πρὸς

ΚΛ. Καὶ πῶς υἰόμεθα ταχὺ ξυνακολουθήσειν τοὺς ἄλλους πολίτας τῷ τὴν τοιαύτην πειθὼ καὶ ἅμα βίαν εἰληφότι;

ΑΘ. Μηδεὶς ἡμᾶς πειθέτω, ὦ φίλοι, ἄλλῃ θᾶττον καὶ ῥᾷον μεταβάλλειν ἄν ποτε πόλιν τοὺς νόμους ἢ τῇ τῶν δυναστευόντων ἡγεμονίᾳ, μηδὲ νῦν
D γε ἄλλῃ γίγνεσθαι μηδ' αὖθίς ποτε γενήσεσθαι. καὶ γὰρ οὖν ἡμῖν οὐ τοῦτ' ἐστὶν ἀδύνατον οὐδὲ χαλεπῶς ἂν γενόμενον, ἀλλὰ τόδ' ἐστὶ τὸ χαλεπὸν γενέσθαι, καὶ ὀλίγον δὴ τὸ γεγονὸς ἐν τῷ πολλῷ χρόνῳ· ὅταν δὲ ξυμβῇ, μυρία καὶ πάντ' ἐν πόλει ἀγαθὰ ἀπεργάζεται, ἐν ᾗ ποτ' ἂν ἐγγένηται.

ΚΛ. Τὸ ποῖον δὴ λέγεις;

ΑΘ. Ὅταν ἔρως θεῖος τῶν σωφρόνων τε καὶ δικαίων ἐπιτηδευμάτων ἐγγένηται μεγάλαις τισὶ δυνα-

C. *Καὶ πῶς οἰόμεθα* —] *οἰώμεθα* pr. 𝔖. non item Par. A. si Bastio fides est. Bekkerus tamen nuperis omnibus imitantibus *οἰώμεθα* dedit. eam scripturam etiam in Par. A. corr. extare narrans. Pro *Καὶ πῶς* Schneiderus *Καί πως*: perperam. Mox codd.

ψόγον ἄγοντα, i. e. *ψέγοντα*. De re audi Ciceron. Legg. III. 14. Nam licet videre, si velis replicare memoriam temporum, qualescunque summi civitatis viri fuerint, talem civitatem fuisse; quaecunque mutatio morum in principibus extiterit, eandem in populo secutam. etc. Ac notissimum est illud: Regis ad exemplum totus componitur orbis, petitum ex Claudiano De quarto Consulatu Honorii v. 299. qui locus item huc facit.

D. *καὶ γὰρ οὖν ἡμῖν οὐ τοῦτ' ἐστὶν* —] Neque enim hoc nostro iudicio (*ἡμῖν*) non potest fieri aut difficulter acciderit, quod diximus a tyranno leges, mores et instituta civitatis mutari oportere; sed hoc, quod nunc dicturus sum (*τόδε*), difficile factu est atque omni tempore raro factum.

Ὅταν ἔρως θεῖος τῶν σωφρόνων τε καὶ δικαίων ἐπ.] Similia haec iis sunt, quae leguntur De Rep. V. p. 473. C. — E. et VI. p. 499. B. C. D. ubi philosophus nobilissimam illam sententiam illustrat, qua civitates statuit tum demum beatas fore, quum reges extiterint philosophi. Sed in hac similitudine tamen ab iisdem etiam adeo discrepant, ut paene mirabilia videantur, quae de utriusque loci convenientia commentus est Zellerus. Nam verborum quidem similitudo omnino nulla. Sententiae rationes vero ab iis, quae in Republica disseruntur, multum discrepare, vel exinde intelligi licebit, quod qui hic adumbratur tyrannus, is populari tan-

στείαις, ἢ κατὰ μοναρχίαν δυναστευούσαις ἢ κατὰ
πλούτων ὑπεροχὰς διαφερούσαις ἢ γενῶν· ἢ τὴν Νέ- E
στορος ἐάν ποτέ τις ἐπανενέγκῃ φύσιν, ὃν τῇ τοῦ
λέγειν ῥώμῃ φασὶ πάντων διενεγκόντα ἀνθρώπων
πλέον ἔτι τῷ σωφρονεῖν διαφέρειν. τοῦτ' οὖν ἐπὶ
μὲν Τροίας, ὥς φασι, γέγονεν, ἐφ' ἡμῶν δὲ οὐδαμῶς·
εἰ δ' οὖν γέγονεν ἢ καὶ γενήσεται τοιοῦτος ἢ νῦν
ἡμῶν ἔστι τις, μακαρίως μὲν αὐτὸς ζῇ, μακάριοι δὲ
οἱ ξυνήκοοι τῶν ἐκ τοῦ σωφρονοῦντος στόματος ἰόν-
των λόγων. ὡσαύτως δὲ καὶ ξυμπάσης δυνάμεως ὁ
αὐτὸς πέρι λόγος, ὡς ὅταν εἰς ταὐτὸν τῷ φρονεῖν τε 712
καὶ σωφρονεῖν ἡ μεγίστη δύναμις ἐν ἀνθρώπῳ ξυμ-
πέσῃ, τότε πολιτείας τῆς ἀρίστης καὶ νόμων τῶν τοι-
ούτων φύεται γένεσις, ἄλλως δὲ οὐ μή ποτε γένηται.
ταῦτα μὲν οὖν καθαπερεὶ μῦθός τις λεχθεὶς κεχρη-

recte *πειθω* pro vulg. *πειθῶ*.

E. *τῷ σωφρονεῖν διαφ.*] *τὸ* editt. ante Steph. vitiose et codd. omnibus dissentientibus

εἰ δ' οὖν γέγονεν] Legebat *εἰ δ' οὖν καὶ γέγονεν.* Omittunt *καὶ* A. Ω. v. f. h. r. a. c. δ. ο.

tum ac civili virtute praeditus fingitur, a philosophorum autem excellentia virtutis et sapientiae aliquantum remotus est. Eo enim inter alia pertinet etiam hoc, quod tantum *τῶν σωφρόνων τε καὶ δικαίων ἐπιτηδευμάτων* mentio iniicitur.

μεγάλαις τισὶ δυναστείαις —] Rursus habes abstractum pro concreto positum pro *μεγάλ. δυνασταῖς.* v. ann. ad Libr. III. p. 684. A. infra libr. IV. p. 714. A. D. p. 715. A. VI. p. 755. B. *ὑπηρεσίαι* pro *ὑπηρέται.* Ibid. p. 625. *δουλεία* pro *οἱ δοῦλοι.* v. Ruhnk. ad Tim. p. 215. Blomfield ad Aeschyl. Sept. ad v. Theb. v. 599.

E. *ἐπὶ μὲν Τροίας — ἐφ' ἡμῶν δὲ οὐδαμῶς*] Troianis quidem temporibus — nostris non item. Supra p. 710. C: *γενέσθαι ἐπ' αὐτοῦ νομοθέτην.* Libr. III. p. 700. A: *ἐπὶ τῶν παλαιῶν νόμων.* Cratyl. p. 402: *τὰ ἐπὶ Κρόνου.* Sed hoc pervulgati usus est. Nec vero sine caussa hic ea de re monendum duximus. Nam nisi fallit coniectura, statim post pro vulg. *ἢ νῦν ἡμῶν ἔστι τις,* scribendum est: *ἢ νῦν ἐφ' ἡμῶν ἔστι τις.* Certe vulgata scriptura cum urbanitate et modestia dicentis vix convenire videtur; nisi forte *ἡμῶν* est: nostrum omnium, *qui nunc vivimus* quod tamen ab usu Platonis abhorret.

P. 712. *νόμων τῶν τοιούτων*] H. e. *ἀρίστων.* Dein *φύεται γένεσις* est: natura efficitur origo. Non opus igitur *φαίνεται,* quod codd. nonnulli offerunt.

P. 712. *ταῦτα μὲν οὖν καθαπερεὶ μῦθός τις* —] Haec igitur quasi fabula quaedam exposita a nobis et

σμῳδήσθω, καὶ ἐπιδεδείχθω τῇ μὲν χαλεπὸν ὂν τὸ πόλιν εὔνομον γίγνεσθαι, τῇ δ', εἴπερ γένοιτο ὃ λέγομεν, πάντων τάχιστόν τε καὶ ῥᾷστον μακρῷ.

ΚΛ. Πῶς;

B ΑΘ. Πειρώμεθα προςαρμόττοντες τῇ πόλει σοι, καθάπερ παῖδες πρεσβῦται, πλάττειν τῷ λόγῳ τοὺς νόμους.

ΚΛ. Ἴωμεν δὴ καὶ μὴ μέλλωμεν ἔτι.

Cap. V. ΑΘ. Θεὸν δὴ πρὸς τὴν τῆς πόλεως κατασκευὴν ἐπικαλώμεθα· ὁ δὲ ἀκούσειέ τε καὶ ἀκούσας ἵλεως εὐμενής τε ἡμῖν ἔλθοι συνδιακοσμήσων τήν τε πόλιν καὶ τοὺς νόμους.

P. 712. B. *τῇ πόλει σοι*] σῇ Steph. de coniectura. Sed v. ann. ad VI. p. 752 E.

καθάπερ παῖδες πρεσβῦται] παῖδες ex Par. A. dedi. Ceteri cum editt. παῖδα, v. explicatt. Falso narrant Turicenses, in Par. A. legi παῖδας accusativum.

Cap. V. *καὶ ἀκούσας ἵλεως*] Legebatur ὑπακούσας. Recte Par. A. ἀκούσας, quod recepit etiam Bekkerus.

C. *Οἷον δή τί λέγεις βουληθείς; φρ.*] Legebatur: οἷον

tamquam vaticinio edita sunto. Pertinent haec verba eo, quod de re disputatum est, quae non tam certa veri cognitione et scientia, quam animi quadam coniectura ac divinatione nititur. Nam χρησμῳδεῖν dicitur ut alibi μαντεύεσθαι, quod apud Platonem eo sensu usurpatur saepissime; v. ann. ad Phileb. p. 44. C. Atque eodem pertinet etiam istud ὥςπερ μῦθός τις, de quo consuluisse iuvabit ann. ad Politic. p. 304. C.

B. *Πῶς; ΑΘ. Πειρώμεθα προςαρμόττοντες*] Locus sic intelligendus: Quomodo istud dicis, iam absolutam esse harum rerum disputationem? Ad quae Atheniensis: Conemur nunc, ista ad civitatem tuam accommodantes, leges oratione nostra effingere. Pro σοι Stephanus parum considerate σῇ scripsit. Dativi ita usurpati exempla bene multa collegit Astius ad Libr. I. c. 1. Simillima ipsi dedimus ad Libr. VI. p. 752. E. Ibid. VI. p. 767. D. τοὺς πολίταις αὐτῷ, ubi nemo temere dativum attrectaverit. Sed in proximis sustulimus foedam maculam, orationi in editt. omnibus adspersam. Scribitur enim vulgo mira consensione: καθάπερ παῖδα πρεσβῦται, sicuti puerum senes fingunt, ita leges nostra oratione fingamus. Quod quid sit, haud sane intelligimus. Quid enim significat istud: fingamus leges civitati accommodatas, sicuti senes puerum fingunt? Nimirum inepte prorsus et inficete ita leges cum puero aliquo, institutione et confabulatione informando, compararentur. Aufer protenus istas ineptias. Verum unus servavit Par. A., in quo Bekkero et Bastio testibus

ΚΛ. Ἔλθοι γὰρ οὖν.

ΑΘ. Ἀλλὰ τίνα δήποτε πολιτείαν ἔχομεν ἐν νῷ τῇ πόλει προςτάττειν; C

ΚΛ. Οἷον δή τι λέγεις βουληθείς; φράζ' ἔτι σαφέστερον· οἷον δημοκρατίαν τινὰ ἢ ὀλιγαρχίαν ἢ ἀριστοκρατίαν ἢ βασιλικήν. οὐ γὰρ δὴ τυραννίδα γέ που λέγοις ἄν, ὥς γ' ἡμεῖς ἂν οἰηθείημεν.

ΑΘ. Φέρε δὴ τοίνυν, πότερος ὑμῶν ἀποκρίνασθαι πρότερος ἂν ἐθέλοι τὴν οἴκοι πολιτείαν εἰπών, τίς τούτων ἐστί;

ΜΕ. Μῶν οὖν τὸν πρεσβύτερον ἐμὲ δικαιότερον εἰπεῖν πρότερον;

δή τι λέγειν βουληθεὶς φράζ' ἔτι σαφέστερον· οἷον κ. τ. λ. Dedi λέγεις ex A. B. Ω. Ξ. v. f. h. r. a. c. δ. ο. et emendavi interpunctionem. v. infra explicatt.

ἡμεῖς ἂν οἰηθείημεν] ἄν, quod vulgo deerat, praebuerunt A. B. Ω. Ξ. x. et reliqui omnes. Praeterea Ω. ex corr. superscriptum habet οἰηθεῖμεν, quod recepit Bekkerus.

πρότερος ἂν ἐθέλοι] Perperam vulgo ἐθέλῃ, dissentientibus codd. omnibus.

liquido perscriptum extat: καθάπερ παῖδες πρεσβῦται. Hoc igitur in Tauchnitiana edidimus miramurque Hermannum nobis etiamnum tribuere παῖδα, quod dudum reiecimus publice. Sed hoc in transcursu. Verum igitur putamus παῖδες. Nimirum πλάττειν τῷ λόγῳ τι proprie dicuntur, qui aliquid sermone fingunt et comminiscuntur, sicuti pueri faciunt, vel fabellis sese invicem oblectantes, vel lusu fingentes imagines. Quod lepide et urbane transfertur ad legum, quas iam expositurі sunt, enarrationem. Has enim quia πλάττουσι τῷ λόγῳ, ipsi quodammodo sunt παῖδες πρεσβῦται. Aliud quid sequutus videtur Ficinus, qui locum sic interpretatur: Sed conemur iam civitati tuae, tanquam senes *pueris*, leges oratione confingere. Expressit igitur dativum παισί. Atque hunc aut παιδί nuper restituendum censuit Schrammius Quaestionn. de locis nonnullis Legum Plat. partic. II. p. 8 sq. loci sententiam minus recte explicans.

Cap. V. B. Θεὸν δὴ πρὸς τὴν τῆς πόλεως —] Saepenumero apud Platonem, ubi rerum gravium ac difficilium suscipitur disputatio, dii invocantur, atque ad eos preces fiunt, ut disputantibus numine suo adesse velint. Cuius rei caussam et rationem aperuimus ann. ad Phileb. p. 25. B. ubi etiam eius exempla congessimus.

C. Οἷον δή τι λέγεις βουληθείς;] Vulgo: Οἷον δή τι λέγειν βουληθεὶς φράζ' ἔτι σαφέστερον. Ad quae Stephanus: „Scribendum fortasse τί λέγειν ἐβουλήθης vel ἠβουλήθης; nisi ex quodam libro legatur λέγεις, ut intelligatur βουληθεὶς dictum pro, ἐὰν βουληθῇς, ἐὰν ᾖ σοι βουλομένῳ." Restituimus

ΚΛ. Ἴσως.

ΜΕ Καὶ μὴν ξυννοῶν γε, ὦ ξένε, τὴν ἐν Λακεδαίμονι πολιτείαν οὐκ ἔχω σοι φράζειν οὕτως, ἥντινα προςαγορεύειν αὐτὴν δεῖ. καὶ γὰρ τυραννίδι δοκεῖ μοι προςεοικέναι· τὸ γὰρ τῶν ἐφόρων θαυμαστὸν ὡς τυραννικὸν ἐν αὐτῇ γέγονε· καί τις ἐνιοτέ μοι φαίνεται πασῶν τῶν πόλεων δημοκρατουμένη μάλιστ'

D. *και τις ἐνίοτέ μοι φαίνεται*] Stephanus dedit *καίτοι ἐνίοτε κ. τ. λ.* Sed tuentur *καί τις ἐν. μ. φ.* A. B. Ω. Ξ. v. f. h. r. a. c. δ. o. x. cum Ald. Bass. 1. 2., ut quod Stephanus edidit, id codicum auctoritate plane destitutum videatur. Itaque deinceps etiam pro *δημοκρατουμένῃ* nominativo casu scribendum putavimus *λέγεις*, quod quum alii libri habent, tum Bastio quidem teste etiam Par. A. et Vat. Ω. tuentur. Praeterea pro *οἷον δή τί* dedimus etiam *οἷον δή τι*. Nam quod legitur Theaet. p. 206. E: *οἷον τί λέγεις;* et p. 208. C: *οἷον τίνα τίνος ἔχεις μοι λόγον εἰπεῖν;* id huc referri non potest, quoniam ibi *οἷον* significat veluti, exempli gratia. His vero ita emendatis omnia clara fiunt et perspicua. Nam *οἷόν τι λέγεις* dicitur cum exclamatione atque mirantis est. Euthyphr. p. 15. E: *οἷα ποιεῖς, ὦ ἑταῖρε! ἀπ' ἐλπίδος με καταβαλὼν μεγάλης ἀπέρχει.* Charmid. p. 166. C: *οἷον, ἦν δ' ἐγώ, ποιεῖς ἡγούμενος, εἰ ὅ τι μάλιστα σὲ ἐλέγχω, ἄλλου τινὸς ἕνεκα ἐλέγχειν.* Alcibiad. I. p. 113. E: *οἷον τοῦτο ποιεῖς.* Theaet. p. 142. B: *οἷον ἄνδρα λέγεις ἐν κινδύνῳ εἶναι.* Phaedon. p. 61. C: *οἷον παρακελεύει τοῦτο.* Participium *βουληθεὶς* autem quomodo intelligendum sit, facile apparebit ex hisce: Libr. I. p. 630. C: *τί φανερὸν ποιῆσαι βουληθεὶς λέγει ταῦτα;* IV. p. 722. D: *τί ταῦτ' εἴρηκα; τόδ' εἰπεῖν βουληθείς, ὅτι κ. τ. λ.* Phileb. p. 27. C: *τί ποτε βουληθέντες εἰς ταῦτ' ἀφικόμεθα;* Soph. p. 226. B: *βουληθεὶς δηλῶσαι.* al. Itaque sententia verborum haec est: Quale tandem tibi vis atque significas! declara rem etiam accuratius; **veluti** dic democratiam vel oligarchiam vel aristocratiam vel regium imperium. Nam post *οἷον* denuo *φράζε* vel *λέγε* assumendum esse, facile intelligitur.

D. *οὐκ ἔχω σοι φράζειν οὕτως,*] non possum tibi sic statim indicare. Plenius alibi *οὕτως ἀπὸ στόματος.* Theaet. p. 114. D: *ἀτὰρ τίνες ἦσαν οἱ λόγοι; ἔχοις ἂν διηγήσασθαι; Εὐ. Οὐ μὰ τὸν Δία, οὔκουν οὕτω γε ἀπὸ στόματος.* Xenoph. Mem. III. 5, 9: *οὐκ ἂν ἔχοιμί σοι οὕτω γε ἀπὸ στόματος εἰπεῖν.* Siculi hoc loco, Gorg. p. 464. B: *οὕτως ὀνομάζειν οὐκ ἔχω σοι.* Phaedr. p. 235. C: *νῦν μὲν οὕτως οὐκ ἔχω εἰπεῖν.* Mox sect. E. ab ipso Atheniensi formulae sensus declaratur uberius: *ἐγὼ δὲ οὕτω νῦν ἐξαίφνης ἂν ἐρωτηθεὶς ὄντως, ὅπερ εἶπον, οὐκ ἔχω διορισάμενος εἰπεῖν, τίς τούτων ἐστὶ τῶν πολιτειῶν.* Quod congruit fere cum Theaet. p. 158. B: *εἴ τις ἔροιτο νῦν οὕτως ἐν τῷ παρόντι.* Alia dabunt Markland. ad Maxim. Tyr. XVI. 1. et Schaefer. ad Dionys. De compos. verbor. p. 480.

καὶ γὰρ τυραννίδι δοκεῖ μοι —] Rempublicam Lacedae-

ἐοικέναι· τὸ δ' αὖ μὴ φάναι ἀριστοκρατίαν αὐτὴν εἶναι παντάπασιν ἄτοπον. καὶ μὲν δὴ βασιλεία γε διὰ E βίου τ' ἐστὶν ἐν αὐτῇ καὶ ἀρχαιοτάτη πασῶν καὶ πρὸς πάντων ἀνθρώπων καὶ ἡμῶν αὐτῶν λεγομένη. ἐγὼ δὲ οὕτω νῦν ἐξαίφνης ἂν ἐρωτηθεὶς ὄντως, ὅπερ εἶπον, οὐκ ἔχω διορισάμενος εἰπεῖν, τίς τούτων ἐστὶ τῶν πολιτειῶν.

δημοκρατουμένη. De universo loco v. explicatt. Hoc unum hic admonuisse iuvabit, ante *καί τις ἐνίοτε* nos in locum plenae interpunctionis leniorem substituisse, siquidem hoc *καὶ* respondet praegresso *καί*.

moniorum quod pari iure aristocratiam, democratiam atque monarchiam vocari posse contendit, disceptavit rem etiam Aristoteles Pol. II. 3, 10. ubi hunc Platonis locum memorat, et IV. 5, 11. IV. 6, 4 sq. A cuius sententia non multum discrepat iudicium Ciceron. De Rep. II. 23. qui Spartanorum civitatem mixtam fuisse ait, temperatam fuisse negat. conf. etiam eiusdem Legg. III. 5. Ephororum potestatem cum tyrannide comparat etiam Aristot. Pol. II. 6, 14. Conferas de eadem etiam quae Plato supra Libr. III. p. 692. A. exposuit. Omnino vero de Spartanorum, Cretensium, denique omnium populorum Doriensium rebus publicis consuluisse iuvabit quae nuper praeter alios exposuerunt Müller. De Doriensibus Vol. II. p. 142 sqq. Tittmann. Griech. Staatsverfassung p. 89 sqq. Schömann. Antiquitatt. Iur. Publ. Graec. p. 104 sqq. et p. 149 sqq.

καί τις ἐνίοτέ μοι φαίνεται — ἐοικέναι.] Vulgo *καίτοι*. Libri tamen omnes cum editt. ante Steph. *καί τις ἐνίοτε*. Quam lectionem prudenter Winckelmannus ad Euthydem. p. 74. ita tuetur, ut pro *δημοκρατουμένη*, dativo casu, reponi iubeat *δημοκρατουμένῃ*, quandoquidem *ἐοικέναι* etiam cum nominativo participii coniungitur, de qua constructione diximus ad Cratyl. p. 408. E. extr. et p. 419. C. item infra Legg. XII. p. 948. B. Sed praeterea etiam interpunctio emendanda fuit, quod fecimus colo in locum puncti ante *καί τις* substituto. Itaque universum locum interpretamur sic: nam **et** (*καὶ γὰρ*) tyrannidi videtur similis esse — **et** subinde quodammodo mihi videtur omnium civitatum simillima imperio populari. Verumtamen non fateri rursus etc. Mox pro *καὶ μὲν δὴ βασιλεία γε* ne quis malit *καὶ μὴν δὴ β. γ.*, abhorrere hoc prorsus ab loquendi consuetudine identidem monuisse iuvabit. v. ad Sympos. p. 197. A.

E. *νῦν ἐξαίφνης ἂν ἐρωτηθείς* —] Facili negotio correxeris: *ἀνερωτηθείς*. Veruntamen *ἂν* locum sibi suum facile, opinor, tuebitur, si recte statuere liceat, inchoatae constructionis rationem deinde inflecti ac mutari, ac pro *οὐκ ἔχοιμι*, neglectis verbis *ἂν ἐρωτηθείς*, indicativum *οὐκ ἔχω* inferri. Id vero quominus ita esse existimemus nihil impedire arbitror. Nam etsi Lacedaemonius antea

ΚΛ. Ταὐτόν σοι πάθος, ὦ Μέγιλλε, καταφαίνομαι πεπονθέναι· πάνυ γὰρ ἀπορῶ τὴν ἐν Κνωσῷ πολιτείαν τούτων τινὰ δισχυριζόμενος εἰπεῖν.

ΑΘ. Ὄντως γάρ, ὦ ἄριστοι, πολιτειῶν μετέχετε· ἃς δὲ ὠνομάκαμεν νῦν, οὐκ εἰσὶ πολιτεῖαι, πόλεων δὲ

P. 713. *εἴπερ τοῦ τοιούτου τὴν πόλιν*] Pro τοῦ teste Bekkero Par. A. h. τό. Legendum est εἴπερ τὸ τοῦ τοιούτου, quod exhibent Ω. v. f. r., de quo vid. explicatt.

τὸ τοῦ ἀληθῶς τῶν τὸν νοῦν ἐχόντων δεσπόζοντος—] Legebatur ἀληθοῦς. Recte ἀληθῶς A. B. et Bastio quidem teste haec pronuntiavit: οὐκ ἔχω σοι φράζειν οὕτω, tamen hic certe orationem conformare potuit paullo aliter atque eam sic exordiri, ac si deinde οὐκ ἔχοιμι dicturus esset. Itaque locum sic explicandum arbitramur: sed ego sic statim, si interroger, non possim rem definire ac declarare, nec revera, id iam possum, id quod paullo ante dixi. Errant nostro iudicio, qui in talibus locis ἂν putant cum participio aut aliis vocabulis intermediis connectendum esse. Pertinet enim particula semper ad verbum enuntiati primarium, quod si alio modo, atque per loquendi usum proprie fieri poterat, positum est, res ex institutae constructionis repentina mutatione declarari debet. Rei exemplum habes luculentum Apolog. Socr. p. 29. C: ὡς, εἰ διαφευξοίμην, ἤδη ἂν ὑμῶν οἱ υἱεῖς — διαφθαρήσονται, ubi ἂν positum est perinde ac si sequuturum esset διαφθαρήσοιντο, sed indicativus infertur, quoniam res deinde certius asseveratur. Eadem ratio est Phaedon. p. 61. C: οὐδ' ὁπωστιοῦν ἄν σοι ἑκὼν εἶναι πείσεται. Aristoph. Nubb. v. 1141. ubi ex Ravennate et Veneto libro restituendum: οὐδὲν γάρ ἄν με φλαῦρον ἐργασέσθ' ἔτι, quum alii habeant ἐργάσησθ' ἔτι. Xenoph. Cyrop. III. 3, 30. IV. 5, 49. VII. 5, 21. Alia ratio est De Rep. X. p. 610. A. ubi pro vulg. ὀρθότατ' ἄν, ἔφη, λέγεις, ex codd. nonnullis λέγοις restituendum est, sicuti nos dudum fecimus. Nec defendi posse videntur illa De Rep. I. p. 353. E: οὐκοῦν δικαίως ἂν ταῦτα τούτων φαμὲν ἔργα εἶναι; ubi ineptissime fecit, qui ἂν ad δικαίως referendum ratus sensum hunc in modum declaravit: οὐκοῦν, εἰ ταῦτα τούτων φαμὲν ἔργα εἶναι, δικαίως ἂν φαῖμεν, perverso scilicet ordine partium enuntiati. Nimirum ibi φαῖμεν scribendum esse, haud certe dubitabunt qui contulerint ibid. p. 353. D. ubi scribae item φαῖμεν in φαμέν depravarunt. Ceterum δέ post ἐγώ illatum ne quis in δή mutandum putet, indicat particula, reverti nunc ad superiorem sententiam, ut Lat. sed. De Latinis v. Beier. ad Cicer. Offic. Vol. I. p. 141. et 229. II. p. 365. Graecae voculae usum expediverunt Schaefer. ad Demosthen. Appar. Vol. I. p. 472. et V. p. 644. et Fr. Aug. Wolf. ad Xenoph. Hellen. I. 3, 20. al.

καταφαίνομαι πεπονθέναι] Hermannus de suo dedit κἀγὼ φαίνομαι; non male.

πάνυ γὰρ ἀπορῶ — εἰπεῖν] Pro εἰπεῖν vide an reponendnm sit εἶναι. Vulgata scriptura habet certe explicationem difficillimam.

οἰκήσεις δεσποζομένων τε καὶ δουλευουσῶν μέρεσιν ἑαυτῶν τισί, τὸ τοῦ δεσπότου δὲ ἑκάστῃ προσαγορεύεται κράτος. χρῆν δ', εἴπερ τοῦ τοιούτου τὴν πόλιν ἔδει ἐπονομάζεσθαι, τὸ τοῦ ἀληθῶς τῶν τὸν νοῦν ἐχόντων δεσπόζοντος θεοῦ ὄνομα λέγεσθαι. 713

Ven. Ξ. item h. x., pr. Ω. et marg. δ. Dein vett. editt. τοῦ τῶν νοῦν ἐχόντων, unde Astius extudit τῶν νοῦν ἐχόντων, quod placuit etiam Schneidero. Dedimus quod habent A. B. Ξ. Ω. v. f. h. r. a. c. δ. ο. x.

Ὄντως γάρ, ὦ ἄριστοι, πολιτειῶν μ.] Statu optimo vult eam esse rempublicam, quae ita sit temperata, ut formae variae imperii tanquam confusae et in unum coniunctae videantur; in ea enim nulla reperiri partium studia nec dominari pravas imperantium cupiditates. Itaque illas civitates, in quibus alii imperent, alii serviant, non censet *πολιτείας* appellandas esse, sed potius *οἰκήσεις*, sedes ac domicilia s. habitationes, quae verae communitatis vinculo careant.

P. 713. *τὸ τοῦ δεσπότου — κράτος*] unaquaeque nomen accipit ab eius, qui dominationem exercet, potentia; s. tribuitur ei nomen potentiae eius, penes quem est imperium; ut quum monarchia a tyranno et rege, aristocratia ab optimatibus, populare imperium a populo vocatur. *Προσαγορεύεται τὸ τοῦ δεσπότου κράτος* eodem modo dicitur, quo *ὀνομάζεσθαί τι* pro *ὀνομάζεσθαι ὄνομά τινος*. v. ad Cratyl. p. 392. A. B. coll. Matthiae Gr. §. 424. 2.

χρῆν δ', εἴπερ τοῦ τοιούτου —] Non ab iis, qui istam imperandi potestatem habeant, reipublicae formam et rationem denominandam esse arbitratur, verum ab uno, qui esse debeat, eius rectore et gubernatore, hoc est deo, rationis et sapientiae tanquam dispensatore. Sententia ipsa utique clara est et perspicua; verumtamen laborat verborum constructio. Nam *ἐπονομάζειν τινά τινος*, nominare aliquem ab aliquo, non dicitur, siquidem prorsus alius generis est quod legitur infra Libr. V. p. 738. B: *ὧντινων ἐπονομάζεσθαι θεῶν ἢ δαιμόνων*. Addendum certe fuit *ἀπό*. Cratyl. p. 397. E: *ἀπὸ ταύτης τῆς φύσεως τῆς τοῦ θεῖν θεοὺς αὐτοὺς ἐπονομάσαι*. Ibid. p. 406. A. al. Itaque non dubitamus quin ex Vat. aliisque reponendum sit *τὸ τοῦ τοιούτου*. v. lectionis varietatem. Dein codd. optimi atque plurimi *ἀληθῶς τῶν τὸν νοῦν ἐχόντων δεσπ.*, quod in locum vulg. *τοῦ ἀληθοῦς τοῦ τῶν νοῦν ἐχόντων δ.* substituere non dubitavimus. Bekkerus et Schneiderus de coniectura Astii scripserunt: *τοῦ ἀληθῶς τῶν νοῦν ἐχόντων δεσπ.* Sed veram esse lectionem codicum non dubitaveris, ubi sententiam verborum reputaveris hanc esse: oportebat vero a deo denominari, revera imperante, iis quidem qui mentem ad eam rem nessariam (*τὸν νοῦν*) habent. Quippe intelliguntur daemones, quibus summus deus dicitur hominum im-

ΚΛ. Τίς δ' ὁ θεός;

ΑΘ. Ἆρ' οὖν μύθῳ σμικρά γ' ἔτι προςχρηςέον, εἰ μέλλομεν ἐμμελῶς πως δηλῶσαι τὸ νῦν ἐρωτώμενον; οὐκοῦν χρὴ ταύτῃ δρᾶν;

ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν.

Cap. VI. ΑΘ. Τῶν γὰρ δὴ πόλεων, ὧν ἔμ-
B προσθεν τὰς ξυνοικήσεις διήλθομεν, ἔτι προτέρα τούτων πάμπολυ λέγεταί τις ἀρχή τε καὶ οἴκησις γεγονέναι ἐπὶ Κρόνου μάλ' εὐδαίμων, ἧς μίμημα ἔχουσά ἐςιν, ἥτις τῶν νῦν ἄριςα οἰκεῖται.

Cap. VI. B. *τῶν νῦν ἄριστα οἰκεῖται.*] Sic A. B. h. x. et in marg. Ω. a. δ. Scribebatur *ἀριστοκρατεῖται.*

Σφόδρ' ἄν, ὡς ἔοικεν] Haec Stephanus tribuit Megillo. Nos ea cum Ald. Bass. 1. 2. Cliniae assignanda putavimus. Par. A. pr. *ἔοικ'*.

Ἐμοὶ γοῦν φ.] Sic Bekkerus tacite. Vulgo *Ἔμοιγ' οὖν.* v. ad Politic. p. 270. B. Phileb. p. 12. A. Posterius tuentur etiam Par. A. et Voss.

perium commisisse. Respicitur enim iam hoc loco ad ea, quae deinde sect. B. C. D. de regno Saturnio exponuntur.

εἰ μέλλομεν ἐμμελῶς πως δηλῶσαι] H. e. *ὀρθῶς*. Libr. VI. p. 757. A: *μάλα ὀρθῶς εἴρηται καὶ ἐμμελῶς.* Politic. p. 260. B: *ἐμμελῶς ἂν φαῖμεν διῃρῆσθαι.* De Rep. VIII. p. 569. C: *οὐκ ἐμμελῶς ἡμῖν εἰρήσεται, ἐὰν φῶμεν.*

οὐκοῦν χρὴ ταύτῃ δρᾶν;] Repetita interrogatio superior est, hoc sensu: nonne (ut dixi) ita agere nos oportet? Nimirum *Ἆρ' οὖν*, quod praecedit, idem est quod *Ἆρ' οὖν οὔ;* quo sensu usurpatur centenis locis. De hac interrogationis repetitione Platoni perquam familiari v. annot. ad Gorg. p. 500. A. Prot. 334. A. Menon. p. 71. B: *ἢ δοκεῖ σοι οἷόν τε εἶναι, ὅστις Μένωνα μὴ γιγνώσκει — τοῦτον εἰδέναι, εἴτε καλὸς εἴτε πλούσιος — εἴτε καὶ τἀναντία τούτων; δοκεῖ σοι οἷόν τ' εἶναι;* Corrupit locum Hermannus, qui audacissima verborum transpositione facta fortiter suo Marte refinxit scilicet: — *ἐμμελῶς πως δηλῶσαι τὸ νῦν ἐρωτώμενον; ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν. ΑΘ. Οὐκοῦν χρὴ ταύτῃ δρᾶν. τῶν γὰρ δὴ πόλεων κ. τ. λ.* Nimirum diva Critice ferrum et ignem odit. Schneiderus verba: *Οὐκοῦν χρὴ τ. δρᾶν;* Cliniae, ista vero: *Πάνυ μὲν οὖν.* Atheniensi tribuit usque ad *ἄριστα οἰκεῖται.*

Cap. VI. B. *ἔτι προτέρα τούτων —*] Pronomen *τούτων* post subiectum *τῶν πόλεων* abundanter illatum, ita quidem, ut illius memoria tanquam denuo instauretur. v. ann. ad Politic. p. 306. C. Phaedon. p. 111. C. Symp. p. 195. A. conf. Matthiae Gr. §. 467. 2. — *ἔχουσά ἐστι* idem fere quod *ἔχει*, cuius usus exempla attulimus ad Phaedon. p. 100. D. Sympos. p. 216. E. — *νῦν ἄριστα οἰκεῖται*, optime gubernatur et administratur. Male vulgo *ἀριστοκρατεῖται*, quod expressit etiam Fi-

ΚΛ. Σφόδρ' ἄν, ὡς ἔοικεν, εἴη περὶ αὐτῆς δέον ἀκούειν.

ΑΘ. Ἐμοὶ γοῦν φαίνεται· διὸ καὶ παρήγαγον αὐτὴν εἰς τὸ μέσον τοῖς λόγοις.

ΜΕ. Ὀρθότατά γε δρῶν· καὶ τόν γε ἑξῆς περαίνων ἂν μῦθον, εἴπερ προςήκων ἐςί, μάλ' ὀρθῶς ἂν ποιοίης. C

ΑΘ. Δραςέον ὡς λέγετε. φήμην τοίνυν παραδεδέγμεθα τῆς τῶν τότε μακαρίας ζωῆς, ὡς ἄφθονά

εἴπερ προςήκων ἐστί, μάλ' ὀρθῶς] Editt. ἤπερ προςῆκόν ἐστι. Receptam lectionem tuentur Par. A. x. et marg. Ω. a. Pro ἤπερ exhibent εἴπερ Ω. pr. Ξ. v. f. r. x. a. c. δ. o. Dein B. Ω. v. Flor. a. pr. et δ. sec. m. ὀρθῶς ἂν ποιήσῃς, unde nullo negotio feceris ὀρθῶς ἂν ποιήσαις. Sed vera est lectio vulgata, de qua consentiunt praeter alios optimi testes Par. A. et marg. Vat. Ω. Mox vulgo erat πάντα εἶχεν, neglecta elisione.

cinus: quae nunc ab optimatibus gubernatur.

Ὀρθότατά γε δρῶν] Int. παρήγαγες αὐτήν. Illustravimus hoc responsionis genus ad Gorg. p. 511. C. et al. Nunc addes quae de eodem commentatus est A. Matthiae Gr. Gr. §. 556. ann. 1. Ceterum C. Fr. Hermann. cum Boeckhio in Min. p. 166. verba haec: Ὀρθότατα — ποιοίης non Megillo, sed Cliniae tribuenda statuit.

εἴπερ προςήκων ἐστί,] siquidem ad rem praesentem conducit. Minus apte vulgo ἤπερ προςῆκόν ἐστι.

C. φήμην τοίνυν παραδεδέγμεθα —] Narrationem de regno Saturnio, etiam alibi usurpatam, philosophus nunc adhibet longe elegantissime, demonstraturus videlicet, qua ratione gravissimis illis malis, in rebus publicis fere dominantibus, in meliore civitate occurrendum sit. Quo nomine plane dissentimus cum Zellero, qui huius fabulae usum non modo inelegantem, verum etiam subabsurdum ineptumque esse censet. Scripsit enim in Studiis Platonicis p. 104. haec: „Der Mythus p. 713. B sqq., der einzige in unserer Schrift, ist ein Auszug aus dem Politikus, dem aber der ganze naturhistorische Hintergrund und die schöne Form iener Darstellung abgeht. Quod quo iure vir doctissimus ita statuerit, iuvabit, opinor, eo modo dispexisse, ut una eademque opera quum istud eius iudicium expendatur, tum omnis fabulae vis et significatio aperiatur. Et illud quidem dudum iam ab aliis est observatum, narrationem de regno Saturnio etiam Politic. p. 269. A. sqq. ad similem usum a philosopho esse traductam. Sed quod vir doctus arbitratur, ea, quae in Legibus de illa exponuntur, ex Politico esse excerpta et compilata, id sane haud diffitemur omnino novum esse. Quam-

τε καὶ αὐτόματα· πάντ' εἶχεν. ἡ δὲ τούτων αἰτία λέγεται τοιάδε τις· γιγνώσκων ὁ Κρόνος ἄρα, καθά-

quam idem illud iudicamus, etiamsi novitate sua splendeat, tamen a veritate plurimum abhorrere. Nimirum quae in Politico leguntur, sunt quidem illa multo copiosiora atque uberiora, quam quae leguntur in Legibus, sed haudquaquam tamen exposita sic, ut haec indidem exscripta et corrasa putari debeant. Nam primum in Politico regno Saturnio opponitur imperium Iovis, ita quidem, ut utrumque pari sermonis ubertate illustretur. Quod in Legum loco longe secus esse, vel ex iis apparet, opinor, quae antea de eius argumento retulimus. Deinde si recte statueretur, quod Zellerus statuit, alterum locum ex altero sinistre excerptum esse, maior certe apparitura esset in utroque sententiarum ac verborum similitudo vel etiam consensio. Quae nunc profecto adeo est exigua, ut prope nulla dicenda sit. Etenim quod utrique loco commune est, id totum denique redit ad illud unum, quod utrobique necessario commemorari debuit. Quippe in Politico pariter atque in Legibus dicitur regnante Saturno maxima regnavisse beatitas; quod certe in hac caussa silentio praetermitti nullo modo potuit: dicitur item ambobus locis Deus geniis rerum humanarum curam commisisse; quod et ipsum tale est, ut res ipsa etiam in Legibus eius mentionem flagitaverit, sicuti postmodo videbimus: denique utrobique genii narrantur olim praefuisse mortalibus, quemadmodum nunc homines animantium greges pascant; et hoc quoque prorsus fuit necessarium ut in Legibus adderetur. Quid igitur? hinccine aliquis iam continuo concludere audebit, Legum locum inepte ex Politico esse repetitum et compilatum? Nimirum fecit Plato hic idem, quod etiam alibi fecit, veluti fabulis de statu animorum post mortem futuro, Phaedon. p. 107. D. Gorg. p. 523 sqq. De Rep. X. p. 614 sqq.; hoc est, eandem narrationem pro consilii sui ratione variatam atque immutatam iterum ad rem praesentem adhibuit. Atque servilis imitationis suspicionem ut a Legum loco procul habeamus, inprimis etiam illud suadet, quod in magna quadam rerum ipsarum similitudine tamen verborum nulla omnino deprehenditur convenientia. Nam quae sola Politici verba cum Legum loco aliquam referunt similitudinem, ea leguntur p. 271. E. atque haec sunt: *θεὸς ἔνεμεν αὐτοὺς (τοὺς ἀνθρώπους) αὐτὸς ἐπιστατῶν, καθάπερ νῦν ἄνθρωποι, ζῷον ὂν ἕτερον θειότερον, ἄλλα γένη φαυλότερα αὐτῶν νέμουσιν· νέμοντος δὲ ἐκείνου, πολιτεῖαί τε οὐκ ἦσαν, οὐδὲ κτήσεις γυναικῶν καὶ παίδων κ. τ. λ.* Reliqua huc nulla ex parte pertinent. Iam vero cum his mihi contendas illa in Legum opere p. 713. D. quibus eadem significantur: *γιγνώσκων ὁ Κρόνος ἄρα, ὡς ἀνθρωπεία φύσις οὐδεμία τὰ ἀνθρώπινα διοικοῦσα αὐτοκράτωρ πάντα, μὴ οὐχ ὕβρεώς τε καὶ ἀδικίας μεστοῦσθαι, ταῦτ' οὖν διανοούμενος ἐφίστη βασιλέας τε καὶ ἄρχοντας ταῖς πόλεσιν ἡμῶν οὐκ ἀνθρώπους, ἀλλὰ γένους θειοτέρου τε καὶ ἀμείνονος, δαίμονας· οἷον νῦν ἡμεῖς δρῶμεν τοῖς ποιμνίοις, καὶ ὅσων ἥμεροί εἰσιν ἀγέλαι, οὐ βοῦς βοῶν, οὐδὲ αἶγας αἰγῶν ἄρχοντας ποιοῦμεν αὐτοῖς τινάς, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτῶν δεσπόζομεν*

περ ἡμεῖς διεληλύθαμεν, ὡς ἀνθρωπεία φύσις οὐδὲ μία ἱκανὴ τὰ ἀνθρώπινα διοικοῦσα αὐτοκράτωρ —

ἄμεινον ἐκείνων γένος, ταὐτὸν δὴ καὶ ὁ θεὸς φιλάνθρωπος ὢν τὸ γένος ἄμεινον ἡμῶν ἐφίστη, τὸ τῶν δαιμόνων, ὃ διὰ πολλῆς μὲν αὐτοῖς ῥαστώνης, πολλῆς δ' ἡμῖν, ἐπιμελόμενον ἡμῶν, εἰρήνην τε καὶ αἰδῶ καὶ ἀφθονίαν δίκης παρεχόμενον, ἀστασίαστα καὶ εὐδαίμονα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἀπειργάζετο γένη. Enimvero his vel leviter inspectis et cum iis, quae antea posuimus, comparatis, quilibet certe, nisi quis forte instructus sit naribus tam acutis, ut etiam fraudes scilicet plane occultas odorari queat, ultro atque sponte fatebitur, ne levissimum quidem hic extare imitationis vestigium. Itaque hactenus quidem res salva est; neque enim quidquam animadvertimus, quod arguat aliquam fraudem atque locum, quem tractamus, ex Politico sumtum esse evincat. Verum alia etiam Zelleri criminatio est. Negat enim fabulam hic aeque sollerter atque in Politico esse ad rem praesentem traductam, adeoque in eius usu desiderat plane philosophandi subtilitatem. At enim vero primum quidem, si huius loci prorsus eadem ratio esset atque alterius; certe non difficile est praevidere, quid suspiciosior criticus inde continuo esset conclusurus. Bonum factum igitur, quod res sese habet multo aliter. Si vero quaeritur, qua ratione utrobique fabula illa ad argumenti propositi illustrationem adhibeatur, diversam quidem illam esse concedimus, inficetam eam aut ineptam altero loco esse non concedimus. Imo nostra sententia utrique loco sua elegantiae et subtilitatis laus certissime constare videbitur, ubi quid ibi potissimum spectetur, accuratius, quam a Zellero factum est, fuerit animadversum. Quod certe neutiquam putamus esse difficile, modo ne hac in re nos malis argutiis in fraudem induci patiamur. Et in Politico quidem quid isto fabularum involucro significetur, nuper disputavimus Prolegg. ad eius libri editionem nostram p. 110 sqq. Videmur enim ibi perspicue docuisse, quod antea nonnullis utique dubium et incertum visum erat, Platoni in enarranda et exornanda fabula de aetate Saturni ac Iovis, deque regno; quod tunc viguerit, nihil aliud fuisse propositum, quam ut fortunam rerum publicarum aut bonam ac felicem aut minus prosperam et infelicem esse ostenderet, prouti in iis aut ratio valeret atque omnes vitae communis partes penetraret aut cupiditatum ac lubidinum vis vehementius prorumperet atque mentis et rationis auctoritatem debilitaret et imminueret. Cuius rei uberiore demonstratione hic quidem nos putamus eo rectius posse supersedere, quo apertius in ea caussa assensionem suam nobis testati sunt ii viri, quorum iudicium his in rebus plurimi facere solemus. Iam vero in Legibus similis quidem ratio est neque tamen eadem. Imo philosophus, omissa de Iove narratione, solis iis usus est, quae de Saturnia aetate in fabulis narrabantur, ita quidem, ut eadem consiiio suo item prudenter attemperaverit. Docetur enim hic nihil aliud nisi hoc, eam demum rempublicam fore vere laudabilem et ad maiorem quandam virtutis ac perfectionis laudem esse perventuram, in qua imperantes, hoc est princi-

πάντα μὴ οὐχ ὕβρεώς τε καὶ ἀδικίας μεστοῦσθαι, ταῦτ' οὖν διανοούμενος ἐφίστη βασιλέας τε καὶ ἄρ-

C. *ἐφίστη βασιλέας*] *ἐφίστητο* A. et Ω. teste Bekkero, silente Bastio, et Ξ. v. f. h. r. a. c. δ. ο. Iulianus: *ἐφίστη τότε*, probante Hermanno. Pro *γε*, quod vulgo legebatur, scripsimus *τε*,

pes et magistratus, missis perniciosis partium studiis atque pravis cupiditatibus, quae vulgo in civitatibus grassentur, leges publicas sapienter scriptas tanquam divinae rationis iussa religiose sancteque colant ac revereantur, ideoque nihil antiquius habeant, quam ut ipsi quoque iis pareant, intuentes in Saturniam illam civitatem tanquam divinum quoddam verae civitatis exemplar, ad cuius similitudinem eas, quibus ipsi praeessent, respublicas regere et componere conarentur. Etenim regnum illud Saturnium, quod iam antiqui poetae, veluti ***Hesiodus*** Opp. et DD. v. 111 sq., nobilitaverant, eleganter et ad rem suam accommodate philosophus tale finxit, in quo per omnes rerum publicarum partes valuerit perfecta ratio atque optima disciplina civilis, ita ut iam illud statuat a civitatum principibus tale haberi oportere, unde sibi rationem civitatis sapienter regendae atque gubernandae possint repetere. Quocirca apparet etiam Cronum sive Saturnum eum informari, in quo quasi quaedam perfectae rationis, omnia sapientissime gubernantis, imago ac species cernatur, quod ipsum quoque in Politico ita fieri meminimus. Ac similiter alibi etiam Iupiter ponitur pro summa ac perfecta ratione, veluti Phileb. p. 30. D. Phaedr. p. 247. A. et p. 252. C. ubi de hac re quaedam admonuimus. Genii autem illi, quibus generis humani cura demandata fuisse dicitur, si quaeris quinam intelligantur, sunt illi profecto nihil aliud nisi radii quasi quidam divinae rationis per omnes vitae communis partes diffusi, quorum luce collustrati homines, depulsa vi lubidinum et cupiditatum, ad quaevis bona et honesta amanda, diligenda atque amplectenda perducuntur. Quod profecto egregie est excogitatum. Nam quum genii vulgo crederentur divinitatis quandam nacti esse particulam, tum a Platone ii finguntur esse, qui summi Dei voluntati ubique potuerint obsequi ideoque etiam in rebus humanis gubernandis perfectae rationis leges constantissime observaverint atque tenuerint. Quod rursus convenit cum Politic. p. 272. D. ubi vocantur *οἱ κατὰ τοὺς τόπους συνάρχοντες τῷ θεῷ*; convenit item cum Tim. p. 41. A. sqq. ubi iidem in mundo creando dicuntur fuisse summi Dei adiutores atque ministri. Verum istud quidem in praesenti mittamus, ne videamur a proposito longius discessisse. Narrantur igitur genii curam mortalium accepisse ob eam ipsam caussam, quam antea significavimus. Hi vero illis inprimis largiti sunt *εἰρήνην τε καὶ αἰδῶ καὶ εὐνομίαν καὶ ἀφθονίαν δίκης*, ***pacem et verecundiam et bonas leges et iustitiae copiam atque abundantiam***, sicuti est p. 713. D. Ubi quod *αἰδώς* cum *εὐνομίᾳ* et *δίκῃ* coniungitur, sequutus philosophus in his Homerum et Hesiodum est, qui *αἰδῶ καὶ νέμεσιν* aliquoties iunctam memorant. v. Iliad. XIII. v. 122. Odyss. II. 64. 136 ***Hesiod.***

χοντας ταῖς πόλεσιν ἡμῶν οὐκ ἀνθρώπους, ἀλλὰ γέ- D

quod habent Ω. h. r. a. δ. x. quamquam Par. A. et marg. Ω. *γε* tuentur. v. Boeckh. p. 117. Turicenses *τε* nobiscum exhibuerunt taciti. Paullo ante ex A. Ω. dedi *φύσις οὐδὲ μία ἱκανή*, pro vulg. *φύσις οὐδεμία ἱκ.*

Opp. et DD. v. 190. al. Eodem modo Protagor. p. 322. D. *Ἑρμῆν πέμπει (ὁ Ζεύς) ἄγοντα εἰς ἀνθρώπους αἰδῶ τε καὶ δίκην, ἵν' εἶεν πόλεων κόσμοι τε καὶ δεσμοὶ φιλίας συναγωγοί.* Ita vero quum ab illis factum esset, effloruit inde etiam, sicuti narratur, maxima rerum omnium beatitas extiteruntque *ἀστασίαστα καὶ εὐδαίμονα τὰ τῶν ἀνθρώπων γένη.* Atque haec quum universi loci sententia sit, facile iam, opinor, apparebit, vere nos contendere et asseverare, eum non modo elegantissime esse elaboratum, verum etiam sublimiorem quandam spirare sapientiam. Praeclare enim docetur, eam demum omni ex parte probandam esse reipublicae regendae et gubernandae rationem. si principes civitatis ita affecti sint animo, ut missis rerum suarum studiis, perpetuoque intuentes divinum illud civitatis Saturniae exemplar, leges sapienter scriptas et ex divino illo rationis fonte haustas religiose colant, sancte tueantur, atque hac sapientia sua efficiant, ut cum universae civitatis concordia quam maxima existat, tum iustitia usque salva et intemerata conservetur. Quae quidem omnia quamquam ab iis, quae in libris De Republica inscriptis de eadem re disseruntur, aliquantum recedunt, tamen cum iisdem alio nomine mirifice consentire reperientur, modo meminerimus, in illis agi de perfectae civitatis specie et imagine, qua meliorem animo fingi et cogitari non liceat, in Legum autem libris civitatem eam describi, quae quamquam ad illius perfectionem sit comparata, tamen in ipsa humanae vitae veritate locum habeat. Nam quantum in illa auctoritatis habent principes sapientes, qui vivae quasi sapientiae instar sunt ideoque nullis legum vinculis constringendi esse iudicantur, tantum in vera civitate tribuitur legibus, utpote ex rationis perfectae fonte ductis atque derivatis. Et sicuti illic sapientes illi iubentur indefesso studio contemplari aeternas sapientiae, iustitiae, sanctitatis formas ac species, quo possint quum suas ipsorum mentes et animos, tum civium reliquorum vitam ad earum rationem conformare eoque universam civitatem, cui praesunt, facere et servare quam praestantissimam, de qua re v. Reipubl. VI. p. 500. D. sqq., ita hic qui gubernaculum reipublicae tenent monentur et cohortatione incitantur, ut in beatum illud perfectumque regni Saturnii exemplum intueantur, meminerintque semper, leges quid sint et quorsum tendant. Denique in utraque civitate omnino necessarium esse iudicatur, ut nullum aliud valeat imperium, nisi quod menti et rationi sit consentaneum.

ταῦτ' οὖν διανοούμενος —] Solemne est *οὖν* in epanalepsi, de quo ad Lysid. p. 223. B. Euthydem. p. 290. C. diximus. Dein post *ἐφίστη* Iulian. ad Themist. p. 258. interserit *τότε*, libris Platonis non assentientibus; sed unice probante C. Fr. Hermanno, qui voc.

νους θειοτέρου τε καὶ ἀμείνονος, δαίμονας, οἷον νῦν ἡμεῖς δρῶμεν τοῖς ποιμνίοισι καὶ ὅσων ἥμεροί εἰσιν ἀγέλαι· οὐ βοῦς βοῶν οὐδὲ αἶγας αἰγῶν ἄρχοντας ποιοῦμεν αὐτοῖσί τινας, ἀλλὰ ἡμεῖς αὐτῶν δεσπόζομεν, ἄμεινον ἐκείνων γένος. ταυτὸν δὴ καὶ ὁ θεὸς ἄρα καὶ φιλάνθρωπος ὢν [τὸ] γένος ἄμεινον ἡμῶν ἐφίστη τὸ τῶν δαιμόνων, ὃ διὰ πολλῆς μὲν αὐτοῖς

D. ποιοῦμεν αὐτοῖσί τινας —] Legebatur αὐτοῖς. Ionicam formam praebuerunt A. f. r. a. o. x. et supra vers. Ω. Etiam paullo ante pro ποιμνίοις ex A. x. r. a. o. x. et corr. Ω. ποιμνίοισι dedimus.

ταὐτὸν δὴ καὶ ὁ θεὸς ἄρα] V. ταὐτὸν ἄρα, καὶ ὁ θεὸς δή, quod habet unus Ven. Ξ.

hic post ἐφίστη et mox D. ante γένος inseruit. Rem ipsam quod attinet, idem curandi et quasi pascendi munus daemonibus demandatur etiam Politic. p. 271. D. E. Etenim daemones hic pariter atque illic sunt quasi quidam divinae rationis radii, quibus hominum vita tanquam collustrata esse fingitur. v. Prolegg. ad Politic. p. 111 sq.

D. οἷον νῦν ἡμεῖς δρῶμεν —] Connectenda haec sunt cum antegressis, hunc in modum: quod quidem nos quoque facimus armentis et quorumcunque animantium cicures sunt greges. His vero mox libera oratione subiiciuntur verba: ταὐτὸν δὴ καὶ ὁ θεὸς κ. τ. λ. pariter etiam deus ctr. Falluntur igitur, qui, commate ante ταὐτὸν δὴ illato, periodum putant hanc esse: οἷον νῦν ἡμεῖς δρῶμεν — ταὐτὸν δὴ καὶ ὁ θεὸς κ. τ. λ. ita ut οἷον et ταὐτὸν ad se invicem referantur; in qua sententia olim etiam Astius fuit, qui ante οἷον intelligendam arbitratur particulam scilicet. Dein verba: οὐ βοῦς βοῶν — ἐκείνων γένος, quod antegressis illustrationis gratia sine γάρ particula adiiciuntur, multa id genus exempla passim notavimus in Indicibus nostris s. v. Asyndeton et Appositio enuntiati.

ταὐτὸν δὴ καὶ ὁ θεὸς ἄρα —] De ταὐτόν, pariter, v. Phileb. p. 37. D. Politic. p. 308. E. ibique ann. Dein vulgo scribebatur: ταὐτὸν ἄρα καὶ ὁ θεὸς δὴ φιλ. sedibus particularum temere permutatis. Veram lectionem servarunt optimi codices, quorum fidem nescimus cur Astius ita deseruerit, ut ἄρα omnino putaverit extrudendum esse. Quin etiam eo audaciae processit vir doctissimus, ut una cum illo etiam καὶ ante φιλάνθρωπος utpote otiosum et apud Iulianum ad Them. p. 258. omissum, eiiciendum statuerit. In quo miramur eum sequutum esse C. Fr. Hermannum, qui δὲ ἄρα ante φιλάνθρωπος uncis seclusit. Sed nec ἄρα frustra positum nec καὶ supervacaneum est. Nam δή quum habeat quandam colligendi et asseverandi potestatem, apte deinde etiam ἄρα infertur, quo significatur, rem fuisse superioribus consentaneam. Germanice dicas: auf gleiche Weise demnach setzte also auch der Gott über uns das bessere Geschlecht der Dämonen. Sympos. p.

ῥᾳστώνης, πολλῆς δ' ἡμῖν, ἐπιμελούμενον ἡμῶν, εἰρή- E
νην τε καὶ αἰδῶ καὶ εὐνομίαν καὶ ἀφθονίαν δίκης παρεχόμενον, ἀστασίαστα καὶ εὐδαίμονα τὰ τῶν ἀνθρώπων ἀπειργάζετο γένη. λέγει δὴ καὶ νῦν οὗτος ὁ λόγος ἀληθείᾳ χρώμενος, ὡς ὅσων ἂν πόλεων μὴ θεὸς ἀλλά τις ἄρχῃ θνητός, οὐκ ἔστι κακῶν αὐτοῖς οὐδὲ πόνων ἀνάφυξις· ἀλλὰ μιμεῖσθαι δεῖν ἡμᾶς

E. *αἰδῶ καὶ εὐνομίαν*] Sic A. cum marg. Ω. a δ. atque h. et x. Vett. editt. ante Bekkerum *αἰδῶ καὶ ἐλευθερίαν*. Iulianus *αἰδῶ δὴ καὶ ἀφθονίαν*. Mox idem Iulianus: *λέγει δὲ — ὅσων πόλεων — ἄρχει — ἀναψύξις*; ac deinde: *ὀνομάζοντες — ἡ δημοκρατία — ἔχουσιν*.

177. E: *ταὐτὰ δὴ καὶ οἱ ἄλλοι πάντες ἄρα ξυνέφασαν.* ubi *ἄρα* item male sollicitarunt. Alterum vero *καὶ* ante *φιλάνθρωπος ὢν* illatum, positum est ideo, quia *ταὐτὸν δὴ* idem est quod *ταῦτα διανοούμενος*. Quocirca sententiam reddimus atque interpretamur hunc in modum: istud igitur pariter secum reputans ac praeterea hominum amantissimus genus praestantius nobis praefecit. Schrammius Spec. II. p. 10. corrigiussit: *θεὸς ἕδρα καὶ φιλ.* Quod parum placet.

ὃ διὰ πολλῆς μὲν αὐτοῖς ῥαστώνης —] quod nulla cum *molestia sua nostraque cum commoditate* nobis prospiceret. Nam *ῥαστώνης* per dilogiam quandam dicitur. Dein vulgo *καὶ αἰδῶ καὶ ἐλευθερίαν καὶ ἀφθονιαν δίκης.* Apud Iulian. scriptum legitur: *καὶ αἰδῶ καὶ ἀφθονίαν δίκης.* Enimvero *εὐνομίαν* apparet suspectum fuisse criticis propter insequens *καὶ ἀφθονίαν δίκης*. Itaque alii illud omiserunt, alii commutarunt in *ἐλευθερίαν*. Neutri recte, si quid iudicare possumus. Nam primum quidem *εὐνομίαν* non plane idem est quod *ἀφθονίαν δίκης*, quandoquidem illa huic debet antecedere. Deinde post *αἰδῶ* quod subiunxerunt *ἐλευθερίαν*, fecerunt hoc praeter morem et consuetudinem veterum, qui cum pudore non libertatem, sed potius iustitiam, *νέμεσιν* et *δίκην* solent coniungere; quod quidem hic, suscepta meliorum librorum scriptura, ita fieri apparet, ut et *εὐνομία* et *ἀφθονία δίκης* commemoretur. Quod vero *αἰδώς* cum *εὐνομίᾳ* et *δίκῃ* consociatum est, de eo monuimus iam in superioribus. v. ann. ad Protagor. p. 322. C: *Ἑρμῆν πέμπει (ὁ Ζεὺς) ἄγοντα εἰς ἀνθρώπους αἰδῶ τε καὶ δίκην, ἵν' εἶεν πόλεων κόσμοι τε καὶ δεσμοὶ φιλίας συναγωγοί.*

E. *οὐκ ἔστι κακῶν — ἀνάφυξις.*] malorum effugium. Similiter De Rep. V. p. 473. D: *οὐκ ἔστι κακῶν παῦλα ταῖς πόλεσιν.* Male Iulian. *ἀνάψυξις*, recreatio. Mox ipse Plato haec iterans: *οὐκ ἔστι σωτηρίας μηχανή.* Ceterum *αὐτοῖς*, quod refertur ad *ὅσων ἂν πόλεων*, per synesin dictum, ut VIII. p. 828. B. ubi item *αὐτῶν* post *πόλεως* infertur. Libr. III. p. 701. E. quo loco *πολῖται* ex *πολιτεῖαι* est intelligendum. Libr. VI. p. 780. A. ubi post *πόλεσιν* infertur *αὐτοὺς* sc. *τοὺς πολίτας.* Libr. XII. p.

οἴεται πάσῃ μηχανῇ τὸν ἐπὶ τοῦ Κρόνου λεγόμενον βίον, καὶ ὅσον ἐν ἡμῖν ἀθανασίας ἔνεστι, τούτῳ
714 πειθομένους δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ τάς τ' οἰκήσεις καὶ τὰς πόλεις διοικεῖν, τὴν τοῦ νοῦ διανομὴν ἐπονομάζοντας νόμον. εἰ δ' ἄνθρωπος εἷς ἢ ὀλιγαρχία τις ἢ καὶ δημοκρατία ψυχὴν ἔχουσα ἡδονῶν καὶ ἐπιθυμιῶν ὀρεγομένην καὶ πληροῦσθαι τούτων δεομένην, στέγουσαν δὲ οὐδέν, ἀλλ' ἀνηνύτῳ καὶ ἀπλήστῳ κακῷ

P. 714. *ἄρξει δὴ πόλεως*] Iulianus: *ἄρξαι πόλεως.*
B. *ὅτι νόμων εἴδη τινές φασιν*] Legebatur *εἴδη φασί*

945. E. ubi post *πόλιν* sequitur *ἀποφανουμένους.* Ibid. p. 950. A. 952. B. quibus locis post *πόλεσιν* et *τὴν πόλιν* subiungitur *δεχομένους* et *ἀποβλέποντας.* Alia similia tacemus.

ὅσον ἐν ἡμῖν ἀθανασίας] quantum in nobis inest naturae immortalis, h. e., rationis. — *τὴν τοῦ νοῦ διανομὴν ἐπ. νόμον,* legem putantes nihil esse aliud, quam mentis quasi quandam distributionem. Etenim legem philosophus censuit in vera civitate rationis quasi vicariam esse ac tueri rationem; de qua sententia v. mox p. 715. B. Libr. XII. p. 957. C. Politic. p. 297. B sqq. Quocirca eam et re et nomine cum ratione cognatam esse voluit, adeoque *νόμον* per paronomasiam *νοῦ διανομήν* vocavit. Profecerunt hinc praeter Iamblich. Protrept. Adk. p. 176. non pauci, quos recensent Davisius ad Cicer. Legg. I. 5, 6. p. 25. ed. Rath. Gronov. ad Arrian. p. 252. et Hemsterhus. in Zimmermanni Diario: Alterthumswiss. a. 1840. p. 16.

P. 714. *εἰ δ' ἄνθρωπος εἷς ἢ ὀλιγαρχία τις* —] Insolenter sane haec scripta sunt. Nam post *εἷς ἄνθρωπος* deinde *ὀλιγαρχία* et *δημοκρατία* memoratur, quum esse deberet: *ἢ ὀλίγοι τινές* et *ὁ δῆμος.* Sed consulto, opinor, his abstinuit philosophus. Nam nec *ὀλίγοι τινές* nec *ὁ δῆμος* satis clare exprimit quod significandum fuit. Itaque maluit, quamvis audacius, abstractum, quod vocant, pro concreto ponere, adeoque non verecundatus est adiungere haec: *ψυχὴν ἔχουσα — ξυνεχομένην.* Quid quod deinceps etiam pergit: *ἄρξει δὴ πόλεως ἤ τινος ἰδιώτου καταπατήσας ὁ τοιοῦτος τοὺς νόμους,* perinde ac si praecessisset *ἢ ὀλιγαρχικός τις ἢ καὶ δημοκρατικός.* At nimirum hic quidem loquentis animo obversatum est illud: *εἷς ἄνθρωπος,* cui nomina abstracta concinnitatis studio quodam sunt attemperata. Similem usum nominis abstracti animadvertere licet infra p. 714. C. ubi haec leguntur: *πολιτεία — ὅπως ἄρξει τε ἀεὶ καὶ μὴ καταλυθήσεται.* Nec dispar est locus Libr. III. p. 684. A: *βασιλεῖαι τρεῖς βασιλευομέναις πόλεσι τριτταῖς ὤμοσαν ἀλλήλαις ἑκάτεραι — οἱ μὲν μὴ βιαιοτέραν τὴν ἀρχὴν ποιήσεσθαι — οἱ δὲ κ. τ. λ.* Supra IV. p. 711. D: *μεγάλαις τισὶ δυναστείαις, ἢ κατὰ μοναρχίαν δυναστευούσαις ἢ κατὰ πλούτων ὑπεροχὰς διαφερούσαις.* Praeterea vide quae exposuimus ann. ad libr. III. p. 684. A. et in Prolegg.

στέγουσαν δὲ οὐδέν,] sed nihil continentem. Nam

νοσήματι ξυνεχομένην, ἄρξει δὴ πόλεως ἤ τινος ἰδιώτου καταπατήσας ὁ τοιοῦτος τοὺς νόμους, ὃ νῦν δὴ ἐλέγομεν, οὐκ ἔςι σωτηρίας μηχανή. σκοπεῖν δὴ δεῖ τοῦτον τὸν λόγον ἡμᾶς, ὦ Κλεινία, πότερον B αὐτῷ πεισόμεθα ἢ πῶς δράσομεν.

ΚΛ. Ἀνάγκη δήπου πείθεσθαι.

ΑΘ. Ἐννοεῖς οὖν, ὅτι νόμων εἴδη τινές φασιν εἶναι τοσαῦτα, ὅσαπερ πολιτειῶν, πολιτειῶν δὲ ἄρτι

τινες εἶναι. Mutavimus ex codd., qui praeter B. Ξ. fere omnes de recepta lectione consentiunt.

στέγειν proprie dicitur de vasis liquores continentibus neque rimosis. v. ann. ad Gorg. p. 493. B. C. ubi verbum prorsus ut hoc loco ad animum cupiditatibus repletum intemperantemque transfertur, ita tamen, ut longe illustrior sit rei pictura. Nimirum hic quidem metaphora adhibita est ob unum verbum *πληροῦσθαι.*

ἀλλ' ἀνηνύτῳ καὶ ἀπλήστῳ κακῷ — ξυν.] Haec variis modis tentata sunt a criticis. Heindorfius enim Specim. crit. p. 33. corrigendum censuit *κακῶν.* Astius vero *κακῷ* ut de glossemate suspectum uncis circumdedit, in quo ei nuper adstipulatus est C. Fr. Hermann. Sed *ἀνηνύτῳ κακῷ* verum esse apparet ex Gorg. p. 507. E: *καὶ ταύτας (ἐπιθυμίας) ἐπιχειροῦντα πληροῦν, ἀνήνυτον κακόν, λῃστοῦ βίον ζῶντα.* ubi v. ann. Nimirum *ἀνήνυτον κακὸν* est malum, quod nunquam potest perfici et ad exitum perduci, ideoque nunquam finiri; malum infinitum et perpetuum. Quod plane in hunc locum convenit. Nam animus quoniam *οὐδὲν στέγει* semperque novis repletur voluptatibus et cupiditatibus, infinito atque inexplebili s. insanabili malo tanquam morbo quodam constrictus tenetur. Quippe *νοσήματι* per appositionem additum est, ita quidem, ut simul comparationem contineat, perinde ac si dixeris: *ἀπλήστῳ κακῷ ὡς νοσήματι.* Cuius generis exempla si quis desideret, is adeat Dobraeum ad Aristoph. Plut. v. 314. Volum. VII. P. I. p. 93 sq. ed. Lips. Schaefer. ad Lamb. Bos. Ellips. p. 782. nos ad Platon. Protagor. p. 326. D. et infra ad p. 717. C: *ἀποτίνοντα δανείσματα ἐπιμελείας.* Ceterum trita est loquutio *ἔχεσθαι* vel *συνέχεσθαι συμφορᾷ, κακοῖς, νόσοις,* al. de qua diximus ad Criton. p. 43. C. Phaedon. p. 108. B.

ἄρξει δὴ πόλεως ἤ τινος ἰδιώτου —] Ne quis offendat in hoc *ἤ τινος ἰδιώτου,* videtur *ἀντικλίμαξ* locum habere, hoc sensu: wenn er über einen Staat oder auch nur über einen Privatmann herrschen wird. De *πόλις καὶ ἰδιώτης* v. ann. ad Gorg. p. 507. D. Dein *καταπατεῖν τοὺς νόμους* plane respondet nostro: die Gesetze mit Füssen treten, ut Gorg. p. 484. A. — *ὃ νῦν δὴ λέγομεν,* respicitur ad verba, *οὐκ ἔστι κακῶν αὐτοῖς οὐδὲ πόνων ἀνάφυξις,* quorum sententia nunc alio modo iteratur; unde perpicuum est, antea vere scribi *ἀνάφυξις.*

B. *Ἐννοεῖς οὖν, ὅτι νό-*

διεληλύθαμεν ὅσα λέγουσιν οἱ πολλοί. μὴ δὴ φαύλου πέρι νομίσῃς εἶναι τὴν νῦν ἀμφισβήτησιν, περὶ δὲ τοῦ μεγίστου· τὸ γὰρ δίκαιον καὶ τὸ ἄδικον οἷ χρὴ βλέπειν, πάλιν ἡμῖν ἀμφισβητούμενον ἐλήλυθεν. οὔτε
C γὰρ πρὸς τὸν πόλεμον οὔτε πρὸς ἀρετὴν ὅλην βλέπειν δεῖν φασὶ τοὺς νόμους, ἀλλ' ἥτις ἂν καθεστηκυῖα ᾖ πολιτεία, ταύτῃ δεῖν τὸ ξυμφέρον, ὅπως ἄρξει τε ἀεὶ καὶ μὴ καταλυθήσεται, καὶ τὸν φύσει ὅρον τοῦ δικαίου λέγεσθαι κάλλισθ' οὕτω.

ΚΛ. Πῶς;

ΑΘ. Ὅτι τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον ἐστί.

ΚΛ. Λέγ' ἔτι σαφέστερον.

ΑΘ. Ὧδε. τίθεται δήπου, φασί, τοὺς νόμους ἐν τῇ πόλει ἑκάστοτε τὸ κρατοῦν. ἢ γάρ;

καὶ τὸ ἄδικον] τὸ om. unus A. probante Schneidero.

C. ταύτῃ δεῖν τὸ ξυμφέρον] Steph. ταύτην, ne uno quidem libro consentiente. Pro δεῖν Schneiderus, Hermannus Praefat. p. IX. et post hos Badham. Praef. ad Phaedr. p. XI. coni. ἰδεῖν. Vere, opinor. Nisi forte ad δεῖν repetendum apud animum est βλέπειν.

τίθεται δήπου, φασι,] δέ που Steph. invitis libris pleris-

μων εἴδη —] Sententia verborum haec est: Iam vero multi in ea sunt sententia, ut legum genera putent totidem esse oportere, quot sint rerum publicarum formae. Etenim existimant, leges publicas neutiquam ad virtutem spectare, sed eo potius referri, ut imperantium securitati atque utilitati consulatur. Hanc unam enim esse iustitiam, ut commodis imperantium et potentium inserviant omnia. Accuratius hanc sententiam tractavit philosophus Gorg. p. 482. E. — 484. D. De Rep. I. p. 338. D sqq. II. p. 358. E sqq.

C. ταύτῃ δεῖν τὸ ξυμφέρον] Vulgo ταύτην, invitis codd. plerisque omnibus. Repetendum ex antegresso βλέπειν est σκοπεῖν, ut zeugma habeat locum. Itaque hoc dicit: neque enim ad bellum neque ad universam virtutem leges spectare debere dicunt, sed quaecunque forma reipublicae constituta sit, in huius gratiam (ταύτῃ) eas curare oportere id, quod utile sit atque conducibile, ut scilicet semper obtineat imperium neque dissolvatur. Frustra igitur Heindorf. Spec. p. 33. conjecit: ταύτην δεῖν σκοπεῖν τὸ ξ. Neque audiendus Schneiderus ad Remp. I. p. 39. qui corrigendum censuit ταύτῃ ἰδεῖν, quamquam idem placuit etiam C. Fr. Hermanno atque Car. Badhamo.

ΚΛ. Ἀληθῆ λέγεις.

ΑΘ. Ἆρ' οὖν οἴει, φασί, ποτὲ δῆμον νικήσαντα ἤ τινα πολιτείαν ἄλλην ἢ καὶ τυραννίδα θήσεσθαι D ἑκόντα πρὸς ἄλλο τι πρῶτον νόμους ἢ τὸ συμφέρον ἑαυτῷ τῆς ἀρχῆς τοῦ μένειν;

ΚΛ. Πῶς γὰρ ἄν;

ΑΘ. Οὐκοῦν καὶ ὃς ἂν ταῦτα τὰ τεθέντα παραβαίνῃ, κολάσει ὁ θέμενος ὡς ἀδικοῦντα, δίκαια εἶναι ταῦτ' ἐπονομάζων;

ΚΛ. Ἔοικε γοῦν.

ΑΘ. Ταῦτ' ἄρ' ἀεὶ καὶ οὕτω καὶ ταύτῃ τὸ δίκαιον ἂν ἔχοι.

ΚΛ. Φησὶ γοῦν οὗτος ὁ λόγος.

que omnibus, etiam Par. A. Voss. et marg. Ω. Ceterum vulgo distinguebatur: σαφέστερον ὧδε. ΑΘ. Τίθεται δ.

D. ἢ καὶ τυραννίδα θήσεσθαι] τύραννον A. f. h. r. o. et in marg. Ω. a. δ. Recepit Bekkerus et Schneiderus. Nobis quidem ea lectio inde orta videtur, quod continuo subiungitur ἑκόντα et ἑαυτῷ.

καὶ οὕτω καὶ ταύτῃ] Alterum καὶ om. Ald. Bass. et Flor. c. Ven. Ξ.

Praefat. ad Phaedr. p. XI. Nempe qui sani sunt, ii curatione indigent nulla. Mox quod dicitur: τὸ τοῦ κρείττονος ξυμφέρον, neutrum participii vim et potestatem habet nominis substantivi. Prorsus eodem modo De Republ. I. p. 338. C. p. 339. A. D. E. p. 340. A. B. C. p. 341. A. B. p. 342. C. p. 343. C. bis. p. 344. C. p. 346. E. p. 347. E. II. p. 367. C. al.

D. ἢ καὶ τυραννίδα θήσεσθαι ἑκόντα] V. ad p. 714. A. Minus placet quod habent alii ἢ καὶ τύραννον, quod videtur ex correctione ortum esse. Genitivus τῆς ἀρχῆς pendet ex τὸ ξυμφέρον, quam structuram modo attigimus ad p. 714. C.

τοῦ μένειν;] Int. ἕνεκα, ut permaneat; v. ad Gorg. p. 509. D. et p. 457. E. — De πῶς γὰρ ἄν; v. ad Libr. III. p. 696. B. — Mox εἶναι quod apud ἐπονομάζων intersertum legitur, de eo v. Heindorf. ad Theaet. p. 160. B. Reiz. ad Viger. p. 737. Schaefer. ad Dionys. De compos. verbor. p. 141. nostra ad Phileb. p. 13. B. infra p. 723. B.

Ταῦτ' ἄρ' ἀεὶ καὶ οὕτω καὶ ταύτῃ] In his ταῦτ' idem est quod κατὰ ταῦτα, de quo v. ad III. 9. Cui ἐκ παραλλήλου subiungitur καὶ οὕτω καὶ ταύτῃ, de qua formula diximus ad Libr. III. p. 681. D. ubi item habes οὕτω καὶ ταύτῃ. Germanice dicas: So also und auf diese Art und Weise dürfte sich das Gerechte verhalten.

ΑΘ. Ἔϛι γὰρ τοῦτο ἓν ἐκείνων τῶν ἀδικημά-
E των ἀρχῆς πέρι.

ΚΛ. Ποίων δή;

ΑΘ. Τῶν ἃ τότε ἐπεσκοποῦμεν, τίνας τίνων ἄρχειν δεῖ. καὶ ἐφάνη δὴ γονέας μὲν ἐκγόνων, νεωτέρων δὲ πρεσβυτέρους, γενναίους δὲ ἀγεννῶν· καὶ συχνὰ ἄττα ἦν ἄλλ', εἰ μεμνήμεθα, καὶ ἐμπόδια ἕτερα ἑτέροισι. καὶ δὴ καὶ ἓν ἦν αὐτῶν τοῦτο, καὶ ἔφαμέν που κατὰ φύσιν τὸν Πίνδαρον ἄγειν δικαιοῦντα τὸ βιαιότατον, ὡς φάναι.

715 ΚΛ. Ναί, ταῦτ' ἦν ἃ τότε ἐλέχθη.

ΑΘ. Σκόπει δὴ ποτέροις τισὶν ἡ πόλις ἡμῖν ἐϛὶ

E. *γενναίους δὲ ἀγεννῶν*] ἀγενῶν Ξ. Dein pro ἑτέροις dedimus ἑτέροισι ex A. B. Ω. f. r. a. o. x.
Cap. VII. P. 715. *τά τε πράγματα*] γε Steph.

Εστι γὰρ τοῦτο ἓν ἐκείνων τῶν ἀδικημάτων] Respicitur ad locum Libr. III. p. 690. A. unde hic quoque reponendum ἀξιωμάτων, sicuti primus vidit Schulthessius. Coniectura adeo est evidens, ut eam unice veram esse iure contendere videamur. Servavimus tamen librorum scripturam, ne codicum mancipiis ludibrium deberemus. Turicenses et Schneiderus de coniectura dederunt δικαιωμάτων. Quod sane apud Thucydidem aliosque usurpatur similiter. Fieri igitur potest, ut ἀξιωμάτων per δικαιωμάτων sit explicatum ab aliquo glossatore; unde prodiit scripturae depravatio. Dein Astius rursus ἀγενῶν scripsit. Sed v. ann. ad Libr. III. p. 690. A.

E. *καὶ ἔφαμέν που — ὡς φάναι.*] Respicitur ad locum Libr. III. p. 690. B. Pertinet huc illud Pindari in Gorg. p. 484. B: ἄγει δικαιῶν τὸ βιαιότατον, ubi pro δικαιῶν vulgo βιαίως scribebatur; ad quem locum plura exposuimus. De re vide etiam Gorg. p. 488. B. Sententia haec est: et diximus, opinor, Pindarum secundum naturam ius constituentem maximam violentiam adducere, h. e. ita statuere, ut iustum ex naturae ratione in maxima potentia positum esse velit. Dionys. Antiquitt. Rom. I. 5: φύσεως γὰρ δὴ νόμος ἅπασι κοινός, ὃν οὐδεὶς καταλύσει χρόνος, ἄρχειν ἀεὶ τῶν ἡττόνων τοὺς κρείττονας. — *ὡς φάναι*, indicat, sicuti vere indicavit Astius, praegressa: ἄγειν δικαιοῦντα τὸ βιαιότατον, ipsius Pindari verba esse.

Cap. VII. P. 715. *Ἀρχῶν περιμαχήτων γενομένων, οἱ νικήσαντες —*] Similiter

παραδοτέα. γέγονε γὰρ δὴ μυριάκις ἤδη τὸ τοιοῦτον ἔν τισι πόλεσι.

ΚΛ. *Τὸ ποῖον;*

Cap. VII. *ΑΘ.* *Ἀρχῶν περιμαχήτων γενομένων, οἱ νικήσαντες τά τε πράγματα κατὰ τὴν πόλιν οὕτως ἐσφετέρισαν σφόδρα, ὥστε ἀρχῆς μηδ' ὁτιοῦν μεταδιδόναι τοῖς ἡττηθεῖσι, μήτε αὐτοῖς μήτε ἐκγόνοις, παραφυλάττοντες δὲ ἀλλήλους ζῶσιν, ὅπως μή ποτέ τις εἰς ἀρχὴν ἀφικόμενος ἐπαναστῇ μεμνημένος* B *τῶν ἔμπροσθεν γεγονότων κακῶν. ταύτας δήπου φαμὲν ἡμεῖς νῦν οὔτ' εἶναι πολιτείας, οὔτ' ὀρθοὺς νόμους, ὅσοι μὴ ξυμπάσης τῆς πόλεως ἕνεκα τοῦ κοινοῦ ἐτέθησαν· οἳ δ' ἕνεκα τινῶν, στασιωτείας ἀλλ' οὐ πολιτείας τούτους φαμέν, καὶ τὰ τούτων δίκαια*

B. *στασιωτείας ἀλλ' οὐ πολιτείας*] *στασιώτας* et *πολίτας* A. B. Ω. Ξ. v. f. h. r. a. c. δ. ο. x. Quae manifesto est importuna criticorum correctio. v. explicat. Recepit tamen Schneiderus.

post *βασιλεῖαι* inferri meminimus *οἱ μέν — οἱ δέ* Libr. III. p. 684. A. Nec aliena sunt quae scripsimus Libr. IV. p. 711. D. p. 714. A. D. Dein post *τε*, verbis *τά τε πράγματα* intersertum, quod mox *δέ* subiungitur in his: *παραφυλάττοντες δὲ ἀλλήλους ζῶσιν*, id tametsi depravationi verborum *τά τε πράγματα* in *τά γε πράγματα* ansam dedit, tamen neutiquam ab usu loquendi abhorret, de quo consulas ann. ad Symp. p. 186. D. Legg. I. p. 628. A. p. 649. B. II. p. 664. al. Verbo *σφετερίζειν*, quod est: sibi vindicare, ad se trahere, sibi assumere, utitur etiam Xenoph. Hellen. V. c. 19. *τοὺς πολλοὺς σφετερίζονται*, magnam multitudinem ad partes suas trahunt. Legitur item infra Libr. VIII. p. 843. D: *ἐὰν ὅρμους ἀλλοτρίους σφετερίζῃ τις.* Epist. VII. p. 333. C: *ἵνα — σφετερίσαιτο τὴν ἀρχήν.*

B. *ἐπαναστῇ μεμνημένος*] Sic *ἐπανίστασθαι* Aristoph. Avv. v. 1583: *ὄρνιθές τινες ἐπανιστάμενοι τοῖς δημοτικοῖσιν ὀρνέοις.* Hinc *ἐπανάστασις* est seditio, Aufstand, veluti Dionys. Hal. III. 8.

ξυμπάσης τῆς πόλεως ἕνεκα τοῦ κοινοῦ] Iungenda sunt verba hunc in modum: *ἕνεκα τοῦ κοινοῦ ξυμπάσης τῆς πόλεως.* Nam *τὸ κοινὸν* substantive ponitur saepissime, sicuti multis exemplis demonstravimus ad Criton. p. 50. A. Alia Iacob. ad Lucian. Toxar. p. 43 sq. suppeditabit.

στασιωτείας ἀλλ' οὐ πολιτείας] Libr. VIII. p. 832. C: *τούτων γὰρ δὴ πολιτεία μὲν οὐδεμία, στασιωτεῖαι δὲ πᾶσαι λέγοιντ' ἄν.* Similiter De Rep. IV. p. 422. E: *ἑκάστη γὰρ αὐτῶν πόλεις εἰσὶ πάμπολλαι, ἀλλ' οὐ πόλις· δύο γὰρ κἂν ὁτιοῦν ᾖ πολεμία ἀλλήλων, ἡ μὲν*

ἅ φασιν εἶναι, μάτην εἰρῆσθαι. λέγεται δὲ τοῦδ' ἕνεκα ταῦθ' ἡμῖν, ὡς ἡμεῖς τῇ σῇ πόλει ἀρχὰς οὔθ' ὅτι πλούσιός ἐςί τις δώσομεν, οὔθ' ὅτι τῶν τοιού-
C των ἄλλο οὐδὲν κεκτημένος, ἰσχὺν ἢ μέγεθος ἤ τι γένος· ὃς δ' ἂν τοῖς τεθεῖσι νόμοις εὐπειθέςατός τε ᾖ καὶ νικᾷ ταύτην τὴν νίκην ἐν τῇ πόλει, τούτῳ φαμὲν καὶ τὴν τῶν θεῶν ὑπηρεσίαν δοτέον εἶναι τὴν μεγίςην τῷ πρώτῳ, καὶ δευτέραν τῷ τὰ δεύτερα κρατοῦντι, καὶ κατὰ λόγον οὕτω τοῖς ἐφεξῆς τὰ μετὰ ταῦθ' ἕκαςα ἀποδοτέον εἶναι. τοὺς δ' ἄρχοντας λεγομένους νῦν ὑπηρέτας τοῖς νόμοις ἐκάλεσα οὔ
D τι καινοτομίας ὀνομάτων ἕνεκα, ἀλλ' ἡγοῦμαι παντὸς μᾶλλον εἶναι παρὰ τοῦτο σωτηρίαν τε πόλει καὶ τοὐναντίον. ἐν ᾗ μὲν γὰρ ἂν ἀρχόμενος ᾖ καὶ ἄκυρος νόμος, φθορὰν ὁρῶ τῇ τοιαύτῃ ἑτοίμην οὖσαν·

E. ὁ μὲν δὴ θεὸς] δὲ Origen. Plutarchus vero δὴ post θεὸς collocat. Dein pro ὥσπερ Euseb. Theod. Cyrill. ὡς. Post ἀρχήν omittit τε Euseb. Cyrill. Iustin. M. Theodoret. Etiam parπενήτων, ἡ δὲ πλουσίων. τούτων δὲ ἐν ἑκατέρᾳ πάνυ πολλαί, κ. τ. λ. Ad civitatis salutem autem ac perpetuam felicitatem plane necessaria est concordia et convenientia omnium partium suarum. v. Legg. I. p. 627. C. — 628. D. III. p. 692. C. — 693. C. IX. p. 875. A. VIII. p. 828. D. Reip. IV. p. 419. — 422. V. 461. E. — 465. C. Ad τούτους int. νόμους. Quo neglecto locus temere vitiatus est.

οὔθ' ὅτι πλούσιός ἐστί τις —] Neque enim in opibus ac divitiis aut in potentia civitatis finis cernitur; v. supra p. 705. E. p. 706. A. p. 707. D. Reip. IV. p. 421. Dein ἄλλο οὐδέν i. q. ἄλλο τι. Usus loquendi in vulgus notus.

C. ὃς δ' ἂν τοῖς τεθεῖσι νόμοις —] Celebratissima fuit antiquitatis sententia, illum demum civitati optime praefuturum esse, qui prius recte parere didicisset. conf. Libr. VI. p. 762. E. Aristot. Pol. IV. 15. Plutarch. Praecept. Ger. Reip. p. 806. F.

τὴν τῶν θεῶν ὑπηρεσίαν] Sic libri omnes. Sed sententiam ipsam requirere τῶν νόμων pro τῶν θεῶν, verissime perspexit Schulthessius. Restituendum autem videtur quod in mentem venit Orellio, τῶν θεσμῶν. Liquido res apparet exinde, quod statim post subiungitur: τοὺς δ' ἄρχοντας λεγομένους νῦν ὑπηρέτας τοῖς νόμοις, quae verba manifesto ad haec referuntur. Mox ἀποδοτέον εἶναι post δοτέον εἶναι negligentius iteratum noli pro suspecto habere; talis enim repetitionis exempla reperiuntur etiam alibi.

D. ἐν ᾗ δὲ ἂν δεσπότης τῶν ἀρχόντων —] Nullam censet civitatis felicitatem posse consistere, nisi lex per omnes vitae communis partes domine-

ἐν ᾗ δὲ ἂν δεσπότης τῶν ἀρχόντων, οἱ δὲ ἄρχοντες δοῦλοι τοῦ νόμου, σωτηρίαν καὶ πάνθ' ὅσα θεοὶ πόλεσιν ἔδοσαν ἀγαθὰ γιγνόμενα καθορῶ.

ΚΛ. Ναὶ μὰ Δία, ὦ ξένε· καθ' ἡλικίαν γὰρ ὀξὺ βλέπεις.

ΑΘ. Νέος μὲν γὰρ ὢν πᾶς ἄνθρωπος τὰ τοιαῦτα ἀμβλύτατα αὐτὸς αὐτοῦ ὁρᾷ, γέρων δὲ ὀξύ- E
τατα.

ΚΛ. Ἀληθέστατα.

ΑΘ. Τί δὴ τὸ μετὰ ταῦτα; ἆρ' οὐχ ἥκοντας μὲν καὶ παρόντας θῶμεν τοὺς ἐποίκους, τὸν δ' ἑξῆς αὐτοῖς διαπεραντέον ἂν εἴη λόγον;

ΚΛ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΑΘ. Ἄνδρες τοίνυν φῶμεν πρὸς αὐτούς, ὁ μὲν

ticipium ὄντων ap. Iustin. et Clem. Al. desideratur. Praeterea Clemens: ἀρχήν τε καὶ μέσα καὶ τελευτὴν τῶν πάντων ἔχων, εὐθεῖαν πρ.

tur, ita ut etiam imperantes ei obediant. De qua sententia v. Legg. III. p. 689. B. p. 700. A. IX. p. 876. B. p. 874. E. sqq. Pertinet huc quodammodo nobilis illa vox Demarati de Lacedaemoniis ad Xerxem dicentis ap. Herodot. VII. 104. ἐλεύθεροι γὰρ ἐόντες οὐ πάντα ἐλεύθεροι εἰσίν· ἔπεστι γάρ σφι δεσπότης, νόμος, τὸν ὑποδειμαίνουσι πολλῷ ἔτι μᾶλλον ἢ οἱ σοὶ σέ.

Νέος μὲν γὰρ — ὀξύτατα] Elegans oxymoron. Similiter De Rep. X. p. 595 E: ἐπεὶ πολλά τοι ὀξύτερον βλεπόντων ἀμβλύτερον ὁρῶντες πρότεροι εἶδον. Loquutionem ὀξὺ ὁρᾶν, quae reperitur etiam Reip. III. p. 404. A. VI. p. 484. C. Legg. II. p. 601. A. Sophist. p. 232. E. Euthydem. p. 281. C. al. Horatius Sat. I. 3, 26. interpretatur: acutum cernere. De αὐτοῦ cum superlativo iuncto v. Gorg. p. 484. E: ἵν' αὐτὸς αὐτοῦ τυγχάνῃ βέλτιστος ὤν. Xenoph. Mem. I. 2, 46: εἴθε σοι, ὦ Περίκλεις, τότε συνεγενόμην, ὅτε δεινότατος σαυτοῦ ταῦτα ἦσθα. v. Fischer. ad Weller. Gr. Vol. II. p. 148. et Matthiae Gr. §. 460.

E. *ἆρ' οὐχ ἥκοντας — λόγον;*] nonne colonos iam fingamus praesentes adesse, atque eam, quae deinceps sequitur, orationem ad eos habeamus?

Ἄνδρες τοίνυν φῶμεν πρ.] Locus celebratissimus, quem Theodoret. Cur. Affect. Gr. p. 89. ed. Sylb. = p. 241. ed. Gaisford. usque ad ἀνάστατον ἐποίησε, Clemens Alex. Strom. II. p. 180. ed. Par. = 499. ed. Potter. et Protrept. c. 20. p. 46. A. usque ad καὶ διάφορος, Iustin. Mart. Cohort. p. 25. E. cap. 25. Aristot. De mundo c. 7. Plutarch. adv. Colot. p. 1124. F. De exilio p. 601. A. Ad prin-

δὴ ϑεός, ὥςπερ καὶ ὁ παλαιὸς λόγος, ἀρχήν τε καὶ

P. 716. εὐϑείᾳ περαίνει] Vulgo εὐϑεῖαν. Sed dativum tuentur A. B. Ω. Ξ. v. f. r. h. a. c. δ. o. x. Theodoret. Aristocip. indoct. p. 781. F. Origenes adv. Cels. VI. 13. p. 640. F. et Philosophumen. §. 19. T. I. p. 896. C. = p. 116. ed. Wolf. Cyrill. c. Iulian. III. p. 80. D. Euseb. Praep. Evang. XI. 13. p. 531. A. Orat. in Constant. M. p. 729. Proclus ad Tim. p. 13. 3. Theol. Plat. VI. 8. p. 362. Comment. in Alcib. I. p. 220. ed. Creuzer. Schol. ad Arati Phaenom. T. I. p. 12. ed. Buhle. alii multi laudaverunt, quos maximam partem memoravit Potterus ad Clem. Al. l. c. conf. etiam Wyttenbach. ad Plut. De S. N. V. p. 73. Est vero hoc nobilissimum prooemium, quod philosophus, quum singulis legibus singula exordia constituisset praemittere, universo tamquam legum corpori praemittendum iudicavit. Quocirca mirum non est, quod adeo illud refertum est praeclarissimis atque gravissimis sententiis, quae partim etiam speciem referunt altioris cuiusdam ac divinioris sapientiae, repetitae illius maxime ex doctrina Orphicorum et Pythagoreorum. Enimvero in re tam gravi non sine caussa studuit philosophus orationi suae augustam quandam sublimioris sapientiae speciem conciliare, quo magis animos legentium moveret ac percelleret. Ceterum Cicero De Legg. II. 6. auctor est, Platonem in scribendis legum prooemiis imitatum esse Charondam et Zaleucum, de quorum legibus exposuit Heynius Opusc. Acad. Vol. II. p. 19 sqq. Conf. etiam Engelbronner disp. De loco Cicer. de Legibus. Amstelod. 1802. et Excurs. ad Cic. Legg. V. p. 491 sq. ed. Moser. Ipse Plato tamen infra Libr. V. p. 722. neminem legislatorum ait ante se extitisse, qui cives isto modo ad Legum observantiam virtutisque studium excitare et commovere studuerit. Utut est, hoc certe Platoni penitus fuit persuasum, legum observantiam non vi et minis extorqueri oportere, sed persuaderi oportere civibus atque demonstrari, ultro expetendum ac sequendum esse id, quod communis omnium salus postulet atque exigat. v. Libr. IV. p. 711. B. VII. p. 823. A. D. sqq. IX. p. 854. A. p. 859. A. IX. p. 871. A. XI. p. 927. A. XII. p. 960. A. al. In alia omnia discessit Seneca Epist. XCIV. Non probo, inquit, quod Platonis legibus adiecta principia sunt: legem enim brevem esse oportet, quo facilius ab imperitis teneatur; velut emissa divinitus vox sit; iubeat, non disputet.

Ἄνδρες τοίνυν φῶμεν —] τοίνυν quum pertineat ad φῶμεν, scribendum fuit proprie: Ἄνδρες, φῶμεν τοίνυν πρὸς αὐτούς. Sed Graeci quum ea, quae parenthesin efficiunt, cum reliqua oratione soleant subinde coniungere arctius quam nos facere consuevimus, fieri non raro ita solet, ut eae voculae, quae ad parenthesin referendae sunt, statim principalis sententiae exordio adhaerescant. Quod sicubi fit, nec interpunctioni locum esse facile apparet, ut profecto hic post τοίνυν ineptissime commate fuerit distinctum. Apte comparat Astius Libr. VI. p. 773. A: ὦ παῖ τοίνυν φῶμεν, ubi item prave distingu-

τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων ἔχων, εὐθείᾳ 716

tel. Plutarch. et Schol. Libri Eusebii εὐθέα vel εὐθεία, unde Gaisford. pro vulg. εὐθεῖαν edidit. εὐθείᾳ.

unt. Libr. X. p. 899. D: ὦ ἄριστε δὴ φῶμεν. Pertinent huc etiam talia: Legg. V. p. 744. D: δεῖ γὰρ ἐν τῇ πόλει πού φαμεν τῇ μελλούσῃ κ. τ. λ. Phileb. p. 34. E: διψῇ που λέγομεν ἑκάστοτε. Politic. p. 306. E: ὀξὺ καὶ ἀνδρεῖόν πού φαμεν καὶ ταχὺ κ. τ. λ. ubi vid. ann. nostr. Charmid. p. 158. D. Ion. p. 585. B. Phaedr. p. 258. A. Nec dispar est ἂν in parenthesi antepositum, de quo v. Heindorf. ad Phaedon. p. 135. et nostra ad Criton. p. 52. D.

ὁ μὲν δὴ θεὸς, ὥςπερ καὶ ὁ παλ. λόγος,] Quemadmodum antea magistratus et principes moniti sunt, ut cupiditatibus ac libidinibus refrenatis colant iustitiam, ita nunc etiam omnes cives iubentur in Deum tanquam summum virtutis et iustitiae exemplar intueri ideoque sancte colere ac revereri leges, quandoquidem alioquin gravissimam sensuri sint Iustitiae vindictam atque poenam. Etenim philosophus etsi in Legum opere a civibus suis non aliam virtutem exigit nisi eam, quam vocare solet δημώδη καὶ πολιτικήν, *popularem ac civilem*, quamque vult a virtutis sapientibus propriae perfectione aliquantum distare, de qua re diximus in Comm. *De gradibus virtutum secundum Platonem* p. 16 sqq.; tamen vel sic eos iubet mentes animosque suos advertere ad divinae perfectionis exemplar, quandoquidem illud sit μέτριον, hoc est tale, quod quum ipsum in se habeat modum, tum eundem etiam aliis exhibeat atque praescribat. Nam p. 716. C: τίς οὖν δὴ πρᾶξις φίλη καὶ ἀκόλουθος θεῷ; μία, καὶ ἕνα λόγον ἔχουσα ἀρχαῖον, ὅτι τῷ μὲν ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ὄντι μετρίῳ φίλον ἂν εἴη, τὰ δὲ ἄμετρα οὔτ' ἀλλήλοις οὔτε τοῖς ἐμμέτροις. ὁ δὴ θεὸς ἡμῖν πάντων χρημάτων μέτρον ἂν εἴη: ubi quid sit τὸ μέτριον, si quis ambigat, conferat is copiosam rei explicationem ab ipso Platone propositam Politic. p. 283. E. sqq. Nimirum tenuit philosophus in his quoque quae scripsit De Republ. X. p. 613. A., ubi quemque adhortatur δίκαιον γενέσθαι, καὶ ἐπιτηδεύοντα ἀρετήν, εἰς ὅσον δυνατὸν ἀνθρώπῳ, ὁμοιοῦσθαι θεῷ. Quod quidem decretum illustratur etiam Reip. V. p. 517. B. p. 519. C. Theaet. p. 176. A. B. ubi v. annot. Ac perfectionem quidem consummatamque absolutionem Dei hic pulcra declarat imagine, qua eum vult ἔχειν ἀρχήν τε καὶ τελευτὴν καὶ μέσα τῶν ὄντων ἁπάντων. Quod plane sapit Pythagoreorum sapientiam; qui rerum virtutes solebant numeris et geometricis proportionibus significare; v. Boeckh. Philol. p. 151. 153 sqq. Sic Archytas quoque teste Iamblicho Protreptic. p. 39. ed. Kiessl. scripsit: ὁ θεὸς ἀρχά τε καὶ τέλος καὶ μέσον ἐστὶ τῶν κατὰ δίκαν καὶ ὀρθὸν λόγον περαινομένων, quod tamen putamus ex Platone haustum esse, quum totum illud fragmentum suspectae fidei sit. Nec vero abludit a re praesenti quod Scholiastes cum Proclo Theol. Plat. VI. 8. p. 363. παλαιὸν istum λόγον refert ad Orphicos versiculos: Ζεὺς ἀρχή, Ζεὺς μέσσα, Διὸς δ' ἐκ πάντα τέτυκται, Ζεὺς πυθμὴν γαίης τε καὶ οὐρανοῦ ἀστερόεν-

περαίνει κατὰ φύσιν περιπορευόμενος· τῷ δὲ ἀεὶ ξυν-

τος, de quibus v. *Stob.* T. I. 1. p. 40. ed. Heeren. Lobeck. Aglaopham. I. p. 530 sq. et Bouterweck. De prim. philos. Gr. decret. p. 4 sqq. Nam etiamsi Orphica verbis subsit sententia, tamen hic quoque tenendum est, de quo disputarunt Boeckhius in Philolao p. 180. Hoeckius De Creta insula Vol. III p. 197 sqq. Lobeckius Aglaoph. Vol. I. p. 255 sqq. Bode De Orpheo p. 99 sqq. Orphicis et Pythagoreis multa fuisse communia, sive Pythagorei ab illis quaedam susceperint, sive Orphici, qui Platonis aetate ferebantur, Pythagorica ad suam rationem deflexerint. Iam vero quod Deus praeterea dicitur εὐθείᾳ περαίνειν κατὰ φύσιν περιπορευόμενος, eo significatur, opinor, vim et quasi vitam naturae divinae in eo cerni, quod perpetuo sibi constet nec unquam a summa illa, qua gaudeat, virtutis perfectione desciscat. Sed pertinet illud imprimis etiam ad indicandam exactae iustitiae severitatem, quae recta sequitur id, quod fieri debet. Quapropter hic commemoratur aptissime, ubi agitur de obsequio a civibus legi praestando: Recte igitur Schol. εὐθείᾳ δὲ τὸ κατὰ δίκην σημαίνει καὶ ἀξίαν καὶ οἱονεὶ κανόνι ἑνί. Faciunt huc *Pindar.* Nem. X. 12. (22.) πατρί τ' Ἀδράστοιο Λυγκεῖ τε φρενῶν καρπὸν εὐθείᾳ συνάρμοξεν δίκᾳ. *Solon.* Fragm. XXVIII. p. 342. ed. Gaisf. θεσμοὺς δ' ὁμοίους τῷ κακῷ τε κἀγαθῷ εὐθεῖαν εἰς ἕκαστον ἁρμόσας δίκην ἔγραψα. Propius etiam huc referuntur illa *Antonin.* X. 11. οὐδὲν ἄλλο βούλεται ἢ εὐθεῖαν περαίνειν διὰ τοῦ νόμου, καὶ εὐθεῖαν περαίνοντι ἕπεσθαι τῷ θεῷ. ubi v. Gataker. et *Menandri* Fabul. Aesop. p. 142. ed. Schn. βάδιζε τὴν εὐθεῖαν, ἵνα δίκαιος ᾖς. Ac similiter in fragmento apud *Iamblich.* Protrept. p. 39. ed. Kiessl. de dialectico: ἔτι δὲ καὶ καλὰν σκοπιὰν (δοκεῖ) εὑρηκέναι, ἀφ' ἇς δυνατὸς ἐσσεῖται τὸν θεὸν καταφεῖσθαι καὶ πάντα τὰ ἐν τᾷ συστοιχείᾳ καὶ τάξει τὰ ἐκείνω καταχεχωρισμένα καὶ ταύταν τὰν ἁρματήλατον ὁδὸν ἐκποριοσάμενος τῷ νόῳ κατ' εὐθεῖαν ὁρμαθῆμεν, καὶ τελεοδραμᾶσαι τὰς ἀρχὰς τοῖς πέρασι συνάψαντα καὶ ἐπιγνόντα, ὅτι ὁ θεὸς ἀρχά τε καὶ τέλος καὶ μέσον ἐστὶ πάντων τῶν κατὰ δίκαν τε καὶ τὸν ὀρθὸν λόγον περαινομένων: quae manifesto ad huius loci Platonici similitudinem adumbrata sunt, ut profecto rectisme liceat de eorum fide et auctoritate dubitare. Sed hoc nunc in medio relinquamus; revertimur ad verba Platonis. In quibus quod vulgo scribebatur εὐθεῖαν, id ex Plutarcho, Theodoreto, Clemente Al., Eusebio, aliis, qui locum memorarunt, dudum in εὐθείᾳ mutandum fuit, quod etiam meliores codices Platonis scriptum exhibent. Etenim περαίνειν ponitur absolute et sine casu obiecti, quem qui desiderarunt, ii εὐθεῖαν videntur de suo posuisse. Quam in rem conferri potest usus verbi ἀνύτειν, de quo v. intpp. ad Sophocl. Aiac. v. 606. Antig. v. 799. Oed. Col. v. 1562. Porro vocatur deus κατὰ φύσιν περιπορευόμενος, videlicet, ut significetur eius sempiternitas et constantia, sicuti recte iudicat Schol., cuius haec sunt verba: τὸ δὲ περιπορευόμενος σημαίνει τὸ αἰωνίως, τὸ ἀεὶ ὡσαύτως καὶ κατὰ τὸ αὐτά· ἡ γὰρ περιφορὰ τοῦτο ἔχει ὡς ἐν αἰσθητοῖς. Nam sicuti fi-

ἕπεται δίκη τῶν ἀπολειπομένων τοῦ θείου νόμου

gura sphaerica, ita etiam motio et agitatio orbicularis pro perfectissima habetur, ut adeo signum et argumentum sit perfectissimae constantiae, v. Tim. p. 33. B. 34. A. Pro *περιπορευόμενος* Ios. Schellingius, summus philosophus, nuper legendum censuit *περιφερόμενος*, quia non appositio, ut ait, sed potius oppositio requiratur. De qua sententia ipsius breviter expositum est in *Indicibus Academiae Scient. Berolin.* a. 1842. et in Zimmermanni diario: *Zeitschrift für Alterthumswissenschaft* a. 1843. N. 88. p. 704. Nec tamen quidquam loco movendum arbitramur. Nam ut taceam de codicum consensione, qui iuxta cum plurimis illis scriptoribus, a quibus hic locus memoratur, *περιπορευόμενος* constanter tuentur, ne intelligitur quidem, cur contrarium quiddam aut oppositum ad sententiae rationem requiratur. Imo istud *κατὰ φύσιν περιπορευόμενος* declarat accuratius, quid sit antegressum *εὐθείᾳ περαίνει*. Dicitur enim deus hoc habere proprium, quod, dum recta pergat, simul etiam *κατὰ φύσιν*, naturae convenienter, id est, quoniam principium, medium, et finem complectatur, libero motu in orbem circumeat. Quid quod nec ulla efficitur oppositio, etiamsi *περιφερόμενος* scripseris. Quocirca libere fatemur, nos mentem Schellingii haudquaquam assequi, ac scire velimus, quibus rationibus et argumentis vir egregius aliquando sententiam suam confirmaverit.

P. 716. *τῷ δὲ ἀεὶ ξυνέπεται — τιμωρός*·] Proclus Comment. in Alcibiad. I. p. 219. ed. Creuzer.: *διὰ τοῦτο τὸ δίκαιον νόμιμόν ἐστι καὶ καλόν, τῷ μετέχειν καὶ τοῦτο τῆς εὐνομίας, ἥτις ἔχει καὶ τὸ εὖ καὶ τὸν νόμον ἐν ἑαυτῇ· πάλιν, ἐπειδήπερ ἡ πρὸ τοῦ κόσμου δίκη συνάπτεται τῷ Διΐ — πάρεδρος γὰρ ὁ νόμος τοῦ Διός, ὥς φησιν ὁ Ὀρφεύς — διὸ καὶ ὁ Ἀθηναῖος ξένος τὴν δίκην τοῦ θείου νόμου τιμωρὸν ἐκάλεσε, καὶ τὸ ἐνταῦθα δίκαιον νομιμόν ἐστιν.* Idem Theol. Plat. VI. 8. p. 363: *ἤδη βασιλεύοντι αὐτῷ* (demiurgo) *καὶ διακοσμεῖν ἀρχομένῳ τὸ πᾶν ἕπεσθαί φησι τὴν Δίκην· Τῷ δὲ Δίκη πολύποινος ἐφέσπετο πᾶσιν ἀρωγός.* Comment. in Tim. p. 310. v. 32: *ἡ Δίκη ἐστὶν ὀπαδὸς τοῦ Διός, ὥς φησιν Ὀρφεύς· Τῷ δὲ δίκη πολύποινος ἐφέσπετο. καὶ Πλάτων· Τῷ δ' ἀεὶ συνείπετο* ctr. Ibid. p. 13: *ἕπεται (ἡ Δίκη) τοῦ νόμου τιμωρὸς καὶ τὴν ἐνόπλιον τάξιν, μεθ' ἧς διατάττει τὸ πᾶν ὥσπερ λέγουσιν οἱ τὰς Τιτανομαχίας καὶ Γιγαντομαχίας ἀναγράψαντες.* Idem Commentar. in Cratyl. p. 113. ed. Cousin. Secundum Hesiodum Theog. v. 902. Dice est Iovis et Themidis filia atque soror Eunomiae et Irenes. Eadem Iovi *πάρεδρος* fingitur Opp. et DD. v. 254. ita quidem, ut iniustitiae vindex sit acerrima. Prorsus eodem modo rem informat Solon. Fragm. ap. Brunck. Analect. T. I. p. 65. coll. T. III. p. 27. Nec vero discrepant quae leguntur Hymn. Orph. LX. et LXI. conf. etiam Pindar. Pyth. VIII. v. 1 — 11. Eurip. Hippolyt. v. 672. Platonem tamen in his quoque potissimum Orphicos esse sequutum, facile credimus Proclo, apte versiculum afferenti: *τῷ δὲ Δίκη πολύποινος ἐφέσπετο πᾶσιν ἀρωγός.* Nec aliter sentit Lobeckius Aglaopham. T. I. p. 532 sqq.

τιμωρός· ἧς ὁ μὲν εὐδαιμονήσειν μέλλων ἐχόμενος ξυνέπεται ταπεινὸς καὶ κεκοσμημένος· εἰ δέ τις ἐξαρθεὶς ὑπὸ μεγαλαυχίας ἢ χρήμασιν ἐπαιρόμενος ἢ τιμαῖς ἢ καὶ σώματος εὐμορφίᾳ, ἅμα νεότητι καὶ ἀνοίᾳ, φλέγεται τὴν ψυχὴν μεθ' ὕβρεως, ὡς οὔτε ἄρχοντος οὔτε τινὸς ἡγεμόνος δεόμενος, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις
B ἱκανὸς ὢν ἡγεῖσθαι, καταλείπεται ἔρημος θεοῦ, καταλειφθεὶς δὲ καὶ ἔτι ἄλλους τοιούτους προςλαβὼν σκιρτᾷ ταράττων πάντα ἅμα, καὶ πολλοῖς τισιν ἔδοξεν εἶναί τις, μετὰ δὲ χρόνον οὐ πολὺν ὑποσχὼν τιμωρίαν οὐ μεμπτὴν τῇ δίκῃ ἑαυτόν τε καὶ οἶκον καὶ πόλιν ἄρδην ἀνάστατον ἐποίησε. πρὸς ταῦτ' οὖν οὕτω διατεταγμένα τί χρὴ δρᾶν ἢ διανοεῖσθαι, καὶ τί μή, τὸν ἔμφρονα;

ταπεινὸς καὶ κεκοσμημένος] καὶ om. Steph. cum Eusebio, sed invitis Platonis codd. Tuentur vocem etiam Theodoret. Clem. Origen. Cedren. Plutarch.

εἰ δέ τις ἐξαρθεὶς] Sic Theodoret. et Cedren. cum duodias Moer. Atticist. p. 149: εὔμορφον· παρ' οὐδενὶ εὗρον, ἀλλ' εὐπρεπῆ. εὐμορφίαν δὲ παρὰ Πλάτωνι ἐν Νόμοις καὶ παρὰ Ξενοφῶντι· σπάνιον δέ. Harpocration. p. 196. 19. ed. Bekker.: εὔμορφον παρ' οὐδενὶ εὗρον, ἀλλὰ εὐπρεπῆ. εὐμορφίαν παρὰ Πλάτωνι ἐν Νόμοις καὶ παρὰ Ξενοφῶντι· σπάνιον δέ. Voc. εὐμορφία recurrit infra Libr. V. p. 744. B. legitur etiam Symp. p. 218. E: τῆς παρὰ σοὶ εὐμορφίας πάμπολυ διαφέρον. Eodem vero praeter Xenophontem usi sunt etiam Aeschylus, Euripides, alii, de quibus vid. intpp. ad Moer. l. c.

ξυνέπεται ταπεινὸς καὶ κεκοσμημένος] Errore factum videtur, ut in editt. vett. καὶ ante κεκοσμημένος desideretur. Tuentur enim illud codd. magno consensu; habet item Plutarch. Audit. p. 37. D. et Profect. Virtut. Sentiend. p. 81. E. ὥσπερ θεῷ τῷ λόγῳ ταπεινὸς συνέπεται καὶ κεκοσμημένος. Nec deest apud Clement. Al. Strom. p. 180. Theodoret. Cur. Graec. Aff. VI. p. 855. al. — κεκοσμημένος, modestus. — ἧς ἐχόμενος, cui adhaerescens.

εἰ δέ τις ἐξαρθεὶς —] Codices Platonis omnes habent ὁ δέ τις ἐξ. quod praeeunte Boeckhio p. 54. et Astio mutavimus ex Theodoreto, Cedreno, Plutarcho De Iside et Osir. p. 360. C. Dein Astius rursus scripsit ἀγνοίᾳ. Nec tamen libris invitis ἀνοίᾳ damnaverim, de quo v. ad Libr. III. 8. De voc. εὐμορφία au-

ὡς οὔτε ἄρχοντος οὔτε τινὸς ἡγ.] Theodoretus: ὡς δή γε οὔτ' ἄρχοντος οὔτε αὖ τινος ἡγεμόνος δ. Eusebius: ὥςτε οὔτ' ἀρχ.

B. καταλείπεται ἔρημος θεοῦ] relinquitur deo orbatus s. a deo desertus, utpote inani fastu ac superbia

ΚΛ. Δῆλον δὴ τοῦτό γε, ὡς τῶν ξυνακολουθησόντων ἐσόμενον τῷ θεῷ δεῖ διανοηθῆναι πάντα ἄνδρα.

Cap. VIII. ΑΘ. Τίς οὖν δὴ πρᾶξις φίλη καὶ ἀκόλουθος θεῷ; μία, καὶ ἕνα λόγον ἔχουσα ἀρχαῖον, ὅτι τῷ μὲν ὁμοίῳ τὸ ὅμοιον ὄντι μετρίῳ φίλον ἂν εἴη, τὰ δὲ ἄμετρα οὔτε ἀλλήλοις οὔτε τοῖς ἐμμέτροις. ὁ δὴ θεὸς ἡμῖν πάντων χρημάτων μέτρον ἂν εἴη μάλιςα, καὶ πολὺ μᾶλλον ἤ πού τις, ὥς φασιν, ἄνθρωπος. τὸν οὖν τῷ τοιούτῳ προςφιλῆ γενησόμενον εἰς δύναμιν ὅ τι μάλιςα καὶ αὐτὸν τοιοῦτον ἀναγκαῖον γίγνεσθαι. καὶ κατὰ τοῦτον δὴ τὸν λόγον ὁ μὲν σώφρων ἡμῶν θεῷ φίλος, ὅμοιος γάρ, ὁ δὲ C D

bus Eusebii codicibus. Vulgo ὁ δέ τις ἐξ. quod Platonis codd. habent omnes.

καὶ ἀνοίᾳ, φλέγεται τὴν ψ.] Astius: ἀγνοίᾳ. Dein Steph. φλεγόμενος, invitis codicibus. Pro ὡς Euseb. ὥςτε, et Theod. ὡς δή γε habent. Tum Theodoret. οὔτ' ἄρχοντος οὔτ' αὖ τινος ἡγεμ.

repletus ac divinae immemor institutionis. Eadem imago etiam in Politico reperitur quam declaravimus Prolegg. ad Politic. p. 109 sq. — ἄλλους τοιούτους, item a deo relictos.

ἔδοξεν εἶναί τις] i. e. magnus aliquis; de quo usu dixit Matthiae Gr. §. 487. 5. De aoristis conf. ann. ad Sympos. p. 188. B.

Δῆλον δὴ τοῦτό γε, ὡς τῶν ξυν.] „Verba ita construenda sunt: δῆλον δὴ τοῦτό γε, δεῖ (i. e. ὅτι δεῖ) πάντα ἄνδρα διανοηθῆναι ὡς ἐσόμενον (τινὰ) τῶν ξυνακολουθησόντων τῷ θεῷ. Post διανοεῖσθαι, ut omnino post verba cogitandi, ὡς cum participio infinitivi circumlocutionem facit, ut VI. p. 755. A: ὡς ἄρξων διανοηθήτω. Ibid. p. 763. A. C. 765. E. Et in verbo διανοεῖσθαι consilii et studii cuiusdam notio simul latet. Sine caussa vero Heindorf. ad Theaet. p. 337. scribi iubebat δεῖν; v. ad Phaedr. p. 394." *Astius.*

Cap. VIII. C. ὅτι τῷ μὲν ὁμοίῳ — ἐμμέτροις] H. e. eam agendi rationem, quae divinae illi sit consimilis, etiam caram deo esse. — ὄντι μετρίῳ, quod modum et in se habeat atque aliis praescribat. Quid sit τὸ μέτριον, das maashabende und maasgebende, sicuti iam antea significavimus, optime disputatur in Politic. p. 283. E sqq. qui locus consulendus est.

ὁ δὴ θεὸς ἡμῖν πάντων — ἄνθρωπος] Tangitur effatum illud Protagorae: πάντων χρημάτων μέτρον ἄνθρωπον εἶναι, de quo v. Cratyl. p. 385. E. Theaet. p. 152. A. ibique ann. Mox εἰς δύναμιν ὅ τι μάλιστα dictum est ἐκ παραλλήλου, ut saepe, veluti De Rep. V. p. 458. E.

μὴ σώφρων ἀνόμοιός τε καὶ διάφορος καὶ ἄδικος. καὶ τὰ ἄλλ' οὕτω κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ἔχει. νοήσωμεν δὴ τούτοις ἑπόμενον εἶναι τὸν τοιόνδε λόγον, ἁπάντων κάλλιςον καὶ ἀληθέςατον, οἶμαι, λόγων. ὡς τῷ μὲν ἀγαθῷ θύειν καὶ προσομιλεῖν δὴ τοῖς θεοῖς εὐχαῖς καὶ ἀναθήμασι καὶ ξυμπάσῃ θεραπείᾳ θεῶν κάλλιςον καὶ ἄριςον καὶ ἀνυσιμώτατον πρὸς τὸν εὐδαίμονα βίον καὶ δὴ καὶ διαφερόντως πρέπον,

Cap. VIII. D. τοῖς θεοῖς εὐχαῖς] Legebatur: τοῖς θεοῖς καὶ εὐχαῖς. Omisimus καὶ cum Par. A. h. r. x. et marg. Ω. a. Praeterea plurimi codd. cum Voss. προσομιλεῖν δεῖ τοῖς θ. quod nauci non est.

ἀνόμοιός τε καὶ διάφορος καὶ ἄδικος] Faehsius Syllog. p. 384. legi iubebat καὶ ἄθεος, cui Astius certe eo adversatur immerito, quod veterem scripturam sinceram putat et intemeratam. Nam oppositionis ratio pro ἄδικος utique aliud quid flagitat. Num igitur ἄφιλος legendum, quod propter antegressum φίλος dictum sit pro ἀχάριστος sive ἐχθρός? Nimirum proprie quidem haec sic fuerunt enuntianda: ὁ δὲ μὴ σώφρων ἄφιλος· ἀνόμοιός τε γὰρ καὶ διάφορος. Ea vero nunc uno orationis membro concluduntur.

D. τούτοις ἑπόμενον εἶναι —] his consequentem esse hanc orationem ctr.

παρὰ δὲ μιαροῦ — δέχεσθαι] Cicero De Legg. II. 16: Donis impii ne placare quidem audeant deos; Platonem audiant, qui vetat dubitare, qua sit mente futurus deus, quum vir nemo bonus ab improbo se donari velit: ubi Davisius apte comparat Alcibiad. II. p. 149. E: καὶ γὰρ ἂν δεινὸν εἴη, εἰ πρὸς τὰ δῶρα καὶ τὰς θυσίας ἀποβλέπουσιν ἡμῶν οἱ θεοί, ἀλλὰ μὴ πρὸς τὴν ψυχήν, ἄν τις ὅσιος καὶ δίκαιος ὢν τυγχάνῃ. Dion. Chrysostom. Orat. I. p. 4: ὅστις δὲ κακὸς ὢν ἡγεῖται ποτε θεοὺς ἀρέσκειν, κατ' αὐτὸ τοῦτο πρῶτον οὐχ ὅσιός ἐστιν· ἢ γὰρ ἀνόητον ἢ πονηρὸν νενόμικε τὸ θεῖον. Orat. III. p. 45: οὔποτε δῶρον δέξεται (rex bonus) παρὰ τῶν κακῶν ἀνδρῶν, οὐδὲ τοὺς θεοὺς ἀναθήμασιν οὐδὲ θυσίαις οἴεται χαίρειν τῶν ἀδίκων ἀνδρῶν, παρὰ μόνων δὲ τῶν ἀγαθῶν προσίεσθαι τὰ διδόμενα. Plaut. Rud. Prol. 22: atque hoc scelesti in animum inducunt suum, Iovem se placare posse donis, hostiis, Et operam et sumtum perdunt; id eo fit, quia Nihil ei acceptum est a periuris supplicii. Lactant. Institutt. Div. VI. 25. Plin. Panegyr. c. 3. Alia id genus collegerunt Casaubon. ad Persium II. 75. intpp. ad Lucian. de sacrificiis T. I. p. 525. ed. Hemst. et quos laudat Astius, Gataker. Miscell. Advers. II. 11. in Opp. critt. p. 333. et Mangei. ad Philon. De Monarch. 1. Tom. II. p. 220. Praeterea non poenitebit audivisse ipsum Plato-

τῷ δὲ κακῷ τούτων τἀναντία πέφυκεν. ἀκάθαρτος E
γὰρ τὴν ψυχὴν ὅ γε κακός, καθαρὸς δ᾽ ὁ ἐναντίος·
παρὰ δὲ μιαροῦ δῶρα οὔτε ἄνδρα ἀγαθὸν οὔτε θεὸν
ἔστι ποτὲ τό γε ὀρθὸν δέχεσθαι· μάτην οὖν περὶ 717
θεοὺς ὁ πολύς ἐστι πόνος τοῖς ἀνοσίοις, τοῖσι δὲ
ὁσίοις ἐγκαιρότατος ἅπασι. σκοπὸς μὲν οὖν ἡμῖν οὗτος, οὗ δεῖ στοχάζεσθαι· βέλη δὲ αὐτοῦ καὶ οἷον ἡ τοῖς βέλεσιν ἔφεσις, τὰ ποῖ᾽ ἂν λεγόμενα ὀρθότατα

E. ὁ ἐναντίος] Vulgo ὅ γ᾽ ἐναντίος. Omittunt γ᾽ A. v. f. h. r. ϰ. o. et corr. Ω.

P. 717. τοῖσι δὲ ὁσίοις] V. τοῖς, quod ex A. Ω. x. et corr. a. mutatum.

ἡ τοῖς βέλεσιν ἔφεσις] ἄφεσις Ricc. h. et marg. Par. A.

nem Euthyphron. c. 16 sqq. De Republ. II. p. 364. B sqq. 390. E. III. p. 390. D. E. et infra Libr. X. parte posteriore.

P. 717. σκοπὸς μὲν οὖν ἡμῖν οὗτος —] Hic igitur finis nobis propositus esse debet, ut cultu et veneratione deorum ad vitam diis gratam atque beatam perveniamus. Tela vero, quibus eum finem assequamur, non alia sunt nisi haec, ut religiones ac ceremoniae rite constituantur sancteque observentur. Quod quorsum pertineat, proximis verbis declaratur. Pro βέλη αὐτοῦ Bas. 2. habet βέλη αὐτά. Quod noli amplecti. Nam βέλη αὐτοῦ sunt tela, quae possint ad consequendum illum finem usurpari. Similiter Phaedr. p. 230. D: τῆς ἐμῆς ἐξόδου τὸ φάρμακον, ratio, qua me ad urbem relinquendam commoveres. Errat enim Astius αὐτοῦ traiectum putans et cum ἔφεσις connectens. De dativo instrumenti τοῖς βέλεσιν cum nomine ἔφεσις coniuncto v. ad Remp. III. p. 397. B. Cratyl. p. 423. A. al. coll. Matthiae Gr. §. 396. Sunt vero ista: καὶ οἷον ἡ τοῖς βέλεσιν ἔφεσις, tamquam διὰ μέσου interposita sic, ut in reliqua oratione non amplius respiciantur. Quocirca quae sequuntur: τὰ ποῖ᾽ ἂν λεγόμενα κ. τ. λ., ea ad unum illud βέλη accommodata sunt. Quod si Astius pervidisset, haud sane futurum erat, ut hos nominativos absolutos esse putaret. Idem vir doctus fallitur mirifice λεγόμενα ὀρθότατ᾽ ἂν φέροιτο positum esse existimans pro φερόμενα, i. e. φέρεσθαι, λέγοιτ᾽ ἄν. Imo sententia verborum haec est: tela autem et tamquam telorum emissio qualia tandem rectissime in medium afferentur, si quis de iis mentionem iniiciat? Nimirum mixta hic quoque propria et impropria oratio est, cuius generis alibi exempla notavimus. Non dissimilia hac ex parte sunt illa Phileb. p. 58. B: τὰ ὅπλα μοι δοκεῖς βουληθεὶς εἰπεῖν αἰσχυνθεὶς ἀπολιπεῖν. ubi v. ann. Itaque ne opus quidem est, ut pro λεγόμενα corrigatur φερόμενα. Ceterum portentosa est coniectura Winckelmanni Praefat. ad Legg. ed. min. p. XI. legendum putantis: τὰ ποῖ᾽ ἆθλα λεγ. excidisse enim aliquid.

φέροιτ' ἄν; πρῶτον μέν, φαμέν, τιμὰς τὰς μετ' Ὀλυμπίους τε καὶ τοὺς τὴν πόλιν ἔχοντας θεοὺς τοῖς χθονίοις ἄν τις θεοῖς ἄρτια καὶ δεύτερα καὶ ἀριστερὰ νέμων ὀρθότατα τοῦ τῆς εὐσεβείας σκοποῦ
B τυγχάνοι, τοῖς δὲ τούτων ἄνωθεν τὰ περιττὰ καὶ ἀντίφωνα τοῖς ἔμπροσθεν ῥηθεῖσι νῦν δή. μετὰ θεοὺς δὲ τούςδε καὶ τοῖς δαίμοσιν ὅ γε ἔμφρων ὀργιάζοιτ' ἄν, ἥρωσι δὲ μετὰ τούτους. ἐπακολουθεῖ δ' αὐτοῖς

φέροιτ' ἄν;] Sic A. B. Ω. v. f. h. r. a. δ. ο. x. pro vulg. *ἂν φέροιτο.*

καὶ ἀριστερὰ νέμων] *ἀριστεῖα* A. B. Ξ. v. f. h. r. a. c. δ. ο. x. perperam v. explicait.

πρῶτον μέν, φαμέν, τιμὰς τὰς —] Iungenda sunt verba hunc in modum: *πρῶτον μέν τις τοῦ τῆς εὐσεβείας σκοποῦ ὀρθότατ' ἂν τυγχάνοι νέμων τοῖς χθονίοις θεοῖς τιμὰς τὰς μετ' Ὀλυμπίους τε καὶ τοὺς τὴν πόλιν ἔχοντας θεούς, ἄρτια καὶ δεύτερα καὶ ἀριστερά, τοῖς δὲ τούτων ἄνωθεν* (*θεοῖς*) *τὰ περιττὰ κ. τ. λ.* Nam *ἄρτια καὶ δεύτερα καὶ ἀριστερά* adduntur antegresso *τιμάς* per epexegesin, falsoque Astius statuit contrarium, *τιμάς* existimans inservire appositioni verborum insequentium: *ἄρτια καὶ δεύτερα καὶ ἀριστερά.* Censet autem philosophus, diis inferis minora sacrificia offerenda esse quam diis coelestibus atque tutelaribus. Nam huius generis sunt quae vocantur *ἄρτια καὶ δεύτερα καὶ ἀριστερά.* Sequutus quippe Plato in his quoque videtur esse Pythagoreorum rationem ac disciplinam, de qua Porphyrius Vit. Pythagor. p. 68. ed. Kiessl.: *παρήνει δὲ περὶ μὲν τοῦ θείου καὶ δαιμονίου καὶ ἡρῴου γένους εὔφημον εἶναι καὶ ἀγαθὴν ἔχειν διάνοιαν, γονεῦσι δὲ καὶ εὐεργέταις εὔνουν· νόμοις δὲ πείθεσθαι, προσκυνεῖν δὲ μὴ ἐκ παρέργου τοὺς θεούς, ἀλλ' οἴκοθεν ἐπὶ τοῦτο ὡρμημένους· καὶ τοῖς μὲν οὐρανίοις θεοῖς περιττὰ θύειν, τοῖς δὲ χθονίοις ἄρτια.* Ad quae Rittershusius p. 213. sq. „Hinc illud apud Virgilium (qui bonus fuit Pythagoreus) Pharmaceutria s. Eclog. VIII. v. 75: Numero deus impare gaudet. ubi Servius R. Danielis: aut quemcunque superiorum, iuxta Pythagoreos, qui ternarium numerum perfectum summo deo assignant, a quo initium et medium et finis est; aut revera Hecaten dicit, cuius triplex potestas esse perhibetur etc. Et mox: aut impari quemadmodumcunque. Nam 7 chordae; 7 planetae; 7 dies nominibus deorum; 7 stellae in septemtrione; et multa his similia. Et impar numerus immortalis, quia dividi integer non potest: licet Varro dicat, Pythagoreos putare, imparem numerum habere finem, parem esse infinitum. ideo medendi causa multarumque rerum impares numeros servari. etc. De ternario in sacris deorum antiquitus adhibito etiam Aristoteles De

ἱδρύματα ἴδια πατρῴων θεῶν κατὰ νόμον ὀργιαζόμενα. γονέων δὲ μετὰ ταῦτα τιμαὶ ζώντων· ὡς θέμις, ὀφείλοντα ἀποτίνειν τὰ πρῶτά τε καὶ μέγιστα ὀφειλήματα, χρεῶν πάντων πρεσβύτατα, νομίζειν δέ, ἃ κέκτηται καὶ ἔχει, πάντα εἶναι τῶν γεννησάντων καὶ θρεψαμένων πρὸς τὸ παρέχειν αὐτὰ εἰς ὑπηρεσίαν C ἐκείνοις κατὰ δύναμιν πᾶσαν, ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς οὐσίας, δεύτερα τὰ τοῦ σώματος, τρίτα τὰ τῆς ψυ-

B. *τοῖς δὲ τούτων ἄνωθεν*] τὰ δὲ A. B. Ω. Ξ. v. f. r. a. c. δ. o. male. Recepit tamen Schneider.

ἐπακολουθεῖ δ'] ἐπακολουθοῖ A. B. Ω. Ξ. r. a. c. o. et corr. v. quod Herm. et Schneider. evulgarunt. Quippe boni critici arctius haec iunxerunt superioribus, male confusis notionibus.

Coelo libr. I. c. 1: *διὸ παρὰ τῆς φύσεως εἰληφότες ὥσπερ νόμους ἐκείνης καὶ πρὸς τὰς ἁγιστείας τῶν θεῶν χρώμεθα τῷ ἀριθμῷ τούτῳ.* Praeterea conf. Turneb. A. Advers. c. 25. et Coelium Rhodigin. Antiq. Lectt. XXII. c. 9. Vocant autem Graeci numerum imparem quidem *ἀριθμὸν περιττόν*, parem vero *ἄρτιον*. Est etiam *ἀριθμὸς ἀρτιοπέριττος*, ex quo scilicet in duo diviso statim evadit numerus impar; ut si 14 in duas aequales partes secemus, medium erit 7. *Ἄρτιος* autem est etiam, cuius in duo divisi medium adhuc par manet; ut si 32 dividas in duas partes aequaliter, medium erit 16, h. e. par numerus. Sic si 16 dividas in duas partes evadent 8. al. De numeris philosophatur Plutarch. Quaestionn. Rom. probl. 102." Haec Rittershusius. Cujus disputationi addi possunt quae ad Virgil. Eclog. VIII. v. 75. disputarunt Cerda et J. H. Vossius. — *τοῖς τούτων ἄνωθεν*, sc. *θεοῖς*, diis, qui sunt diis inferis superiores.

B. *καὶ ἀντίφωνα*] H. e. *πρῶτα καὶ δεξιά.*

ὅ γ' ἔμφρων ὀργιάζοιτ' ἄν] sacra faciat. Astius mavult *ὀργιάζοι ἄν*. Certe activo verbo utitur philosophus Libr. X. p. 910. C: *τὸν — φανέντα κεκτημένον ἕτερα (ἱερὰ) καὶ ὀργιάζοντα πλὴν τὰ δημόσια.* Phaedr. p. 250. C: *ἣν (τελετὴν) ὠργιάζομεν.* Ibid. p. 252. D: *ὡς τιμήσων τε καὶ ὀργιάζων.* Mox passive: *ἱδρύματα ἴδια πατρῴων θεῶν κατὰ νόμον ὀργιαζόμενα*, i. e. sacrata, consecrata.

γονέων δὲ μετὰ ταῦτα τιμαὶ ζώντων] Int. *εἰσίν*, vel *ἐπακολουθοῦσιν*. — *ὡς θέμις*, nam fas est. Sine caussa igitur Hermannus de coniectura scripsit *οἷς θέμις*. Ad *ὀφείλοντα* int. *τινά* s. *αὐτόν*, quod inest in infinitivo aliunde suspenso. Hinc etiam mox *κέκτηται καὶ ἔχει*, tertia persona, infertur, de quo usu v. ad Gorg. p. 456. D. p. 469. C. p. 520. E. Prave vulgo locus distinctus erat posita ante *νομίζειν δὲ* pleniore interpunctione.

C. *εἰς ὑπηρεσίαν ἐκείνοις*] De dativo conf. Legg. I. p. 633. C: *αὐτοῖς ἑαυτῶν διακονήσεις.* Parm. 128. C: *βοήθεια τῷ λόγῳ.* Alcib. I. p. 116. A: *τοῖς φίλοις βοήθεια.* Legg. I. p. 631. D: *προστάξεις τοῖς πολίταις.* Cratyl. p. 437.

χῆς, ἀποτίνοντα δανείσματα ἐπιμελείας τε καὶ ὑπερπονούντων ὠδῖνας παλαιὰς ἐπὶ νέοις δανεισθείσας, ἀποδιδόντα δὲ παλαιοῖς ἐν τῷ γήρᾳ σφόδρα κεχρημένοις. παρὰ δὲ πάντα τὸν βίον ἔχειν τε καὶ ἐσχηκέναι χρὴ πρὸς αὑτοῦ γονέας εὐφημίαν διαφερόντως,
D διότι κούφων καὶ πτηνῶν λόγων βαρυτάτη ζημία· πᾶσι γὰρ ἐπίσκοπος τοῖς περὶ τὰ τοιαῦτα ἐτάχθη

C. σφόδρα κεχρημένοις] Unus deteriorum κεχρ. ignorat.

C: ἀκολουθία τοῖς πράγμασιν. Sed conf. ad Phileb. p. 16. C. Euthyphron. p. 15. A. al. Plura ex aliis scriptoribus collegerunt Wesseling. ad Diodor. Sic. I. p. 8. Valcken. ad Phoen. v. 941. Matthiae Gr. Gr. §. 396. Hermann. ad Viger. p. 714. — ἀρχόμενον ἀπὸ τῆς οὐσίας, initio ab opibus facto, i. e. primum opes. Quocirca recte deinde subiicitur: δεύτερα, τρίτα. — ἀποτίνοντα δανείσματα, persolventem quae mutuo sunt data. Δανείζειν et δανείσματα, etsi interdum dicuntur de pecunia foenori data, tamen proprie usurpari solent, ubi agitur de iis, quae mutua dantur gratis et sine usura. v. Salmasius De Usuris III. p. 15 sqq. et p. 20. Unde expendes verborum elegantiam. Iungenda autem in unum sunt haec: ἀποτίνοντα δανείσματα (i. e. ὡς δανείσματα) ἐπιμελείας τε κ. ὑπ. ὠδῖνας π. ἐπ. ν. δανεισθείσας. Fallitur enim Astius, qui facta post δανείσματα interpunctione sublatoque commate ante ἀποδιδόντα accusativos ἐπιμελείας — ὠδῖνας ex ἀποδιδόντα pendere existimat. Qua ratione inita fieri sane non potuit, quin vir doctissimus in eam deveniret opinionem, ut voculam δὲ post ἀποδιδόντα expungendam esse sibi persuaderet. At enim vero universi loci haec est sententia: persolventem (vicissim tribuentem) tanquam debita quaedam curas atque laborum susceptorum aerumnas veteres pueris tanquam impensas, retribuentemque senibus aetate iam provecta, ubi iis maxime indigent: gleich einem Darlehn zurückerstattend die Sorgen und Schmerzen der für ihn Bekümmerten, vor alter Zeit auf die Jugend verwendet, und sie abtragend an sie als Alte in ihrem Greisenalter, in dem sie dessen am meisten bedürfen. Verba nescio quid coloris poëtici referant, unde etiam παλαιοί vocantur senes. Sophocl. Oed. Col. v. 112. πορεύονται γάρ οἵδε δή τινες χρόνῳ παλαιοί. Homer. Iliad. XIX. 346. γρηῦς παλαιή. Unde Aristoph. Rann. v. 344. παλαιὰ ἔτη annos senectutis dixit. Eodem tamen modo ipse Plato Tim. p. 22. B: καί τινα εἰπεῖν τῶν ἱερέων εὖ μάλα παλαιόν. ubi p. 21. A. item est οὐ νέος ἀνήρ. Symp. p. 182. B: οὔτε νέος οὔτε παλαιός. De perfecto κεχρημένοις conf. Sophist. p. 223. E: ὅσοις τὸ σῶμα τρέφεται καὶ κέχρηται. Euthyd. p. 289. A. ubi v. ann. Vi indigendi verbum eodem modo positum habes Eurip. Hippol. v. 349: ἡμεῖς δ' ἂν εἶμεν θατέρῳ κεχρημένοι. Ceterum quae hic praecipiuntur de honore parentibus habendo,

Δίκης Νέμεσις ἄγγελος. θυμουμένοις τε οὖν ὑπείκειν δεῖ καὶ ἀποπιμπλᾶσι τὸν θυμόν, ἐάν τ' ἐν λόγοις ἐάν τ' ἐν ἔργοις δρῶσι τὸ τοιοῦτον, ξυγγιγνώσκοντα, ὡς εἰκότως μάλιστα πατὴρ υἱεῖ δοξάζων ἀδικεῖσθαι θυμοῖτ' ἂν διαφερόντως. τελευτησάντων δὲ γονέων ταφὴ μὲν ἡ σωφρονεστάτη καλλίστη, μήτε ὑπεραίροντα τῶν εἰθισμένων ὄγκων μήτ' ἐλλείποντα ὧν οἱ

cum iis contendas locum geminum Libr. XI. p. 931. A — E. Pietatem erga parentes quum Graeci omnino maximi fecerint, tum imprimis etiam apud Athenienses ita erat institutum, ut parentes, h. e. non modo pater et mater, sed etiam avus et avia omnesque omnino adscendentes, qui in vivis essent, a filiis ali deberent. Cuius officii observantiam quum teste Porphyr. De Abstinent. IV. 22. p. 378. iam Triptolemus praescripsisset, tum publica lege sanxit etiam Solon, poena ἀτιμίας in eos constituta, qui eam neglexissent. v. Demosth. adv. Lacrit. p. 940. 11. Andocid. De myster. p. 35. extr. Xenoph. Mem. II. 2, 13. Diogen. Laërt. I, 55. Rem uberius persecutus est Petrus *van Lelyveld* Comm. De Infamia iure Attico, p. 145 sqq. conf. etiam *Janus Pan* Comm. De grati animi officiis atque ex ingratorum poena iure Attico et Romano. Lugd. Bat. ap. Haak. et socios, a. 1809. 8. pag. 10 — 25. Petit. De Legg. Attic. II. 4, 14. p. 163 sqq. Heraldi Obss. ad Ius Att. et Rom. VII. 25. p. 587. Respexit ad hunc locum Plutarch. De Amore Frat. c. 4. p. 39. De Amore Prol. c. 4. p. 79. T. X. ed. Hutten. Photius p. 370. 26. eundem excerpsit Stobaeus Serm. CXXVII. p. 457.

διότι κούφων καὶ πτηνῶν λόγων βαρ. ζημία] Apte comparat Astius Libr. XI. p. 935. A: *ἐκ λόγων, κούφου πράγματος*. Plutarch. De garrul. p. 505. C: *καὶ τοιαῦτα πολλὰ φλυαροῦντες ἐπεσπάσαντο κουφοτάτου πράγματος, λόγων, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, βαρυτάτην ζημίαν*. De Ira Cohib. p. 456. C: *διὸ κουφοτάτου πράγματος, ὥς φησιν ὁ Πλάτων, λόγου, βαρυτάτην ζημίαν τίνουσιν*. Sympos. II. p. 634. F: *οὗτοι μὲν οὖν κατὰ Πλάτωνα κουφοτάτου πράγματος, λόγων, βαρυτάτην ζημίαν ἔτισαν*. De capiend. ex inim. util. p. 90. C.

πᾶσι γὰρ ἐπίσκοπος τοῖς περὶ τὰ τ.] Nuntia Iustitiae quod Nemesis appellatur, agere ea etiam putabatur ex Iustitiae legibus atque *τοῦ νόμου* esse vindex et conservatrix. conf. Hom. Il. III. 156. VI. 351. Odyss. IV. 158. Hesiod. Opp. et DD. v. 172 — 199. et quae supra ad p. 716. A. annotavimus. Alii tamen eam informarunt aliter.

μήτε ὑπεραίροντα τῶν εἰθισμένων ὄγκων] Constructio verborum perquam notabilis ad sensum conformata per synesin est. Nam *ταφὴ καλλίστη* quoniam idem est quod *θάπτειν κάλλιστόν ἐστι,* recte subiungitur nunc accusativus participii, quandoquidem *ὑπεραίροντα* et *ἐλλείποντα* refertur ad *τινά*, quod inest in infinitivo *θάπτειν* aliunde

E προπάτορες εἰς τοὺς αὑτῶν γεννητὰς ἐτίθεσαν, τάς τε αὖ κατ' ἐνιαυτὸν τῶν ἤδη τέλος ἐχόντων ὡσαύτως ἐπιμελείας τὰς κόσμον φερούσας ἀποδιδόναι· τῷ δὲ μὴ παραλείπειν μνήμην ἐνδελεχῆ παρεχόμενον τού-
718 τῳ μάλιστ' ἀεὶ πρεσβεύειν, δαπάνης [τε] τῆς διδομένης ὑπὸ τύχης τὸ μέτριον τοῖς κεκμηκόσι νέμοντα. ταῦτ' οὖν ποιοῦντες καὶ κατὰ ταῦτα ζῶντες ἑκάστοτε ἕκαστοι τὴν ἀξίαν ἂν παρὰ θεῶν καὶ ὅσοι

E. *εἰς τοὺς αὑτῶν γ.*] *εἰς* vulgo neglectum addidi ex Par. B. qui teste Bastio ita scriptum exhibet, et ex Voss. In Vat. Ω. teste Bastio idem ex corr. additum. Dudum voculam, etiam a Bekk. et Schneidero neglectam, Stephanus desideravit. Pro vulg. *γεννήτας* dedimus *γεννητάς*. v. ad Criton. 51. E. ed. 4.

suspenso. Alia eiusdem constructionis exempla sunt: Libr. VI. p. 759. B. 760. E. 777. E. ubi v. ann. IX. p. 877. A. VIII. p. 828. C. 848. C. Minus recte loci difficultatem expedivit Astius, cuius sententiam referre piget. Dein pro *τῶν εἰθισμένων ὄγκων* idem vir doctus legendum coniecit *τὸν εἰθισμένον ὄγκον*, quod habet Stobaeus. Nec tamen auctoritatem codicum Platonicorum prae Stobaeo contemnendam arbitramur, praesertim quum *ὑπεραίρειν*, sicuti alia id genus verba, recte potuerit cum genitivo consociari. conf. Matthiae Gr. §. 358. 2. Dein structuram verborum expedias sic: *μήτ' ἐλλείποντά τι τούτων, ἃ οἱ προπάτορες ἐτίθεσαν εἰς* (quod attinet ad) *τοὺς ἑαυτῶν γεννητάς*. Ante *τοὺς ἑαυτῶν γεννητάς* vulgo *εἰς* deerat, quod restituimus ex Par. B. et Voss. Restituendum viderat dudum etiam Stephanus, ut miremur Turicenses illud aspernantes. Memorabilis vero hic locus est, ex quo apparet, sepulcralia quaedam sacra atque iusta certis gentibus ac familiis interdum fuisse priva atque propria. conf. etiam Libr. X. in. Pro vulg. *γεννήτας* cum Hermanno refinximus *γεννητάς*, de quo errore primus monuit Dindorf. ad Stephani Thesaur. Ling. Gr. ed. Par. Vol. II. p. 573. Nam *γεννῆται* sunt gentiles, sed *γεννηταί* genitores, qui h. l. requiruntur. Eadem confusio est Crit. p. 51. E. ubi unus cod. corr. vere *γεννηταῖς*.

E. *τάς τε αὖ κατ' ἐνιαυτὸν* —] Haec quoque perinde subiunguntur, ac si antecesserit *κάλλιστόν ἐστιν*. — *τῶν ἤδη τέλος ἐχόντων*, mortuorum, *τῶν τελευτησάντων*, derer, die schon vollendet haben. Libr. V. p. 740. C: *τῶν δὲ ζώντων καὶ ὅσους ἂν ἤδη τέλος εἰς τὸν τότε χρόνον ἔχῃ*. VI. p. 772. B: *ζῶντος μὲν τοῦ τάξαντος νομοθέτου κοινῇ, τέλος δὲ σχόντος κ. τ. λ.* VII. p. 801. E. *ὁπόσοι τέλος ἔχοιεν τοῦ βίου*. Mox iidem simili euphemismo vocantur *οἱ κεκμηκότες*, laboribus et aerumnis vitae perfuncti, ut XI. p. 927. B: *τὰς τῶν κεκμηκότων ψυχάς*. Thucyd. III. 59: *καὶ ἐπικαλούμεθα τοὺς κεκμηκότας*. Aeschyl. Suppl. v. 149. Eurip. Troad. v. 96: *ναούς τε τύμβους θ', ἱερὰ τῶν*

κρείττονες ἡμῶν κομιζοίμεθα, ἐν ἐλπίσιν ἀγαθαῖς διάγοντες τὸ πλεῖστον τοῦ βίου. Ἃ δὲ πρὸς ἐκγόνους καὶ ξυγγενεῖς καὶ φίλους καὶ πολίτας. ὅσα τε ξενικὰ πρὸς θεῶν θεραπεύματα καὶ ὁμιλίας ξυμπάντων τούτων ἀποτελοῦντα τὸν αὑτοῦ βίον φαιδρυνάμενον κατὰ B νόμον κοσμεῖν δεῖ, τῶν νόμων αὐτῶν ἡ διέξοδος, τὰ μὲν πείθουσα, τὰ δὲ μὴ ὑπείκοντα πειθοῖ τῶν ἠθῶν βίᾳ καὶ δίκῃ κολάζουσα, τὴν πόλιν ἡμῖν ξυμβουλη-

P. 718. δαπάνης τε] τε abest a Stob. Serm. LXXVII. p. 457. recte. v. explicc.

ταῦτ' οὖν ποιοῦντες] ταῦτ' ἂν π. A. Ω. h. r. x. quod edidit Bekker. et Schneider. Verum suspicionem erroris movet, quod Bastius de A. et Ω. nihil prodidit. Itaque vel hanc ab caussam οὖν retinere satius duximus.

κεκμηκότων, ἐρημίᾳ δοὺς αὐτὸς ὤλεθ' ὕστερον. Ita iam Homerus Odyss. λ'. v. 475. et ω, v. 14. εἴδωλα καμόντων.

τῷ δὲ μὴ παραλείπειν — νέμοντα] eo, quod non intermittat perennem reddere eorum memoriam, hoc uno maxime eos fas est semper colere, modicam sumtus a fortuna dati partem defunctis impertientem. In his τούτῳ apparet ita interpositum esse, ut antegressum τῷ δὲ tanquam denuo inculcetur. Vocula τε post δαπάνης, quam nec habet Stobaeus Serm. CXXVII. p. 457. Astio pariter atque nobis expungenda videtur. Δαπάνη intelligitur pecunia, unde sumtus fieri possint. Alioquin οὐσίας dicendum fuit. De anniversariis parentalibus v. Grammaticos s. v. Γενέσια et quae infra ad Libri X. principium exponentur.

P. 718. τὴν ἀξίαν ἂν — κομιζοίμεθα] dignam mercedem auferemus, s. meritum praemium.

Ἃ δὲ πρὸς ἐκγόνους καὶ ξυγγενεῖς —] Impeditam periodi structuram Astius enodavit sic: ἃ δὲ (i. e. κατὰ ταῦτα δὲ ἃ, quod vero ad ea attinet, quae etc.) πρὸς ἐκγόνους — ἀποτελοῦντα τὸν ἑαυτοῦ βίον κοσμεῖν δεῖ (quae erga liberos — faciendo s. liberis praestando suam ipse vitam hilari animo ornare debet) τῶν νόμων ἡ διέξοδος τὰ μὲν (partim) πείθουσα, τὰ δὲ κολάζουσα τὴν πόλιν μακαρίαν ἀποτελεῖ: de iis, quae liberis, civibus et hospitibus praestantes vitam nostram ornare debemus, leges haec constituentes civitatem reddent beatam. Idem vir doctus censet, verba πρὸς θεῶν post ξενικὰ inculcata importuno glossemati accepta referri. In quo ab eo dissentimus. Nam πρὸς θεῶν θεραπεύματα intelliguntur a diis nobis imperata, divinitus constituta, quo sanctitas eorum significatur. De constructione v. ad Phaedon. p. 99. B. Adde etiam Legg. III. p. 698. A. XII. p. 957. C. et Sophocl. Electr. 549: πειθὼ κακοῦ πρὸς ἀνδρός. Propter ipsum hoc πρὸς θεῶν autem licentius dicitur ξενικὰ pro πρὸς ξένους, ut V. p. 730. A.: ξενικῶν ἁμαρτημάτων. Posteriorem enuntiati partem sic in-

θέντων θεῶν μακαρίαν τε καὶ εὐδαίμονα ἀποτελεῖ. ἃ δὲ χρὴ μὲν αὖ καὶ ἀναγκαῖον εἰπεῖν νομοθέτην, ὅςτις ἅπερ ἐγὼ διανοεῖται, ἐν δὲ σχήματι νόμου ἀναρμοστεῖ λεγόμενα, τούτων πέρι δοκεῖ μοι δεῖγμα, προενεγκόντα αὐτῷ τε καὶ ἐκείνοις οἷς νομοθετήσει, τὰ λοιπὰ πάντα εἰς δύναμιν διεξελθόντα, τὸ μετὰ τοῦτο ἄρχεσθαι τῆς θέσεως τῶν νόμων. ἔστι δὲ δὴ τὰ τοιαῦτα ἐν τίνι μάλιστα σχήματι κείμενα; οὐ πάνυ ῥᾴδιον ἐν ἑνὶ περιλαβόντα εἰπεῖν αὐτὰ οἷόν τινι τύπῳ, ἀλλ' οὑτωσί τινα τρόπον λάβωμεν, ἄν τι δυνώμεθα περὶ αὐτῶν βεβαιώσασθαι.

B. δεῖγμα, προενεγκόντα] Sic A. v. h. δ. et corr. Ω. Vulgo legunt προςενεγκόντα.

terpretari malimus: harum rerum habita ratione legum ipsarum expositio, alia quidem suadens et commendans, alia vero in moribus persuasioni non obsequentia vi et iure castigans, civitatem nobis diis volentibus efficiet beatam ac felicem. Nam τῶν ἠθῶν pendet ex antegresso τὰ δὲ μὴ ὑπείκοντα.

ἐν δὲ σχήματι νόμου ἀναρμοστεῖ] in legis autem forma discrepant, i. e. a forma legis aliena sunt et abhorrent, quia non ad iubendum, sed ad persuadendum sunt attemperanda. Etenim ἅ simul et accusativi et nominativi munere fungitur; qui usus loquendi non est ita rarus. — Dein pro vulg. προςενεγκόντα ex codd. dedimus προενεγκόντα; v. ann. ad Phileb. p. 57. A. — τὰ λοιπὰ πάντα εἰς δύναμιν διεξελθόντα, reliquis omnibus pro viribus expositis. — τὸ μετὰ τοῦτο ἄρχεσθαι, h. e. legum lationem exordiri oportere.

C. ἔστι δὲ δὴ τὰ τοιαῦτα ἐν τίνι μάλιστα] Apte hanc interponit interrogationem. Quum enim ad aliud quid sit transiturus, ista interrogando animos audientium advertit magis ad id, quod iamiam expositurus est. De interrogationibus saepenumero ab ipsis loquentibus sermoni suo sic interiectis diximus ad Sympos. p. 178. D. Phaedon. p. 73. A. et 40. B. al. conf. infra p. 722. D. p. 723. B. Male igitur Astius verba: ἔστι δέ δὴ — κείμενα; Cliniae assignanda iudicavit. De prooemiorum commendatione v. Libr. VI. p. 772. E. 774. A.

Cap. IX. D. Τὰ τοίνυν δὴ λεχθέντα ἔδοξέ τί μοι —] Quae igitur modo dicta sunt, ea mihi, si non rudem animum nanciscantur, conducere videbantur ad id, ut ea, de quibus forte praecipiat (legislator), rata fiant, vel potius eo, ut mansuetius et benevolentius audiant, quae dicat; ita ut omnino acquiescendum sit, si audien-

ΚΛ. Λέγε τὸ ποῖον.

ΑΘ. Βουλοίμην ἂν αὐτοὺς ὡς εὐπειθεστάτους πρὸς ἀρετὴν εἶναι, καὶ δῆλον ὅτι πειράσεται τοῦτο ὁ νομοθέτης ἐν ἁπάσῃ ποιεῖν τῇ νομοθεσίᾳ.

ΚΛ. Πῶς γὰρ οὔ; D

Cap. IX. ΑΘ. Τὰ τοίνυν δὴ λεχθέντα ἔδοξέ τι μοι προὔργου δρᾶν εἰς τὸ περὶ ὧν ἂν παραινῇ μὴ παντάπασιν ὠμῆς ψυχῆς λαβόμενα, μᾶλλον δ', ἡμερώτερόν τε ἂν ἀκούειν καὶ εὐμενέστερον, ὥςτε εἰ καὶ μὴ μέγα τι, σμικρὸν δέ, τὸν ἀκούοντα ὅπερ φησὶν εὐμενέστερον γιγνόμενον εὐμαθέστερον ἀπεργάσεται,

Cap. IX. D. ὠμῆς ψυχῆς λαβόμενα] λαβόμενα in Par. A. et Ω. primum omissum, deinde in marg. appictum.

tem praeceptum suum (ὅ φησιν) si non multo, at certe paullo benevolentiorem habeat eoque dociliorem efficiat. Sic nos hunc locum intelligimus, quem alii aliter extricandum censuerunt. Nam Heindorfius quidem Specim. Crit. p. 33. corr. εἰς τὸ, περὶ ὧν ἂν περαίνῃ. Schneiderus ad Remp. Vol. I. p. 238. verbi ἔδοξε subiectum esse putat ὁ νομοθέτης, neglecto verbo δρᾶν, atque insuper nescio qua orationis anacoluthia temere conficta. Astius porro verba ita cohaerere arbitratur: εἰς τὸ μᾶλλον ἡμερώτερόν (τινα) ἀκούειν κτλ. quod verbo indicasse satis erit. Sed nolumus omnia enumerare loci expediendi conamina; praestat, opinor, singula persequi, et quid de iis statui oporteat, quanta maxima brevitate exponere. Itaque ad ἔδοξέ μοι non putamus tanquam subiectum referendum esse ὁ νομοθέτης, sed potius τὰ λεχθέντα. Quod ut ita statuamus, maxime efficit loquutio προὔργου δρᾶν, quae non temere confundenda est cum προὔργου ποιεῖν, proficere, de quo v. ann. ad Menon. p. 84. B. et 87. A. Nimirum δρᾶν est: efficax esse, valere ad aliquid, cui recte profecto προὔργου potuit adsociari. Verum de his nulla, opinor, erit dubitatio. Accedimus ad proxima. Quae nobis plane persuasimus neutiquam vitio vacare. Quamquam, ubi illud delituerit, nondum a viris doctis perspectum est. Scribendum, nisi fallor, εἰς τὸ περὶ ὧν ἂν παραινῇ περαίνειν, quo restituto omnia recte procedunt. Nam ad παραινῇ facile intellexeris: ὁ νομοθέτης. Post μᾶλλον δέ autem, i. e. vel potius (v. ad Criton. p. 46. A.) nullo negotio ex antecedentibus iteratur εἰς τὸ, quod ad infinitivum ἀκούειν pertineat. Subiectum porro verbi ἀκούειν esse τινά sponte intelligitur, neque id habet quidquam inusitati. De λαβόμενα ψυχῆς conf. Sympos. p. 218. A: ὑπὸ τῶν ἐν φιλοσοφίᾳ λόγων, νέου ψυχῆς μὴ ἀφυοῦς ὅταν λάβωνται. Denique non inutile erit animadvertisse, in ευμενέστερον et εὐμα-

πᾶν ἀγαπητόν. οὐ γὰρ πολλή τις εὐπέτεια οὐδὲ ἀφθο-
E νία τῶν προθυμουμένων ὡς ἀρίστων ὅ τι μάλιστα καὶ ὡς τάχιστα γίγνεσθαι, τὸν δὲ Ἡσίοδον οἱ πολλοὶ σοφὸν ἀποφαίνουσι λέγοντα, ὡς ἡ μὲν ἐπὶ τὴν κακότητα ὁδός λεία καὶ ἀνιδιτὶ παρέχει πορεύεσθαι, μάλα βραχεῖα οὖσα,

τῆς δ' ἀρετῆς, φησίν, ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν
ἀθάνατοι, μακρὸς δὲ καὶ ὄρθιος οἶμος ἐς αὐτήν,
719 καὶ τρηχὺς τὸ πρῶτον· ἐπὴν δ' εἰς ἄκρον ἵκηαι,
ῥηϊδίη δἤπειτα πέλει, χαλεπή περ ἐοῦσα.

ΚΛ. Καὶ καλῶς γ' ἔοικε λέγοντι.

ΑΘ. Πάνυ μὲν οὖν. ὁ δὲ προάγων λόγος ὅ γέ μοι ἀπείργασται, βούλομαι ὑμῖν εἰς τὸ μέσον αὐτὸ θεῖναι.

ΚΛ. Τίθει δή.

ΑΘ. Λέγωμεν δὴ τῷ νομοθέτῃ διαλεγόμενοι τό-

E. καὶ ἀνιδιτὶ π.] ἀνιδρωτὶ Ricc.

P. 719. εἰς ἄκρον ἵκηαι] Sic A. Ω. v. f. h. r. a. c. o. δ. x. Vulgo ἵκηται. Pro πέλει iidem φέρειν.

B. Σμικρῷ μὲν δὴ πρόσθεν] μὲν Bekkerus narrat in Par.

θέστερον esse elegantem quandam παρήχησιν vel alliterationem, qua orationis figura Platonem constat etiam in aliis libris non ita raro uti, ut frustra in ea offenderit Zellerus Stud. Platonn. p. 78. Eadem iteratur mox p. 723. A.

οὐ γὰρ πολλή τις εὐπέτεια] H. e. proclivitas. De Rep. II. p. 364. C: τούτοις δὲ πᾶσι τοῖς λόγοις μάρτυρας ποιητὰς ἐπάγονται, οἱ μέν, κακίας πέρι εὐπετείας διδόντες, ὡς τὴν μὲν κακότητα καὶ ἰλαδὸν ἔστιν ἑλέσθαι. ubi versuum Hesiodi Opp. et DD. v. 286 sqq. item mentio iniicitur. De σοφὸν ἀποφαίνουσι. v. Wyttenbach. ad Phaedon p. 183. ed. Lips. = p. 72. C. ed. Steph.

P. 719. ὁ δὲ προάγων λόγος —] Antecedens autem disputatio quid mihi effecerit, volo vobis in medium afferre.

B. οὐ γὰρ ἂν εἰδεῖεν —] fieri enim posse, ut ignorent, quid legibus contrarii dicentes civitati damnum inferant. Astius particulam ἂν delendam censet, quoniam, sicubi post accusativum cum infinitivo vel post ὅτι et ὡς cum verbo finito alius sententia modo optativo referatur, particula illa omitti soleat. Recte vero; v. ad Libr. III. p. 698. D. et Phileb. p. 58. A. Verumtamen alia ratio est eorum locorum, in quibus ἂν additum reperitur. Nam ibi aliquid fieri posse significatur, ita quidem, ut etiam rei coniectura habeat locum. v. ann. ad Libr. III. p. 698

δε· Εἰπὲ ἡμῖν, ὦ νομοθέτα· εἴπερ ὅ τι χρὴ πράττειν ἡμᾶς καὶ λέγειν εἰδείης, ἆρα οὐ δῆλον, ὅτι καὶ ἂν εἴποις; B

ΚΛ. Ἀναγκαῖον.

ΑΘ. Σμικρῷ μὲν δὴ πρόσθεν ἆρα οὐκ ἠκούσαμέν σου λέγοντος, ὡς τὸν νομοθέτην οὐ δεῖ τοῖς ποιηταῖς ἐπιτρέπειν ποιεῖν ὃ ἂν αὐτοῖς ᾖ φίλον; οὐ γὰρ ἂν εἰδεῖεν, τί ποτ' ἐναντίον τοῖς νόμοις ἂν λέγοντες βλάπτοιεν τὴν πόλιν;

ΚΛ. Ἀληθῆ μέντοι λέγεις.

ΑΘ. Ὑπὲρ δὴ τῶν ποιητῶν εἰ τάδε λέγοιμεν πρὸς αὐτόν, ἆρ' ἂν τὰ λεχθέντα εἴη μέτρια;

ΚΛ. Ποῖα;

ΑΘ. Τάδε. Παλαιὸς μῦθος, ὦ νομοθέτα, ὑπό τε αὐτῶν ἡμῶν ἀεὶ λεγόμενός ἐστι καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι ξυνδεδογμένος, ὅτι ποιητής, ὁπόταν ἐν τῷ τρίποδι τῆς Μούσης καθίζηται, τότε οὐκ ἔμφρων C

A. pr. m. deesse, unde voculam eiecit. Tacet tamen de omissione Bastius, quam nec reliqui libri agnoscunt.

ἐπιτρέπειν ποιεῖν] V. *ἐπιτρ. λέγειν*. Mutavimus ex A. f. r. c. o. et margine librorum Ω. a. δ.

ΚΛ. Ποῖα; ΑΘ. Τάδε.] Vulgo: *ΚΛ. Ποῖα τάδε. ΑΘ. Παλαιὸς μ.* Recte Par. A. et B. cum Voss.

B. et 687. B. Respicitur vero ad Legg. II. p. 656. D. sqq.

C. *Τάδε. Παλαιὸς μῦθος* —] Toto hoc loco quae de poëtis disseruntur, ea nescio quo modo per nimiam orationis prolixitatem interposita videntur. Est enim argumentum loci hoc: Quod poëtae faciunt, ut pugnantia loquentes inducant, id legumlatori facere non licet, qui in commendandis legibus suis sibi semper et ubique constare debet. Itaque haec poëtarum reprehensio, etiamsi per occasionem est interiecta, tamen a re praesenti propemodum videtur aliena esse. Nimirum est sane hic locus in iis, qui non videntur usquequaque elaborati eleganterque perpoliti esse. Nec tamen assentimur Zellero Stud. Platt. p. 103. qui eum ex Reip. III. p. 394. E. sqq. et X. p. 603. C sqq. consarcinatum esse arbitratur. Cuius iudicii nostri caussas facile ipsi reperient qui, quae ibi leguntur, cum his nostris accurate contenderint.

τότε οὐκ ἔμφρων ἐστίν,] Conf. Phaedr. p. 245. A. Ion. p. 533. E. Ast. Commentar. ad locum Phaedri l. in Opp. Plat. Univ. Vol. I. p. 374—379. Cicer. De Divin. I. 37. De Orat. III. 46. Saepe audivi poëtam bonum neminem (id quod a Democrito et Platone in scriptis relictum esse dicunt) sine inflammatione animorum existere posse et sine quodam afflatu quasi furoris. Ceterum in hunc locum convenire

ἐστίν, οἷον δὲ κρήνη τις τὸ ἐπιὸν ῥεῖν ἑτοίμως ἐᾷ, καὶ τῆς τέχνης οὔσης μιμήσεως ἀναγκάζεται ἐναντίως ἀλλήλοις ἀνθρώπους ποιῶν διατιθεμένους ἐναντία λέγειν αὑτῷ πολλάκις, οἶδε δὲ οὔτ' εἰ ταῦτα οὔτ' εἰ
D θάτερα ἀληθῆ τῶν λεγομένων. τῷ δὲ νομοθέτῃ τοῦτο οὐκ ἔστι ποιεῖν ἐν τῷ νόμῳ, δύο περὶ ἑνός, ἀλλὰ ἕνα περὶ ἑνὸς ἀεὶ δεῖ λόγον ἀποφαίνεσθαι. σκέψαι δ' ἐξ αὐτῶν τῶν ὑπὸ σοῦ νῦν δὴ λεχθέντων. οὔσης γὰρ ταφῆς τῆς μὲν ὑπερβεβλημένης, τῆς δὲ ἐλλειπούσης, τῆς δὲ μετρίας, τὴν μίαν ἑλόμενος σύ, τὴν μέσην, ταύτην προστάττεις καὶ ἐπῄνεσας ἁπλῶς. ἐγὼ δέ, εἰ μὲν γυνή μοι διαφέρουσα εἴη πλούτῳ καὶ θάπτειν αὐτὴν διακελεύοιτο ἐν τῷ ποιήματι, τὸν

D. *ταφῆς τῆς μὲν ὑπερβεβλ.*] τῆς in ed. Bekker. errore excidit.

εἰ μὲν γυνή μοι διαφέρουσα] μοι additum ex A. B. Ω. Ξ. v. f. h. r. a. c. δ. o. x.

Cap. X. E. *προαγορεύῃ ἐν ἀρχῇ* —] προαγορεύοι Par.

suspicamur, quod scripsit Groen. van Prinsterer Prosopograph. Platon. p. 41. vix dubium videri, quin Plato in orationis ornatu consectando Democritum sit sequutus, cuius locutio clarissimis verborum illustrata luminibus in exemplum orationis solutae ad poëticam prope dictionem accedentis una cum Platonis locutione proponitur. v. Cicer. Orator. c. 20. et Wyttenbach. Epist. ad Heusdium Opusc. Vol. II. p. 19. Alios sese auctores hac in re secutum esse, philosophus ipse prodidit verbis: παλαιὸς μῦθος — καὶ τοῖς ἄλλοις πᾶσι ξυνδεδογμένος. Quos quod non nominavit, mirum profecto accidere nemini debet. Neque enim Plato usquam in dialogis suis diserte ad aliorum provocavit auctoritatem. — *ἐν τῷ τρίποδι τῆς Μ. κ.*, sicuti Pythia oracula fundens, quae sedet in tripode Apollinis.

τῆς τέχνης οὔσης μιμήσεως] De hac re v. Legg. II. p. 667. D. sqq. Tim. p. 19. D. Reip. p. 396. C. ibique ann. — *ποιῶν*, fingens. — ἐναντίως refer ad διατιθεμένους.

D. *δύο περὶ ἑνός*,] H. e. ut loquatur duplicia de una eademque re.

τῶν ὑπὸ σοῦ νῦν δὴ λεχθέντων] Meminisse debemus, his verbis compellari legumlatorem, ex cuius mente et sententia antea p. 717. D. E. verba facta sunt.

διακελεύοιτο ἐν τῷ ποιήματι] Ingeniose Astius coniecit: ἐν τῷ γράμματι, i. e. in codicillo; quod tamen a librorum scriptura nimium recedit. Minus etiam placet quod coniecit Winckelmannus: ἐν τῷ ἐπιστήματι. Nam ἐπίστημα est columna defunctis erigi solita, s. στήλη ἐπιτάφιος; quod ab hoc loco plane abhorret. v.

ὑπερβάλλοντα ἂν τάφον ἐπαινοίην, φειδωλὸς δ' αὖ E
τις καὶ πένης ἀνὴρ τὸν καταδεᾶ, μέτρον δὲ οὐσίας κεκτημένος καὶ μέτριος αὐτὸς ὢν τὸν αὐτὸν ἂν ἐπαινέσοι. σοὶ δ' οὐχ οὕτω ῥητέον, ὡς νῦν εἶπες, μέτριον εἰπών, ἀλλὰ τί τὸ μέτριον καὶ ὁπόσον ῥητέον, ἢ τὸν τοιοῦτον λόγον μήπω σοὶ διανοοῦ γίγνεσθαι νόμον.

ΚΛ. Ἀληθέστατα λέγεις.

Cap. X. *ΑΘ.* Πότερον οὖν ἡμῖν ὁ τεταγμένος ἐπὶ τοῖς νόμοις μηδὲν τοιοῦτον προαγορεύῃ ἐν ἀρχῇ τῶν νόμων, ἀλλ' εὐθύς, ὃ δεῖ ποιεῖν καὶ μή, φράζῃ
τε καὶ ἐπαπειλήσας τὴν ζημίαν ἐπ' ἄλλον τρέπηται 720
νόμον, παραμυθίας δὲ καὶ πειθοῦς τοῖς νομοθετου-

A.B.x. *προαγορεύει*. Ω. pr. Vat. Ω. pr. Flor. a. et supra vers. Flor. c. Vulgo *προσαγορεύῃ*. Dein *φράζοι* A.B.x.f. *φράζει* Ω. supra vers. et Ξ.r.x. et a pr. m.c.o. Tum *τρέποιτο* A.B. Voss. (x.) *τρέπεται* c.o.f. et supra vers. Flor. a. Verus est unice coniunctivus, de quo v. explicatt.

Perizon. ad Aelian. Varr. Hist. VIII. 4. Hemsterhus. Anecd. p. 187. ed. Geel. Raoul-Rochett. in Journ. des Sav. a. 1837. p. 596. sq. Fortasse legendum *ἐν τῷ μνήματι*. Ficinus *ἐν ποιήματι* iunxit consequentibus, vertens: in poëmate excedens sepulcrum laudarem.

E. *τὸν καταδεᾶ*] Int. *τάφον ἂν ἐπαινοίην*. — *μέτρον δὲ οὐσίας κεκτ.* mediocriter opulentus. — *τὸν αὐτόν*, i. e. *τάφον μέτριον*. Pro *ἐπαινέσοι* Bekkerus legendum suspicatur *ἐπανέσαι*. Ceterum excerpsit locum inde a verbis: *οὔσης γὰρ ταφῆς κτλ.* Sermon. CXX. p. 615. = p. 429. Vol. III. ed. Gaisf. Lips., ubi tamen nihil est discrepantiae lectionis, quod notatu dignum videatur. Hoc unum monuisse iuvabit, ibi quoque *ἐν τῷ ποιήματι* scriptum extare atque commate post *κελεύοιτο* interposito cum iis, quae deinceps sequuntur, connecti, sicuti a Ficino factum esse diximus.

Cap X. P. 720. A. *Πότερον οὖν ἡμῖν ὁ τεταγμ.*] In his Astius loco coniunctivi restituit optativum, ideoque scripsit: *προσαγορεύοι, φράζοι, τρέποιτο, προσδιδοίη*. Neque ea ratio destituitur omnino codicum commendatione, de quibus supra exposuimus. Ipse tamen vir egregius in postrema editione operum Platonicorum de eius veritate dubitasse videtur, quandoquidem *προσαγορεύοι ἂν* legendum coniecit. Verum optativus utique in interrogando sine *ἂν* ponitur, ut haudquaquam particulae istius adiectione opus esse videatur. Exposuerunt de hoc usu loquendi Hermannus De particula *ἄν*. p. 157. Bernhardy Syntax. p. 411. quorum disputationibus adde quae ad Gorg. p. 492. B. annotavimus. Itaque aliquis existimet optativum pro-

μένοις μηδὲ ἓν προςδιδῷ; καθάπερ ἰατρὸς δέ τις ὁ μὲν οὕτως, ὁ δ' ἐκείνως ἡμᾶς εἴωθεν ἑκάστοτε θεραπεύειν, — ἀναμιμνησκώμεθα δὲ τὸν τρόπον ἑκάτερον, ἵνα τοῦ νομοθέτου δεώμεθα, καθάπερ ἰατροῦ δέοιντο ἂν παῖδες τὸν πρᾳότατον αὐτὸν θεραπεύειν τρόπον ἑαυτούς. οἷον δὴ τί λέγομεν; εἰσί πού τινες

P. 720. μηδὲ ἓν προςδιδῷ] Steph. μηδέν, sine consensu codicum.

bari oportere, siquidem verba hoc modo explicari possunt: Utrum igitur qui legibus ferendis praefectus est sese *existimet* nihil in principio earum praefari oportere s. nihil praefari velit ctr. At enim vero quominus hanc verborum sententiam veram esse existimemus, certe illud impedit magnopere, quod non iam quaeritur de ipsius legumlatoris opinione aut voluntate, sed potius illud explorandum videtur, num opus sit, ut legibus adiiciantur prooemia. Quocirca tenendum putamus coniunctivum, ita quidem, ut vulgat. προςαγορεύῃ ex optimis codd. in προαγορεύῃ mutetur, qui coniunctivus etiam plurimorum librorum auctoritate defenditur et communitur. Etenim est hic coniunctivus deliberativus, quo quaeritur, quid pro rerum condicione fieri oporteat. Qui quoniam usu rariore tertia persona effertur, criticis, sicuti alibi, ita hic quoque offensioni fuit. At conferas de eo illa Sophist. p. 225. A: τῷ δὲ λόγοις πρὸς λόγους τί τις, ὦ Θεαίτητε, ἄλλο εἴπῃ; Menon. p. 92. E: ἀλλὰ σὺ εἰπέ, παρὰ τίνας ἔλθῃ Ἀθηναίων; Protag. p. 348. D: περιιὼν ζητεῖ, ὅτῳ ἐπιδείξηται καὶ μεθ' ὅτου βεβαιώσηται. Phaedon. p. 115. C. Sympos. p. 194. C. Demosthen. in Androt. p. 613. 3. εἶτα ταῦθ'· οὗτοι πεισθῶσιν ὑπὲρ αὐτῶν σε ποιεῖν; Alia id genus exempla congessit A. Matthiae Gr. Gr. §. 516. 3. Schaefer. ad Demosth. App. III. p. 544. Hermann. De part. ἄν p. 87 sqq. — Mox μηδὲ ἕν, pro quo vulgo erat μηδέν, gravius dictum est, ita ut significet proprie: ne unum quidem, i. e. prórsus nihil. v. ad Sympos. p. 214. D. 177. A. Ex quo apparet, quid de huius lectionis caussa et ratione existimandum sit.

P. 720. καθάπερ ἰατρὸς δέ τις —] Locus ab Astio aliisque criticis non satis accurate tractatus; qui quomodo explicandus sit, paucis ostendisse iuvabit. Tenendum igitur est, post ἑκάστοτε θεραπεύειν locum habere aposiopesin, quandoquidem filum orationis subito abrumpitur, quoniam, quod in apodosi statim debuerat enuntiari, id iam reticetur eo consilio, ut ante omnia plenius exponatur de duplici ratione, qua medici in curandis aegrotis uti soleant. Itaque Atheniensis inhibito quasi orationis cursu sic pergit: Sed recordemur utriusque rationis, ut legumlatorem oremus, sicuti pueri fere medicum rogant, ut se lenissimo curet modo. Quibus ita dictis, deinde ipse mediae orationi suae interponit interrogationem: οἷον δὴ τί λέγομεν; quale igitur sit et quidnam, quod dicimus, interroges; ac deinde duplex medicorum genus duplicemque medendi rationem, qua utantur,

ἰατροί, φαμέν, καί τινες ὑπηρέται τῶν ἰατρῶν, ἰατροὺς δὲ καλοῦμεν δήπου καὶ τούτους.

ΚΛ. Πάνυ μὲν οὖν. B

ΑΘ. Ἐάν τέ γε ἐλεύθεροι ὦσιν ἐάν τε δοῦλοι, κατ' ἐπίταξιν δὲ τῶν δεσποτῶν καὶ θεωρίαν καὶ κατ' ἐμπειρίαν τὴν τέχνην κτῶνται, κατὰ φύσιν δὲ μή, καθάπερ οἱ ἐλεύθεροι αὐτοί τε μεμαθήκασιν οὕτω

οἷον δή τί λέγομεν;] Sic Par. A. Vulgo οἷον δή τι λ.

describere instituit. De interrogatione mediae orationi interposita paullo ante ad p. 718. C. monuimus, ut iam non opus sit pluribus refellere sententiam Astii, verba: οἷον δή τί λέγομεν; Cliniae attribuentis.

εἰσί πού τινες ἰατροί, φαμέν —] Duplex statuit genus medicorum, alterum eorum, qui medicae artis rationem ac disciplinam cognoverint subtilius, quos quidem simpliciter vocat ἰατρούς; alterum illorum, qui medicorum ministri sint atque accuratiore illius scientia sint destituti. Illos ait in curandis aegrotis etiam persuasionem et cohortationem adhibere; hos arbitratur id propter accuratae doctrinae et eruditionis penuriam, qua laborent, facere non posse ideoque in solo artis usu et exercitatione, quam praxin hodie vocant, subsistere. Notatione dignum hoc medicae factitandae discrimen, quod nec hodie sublatum esse constat. Rem denuo commemorat philosophus Libr. IX. p. 857. C. D. unde pariter atque hinc intelligas, liberos maxime curasse liberos, servos vero servos. Quamquam qui ὑπηρέται vocantur, ii fuerunt partim liberi, partim servi; id quod docent proxima: Ἐάν τέ γ' ἐλεύθεροι ὦσιν ἐάν τε δοῦλοι. sc. οἱ ὑπηρέται. Nimirum οἱ ὑπηρέται videntur omnino hominibus deterioris fortunae operam dedisse. De medicorum apud veteres rationibus v. etiam Gorg. p. 455. B. Politic. p. 259. A. De Rep. IV. p. 720. A. Xenoph. Mem. IV. 2, 5. coll. Boeckh. Oecon. Att. Vol. I. p. 132.

B. Ἐάν τέ γ' ἐλεύθεροι —] Sc. οὗτοι s. οἱ ὑπηρέται. — καὶ κατ' ἐμπειρίαν, denique, ut verbo rem complectar, usu et experientia artem sibi comparant nec secundum naturam, i. e. ratione, sicuti res ipsa videtur exigere et flagitare v. sect. D. Fallitur enim Astius, qui κατὰ φύσιν interpretatur: natura sua, per se, proprio studio et experientia. De καί postremo nomini ita praemisso ut sit: denique, ut omnia comprehendam, v. ad Menon. p. 81. B: τὰ ἐνθάδε καὶ τὰ ἐν Ἅιδου καὶ πάντα χρήματα. Eodem modo Criton. p. 47. B: πότερον παντὸς ἀνδρὸς ἐπαίνῳ καὶ ψόγῳ καὶ δόξῃ τὸν νοῦν προσέχει; Sophocl. Oed. Col. v. 962: φόνους μοι καὶ γάμους καὶ ξυμφοράς al. — De particula δέ in apodosi posita conf. Apol. Socr. p. 37. E: ἐάν τε γὰρ λέγω, ὅτι θεῷ ἀπειθεῖν τοῦτ' ἐστὶ — ἐάν τ' αὖ λέγω, ὅτι καὶ τυγχάνει μέγιστον ἀγαθὸν ὂν — ταῦτα δὲ ἔτι ἧττον πείσεσθέ μοι λέγοντι. v. Her-

τούς τε αὐτῶν διδάσκουσι παῖδας. θείης ἂν ταῦτα δύο γένη τῶν καλουμένων ἰατρῶν;

ΚΛ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΑΘ. Ἆρ' οὖν καὶ ξυννοεῖς, ὅτι, δούλων καὶ ἐλευ-
C θέρων ὄντων τῶν καμνόντων ἐν ταῖς πόλεσι, τοὺς μὲν δούλους σχεδόν τι οἱ δοῦλοι τὰ πολλὰ ἰατρεύουσι περιτρέχοντες καὶ ἐν τοῖς ἰατρείοις περιμένοντες, καὶ οὔτε τινὰ λόγον ἑκάστου περὶ νοσήματος ἑκάστου τῶν οἰκετῶν οὐδεὶς τῶν τοιούτων ἰατρῶν δίδωσιν οὐδ' ἀποδέχεται, προστάξας δ' αὐτῷ τὰ δόξαντα ἐξ ἐμπειρίας ὡς ἀκριβῶς εἰδώς, καθάπερ τύραννος, αὐθαδῶς οἴχεται ἀποπηδήσας πρὸς ἄλλον κάμνοντα οἰκέτην, καὶ ῥᾳστώνην οὕτω τῷ δεσπότῃ
D παρασκευάζει τῶν καμνόντων τῆς ἐπιμελείας; ὁ δὲ ἐλεύθερος ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον τὰ τῶν ἐλευθέρων νοσήματα θεραπεύει τε καὶ ἐπισκοπεῖ, καὶ ταῦτα ἐξετάζων ἀπ' ἀρχῆς καὶ κατὰ φύσιν, τῷ κάμνοντι κοινούμενος αὐτῷ τε καὶ τοῖς φίλοις, ἅμα μὲν αὐτὸς

D. *ἅμα δὲ καί, καθ' ὅσον*] *καὶ* inserui ex Ω. v. f. h. r. a. c. δ. ο.

mann. ad Viger. p. 784. et 845. Matthiae Gr. §. 616. Ceterum verba suspicamur levi macula esse conspersa. Corrigendum enim, si quid iudicare possumus: *Ἐάν τε δέ γ' ἐλεύθεροι ὦσιν.*

τούς τε αὐτῶν διδάσκουσι παῖδας.] Ridicule interpretantur: *liberos s. filios suos.* Etenim *παῖδες ἰατρῶν* nunc vocantur, qui sectantur eorum artem ac disciplinam. Sic Libr. VI. p. 769. B. *οἱ ζωγράφων παῖδες.* v. ann. ad Phileb. p. 36. D. et quos ibi laudavimus, Schaefer. ad Dionys. De Compos. Verbor. p. 313. Wyttenbach. ad Eunap. p. 264. quibus nunc addimus Caspar. Barthium ann. ad Zachar. Mityl. p. 252. sq. qui praeter alia docuit, Ambrosium Epist. LXVI. medicorum asseclas vocare *eorundem pueros*: *Verbi gratia, misceri mulieri quibusdam voluptas est; medicorum pueri etiam corporibus utile ferunt.*

C. *ἐν τοῖς ἰατρείοις*]. De similibus tabernis medicorum apud Romanos v. Heindorf. ad Horat. Satir. I. 7, 3.

ἑκάστου περὶ νοσήματος ἑκάστου τ. οἰκ.] *de unoquoque morbo uniuscuiusque eorum, qui ad familiam pertinent.* Non temere *ἑκάστου* iteratur, in quo tamen fuerunt qui temere haererent. — Mox *προστάττειν* dicitur de medico medicinam vel diaetam praescribente, ut nostrum: *verordnen.* — Ceterum praeclara haec est descriptio medicorum illibe-

μανθάνει τι παρὰ τῶν νοσούντων, ἅμα δὲ καί, καθ' ὅσον οἷός τέ ἐστι, διδάσκει τὸν ἀσθενοῦντα αὐτόν, καὶ οὐ πρότερον ἐπέταξε, πρὶν ἄν πῃ ξυμπείσῃ, τότε δὲ μετὰ πειθοῦς ἡμερούμενον ἀεὶ παρασκευάζων τὸν κάμνοντα, εἰς τὴν ὑγίειαν ἄγων, ἀποτελεῖν πειρᾶται; E πότερον οὕτως ἢ ἐκείνως ἰατρός τε ἰώμενος ἀμείνων καὶ γυμναστὴς γυμνάζων; διχῇ τὴν μίαν ἀποτελῶν δύναμιν, ἢ μοναχῇ καὶ κατὰ τὸ χεῖρον τοῖν δυοῖν καὶ ἀγριώτερον ἀπεργαζόμενος;

ΚΛ. Πολύ που διαφέρον, ὦ ξένε, τὸ διπλῇ.

ΑΘ. Βούλει δὴ καὶ θεασώμεθα τὸ διπλοῦν τοῦτο καὶ ἁπλοῦν ἐν ταῖς νομοθεσίαις αὐταῖς γιγνόμενον;

ΚΛ. Πῶς γὰρ οὐ βούλομαι;

Cap. XI. ΑΘ. Φέρε δὴ πρὸς θεῶν, τίν' ἄρα πρῶτον νόμον θεῖτ' ἂν ὁ νομοθέτης; ἆρ' οὐ κατὰ φύσιν τὴν περὶ γενέσεως ἀρχὴν πρώτην πόλεων πέρι κατακοσμήσει ταῖς τάξεσι;

E. *Πολύ που διαφέρον*] Sic A. Ω. f. r. α. δ. ο. x. Vett. editt. διάφορον.

ralium atque liberaliter institutorum, quae tantum habet veritatis, ut ne hodie quidem pro falsa haberi possit. Similis imago est musicorum, quae adumbratur De Rep. VII. p. 531. A. sqq.

D. *αὐτῷ τε καὶ τοῖς φίλοις*] De hoc genere appositionis v. ann. ad Criton. p. 50. E. Apolog. Socr. p. 42. A. Sympos. p. 221. D. De Rep. III. p. 414. D.

οὐ πρότερον ἐπέταξε] non prius praescribere solet, notissimo aoristi usu.

τότε δὲ μετὰ πειθοῦς — πειρᾶται] tum vero persuasionis ope aegrotantem usque mansuetiorem et tranquilliorem factum ad sanitatem perducere (sanitati restituere) atque perficere s. integrum beneque valentem reddere conatur.

Cap. XI. E. *ἆρ' οὐ κατὰ φύσιν τὴν περὶ γενέσεως —*] Ordo verborum hic est: ἆρ' οὐ κατακοσμήσει ταῖς τάξεσι κατὰ φύσιν πρώτην τὴν ἀρχὴν περὶ γενέσεως πόλεων πέρι; nonne naturae convenienter primum ortus principium praescriptionibus suis ordinabit civitates quod attinet? In his ἡ περὶ γενέσεως ἀρχή dicitur quemadmodum alibi ἡ περί τινος αἰτία. Phaed. p. 96. E p. 97. C. D. p. 98. D. Reip. I. p. 329. D. al. de quibus v. Boeckh. in Min. et Legg. p. 155. Heindorf. ad Phaedon. p. 172. Matthiae Gr. §. 380. 5. Dein περὶ πόλεων, ut Lat. de civitatibus absolute positum, ut sit:

721 ΚΛ. Τί μήν;

ΑΘ. Ἀρχὴ δ' ἐστὶ τῶν γενέσεων πάσαις πόλεσιν ἆρ' οὐχ ἡ τῶν γάμων σύμμιξις καὶ κοινωνία;

ΚΛ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΑΘ. Γαμικοὶ δὴ νόμοι πρῶτοι κινδυνεύουσι τιθέμενοι καλῶς ἂν τίθεσθαι πρὸς ὀρθότητα πάσῃ πόλει.

ΚΛ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΑΘ. Λέγωμεν δὴ πρῶτον τὸν ἁπλοῦν. ἔχοι δ' ἄν πως ἴσως ὧδε· γαμεῖν δέ, ἐπειδὰν ἐτῶν ᾖ τις

P. 721. *Γαμικοὶ δὴ νόμοι*] Legebatur δέ. Mutavimus ex A. B. Ω. v. f. h. r. a. c. δ. ο. x. et corr. Ξ.

μέχρι ἐτῶν π.] Sic A. B. Ξ. Ω. v. r. a. Vulgo μέχρις. De A. B. rem prodidit Bastius.

quod attinet ad civitates. Quem usum loquendi ad Phaedr. p. 231. D. et p. 250. C. exemplis firmavimus. Praeter necessitatem Stephanus *παρὰ γενέσεως* legendum coniecit.

P. 721. *Ἀρχὴ δ' ἐστὶ τῶν γενέσεων* —] Semper sibi philosophus hac in re constitit. Nam etiam Politic. p. 310. A. et Reip. V. p. 459. D. censuit legumlatori atque politico exordiendum esse a curanda generatione atque id agendum, ut ex optimis optimi nascantur.

ἐτῶν ᾖ τις τριάκοντα — πέντε καὶ τριάκοντα] Eodem modo tempus matrimonii ineundi definitur Libr. VI. p. 785. D. p. 772. D. E. coll. XI. p. 924 sq. nisi quod p. 772. E. annus aetatis vigesimus quintus nominatur; in quo ipse scriptor sibi non videtur satis constitisse. Sed aliter Reip. V. p. 460. E. ubi viris longius constituitur coniugio iungendo temporis spatium, quandoquidem iis inde ab anno aetatis tricesimo usque ad annum aetatis quinquagesimum quintum nuptiarum celebrandarum potestas datur, mulieribus vero eius rei venia conceditur intra annum aetatis vigesimum et quadragesimum. Quae quidem iudicii discrepantia, si quid videmus, maxime exinde repetenda est, quod philosophus hic quidem certius voluit definire, quousque cuique in civitate sua liceret impune coelibi esse, v. infra sect. D; in libris de Republica autem aliud quid sequutus est. Ceterum Hermannus in Disp. Juris domestici et familiaris in Legg. Plat. cum vet. Graeciae institutis comparatio, p. 6. Spartae suspicatur de matrimonii ineundi tempore similia fuisse sancita. Quo quam vere statuatur, nolumus disceptare. Iuvabit potius attulisse quae certius explorata habemus. Hesiodus Opp. et DD. v. 695 sqq.: *Ὡραῖος δὲ γυναῖκα τεὸν ποτὶ οἶκον ἄγεσθαι, μήτε τριηκόντων ἐτέων μάλα πόλλ' ἀπολείπων μήτ' ἐπιθεὶς μάλα πολλά· γάμος δέ τοι ὥριος οὗτος· ἡ δὲ γυνὴ τέτορ' ἡβώοι, πέμπτῳ δὲ γαμοῖτο*, hoc est, viro nubat quinto post pubertatem anno, vel vitae decimo nono, ut recte interpretatur Göttlingius. Pollux I. 58. tamen

τριάκοντα, μέχρι ἐτῶν πέντε καὶ τριάκοντα, εἰ δὲ B
μή, ζημιοῦσθαι χρήμασι τε καὶ ἀτιμίᾳ, χρήμασι μὲν
τόσοις καὶ τόσοις, τῇ καὶ τῇ δὲ ἀτιμίᾳ. ὁ μὲν ἁπλοῦς
ἔστω τις τοιοῦτος περὶ γάμων, ὁ δὲ διπλοῦς ὅδε· γα-
μεῖν δέ, ἐπειδὰν ἐτῶν ᾖ τις τριάκοντα, μέχρι τῶν
πέντε καὶ τριάκοντα, διανοηθέντα, ὡς ἔστιν ᾗ τὸ ἀν-
θρώπινον γένος φύσει τινὶ μετείληφεν ἀθανασίας, οὗ
καὶ πέφυκεν ἐπιθυμίαν ἴσχειν πᾶς πᾶσαν· τὸ γὰρ
γενέσθαι κλεινὸν καὶ μὴ ἀνώνυμον κεῖσθαι τετελευ- C
τηκότα τοῦ τοιούτου ἐστὶν ἐπιθυμία. γένος οὖν ἀν-

B. τῇ καὶ τῇ δὲ ἀτιμίᾳ] Sic Ξ. Ω. f. v. h. r. a. c. o. δ. Legebatur τῇδε καὶ τῇδε ἀτιμίᾳ, quod servavit Schneider. Dein ὁ μὲν οὖν ἁπλοῦς Flor. o.

ὅταν δὲ εἴπῃ ὁ Ἡσίοδος Ἡ δὲ γυνὴ τέτορ' ἡβώῃ, τέτορα καὶ δέκα ἔτη λέγει, προςαριθμουμένων τῶν δέκα. Pythagoreos nefas duxisse ante vicesimum aetatis annum interiorem feminae notitiam habere, narrat Jamblich. Vit. Pythag. c. 31. quocum concordat fere qui fertur Ocellus Lucan. De mundo c. 4. Aristoteles De Rep. VII. c. 16. (c. 14. ed. Schn.) feminis duodevicesimum, maribus trigesimum septimum vitae annum ad ineundum coniugium aptum arbitratur. De Lacedaemoniis narrat Xenophon. De Rep. Lacedaem. I. 6: πρὸς δὲ τούτοις καὶ ἀποπαύσας τοῦ ὁπότε βούλοιντο ἕκαστοι γυναῖκα ἄγεσθαι ἔταξεν ἐν ἀκμαῖς τῶν σωμάτων τοὺς γάμους ποιεῖσθαι, καὶ τοῦτο συμφέρον τῇ εὐγονίᾳ νομίζων. Plutarch. Lycurg. c. 15: ἐγάμουν δι' ἁρπαγῆς οὐ μικρὰς οὐδ' ἀώρους πρὸς γάμον, ἀλλὰ καὶ ἀκμαζούσας καὶ πεπείρους.

εἰ δὲ μή, ζημιοῦσθαι — ἀτιμίᾳ.] Conf. Libr. VI. p. 774. B. Etiam Lycurgum constat poenas in eos constituisse, qui matrimonio abstinerent et coelibes vivere mallent; de qua re v. Plutarch. Lycurg. c. 15. conf. Osannus Comment. De coelibum ap. veteres populos conditione. Giessae, 1827. 4. pag. 4 sqq. et Hermann. Comment. De vestigiis institutt. vett. in Platonis Legibus investigandis. p. 25.

ὡς ἔστιν ᾗ τὸ ἀνθρ. — ἀθανασίας] Symp. p. 207. D: ἐνταῦθα γὰρ — ἡ θνητὴ φύσις ζητεῖ κατὰ τὸ δυνατὸν ἀεί τε εἶναι καὶ ἀθάνατος· δύναται δὲ ταύτῃ μόνον, τῇ γενέσει, ὅτι ἀεὶ καταλείπει ἕτερον νέον ἀντὶ τοῦ παλαιοῦ. Ibid. p. 208. B: ταύτῃ τῇ μηχανῇ — θνητὸν ἀθανασίας μετέχει, καὶ σῶμα καὶ τἆλλα πάντα. Legg. VI. p. 773. E. p. 774. A. Clemens Alex. Strom. II. p. 421. C: Πλάτων μὲν οὖν ἐν τοῖς ἐκτὸς ἀγαθοῖς τάττει τὸν γάμον, ἐπισκευάσας τὴν ἀθανασίαν τοῦ γένους ἡμῶν καὶ οἱονεὶ διαμονήν τινα παισὶ παίδων μεταλαμπαδευομένην. Cicero Tuscul. I. c. 31: quid procreatio liberorum, quid propagatio nominis, quid adoptiones filiorum, quid testa-

θρώπων ἐστί τι ξυμφυὲς τοῦ παντὸς χρόνου, ὃ διὰ
τέλους αὐτῷ ξυνέπεται καὶ συνέψεται, τούτῳ τῷ τρό-
πῳ ἀθάνατον ὄν, τῷ παῖδας παίδων καταλειπόμενον
ταὐτὸν καὶ ἓν ὂν ἀεὶ γενέσει τῆς ἀθανασίας μετει-
ληφέναι. τούτου δὴ ἀποστερεῖν ἑκόντα ἑαυτὸν οὐ-
δέποτε ὅσιον· ἐκ προνοίας δ' ἀποστερεῖ, ὃς ἂν παίδων
D καὶ γυναικὸς ἀμελῇ. πειθόμενος μὲν οὖν τῷ νόμῳ ἀζήμιος
ἀπαλλάττοιτο ἄν, μὴ πειθόμενος δὲ αὖ μηδὲ γαμῶν
ἔτη τριάκοντα γεγονὼς καὶ πέντε ζημιούσθω μὲν κατ'
ἐνιαυτὸν τόσῳ καὶ τόσῳ, ἵνα μὴ δοκῇ τὴν μοναυλίαν
οἱ κέρδος καὶ ῥᾳστώνην φέρειν, καὶ μὴ μετεχέτω δὲ
τιμῶν ὧν ἂν οἵ νεώτεροι ἐν τῇ πόλει τοὺς πρεσβυ-
τέρους αὐτῶν τιμῶσιν ἑκάστοτε. Τοῦτον δὴ παρ' ἐκεῖ-
νον τὸν νόμον ἀκούσαντα ἔξεστι περὶ ἑνὸς ἑκάστου
διανοηθῆναι, πότερον αὐτοὺς διπλοῦς οὕτω δεῖ γί-
E γνεσθαι, τῷ μήκει τὸ σμικρότατον, διὰ τὸ πείθειν

C. *πειθόμενος μὲν οὖν*] μὲν nuper additum est ex A. B. Ω. f. h. r. a. c. δ. ο. x. Stob. Vett. editt. vocem ignorant.

D. *καὶ μὴ μετεχέτω*] καὶ om. unus Par. A. teste Bekkero, qui voc. eiecit, adstipulante etiam Schneidero. Nec tamen Bastius huius discrepantiae fecit mentionem. Proximum ἄν, vulgo neglementorum diligentia, quid ipsa sepulcrorum monumenta, quid elogia significant, nisi nos futura etiam cogitare? — ἔστιν ᾗ, quodammodo.

C. *τοῦ παντὸς χρόνου*] universi temporis, h. e. aeternitatis. De διὰ τέλους v. Lobeck. ad Aiac. p. 309. ed. 2.

D. *τὴν μοναυλίαν οἱ κέρδος — φέρειν*] ne videatur coelibatum sibi tanquam lucrum et commodum auferre. Μοναυλίαν de vita solitaria dixit, ut Aristot. Polit. VII. 16. c. 14. §. 7. ed. Schn. συναυλίαν de coniugio. Eodem modo Plutarch. I. p. 732. μοναυλεῖν, et μόναυλος βίος Philostorg. Hist. Eccles. III. 4. conf. Suidas Vol. II. p. 608. 2. ed. Bernhardy. Pro φέρειν ne quis φέρεσθαι requirat, conf. Legg. II. p. 657. E: τὰ νικητήρια φέρειν. Ibid. p. 671. E: αἰσχύνην φέρειν. Lysid. p. 208. A: μισθὸν φέρων. De Rep. V. p. 468. C. al. Etenim φέρεσθαι proprium tenet locum ubi quis meritam atque debitam sibi mercedem fert; aliter vero et φέρειν et φέρεσθαι de accipiendo dicitur promiscue; quae scita est Reisigii observatio ad Oedip. Colon. Enarrat. p. XXVII.

τιμῶν ὧν ἂν οἱ νεώτεροι —] ὧν ἂν dictum per attractionem pro αἷς ἄν s. ἃς ἄν. Quamquam genitivum etiam ideo positum esse putare licet, quod τιμᾶν nonnunquam construitur cum genitivo, ut ἀξιοῦν. De utraque structura dixit Lobek-

τε ἅμα καὶ ἀπειλεῖν, ἢ τῷ ἀπειλεῖν μόνον χρωμένους ἁπλοῦς γίγνεσθαι τοῖς μήκεσι.

ΜΕ. Πρὸς μὲν τοῦ Λακωνικοῦ τρόπου, ὦ ξένε, τὸ τὰ βραχύτερα ἀεὶ προτιμᾶν· τούτων μὴν τῶν γραμμάτων εἴ τις κριτὴν ἐμὲ κελεύοι γίγνεσθαι πότερα βουλοίμην ἂν ἐν τῇ πόλει μοι γεγραμμένα τεθῆναι, τὰ μακρότερ' ἂν ἑλοίμην, καὶ δὴ καὶ περὶ 722
παντὸς νόμου κατὰ τοῦτο τὸ παράδειγμα, εἰ γίγνοιτο ἑκάτερα, ταὐτὸν τοῦτ' ἂν αἱροίμην. οὐ μὴν ἀλλά που καὶ Κλεινίᾳ τῷδε ἀρέσκειν δεῖ τὰ νῦν νομοθετούμενα· τούτου γὰρ ἡ πόλις ἡ νῦν τοῖς τοιούτοις νόμοις χρῆσθαι διανοουμένη.

ΚΛ. Καλῶς γ', ὦ Μέγιλλε, εἶπες.

Cap XII. ΑΘ. Τὸ μὲν οὖν περὶ πολλῶν ἢ ὀλίγων γραμμάτων ποιήσασθαι τὸν λόγον λίαν εὔηθες· τὰ γάρ, οἶμαι, βέλτιστα, ἀλλ' οὐ τὰ βραχύτατα οὐ- B
δὲ τὰ μήκη τιμητέον· τὰ δ' ἐν τοῖς νῦν δὴ νόμοις

ctum, restituimus ex omnibus codd. mss. Legitur etiam apud Stobaeum.

οὕτω δεῖ γίγνεσθαι] Vett. editt. γενέσθαι, quod solus Ξ. tuetur, siquidem audimus Bekkerum. Bastius tamen de Parisinis tacet, et ex uno Vat. Ω. γίγνεσθαι enotavit.

P. 722. τοῦτ' ἂν αἱροίμην] ἐροίμην A. Ω. v. f. h. r. a. c. d. o. x.

kius ad Sophocl. Aiac. v. 493. p. 274. ed. 2.

E. πότερον αὐτοὺς διπλοῦς, οὕτω γ.] utrum eas (leges) oporteat sic duplices fieri, quoniam et persuadeant simul et minentur, an ideo, quia utantur tantum comminatione, simplices existere longitudine. His quae interposita sunt: τῷ μήκει τὸ σμικρότατον, ea accusativo absoluto accipias: id quod longitudinis habita ratione minimum est. Sed ea scriptura universi loci rationibus adversari visa est. Itaque Astius corrigendum censuit μακρότατον, aut τῷ μήκει οὐ τὸ σμικρότατον. Voegelinus autem maluit: τῷ μήκει οὐ τὸ σμικρότατους. Sed defendi librorum lectio potest sic, ut Platonem existimemus voluisse significare, leges duplicis argumenti minimum has duas partes complecti oportere. Quo ipso significatur maior earum amplitudo.

E. Πρὸς μὲν τοῦ Λακωνικοῦ τρόπου —] Int. ἐστίν, h. e. Laconici moris est. De Laconum breviloquentia v. Libr. I. c. 11. Protag. p. 342. D. ibique ann. Adde etiam Müller. Doriens. Vol. II. p. 386.

Cap. XII. P. 722. B. οὐδὲ τὰ μήκη τιμητέον] H. e. maxime respiciendum.

τὰ δὲ ἐν τοῖς νῦν δὴ νόμοις —] Verba sic ordinanda sunt: τὰ δὲ ἐν τοῖς νῦν δὴ νόμοις ῥηθεῖσιν οὐ μόνον διπλῷ

ῥηθεῖσιν οὐ διπλῷ θάτερα τῶν ἑτέρων διάφορα μόνον εἰς ἀρετὴν τῆς χρείας, ἀλλ', ὅπερ ἐῤῥήθη νῦν δή, τὸ τῶν διττῶν ἰατρῶν γένος ὀρθότατα παρετέθη. πρὸς τοῦτο δὲ οὐδεὶς ἔοικε διανοηθῆναι πώποτε τῶν νομοθετῶν, ὡς, ἐξὸν δυοῖν χρῆσθαι πρὸς τὰς νομοθεσίας, πειθοῖ καὶ βίᾳ, καθ' ὅσον οἷόν τε ἐπὶ τὸν ἄπειρον παιδείας ὄχλον, τῷ ἑτέρῳ χρῶνται μόνον·
C οὐ γὰρ πειθοῖ κεραννύντες τὴν μάχην νομοθετοῦσιν, ἀλλ' ἀκράτῳ μόνον τῇ βίᾳ. ἐγὼ δέ, ὦ μακάριοι, καὶ

B. πρὸς τοῦτο δὲ οὐδεὶς] πρὸς τούτῳ A.B.f.h.c.o.x. et marg. Ω.a.δ. quod Bekkerus, Schneiderus, Turicenses, alii nuper susceperunt, reluctante sententia. Recte se habet πρὸς τοῦτο, lectio vulgata, de qua v. enarr. Vat. Ω. in contextu προσοῦτο. In pro-

διάφορα (ἐστὶν) εἰς ἀρετὴν τῆς χρείας θάτερα τῶν ἑτέρων, ἀλλ' κτλ. quae vero in legibus modo propositis continentur, non duplo tantum altera magis quam altera ad virtutem utilitatis (s. ad usum) praestant, verum id quod paullo ante est dictum, rectissime duplicium genus medicorum comparatum est; ut etiam clarius appareat, alterum genus legumlationis alteri longissime esse anteponendum. Quod ῥηθεῖσι post τοῖς νόμοις sine articulo subiunctum est, de eo v. ann. ad Phileb. p. 20. B. et p. 43. A. Symp. p. 190. E. ἐπὶ τὴν γαστέρα νῦν καλουμένην, i. e. ὡς νῦν καλεῖται. Prave locum interpretatur Astius: „Quae in legibus dicta sunt, ea non solum huc spectant, ut alteram leges scribendi rationem esse meliorem probent, verum etiam exemplum duorum medicorum a nobis propositum illustrant."

πρὸς τοῦτο δὲ οὐδεὶς ἔοικε —] Bekkerus ac Turicenses scripserunt: πρὸς τούτῳ δὲ οὐδείς: quod sane libri optimi tuentur. At vide mihi, quam inepta sententia ita e verbis exeat: *praeterea* vero nemo unquam legumlatorum videtur cogitasse, quum duabus rebus ad legislationem uti liceat, persuasione atque vi, quantum quidem id fieri possit apud populum eruditionis expertem, sese altera tantum uti consuevisse. In quibus quid tandem sibi vult illud *praeterea?* Nimirum tenendum est πρὸς τοῦτο, quod teste Bastio tuetur etiam Vat. Ω. in quo scriptum legitur: προσοῦτο. et in marg. πρὸ τούτῳ. Nam etsi facili negotio inde extundas: πρὸ τοῦ δὲ, tamen πρὸς τοῦτο idoneam habet explicationem. Etenim ponitur illud absolute, ut sit: huius rei habita ratione, quod ad hanc rem attinet, qua ratione etiam περί et εἰς usurpari meminimus. Nam εἰς sic positum Legg. VI. p. 774. B. al. πρὸς autem ita frequentari meminimus maxime in formula πρὸς ταῦτα, de qua v. Hermann. ad Viger. p. 863. Itaque sententiam apparet hanc esse: Veruntamen hoc quod

τρίτον ἔτι περὶ τοὺς νόμους ὁρῶ γίγνεσθαι δέον, οὐδαμῇ τὰ νῦν γιγνόμενον.

ΚΛ. Τὸ ποῖον δὴ λέγεις;

ΑΘ. Ἐξ αὐτῶν ὧν νῦν διειλέγμεθα ἡμεῖς κατὰ θεόν τινα γεγονός. σχεδὸν γὰρ ἐξ ὅσου περὶ τῶν νόμων ἤργμεθα λέγειν ἐξ ἑωθινοῦ μεσημβρία τε γέγονε καὶ ἐν ταύτῃ παγκάλῃ ἀναπαύλῃ τινὶ γεγόναμεν, οὐδὲν ἀλλ' ἢ περὶ νόμων διαλεγόμενοι, νόμους δὲ ἄρτι μοι δοκοῦμεν λέγειν ἄρχεσθαι, τὰ δ' ἔμπροσθεν D

ximis καὶ vulgo ante καθ' ὅσον interpositum expunximus auctoritate librorum A. Ω. v. f. h. r. a. c. δ. σ.

C. ὦ μακάριοι, καὶ τρ.] V. μακάριε. Pluralem numerum exhibent A. Ω. sicuti testatur Bekkerus, et Par. B. v. h. r. a. δ. ο. x.

οὐδαμῇ τὰ νῦν γιγν.] Sic pro vulg. οὐ τανῦν A. Ω. v. f. h. r. a. δ. ο. x.

attinet, videtur nullus dum legislator cogitavisse, quum in legibus scribendis duabus rebus liceat uti, persuasione atque vi, fieri nihilominus ita solere, ut, quantum fieri possit, apud magnam multitudinem eruditionis expertem, altero tantum (vi et necessitate) utantur. Ceterum memorabilis hic locus est, ut in quo Plato luculente testatur, superiores legumlatores talibus legum prooemiis non esse usos. Conferantur etiam illa p. 722. C.

πειθοῖ κεραννύντες τὴν μάχην] Pugnam temperare persuasione quid sit, non intelligimus. Neque hic omnino locus est mentioni pugnae. Legendum, nisi fallor, aut τὴν ἀρχήν, in quam rationem laetamur nuper incidisse etiam C. Fr. Hermannum, qui ita edidit, itemque Badhamum Praef. ad Phaedrum p. XI., aut, quod Astio in mentem venit, τὴν ἀνάγκην. Quamquam posterius a codicum scriptura longius recedit. Quod autem Winckelmannus ad Plutarchi Amator. p. 223. legendum proposuit: τὴν [illegible]δαχήν, id a re est [illegible]issimum.

C. Ἐξ αὐτῶν, ὧν νῦν διειλ.] Quod ex iis, quae nunc disseruimus, nescio quomodo evenit. Significat sese iam intelligere, ea, quae cohortationi et persuasioni inserviant, legum prooemia esse oportere, sicuti ipse deinde declarat. Formula κατὰ θεόν τινα, divinitus θείᾳ τινὶ τύχῃ, legitur etiam Euthydem. p. 272. E: κατὰ θεὸν γάρ τινα ἔτυχον καθήμενος ἐνταῦθα. De Rep. IV. p. 443. E. Eurip. Iphig. Aul. v. 411: Ἑλλὰς δὲ σὺν σοὶ κατὰ θεὸν νοσεῖ τινα. Mox post ἐξ ὅσου per epexegesin subiungitur ἐξ ἑωθινοῦ; quod ne quis pro glossemate habeat, prohibebunt, opinor, similia quae congessimus ad Phaedr. p. 229. B. et Legg. III p. 693. C. — ἐν ταύτῃ τῇ παγκάλῃ ἀναπαύλῃ, in loco ad requiescendum admodum pulcro et opportuno. De forma παγκάλῃ v. ad Phaedr. p. 277. E.

D. τὰ δ' ἔμπροσθεν ἦν —] quum tamen superiora o-

ἦν πάντα ἡμῖν προοίμια νόμων. τί δὲ ταῦτ' εἴρηκα; τόδε εἰπεῖν βουληθείς, ὅτι λόγων πάντων καὶ ὅσων φωνὴ κεκοινώνηκε προοίμιά τ' ἔστι καὶ σχεδὸν οἷόν τινες ἀνακινήσεις, ἔχουσαί τινα ἔντεχνον ἐπιχείρησιν χρήσιμον πρὸς τὸ μέλλον περαίνεσθαι. καὶ δή που κιθαρῳδικῆς ᾠδῆς λεγομένων νόμων καὶ πάσης Μούσης προοίμια θαυμαστῶς ἐσπουδασμένα πρόκειται.
E τῶν δὲ ὄντως νόμων, ὄντων, οὓς δὴ πολιτικοὺς εἶναί φαμεν, οὐδεὶς πώποτε οὔτ' εἰπέ τι προοίμιον οὔτε ξυνθέτης γενόμενος ἐξήνεγκεν εἰς τὸ φῶς, ὡς οὐκ ὄντος φύσει. ἡμῖν δὲ ἡ νῦν διατριβὴ γεγονυῖα, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, σημαίνει ὡς ὄντος, οἵ τέ γε δὴ διπλοῖ ἔδοξαν νῦν δή μοι λεχθέντες νόμοι, οὐκ εἶναι ἁπλῶς οὕτω πως διπλοῖ, ἀλλὰ δύο μέν τινε, νόμος τε καὶ προοίμιον τοῦ νόμου· ὃ δὴ τυραννικὸν ἐπίταγμα ἀπει-
723 κασθὲν ἐῤῥήθη τοῖς ἐπιτάγμασι τοῖς τῶν ἰατρῶν, οὓς

E. ὡς ἐμοὶ δο...] Par. A. ἔμοιγε, teste Bastio. Paullo ante Voss. ὡς οὐκ ὄν φύ...

mnia essent legum prooemia. v. ad Phileb. p. 37. B.

τί δὲ ταῦτα εἴρηκα;] De interrogatione v. ad pag. 718. C.

ὅτι λόγων — προοίμιά τ' ἔστι] Respicitur ad latiorem vocabuli *προοίμιον* significationem. Est enim *προοίμιον* proprie praecentio, qua voce utitur Cicero et Gellius ab *οἴμη*, cantus, dictum. Itaque et de cantu a citharoedis emerendi favoris gratia praemisso, et de exordiis carminum a rhapsodis cantatorum, et de principiis orationum usurpatum est; imo etiam ipsi hymni in deos ita vocari consueverunt. v. intpp. ad Phaedon. c. 4. ubi memoratur *προοίμιον εἰς τὸν Ἀπόλλω*. Aristot. Rhet. III. 14. Quintil. Instit. Or. IV. 1. VI. 1. Cicer. De Invent. I. 17. Legg. II. 7, 16. Eiusmodi autem prooemia quoniam ad animos audientium excitandos atque erigendos comparata erant, eleganter hic subiungitur *καὶ σχεδὸν οἷόν τινες ἀνακινήσεις κτλ.* Atque haec ipsa caussa fuit, quamobrem etiam *προοίμια* vocata sunt ea omnia, quae spem hominum excitarent atque commoverent, quamvis vana illa et inania. Xenoph. Mem. II. 1, 27: *οὐκ ἐξαπατήσω σε προοιμίοις ἡδονῆς*. v. Dorvill. ad Chariton. p. 443. = p. 469 sq. ed. Lips. Ceterum de Platonis prooemiis dictum est supra ad Cap. VII. p. 715. E. sqq.

καὶ πάσης Μούσης] H. e. *μουσικῆς*. v. Libr. II. p. 655. D. 658. E. 666. D. 667. A. 668. B. al. Plura ex aliis Platonis scriptis congessimus ad Politic. p. 309. D. Etiam Horatius Sat. II. 3, 105. Nec studio citharae nec Musae deditus ulli. De comparatione legum (*νόμων*) cum modis musicis, qui item *νόμοι* vocantur, v. etiam

εἴπομεν ἀνελευθέρους, τοῦτ' εἶναι νόμος ἄκρατος, τὸ
δὲ πρὸ τούτου ῥηθέν, πειστικὸν λεχθὲν ὑπὸ τοῦδε,
ὄντως μὲν εἶναι πειστικόν, προοιμίου μὴν τοῦ περὶ
λόγους δύναμιν ἔχειν. ἵνα γὰρ εὐμενῶς καὶ διὰ τὴν εὐ-
μένειαν εὐμαθέστερον τὴν ἐπίταξιν, ὃ δή ἐστιν ὁ νό-
μος, δέξηται ᾧ τὸν νόμον ὁ νομοθέτης λέγει, τούτου χά-
ριν εἰρῆσθαί μοι κατεφάνη πᾶς ὁ λόγος οὗτος, ὃν
πείθων εἶπεν ὁ λέγων. διὸ δὴ κατά γε τὸν ἐμὸν λό-
γον τοῦτ' αὐτό, προοίμιον, ἀλλ' οὐ λόγος ἂν ὀρ- B
θῶς προσαγορεύοιτο εἶναι τοῦ νόμου. ταῦτ' οὖν εἰ-
πὼν τί τὸ μετὰ τοῦτο ἄν μοι βουληθείην εἰρῆσθαι;
τόδε, ὡς τὸν νομοθέτην πρὸ πάντων τε ἀεὶ τῶν
νόμων χρεών ἐστι μὴ ἀμοίρους αὐτοὺς προοιμίων
ποιεῖν καὶ καθ' ἕκαστον, ᾗ διοίσουσιν ἑαυτῶν ὅσον
νῦν δὴ τὼ λεχθέντε διηνεγκάτην.

P. 723. *πειστικὸν λεχθὲν*] πιστικὸν bis Vat. Ω. corr. conf. p. 720. A.

B. *μὴ ἀμοίρους αὐτοὺς*] αὐτῶν Vos. x.

Libr. III. p. 700. B. et VII. p. 799. E.

E. *οὔτε ξυνθέτης γενόμενος —*] nec, si quis composuerit, in lucem protulit. — *ὡς οὐκ ὄντος φύσει*, quasi per rei naturam id facere non liceat. Mox ad *ὡς ὄντος* iterum *φύσει* intelligendum.

οἵ τέ γε δὴ διπλοῖ —] et quae nobis duplices visae sunt modo leges, quas dicebamus, eas non esse sic simpliciter duplices, sed duo quaedam, legem et prooemium legis. Postrema haec: *οὐκ εἶναι — διπλοῖ*, ex *δοκοῦσι* pendent, quod intelligendum relinquitur perinde ac si antea scriptum fuerit: *ἡ νῦν διατριβὴ ἐμοὶ δοκεῖ σημαίνειν.* Indidem etiam proxima apta ac suspensa esse, facile intelligitur. Repetendum enim *δοκεῖ*. Prave haec Astius expedire conatur sic, ut *ἐφάνη* dicat ex *σημαίνει* intelligendum esse.

P. 723. *εὐμενῶς — εὐμαθέστερον*] V. p. 718. D.

B. *προσαγορεύοιτο εἶναι*] De addito *εἶναι* v. ann. ad Phileb. p. 13. B. et supra Libr. IV. p. 714. D.

ταῦτ' οὖν — βουληθείην εἰρῆσθαι;] V. ad p. 718. C.

ὡς τὸν νομοθέτην — καὶ καθ' ἕκαστον] Anacoluthon insolentius. Nam exorsus a verbis *πρὸ πάντων τῶν νόμων* pergere debebat: *δεῖ προτιθέναι προοίμια.* Nunc vero quum illo modo dicere inceperit, oratione protenus mutata, subiungit potius hoc: *μὴ ἀμοίρους αὐτοὺς προοιμίων ποιεῖν.* At nimirum inflexit cursum orationis, quia iam cogitavit de proximis: *καὶ καθ' ἕκαστον*, i. e. atque singulis quoque praeponere exordia. Dictum autem *καθ' ἕκαστον* est

ΚΛ. Τό γ' ἐμὸν οὐκ ἂν ἄλλως νομοθετεῖν διακελεύοιτο ἡμῖν τὸν τούτων ἐπιστήμονα.

C ΑΘ. Καλῶς μὲν τοίνυν, ὦ Κλεινία, δοκεῖς μοι τό γε τοσοῦτον λέγειν, ὅτι πᾶσί γε νόμοις ἔστι προοίμια καὶ ὅτι πάσης ἀρχόμενον νομοθεσίας χρὴ προτιθέναι παντὸς τοῦ λόγου τὸ πεφυκὸς προοίμιον ἑκάστοις· οὐ γὰρ σμικρὸν τὸ μετὰ τοῦτ' ἐστὶ ῥηθησόμενον, οὐδ' ὀλίγον διαφέρον ἢ σαφῶς ἢ μὴ σαφῶς αὐτὰ μνημονεύεσθαι· τὸ μέντοι μεγάλων πέρι λεγομένων νόμων καὶ σμικρῶν εἰ ὁμοίως προοιμιάζεσθαι προστάττοιμεν, οὐκ ἂν ὀρθῶς λέγοιμεν. οὐδὲ D γὰρ ᾄσματος οὐδὲ λόγου παντὸς δεῖ τὸ τοιοῦτον

C. νόμοις ἔστι προοίμια] Sic A. B. δ. x. et marg. Ω. a. Vulgo προοίμιον.

pro καθ' ἕνα ἕκαστον, de quo v. Schaefer. ad Dionys. Hal. De Compos. Verb. p. 358. et ad Schol. Apollonii Rhodii p. 158.

ᾗ διοίσουσιν ἑαυτῶν —] qua ratione tantum inter se mutuo different, quantum duae illae leges, quas exempli caussa attulimus, inter se differebant. De ἑαυτῶν pro ἀλλήλων posito Suidas: ἑαυτοὺς ἀντὶ τοῦ ἀλλήλους οἱ Ἀττικοὶ λέγουσι. Hesychius: Ἑαυτούς· ἀλλήλους, ubi v. intpp. T. I. p. 1059. Sophocl. Antig. v. 145: μητρός τε μιᾶς φύντε καθ' αὐτοῖν δικρατεῖς λόγχας στήσαντ' ἔχετον κοινὸν θανάτου μέρος ἄμφω. ubi v. Erfurdt. Xenoph. Mem. III. 5, 2: εὐμενέστεροι δὲ ποτέρους ἑαυτοῖς εἶναι νομίζεις; Ibid. §. 19: καὶ φθονοῦσιν ἑαυτοῖς μᾶλλον ἢ τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις. Demosthen. Phil. I. p. 43. ed. Reisk. Thucyd. IV. c. 25. conf. Reitz. ad Lucian. Vol. II. p. 98. Perizon. ad Aelian. Varr. Hist. I. c. 21. Locella ad Xenoph. Ephes. p. 164. Schaefer. ad Demosthen. I. p. 332. 642. II. 45. V. 15. 487. 667. Verba vulgo sinistre accepta.

Τό γ' ἐμὸν οὐκ ἂν ἄλλως —] Quantum quidem ad me pertinet, ego non aliter leges ferre iubeam harum rerum peritum. Τὸ ἐμόν noto Atticismo positum pro ἐγώ. v. Legg. I. p. 648. A. Reip. VII. p. 533. A. Theaet. p. 161. E. ibique Heindorf. Bergler. ad Aristoph. Eccles. v. 393. Matthiae Gr. §. 285. 2.

C. ἀρχόμενον — χρὴ προτιθέναι] Int. τινά, quod continetur in infinitivo aliunde suspenso.

οὐδ' ὀλίγον διαφέρον —] nec parvi refert, utrum clare an non memorentur.

D. οὐδὲ γὰρ ᾄσματος οὐδὲ λόγου] Vere opinor, Stephanus legendum coniecit: οὐδὲ γὰρ ἐπ' ᾄσματος κ. τ. λ. Sententia enim haec est: neque enim in quoque carmine omnique oratione tale quid facere oportet; quamquam natura quidem omnibus id convenit; ve-

δρᾶν· καίτοι πέφυκέ γε εἶναι πᾶσιν, ἀλλ' οὐ χρηστέον ἅπασιν· αὐτῷ δὲ τῷ τε ῥήτορι καὶ τῷ μελῳδῷ καὶ τῷ νομοθέτῃ τὸ τοιοῦτον ἑκάστοτε ἐπιτρεπτέον.

ΚΛ. Ἀληθέστατα δοκεῖς μοι λέγειν. ἀλλὰ δὴ μηκέτ', ὦ ξένε, διατριβὴν πλείω τῆς μελλήσεως ποιώμεθα, ἐπὶ δὲ τὸν λόγον ἐπανέλθωμεν καὶ ἀπ' ἐκείνων ἀρχώμεθα, εἴ σοι φίλον, ὧν οὐχ ὡς προοιμιαζόμενος εἶπες τότε. πάλιν οὖν, οἷόν φασιν οἱ παίζοντες, ἀμεινόνων ἐξ ἀρχῆς δευτέρων ἐπαναπολήσωμεν, ὡς προοίμιον ἀλλ' οὐ τὸν τυχόντα λόγον περαίνοντες, καθάπερ ἄρτι. λάβωμεν δ' αὐτῶν ἀρχὴν E

D. *καὶ τῷ νομοθέτῃ*] Par. A. testante Bastio *τῷ* omittit.

runtamen non omnibus est adhibendum.

διατριβὴν πλείω τῆς μελλήσεως —] moram diuturniorem a cunctatione oriundam. Libr. VIII. p. 848. B: *τὴν τῆς ὁμοιότητος ἰσότητα.* VI. p. 776. C: *δουλεία τῆς τῶν Μαριανδυνῶν καταδουλώσεως.* IX. p. 870. A: *ἡ τοῦ κακῶς ἐπαινεῖσθαι — φήμη.* Politic. p. 294. B: *ἀνομοιότητες τοῦ μηδὲν ἡσυχίαν ἔχειν*, dissimilitudines ex eo profectae, quod nihil rerum humanarum quietum manet. Ibid. p. 305. B: *τὴν αὑτῆς ἰδίαν ἀρετὴν — τοῦ μήθ' ὑπό τινων δώρων μήθ' ὑπό φόβων — ἡττηθεῖσα — ἐθέλειν ἂν τὰ ἀλλήλων ἐγκλήματα διαιρεῖν.* conf. Matthiae Gr. §. 375.

οὐχ ὡς προοιμιαζόμενος] Noli negationem per hyperbaton traiectam putare; nam cogitandum est contrarium: sed ut aliud quid agens. Eodem modo Criton. p. 47. D: *πειθόμενοι μὴ τῇ τῶν ἐπαϊόντων δόξῃ.* ubi vid. ann. Legg. II. p. 671. D: *μὴ μετὰ ἀρχόντων ἀθορύβων.* Legg. XII. p. 943. A: *μὴ στρατηγῶν ἀφέντων.* Phaedon. p. 77. E: *μᾶλλον δὲ μὴ ὡς ἡμῶν δεδιότων.*

E. *ἀμεινόνων ἐξ ἀρχῆς δευτέρων* —] Schol. *παροιμία λεγομένη μὲν ἐπὶ τῶν θυομένων ἐκ δευτέρου, τῶν προτέρων ἀπαισίων ὀφθέντων δηλαδή. μετῆκται δὲ ἐκ τούτων καὶ ἐπὶ τῶν λεγομένων δεύτερον τῶν αὐτῶν, ὁπόταν μὴ κατὰ γνώμην ἡμετέραν προβῇ τὰ πρότερα.* Hesychius T. I. p. 923: *Δευτέρων ἀμεινόνων· παροιμία ἐστὶ τῶν θυομένων ἐκ δευτέρου, ὅταν αὐτοῖς τὰ πρότερα ἱερὰ μὴ καλὰ ὀφθῇ, καὶ ἐπὶ δεύτερα τραπῶνται, λέγοντες· δευτέρων ἀμεινόνων. μνημονεύει Πλάτων.* conf. Zenob. III. 15. Diogenian. IV. 15. — *ἐξ ἀρχῆς* referas ad *ἐπαναπολήσωμεν.* — Sententia haec est: iterum rem resumamus ab initio, tanquam prooemium absolventes, non ut fortuito in sermone nobis oblatam. Initium igitur eorum faciamus, nos legum exordia proponere profitentes.

ὁμολογοῦντες προοιμιάζεσθαι. καὶ τὰ μὲν περὶ θεῶν τιμῆς προγόνων τε θεραπείας, καὶ τὰ νῦν δὴ λεχθέντα ἱκανά· τὰ δ' ἑξῆς πειρώμεθα λέγειν, μέχρι περ ἂν σοι πᾶν τὸ προοίμιον ἱκανῶς εἰρῆσθαι δοκῇ. μετὰ δὲ τοῦτο ἤδη τοὺς νόμους αὐτοὺς διέξει λέγων.

724 ΑΘ. Οὐκοῦν περὶ θεῶν μὲν καὶ τῶν μετὰ θεοὺς καὶ γονέων ζώντων τε πέρι καὶ τελευτησάντων τότε ἱκανῶς προοιμιασάμεθα, ὡς νῦν λέγομεν· τὸ δὲ ἀπολειπόμενον ἔτι τοῦ τοιούτου φαίνει μοι σὺ διακελεύεσθαι τὰ νῦν οἷον πρὸς τὸ φῶς ἐπανάγειν.

E. *διέξει λέγων*] V. *λέγειν*. Participium *λέγων* dedi ex libris A. Ω. v. f. h. r. a. δ. o.

P. 724. *φαίνει μοι σὺ*] Sic Par. A. pr. Vat. Ω. Flor. a. et Vat. r. Vulgo erat *φαίνῃ*.

καὶ τὰ μὲν περὶ θεῶν τιμῆς —] Et de iis quidem, quae pertinent ad deorum honorem maiorumque cultum, *vel s. iam* ea, quae paullo ante dictà sunt, sufficiunt. De formula: *ἱκανὰ καὶ ταῦτα* et similibus v. ann. ad Sophist. p. 220. D. Cratyl. p. 429. E. supra Libr. IV. p. 705. A. Respicitur ad prooemia antea exempli gratia proposita p. 715. E. — p. 718. B.

μέχρι περ ἂν σοι πᾶν τὸ προοίμιον] *unumquodque* prooemium, vel, quidquid est prooemii. v. ad Phaedon. p. 108. B.

P. 724. *καὶ τῶν μετὰ θεοὺς*] heroum ac daemonum. v. p. 717. B.

οἷον πρὸς τὸ φῶς ἐπανάγειν] tanquam in lucem proferre, quum adhuc in obscuro manserint. In qua formula, Platoni maxime frequentata, — nam conf. VI. p. 781. A. VII. 788. C. IX. p. 869. C. Phaedr. p. 261. D. Tim. p. 91. D. Reip. V. p. 461. C. al. — quid ornatus oratorii eiusque inepti deprehenderit Zellerus Stud. Platt. p. 90., nos quidem nullo modo assequimur. Neque intelligimus quod scripsit vir doctus: „Platon gebraucht es sonst nur, wenn ausdrücklich von etwas Verborgenem die Rede ist, welches ans Licht gebracht werden soll." Aptissime enim h. l. ponitur formula, quia significatur iam tandem prooemiorum expositionem de industria institutum iri, quum ea antea non proposita fuerint nisi per occasionem, pertinetque hoc *πρὸς τὸ φῶς ἐπανάγειν* ad antegressum *τὸ ἀπολειπόμενον τοῦ τοιούτου*; unde apparet cur *ἐπανάγειν* nec vero *ἀνάγειν* dicatur.

Ἀλλὰ μὴν μετά γε τὰ τοιαῦτα —] In his τὰ ante *περὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς* ex codd. restituimus, quod etiam Stephanus in libro quodam legit. Consecutio et ordo verborum hic est: *ἀλλὰ μὴν προσῆκόν τ' ἐστὶ καὶ κοινότατον τόν τε λέγοντα καὶ τοὺς ἀκούοντας ἀναπ. μετὰ τὰ τοιαῦτα κατὰ δύναμιν ἐπηβόλους γίγνεσθαι παιδείας, ὡς χρὴ περὶ τὰ περὶ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς — ἴσχειν*: at vero convenit communiterque

ΚΛ. Παντάπασι μὲν οὖν.

ΑΘ. Ἀλλὰ μὴν μετά γε τὰ τοιαῦτα ὡς χρὴ τὰ περὶ τὰς αὑτῶν ψυχὰς καὶ τὰ σώματα καὶ τὰς οὐσίας σπουδῆς τε πέρι καὶ ἀνέσεως ἴσχειν, προσῆκόν B τ' ἐστὶ καὶ κοινότατον ἀναπεμπαζομένους τόν τε λέγοντα καὶ τοὺς ἀκούοντας παιδείας γίγνεσθαι κατὰ δύναμιν ἐπηβόλους. ταῦτ' οὖν ἡμῖν αὐτὰ μετ' ἐκεῖνα ὄντως ἐστὶ ῥητέα τε καὶ ἀκουστέα.

ΚΛ. Ὀρθότατα λέγεις.

ὡς χρὴ τὰ περὶ τὰς ἑαυτῶν ψ.] Vulgo τὰ aberat, quod restitui ex A. (qui teste Bekkero illud exhibet) Ω. f. h. r. a. δ. o. B. ῥητέα τε καὶ ἀκουστέα] τε ex A. B. Ω. Ξ. f. h. r. a. c. o. d. additum olim desiderabatur.

omnium interest vel maxime, et me dicentem et vos audientes, re in mentem revocata, deinde compotes fieri quantum fieri possit disciplinae, quomodo quae spectant ad cuiusque animum, corpus, opes denique, ratione studii et remissionis habita, comparata esse debeant. De verbo ἀναπεμπάζεσθαι, quo utitur Plato etiam Lysid. p. 222. E., v. Ruhnken. ad Tim. p. 33 sq. De voc. ἐπήβολος diximus ad Libr. II. p. 666. D. Euthydem. p. 289. B: τοιαύτης τινὸς ἐπιστήμης ἐπηβόλους.



ADDENDA ET CORRIGENDA.

Pag. 16. comm. col. II. vers. 19. a f. scr. identidem.
— 27. text. vers. 2. scr. κώμῃ cum iota subscripto.
— 27. ann. crit. vers. 2. pro H et X repone A. et x.
— 39. text. vers. 6. scr. Κνώσιος pro Κνώσσιος.
— 47. comm. col. I. nunc scribendum coniecimus: ὑπέρ γε θείας πραγματείας: intelligitur vero legumlatio divina auctoritate instituta.
— 66. ann. crit. vers. 2. post explicat. adde: „Pro λόγος ἕτερος codd. Platonis, ut videtur, omnes addito articulo: ὁ λόγος ἕτερος."
— 76. ann. crit. vers. 3—6. dele verba: „De scriptura — Phoen. 465." alieno loco posita et temere bis scripta.
— ibid. comment. col. I. v. 13. lege fontibus pro fortibus.
— 81. text. v. 8. margini inscribe paginae numerum 638.
— 97. text. v. 3. scr. ἑστία pro ἑστία. et v. penult. ἐκ nobis invitis ante τῶν παίδων de coniectura Astii invectum dele.
— 103. text. v. 4. scr. ἐμὰ pro ἐμά.
— 127. text. v. 4. sic interpungas: μεμηχανήμεθα· τοὺς γὰρ etr.
— 122. comm. col. I. v. 10. a f. scr. φόβων pro φόβον.
— 143. ann. crit. v. 1. post aberat excidit comma.
— ibid. comm. col. II. v. 6. post censemus interrogandi nota ponenda.
— 173. comm. col. I. v. 10. a fin. scr. Praeter pro Praetor.
— 302. comm. col. I. vers. ult. scr. rationi pro ratione.

Reliqua non indigent ulla admonitione. Quocirca hac occasione utamur ad tollendum mendum turpissimum, quod Vol. V. P. I. p. 150. in Charmide resedit, ubi in text. vers. 4. a fin. pro ἆρα κακόν legendum est ἆρα καλόν. Quamquam locus ne sic quidem videtur sanus et integer. Videntur enim membra eius luxata et pravo ordine posita esse, ut eorum opus sit transpositione. De qua re alio loco copiosius exponemus.

ERFORDIAE,
FORMIS DESCRIPSERUNT HENNINGS & HOPF.





